BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
13 G
19
I.X.19
13·12·A·28

PRAXIS RERVM CIVILIVM, PRÆTORIBVS, PROPRAETORIBVS, CONSVLIBVS, PROCONSVLIBVS, MAGISTRATIBVS, RELIQVIS QVE ID GENVS IVSTITIARIIS

ac officiariis, in quacunque Republica Forenſem adminiſtrationem aſſumentibus, apprimè vtilis & neceſſaria, cum nonnullis Iconibus materiæ ſubiectæ conuenientibus.

AVCTORE CLARISS. VIRO DOMINO *Iodoco Damhouderio, Brugenſi, Equite aurato, V. I. Doctore, quondam Cæſareo, nunc Hiſpaniarum Regis Philippi Conſiliario, atq; eiuſdem Regis per totam Belgiam Financiarum Commiſſario.*

Capitum, Titulorum, & Materiarum omnium, quibus ſingula cõmodiſsimè inueniri poſsint, adiectus eſt Index copioſiſsimus.

PSALMO. LVII.

Rectè iudicate filij hominum.

Errat, qui iudicat priuſquam intelligat.

ANTVERPIAE,
Apud Ioannem Bellerum Sub Aquila aurea.
Anno M. D. LXVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



ILLVSTRISSIMÆ PRINCIPI, D. MARGARETAE AB AVSTRIA, DVCISSÆ PARMENSI, PLACENTIÆ, CASTRI, CI-

uitatis Dipeuuæ, Campli, Ducalenſis, Montereal is & Lioneſſæ, Principi Altamuræ, Marchioniſſæ Nouaræ, Baroniſſæ Roccæ Gulielmæ, Dominæ Caſtellæ Maris, totiuſque Belgiæ, ſiue inferioris Germaniæ per Regiam Maieſtatem Gubernatrici generali, Iodocus Damhouderius Brugenſis, pacem, ac fœlicitatem omnem exoptat.

QVoties de ſtatu Reipub. noſtræ Belgicæ, Princeps clariſsima, cogito (cogito autem frequenter) non poſſum ſatis ipſius gratulari fœlicitati, quæ ſola hactenus tam florulenta, ditata, atque omni pene fœlicitatum exoptandarum genere, veluti triumphans, præ cæteris circumiacentibus tum inſulis tum regnis ornata, à bellorum cladibus, à diſsidiorum voraginibus, & à multis Reipub. pernicioſis corruptelis, quaſi munita, & circumſepta extiterit. Quæ quidem mala, vicina regna noſtra, non tantum non exagitarunt, aut viciarunt: ſed propemodum perdiderunt, & extinxerunt. Reuoco in memoriam, quanta rerum omnium vbertate, ac fœlicitate ab hinc quinquaginta annis floruerit nobilis iſthæc ſuperior Germania, Romani imperij ſedes, vt tutiſsima, ita non minus vndique beata, priuſquam bellis inteſtinis efferuſceere, & vnico Principi ſuo Imperatori Carolo Quinto, patri tuo auguſtiſsimo reniti cœperat. Ex eo namque tempore, & ex hac inobedientia, quantis malis concuſſa, quot cladibus vexata, quot tumultibus attrita fuerit, non tam hiſtoriæ, quam recens memoria nobis omnibus teſtatiſsimè commonſtrat. Recolo inſuper fortunatiſsimam illam Angliam, ab

omnibus Doctis tot laudum encomiis olim celebratam. Subit quoque in animum remotiſsima fortiſsimaque illa Scotia, per diuturnã regni tranquillitatẽ reliquis regnis fœlicitate nõ inferior. Sed quid de omnium regnorum florentiſsimo Regno Franciæ commemorem? quæ dum in pace conſtitit, dum ſanis conſiliis paruit, dum honeſtis legibus, ſanctiſsimiſque Regni conſiliis, & ſancitis decretis beneuolè obtemperauit, adeo nulli regnorum rerum fœlicitate ceſsit, vt potius vniuerſa prædicta regna rerum omnium expetendarum gloria, abundantia, & ornamentis longiſsimè ſuperauerit: omniumq; regnorum, ſiue doctorum virorum amœniſsima ſpectemus examina, ſiue mercatorum induſtrioſam ſedulitatem, ſiue nobilitatem ipſam, ſiue iuriſprudentiam, aut legum patriæ conſtitutionem conſideremus, facile & extra omnem aleam habita ſit omnium florentiſsima, & rerum omniũ fœliciſsima. Verùm (quod magnopere dolẽdum eſt) hæc ipſa regna, quantumuis florentia, non diutius ſuam lætiſsimam fœlicitatem conſtanter tueri potuerunt, quàm placuit illi, in cuius manu ſunt omnia iura regnorũ, corda Principum, & ſtudia populorum: qui ob ingratitudinem populi, ob neglectum verum ſui cultum, & ob contemptum mandatorum ſuorum, non raro pro ſuo arbitrio tota regna punit, & iræ ſuæ flagella, nempe peſtem, famem, bella, ſeditiones, ſimultates, latrocinia, diſſenſiones ciuiles, tumultus, religionũ diſsidia, & his ſimilia, propter peccata populi in regna immittit. Quibus quidẽ Dei flagellis, quantopere dicta regna exercita annis ab hinc quadraginta aut quinquaginta fuerint, in omnium noſtrûm recenti adhuc durat memoria, dum interim noſtra Belgia Dei beneficio (non ob noſtram iuſtitiam, ne quid nobis aſſcribamus)

ab his

ab his penè immunis extiterit, & inconcuſſa. Dum igitur iſtius noſtræ fœlicitatis Belgicæ nō ſine ſumma admiratione apud me penſitando cauſam rimari incipio, non aliā (vt dixi) inuenio, quam diuinam erga nos ſolos immeritos gratuitam benignitatem, & clementiam, qua Deus nos Belgicos, præ cæteris omnibus hac communi pace, tranquillitate, & rerum omnium fœlicitate florere miſericorditer voluit: quique ſuis his beneficiis ad ſynceram ſuæ Maieſtatis diuinæ gloriam, & ad ſuorum mandatorum veram obſeruantiam (per quam ſolam nobis ſalutem parat) inuitauit, & allexit. Atque ad hanc quidem fœlicitatem diu fruendam, nobis interim largiri dignatus eſt Principes D. Maximilianum Imperatorem, Philippū Regem Hiſpaniarum auum tuum paternum, D. Carolum Quintum Imperatorem, patrem tuum ſemper Auguſtum, Philippum nunc Regem Hiſpaniarum, Principem noſtrum clementiſsimum, quorū ſapientia, prudentia, præclaris virtutibus & conſiliis noſtra Belgia hactenus contra varios hoſtium aſſultus fortiſsimè tutata, & per ipſorū prudentiſsimas gubernatrices D. Margaretam Caroli Imperatoris amitam prudentiſsimam, deinde per D. Mariam Reginam Hungariæ, Bohemiæque Douariam, aut Dotaliciariā, & dicti Caroli Imperatoris ſororem, adminiſtrādæ Reipub. dexteritate cumulatiſsimam & mox per D. Philibertum Ducem Sabaudiæ, ac nouiſsimè tandem per veſtram Celſitudinem toti noſtræ Belgiæ gratiſsimam, ac vtiliſsimam, longe fœliciſsimè omnium gubernata eſt. Solēt hic nonnulli in diſputationem vocare, vtrum in viro aut fœmina Principe, cui regni gubernacula ſunt cōmiſſa, ſit præſtātius, & optatius: cū ſcilicet multis literis, doctrinis, & ſapientia inſtructum eſſe, an rerum gerendarū natiua quadā prudētia, & dexteritate citra literas vllas

prædittum eſſe. Hi profectò quæſtionem reſponſu facilem, ſi diſiuncta conſideratione vtantur, in diſputationem proferũnt. Si enim Princeps quiſpiam ſola interna ſapientia, atque omni doctrinarum genere ſibi duntaxat illuſtretur, ſuiſque ſtudiis quaſi priuatus ſolũ oblectetur, nec ea ad Reipub. commoda conferat, ornatiſsimus quidem is Princeps & ſapientiſsimus habebitur, verum hic non tam Reipub. quam ſibi vni, aut pauculis ſuis vtilis erit. Imò is talentum Dominicum, quaſi in ſudario recõditum potius habere exiſtimabitur, & ad Reipub. gubernacula prorſus indoneus ab omnibus mox cenſebitur. Si quis autem Princeps nullis ornatus literis, ſola diuina quadam prudentia, & gubernandi dexteritate donetur, Doctorum conſiliis fruatur, in ſtabiliendo, atque in moderando ſuo regno noctéſque dieſque ſedulò incumbat, ſeſeque totum ad hoc vnum componat, vt ſua opera regnum ſibi commiſſum, tranquillitate, ac rerum omnium fœlicitate ad gloriam Dei floreat, is inquam Princeps quantumuis literis vacuus, Reipub. gubernandæ longè erit vtilior, quàm qui multa priuata ſapientia præditus, ea non tam ad commune bonum, quàm ad proprium oblectamentum fruitur. Verùm ſi quis Principum vtriſque his dotibus, tum occulta profundaque ſapientia, tum actrice ipſa prudentia, cumulatiſsimè dotatus fuerit (quæ rara eſt auis in terris) is profectò regno adminiſtrando longè omnium erit aptiſsimus. At interim, re vera ſi has diuinas virtutes preſsiùs conſideremus, ſatis is ſapit, qui regendi peritia ſapit, qui ardenti ſtudio ſuæ concreditæ Rei publ. ſapit, qui fœliciter gubernandi virtute ſapit, quique in regendo Reipub. vtilis exiſtit, etiam ſi multa ſcholaſtica doctrina, & ſapientia imbutus non fuerit. Hanc itaque ſapientiam Salomonem Regum omnium ſapientiſsimum.

(Sap.

Sap.9)exoptaſſe legimus,cū inquit: Da mihi quęſo Domine ſedium tuarum aſsiſtricem ſapientiam, &c. Nempe quod hanc vnam ſapientiam ad gubernationem populi ſibi con ducere,ac prorſus neceſſariam eſſe cognoſceret. Vnde & Da uid cùm Principes ſuos Rempubl. fœliciter moderaturos, vera panoplia inſtruere, atque armare vellet,ſtatim eoſdem hortatur,& monet,vt vera ſapientia ſe muniant, & ornent. Et nunc Reges (inquit) erudimini qui iudicatis terram, Appræhendite diſciplinam,nequādo iraſcatur Dominus. Pſal. 2. Intellexit nimirum Pſaltes ille prophetico ſpiritu plenus,patriam illam futuram fœlicem,in qua vel Principes ipſi philoſopharentur, vel quibus Reſpublicas moderaturis ſynceri,cordatiq́ue philoſophi adhiberentur. Et contra Patrię perniciem eſſe maximam,ſi eiuſdem moderationi aſſciſcatur Princeps, aut ætate, aut intelligentia puer, aut Princeps inſipiens,aut ſtolidus, aut temerarius, quod nullo euidentiori exemplo quàm in nauis gubernatione monſtrari poterit: Si enim nauis gubernaculum committatur nauclero docto,induſtrio,& nauigandi perito, cui vadoſitates maris perſpectæ erunt, quiq́ue tempeſtates quaſuis vel vitare, vel prudenter moderando infringere nouit, is profectò nauim in tutum portum fœliciter perduxerit. Sin nauis clauo aſſcitus fuerit nauclerus indoctus, inſipidus, præfracti cerebri, temerarius, nauigandiq́ue imperitus, cui cæca vada, cui latentia ſaxa, aut occultæ voragines parum cognitæ erunt, quiq́ue tempeſtates futuras, aut non præuidet; aut ingruentem ſæuientemq́ue tempeſtatem, arte, placidoq́ue animo, aut vitare, aut prudenter ferre, aut ſapienter erectos fluctus infringere neſcit, is ſanè nauim vel ad occultos ſcopulos infœliciter alliſerit, vel Charybdibus vorandam, vel vadoſitate ſoluendam, vel

 tempe-

tempeſtate frangendam quam citiſsimè adegerit. Huic quo que comparationi profectò multò clariſsimæ,ac veriſsimę, adiungi poterit & iſthæc, qua Princeps in Republica conſtituitur,vt caput in corpore. Nā quod caput eſt corpori,hoc Princeps eſt populo. Capitis ſanitas,ſanitas eſt corporis. Sic ſapientia,intelligentia, & integritas Principis,integritas quo que & fœlicitas eſt populi. Quandoquidem Principes qui ſapiunt,hi non tantum ſuo ipſorum bono ſapiunt, ſed etiā bono ipſorum quibus regendis à Deo ſunt præpoſiti. Hac itaque ſapientia quum Deus olim Iſraëlitici populi duces, reges,& reginas, & poſtea in nouo Teſtamento permultos Chriſtianos Principes clariſsimè exornaſſet,nouiſsimè tan dem Princeps Illuſtriſsima.T.C.noſtro quoque bono(abſit omnis aſſentatio)à primis pueritiæ tuæ annis mirificè orna tam eſſe voluit. Atque hinc euenit, vt ob has raras tuas virtutes conſpectas, Imperatoria Maieſtas Caroli Quinti patris tui clementiſsimi,te ſemper ad alta prouexerit,ac primò omnium cum Florētiæ Duce Alexandro de Medices, Prin cipe optimo,& prudentiſsimo,connubio maritali iunctam eſſe voluerit. Ac poſtea,ipſo fœlicis memoriæ mortuo, denuò per ſecundas nuptias Duci Octauio Farneſio Parmēſi Duci,&c.ac Pauli Tertij pont.max.nepoti coniūxerit. Quas equidē ſecundas nuptias Chriſtus ita tuæ Celſitudini proſ perauit, vt eundē Ducē tuū maritū gemellis vno partu ſtatim ornaueris maſculis:quorum alter,iunior, ſcilicet Caro lus, Caroli Imperatoris Quinti Baptiſmatis filius, è viuis exceſsit infans. Alter vero primogenitus, Alexander,à dicto Paulo tertio P. M. in baptiſmate ſuſceptus, non ita pridem vxorem duxit Mariam Filiam Eduardi, Infantis Portugalliæ,Cymbriæ Ducis, & Emanuelis primi Regis Portugalliæ filij:quos Chriſtus multa prole, multaque ſalute fœcundet

præcor.

præcor.. Quin & hæ tuæ prudentiæ, ſapientiæ, reliquarumque virtutum tuarum dotes promeruerunt: vt dictus Paulus Tertius in ſummo precio,loco, & authoritate te ſemper habuerit,amauerit,coluerit, & obſeruanter dilexerit. Ac poſtremò: vt Rex Hiſpaniarum Catholicus Philippus, & Caroli Quinti filius, non ſine fauore diuino tuam Celſitudinem toti ſuæ Belgiæ,veluti raram,ac prudentiſsimam gubernatricem præficere non dubitauerit, in qua iam octennio quanta cum laude præſis, non eſt, quod inpręſentiarum cõmemorem. Certè,dum Principibus omnibus,dum nobilibus cunctis, dum toti populo placere, & gratificari pergis, dum patrias leges, & priuilegia conſtanter tueris, dum odia, & ſimultates aulicas prudenter diſsimulas,& in tumultibus ſic foro,cauſis oblatis, ac tempori ſubſeruire noſti, vt interim tota ad omnium tranquillitatem incumbas, conſiliis, prudentiaque publicam pacem ſtabilias,dum religionis diſſidia non minus amanter, quàm prudenter cõponis, dum humanis conſtitutionibus, quantum ipſis tribuendum eſt, tribuis, ſic vt minus neceſſarias,vel diſsimules,vel antiquas ac nouas, magiſque pro temporum exigentia vtiles, & ad regni tranquillitatem (quę tibi vnicè curę eſt) neceſſarias, condis,& publicis ędictis promulgas,dumque tumultuum ac bellorum cauſas,& occaſiones in omnibus cordatiſsimè pręſcindis;dum denique publicæ pacis gratia ad multa diſsimulare, quam maiorum tuorum edicta cum patriæ internicione vrgere mauis, mirum quantum Deo (cui præcipuè in commiſſa gubernatione te ſeruire non dubito,agnoſcis) placeas: mirum denique quãtum Principibus, totique Aulæ tuæ Gubernatrix fœliciſsima placeas,quanque omnibus tum nobilibus,tum plæbeis,& grata ſis,& chara. Et quamuis exemplo aliarum regionum hic in veſtra gubernatione

nonnulli motus exoriri cœperant, eoſdem ilico ſic in primo naſcentis mali pullulatu tua rara prudentia, & fœlici conſilio repreſsiſti, vt iis ſedatis & clementer extinctis mox toti patriæ auitam tranquillitatem reſtitueres. Harum itaque virtutum tuarum Celſitudinem, dum diligens ſpectator, & ſedulus admirator intueor, longo quodam interuallo earũdem humilis æmulator eſſe cupio, & Reipub. ſi non in toto, ſaltẽ in parte prodeſſe percupio. Quare quantũuis hactenus per Imperatoriam, Regiam, tuamq́ue Celſitudinem, pro viribus iam fere ſedecim annos in Financia veſtra Belgica quæſturam ærariam fideliter curauerim, hoc vno tamẽ aſsiduoq́ue labore adeo contentus non fui, quin interim ſimul nonnihil temporis, tum ocio, tum rebus meis ad legum conſtitutarum qualemcunque explicationem, & praxim ſucciderem, vt vel hac in parte Reipub. aliquo modo prodeſſe poſſem. Atque ad hoc quum nuper præter Subhaſtationem & Pupillorum Patrocinium, Praxim quandam Criminalem in vulgus emittendam curaſſem, eamq́ue vbique locorum nouiſſem ſtudioſis non fuiſſe ingratam, tentaui, en, & alteram Praxim Ciuilem aggredi, ſperans & per huius ęditionem me iurium quoque candidatis, & Reipub. cõmodis nonnihil profuturum. Hoc autem mihi vt euenire poſſet fœlicius, eandem hanc lucubratiunculam meam, licet pertenuẽ, veſtræ Celſitudini Princeps Illuſtriſsima nuncupare, & clariſsimo nomini veſtro dedicare, atque prorſus conſecrare ſtatui: vt vel hoc nomine gratior in vulgus prodeat, quod dicata ſit Heroinę Principi, cuius heroicę virtutes & Celſitudo clariſsima omni populo exiſtit gratiſsima. Accipe igitur generoſiſsima Princeps, pro innata beneuolentia hos Damhouderij tui labores, C.V. reuerenter oblatos, patereq́ue hanc qualemcunq́ue Praxim Ciuilem tibi dicatum

iri:

vt vel hoc turbulentiſsimo rerum omnium ſtatu, eadem ſub Alti Nominis veſtri auſpicio in vulgus exeat fœlicius, veſtroque amico patrocinio freta, fructus quippiã in veſtrã Rempub. Belgicam progignat aliquantò tutius, rem ſpero veſtra Celſitudine dignam feceris, quam longæuam, proſperam, ac Deo gratam fieri ardenter exopto. cuiuſque obſequio, & clientelæ me totum, quantulus ſum dico, dedicoque perpetuò. Vale Bruxellæ. Anno ab incarnatione Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti M. D. LXVII. Menſe Iulio.

IVDICIS ORNAMENTVM EST MAXIMVM, SI CVM OMNI SCIENTIARVM GENERE, IVRISPRVDENTIA INSIGNITVS POLLEAT.

PET. SYL.

Corporis effigiem manvs impressoria solam
Avctoris tibi dat. Caetera non potvit.
At qvae non potvit Pressor, foelicivs Avctor
Emissis libris praestitit ipse sibi.


TANDEM · TANDEM IVSTITIA OBTINET
AVCTORIS EFFIGIES

INDEX OMNIVM CAPITVM ET TITVLORVM, QVÆ IN HAC CIVILI Praxi, clarioris lucis gratia in decem tempora diſtinguuntur, cum explicatione eorum quæ ad hæc tempora præmittenda videntur.

Capita de notis iudicialibus.

CAP. I.

Quæ perſonæ neceſſariæ in Iudicio. pag. 1.

CAP. II.

De Iudicibus. pag. 2.

CAP. III.

De Iudicum varietate. pag. 3.

CAP. IIII.

De Iuriſdictionibus. pag. 5.

CAP. V.

De Conſiſtoriis (vulgò) in Flandria Cameris aut Vierſcharijs. pag. 8.

CAP. VI.

De ſupremis Conſiliis. pag. 13.

CAP. VII.

De Iudicibus delegatis. pag. 15.

CAP. VIII.

De Arbitris. pag. 16.

CAP. IX.

De Officio Iudicis. pag. 17.

CAP. X.

De Partibus. pag. 19.

CAP. XI.

De Iuſtitia. pag. 21.

CAP. XII.

De Iure. pag. 21.

CAP. XIII.

De ſuo iure quærendo per iuſtitiam. pag. 22.

CAP.

CAP. XIIII.
De ſibimetipſi ius dicendo, aut faciendo. pag. 24.
CAP. XV.
De per ſemetipſum impediendo nouum opus, aut noua opera. pag. 28.
CAP. XVI.
De ſe liberando à Reditibus, ac Debitis. pag. 30.
CAP. XVII.
De liberando ſe à Iudiciis & Proceſſibus futuris. pag. 32.
CAP. XVIII.
De euadendis Debitis in hæreditate, aut in domo mortuaria oneroſa. pag. 34.
CAP. XIX.
De Iudiciis, Litibus, aut Proceſſibus. pag. 39.
CAP. XX.
Quomodo procedatur in ciuilibus Iudiciis & Proceſſibus. pag. 39.
CAP. XXI.
De procedendo ordinariè. pag. 40.
CAP. XXII.
De procedendo ſummariè, aut ſimpliciter. pag. 41.
CAP. XXIII.
De procedendo de Plano. pag. 43.
CAP. XXIIII.
De procedendo ſine figura Iudicij ſiue Proceſſus. pag. 43.
CAP. XXV.
De partibus Iudicij ordinarij. pag. 46.
CAP. XXVI.
De variis ordinarij proceſſus membris. pag. 46.

Capita primi Temporis.

CAP. XXVII.
De Deliberatione ante Proceſſus inchoationem. pag. 49.
CAP. XXVIII.
De Actionibus intentandis. pag. 45.
CAP. XXIX.
De Actionibus Perſonalibus. pag. 56.
CAP. XXX.
Quonam pacto Actiones perſonales inſtituantur. pag. 58.

CAP. XXXII.
Actio Realis quomodo inſtituatur. pag. 59.
CAP. XXXIII.
De Poſſeſſorio, Saſina, aut Nouitate. pag. 60.
CAP. XXXI[illegible]I.
Poſſeſſorium quomodo inſtituatur. pag. 62.
CAP. XXXV.
Differentia inter Poſſeßionem & Saſinam. pag. 63.
CAP. XXXVI.
De Saiſina ſimplici. pag. 64.
CAP. XXXVII.
Differentia inter ſimplicem Saiſinam & Complaintam. pag. 65.
CAP. XXXVIII.
De Complainta. pag. 66.
CAP. XXXIX.
Complainta quomodo Executioni mandanda. pag. 67.
CAP. XL.
Complainta in quibus habeat locum, & in quibus non. pag. 69.
CAP. XLI.
De Manutenentia, aut Manutenentiis. pag. 71.
CAP. XLII.
Differentia inter Manutenentiam & Complaintam. pag. 73.
CAP. XLIII.
De Perturbatione facti, aut de Facto. pag. 73.
CAP. XLIIII.
De Reſtabiliendo, aut Reſtabilimento. pag. 74.
CAP. XLV.
Quo pacto intentetur Petitorium cum Poſſeſſorio. pag. 75.
CAP. XLVI.
De Proprietate & Petitorio. pag. 76.
CAP. XLVII.
De Contractibus. pag. 77.
CAP. XLVIII.
De Contractibus particularibus. pag. 80.
CAP. XLIX.
De Actionibus cedendis alteri. pag. 87.
CAP. L.
De Releuamento, aut Reſtitutione in integrum. pag. 89.
CAP.

CAP. LI.
De Lapſu temporis, vel Præſcriptione. pag. 90.
CAP. LII.
Differentia inter Releuamentum & Requeſtam Ciuilem. pag. 96.
CAP. LIII.
De competente Iudice. pag. 98.

Capita Secundi Temporis.

CAP. LIIII.
De Citatione. pag. 102.
CAP. LV.
De Commiſſione, ſiue de Citatione literali. pag. 104.
CAP. LVI.
De Requiſitoriis. pag. 106.
CAP. LVII.
De Citatione in genere. pag. 106.
CAP. LVIII.
Quos oporteat eſſe Citatores. pag. 109.
CAP. LIX.
De Citandi modo. pag. 111.
CAP. LX.
De Competenti die. pag. 116.
CAP. LXI.
Quando Executor ceſſat à Citatione. pag. 117.
CAP. LXII.
De informatione præcedente. pag. 118.
CAP. LXIII.
De Relationibus. pag. 119.
CAP. LXIIII.
De Citatione Reali, id eſt, Captura. pag. 123.
CAP. LXV.
De Carceris effractione, in materia Ciuili. pag. 128.
CAP. LXVI.
De Relaxatione carceratorum in materia Ciuili. pag. 130.
CAP. LXVII.
De Fideiuſſione & Cautione in re ſiue materia Ciuili. pag. 130.

CAP. LXVIII.
De varia Cautione præſtanda. pag. 132.
CAP. LXIX.
De Captiuorum Aggrauatione. pag. 133.
CAP. LXX.
De miſerabili bonorum Ceſsione. pag. 134.
CAP. LXXI.
De Conſignatione (vulgò) Nantiſatione. pag. 137.
CAP. LXXII.
De Sequeſtratione. pag. 138.
CAP. LXXIII.
De Arreſtis. pag. 141.

Capita Tertij Temporis.

CAP. LXXIIII.
De Comparatione, & Contumacia. pag. 142.
CAP. LXXV.
De Excuſatione non comparitionis (vulgò) Exoniatione. pag. 143.
CAP. LXXVI.
De Defectibus & Contumaciis. pag. 146.
CAP. LXXVII.
Defectus contra Impetrantem in non veniendo. pag. 147.
CAP. LXXVIII.
De Defectibus & Contumaciis contra Citatum. pag. 149.
CAP. LXXIX.
Alij Defectus contra vnam aut alteram partium. pag. 157.
CAP. LXXX.
De tempore dandi Defectum. pag. 159.
CAP. LXXXI.
De Contumacia purganda. pag. 160.
CAP. LXXXII.
De ſe præſentando in Rotulo. pag. 161.
CAP. LXXXIII.
De cauſa vocanda coram Iudice. pag. 162.
CAP. LXXXIIII.
De ſeipſo præſentando per Procuratores. pag. 163.

CAP.

CAP. LXXXV.
De Procuratoribus. pag. 164.
CAP. LXXXVI.
De Procuratoribus in propriis cauſis. pag. 165.
CAP. LXXXVII.
De Procurationibus generalibus. pag. 167.
CAP. LXXXVIII.
De Procurationibus ſpecialibus. pag. 169.
CAP. LXXXIX.
De Subſtitutionibus. pag. 173.
CAP. XC.
Quæ Procuratoria ſint ſufficientia in Iudiciis. pag. 174.
CAP. XCI.
De Procuratione reuocanda. pag. 176.
CAP. XCII.
De Falſo Procuratore. pag. 177.
CAP. XCIII.
De exhibendis Procuratoriis. pag. 178.
CAP. XCIIII.
De iis qui Procuratores eſſe non poſſunt. pag. 179.
CAP. XCV.
De ſe præſentando per alium ſine Procuratorio. pag. 180.
CAP. XCVI.
De Aduocatis. pag. 181.
CAP. XCVII.
De portante & exhibente literas obligatorias. pag. 185.
CAP. XCVIII.
De ſeſe adiungendo & immiſcendo Proceſſui. pag. 186.
CAP. XCIX.
De Satiſdatione, aut Cautione facienda. pag. 187.

Capita Quarti Temporis.

CAP. C.
De Actoris Petitione. pag. 189.
CAP. CI.
De Petitione formanda. pag. 192.

CAP. CII.

De Concluſione facienda. pag. 193.

CAP. CIII.

De Prouiſione petenda. pag. 196.

CAP. CIIII.

De Fructibus, aut Vſufructibus petendis, & de eorundē reſtitutione. pag. 198.

CAP. CV.

De petendo Damnum & Intereſſe. pag. 205.

CAP. CVI.

De petendo Lucrum pecuniæ. pag. 208.

CAP. CVII.

De petendis Pœnis Conuentionalibus. pag. 211.

CAP. CVIII.

De petendis Expenſis. pag. 213.

CAP. CIX.

De Clauſulis quæ vtiliter Concluſionibus inſeruntur. pag. 214.

CAP. CX.

De Concluſione mutanda, corrigenda, & addenda. pag. 215.

CAP. CXI.

De Actione cumulanda. pag. 216.

CAP. CXII.

De Petitione fundanda. pag. 217.

CAP. CXIII.

De exhibendis Tituli literis, poſt Petitionem exhibitam. pag. 220.

CAP. CXIIII.

De Dilationibus in genere. pag. 221.

CAP. CXV.

De Dilationibus ordinariis ante Litiſconteſtationem. pag. 222.

CAP. CXVI.

De Dilationibus ordinariis poſt Litiſconteſtationem. pag. 224.

CAP. CXVII.

De Dilationibus ordinariis poſt Sententiam. pag. 227.

CAP. CXVIII.

De Dilationibus extraordinariis. pag. 228.

CAP. CXIX.

De feriis (vulgò) Vacantiis. pag. 230.

Capita

Capita Quinti Temporis.

CAP. CXX.
De Defenſione & Litiſconteſtatione. pag. 236.
CAP. CXXI.
De Proteſtationibus. pag. 240.
CAP. CXXII.
De Proteſtationibus ſeruientibus in Iudiciis. pag. 243.
CAP. CXXIII.
De declinando à Iudice. pag. 247.
CAP. CXXIIII.
De Cauſſarum remiſſione petenda. pag. 247.
CAP. CXXV.
De recuſando Iudicem. pag. 254.
CAP. CXXVI.
De dilatoriis atque temporalibus Exceptionibus. pag. 259.
CAP. CXXVII.
Exceptiones contra Executionem ſiue Explotum & Commiſſionē. pag. 260.
CAP. CXXVIII.
De Exceptionibus contra procuratorem; & procurationē, proponendis. pag. 261.
CAP. CXXIX.
De Exceptionibus contra Aduocatum proponendis. pag. 267.
CAP. CXXX.
De Exceptionibus contra Petitionem ſeu Libellum proponendis. pag. 271.
CAP. CXXXI.
De Exceptionibus contra perſonam Actoris proponendis. pag. 274.
CAP. CXXXII.
De Exceptionibus, contra perſonas Tutorū aut Curatorū, proponēdis. pag. 275.
CAP. CXXXIII.
De Exceptiōibus, cōtra ſchedularū obligatoriarū portatores, proponēdis. pag. 279
CAP. CXXXIIII.
Exceptiones in materiis Euictionis, ſiue Guarandiæ. pag. 280.
CAP. CXXXV.
Exceptiones contra loci inſpectionem. pag. 285.
CAP. CXXXVI.
De Exceptionibus peremptoriis. pag. 287.
CAP. CXXVII.
De Præſcriptionibus. pag. 289.

CAP. CXXXVIII.
De Exceptionibus praiudicialibus. pag. 303.
CAP. CXXXIX.
De Concludendo ad omnes fines. pag. 305.
CAP. CXL.
De Litiſconteſtatione. pag. 306.
CAP. CXLI.
De petitione per Reconuentionem. pag. 308.
CAP. CXLII.
De Replicationibus, & Duplicationibus. pag. 310.
CAP CXLIII.
De Sententia Iudicis diſpoſitiua. pag. 312.
CAP. CXLIIII.
De Sententiis Interlocutoriis. pag. 315.
CAP. CXLV.
De Interlocutoriis definitiuam ſapientibus. pag. 317.
CAP. CXLVI.
De Interlocutoriis reuocandis. pag. 318.
CAP. CXLVII.
De Recredentiis. pag. 321.
CAP. CXLVIII.
De Decretis. pag. 325.
CAP. CXLIX.
De Actis. pag. 327.
CAP. CL.
De Stylo. pag. 328.
CAP. CLI.
De Iuramento Calumniæ. pag. 330.
CAP. CLII.
De Poſitionibus. pag. 334.
CAP. CLIII.
De Poſitionibus iuramento affirmandis. pag. 341.
CAP. CLIIII.
De Reſponſionibus ad Poſitiones. pag. 343.
CAP. CLV.
De Commiſſariis. pag. 349.
CAP. CLVI.
De Commiſſariis, & Adiunctis. pag. 352.
CAPITA

CAP. CLVII.
De Probatione. pag. 353.
CAP. CLVIII.
Quando Reus probare tenetur. pag. 354.
CAP. CLIX.
Quid probari debet. pag. 355.
CAP. CLX.
Quis in Productionibus ordo. pag. 356.
CAP. CLXI.
De diuerſis Probationum ſpeciebus. pag. 356.
CAP. CLXII.
De Probationibus per teſtes. Et primò de Teſtibus producendis ante Litiſconteſtationem. pag. 360.
CAP. CLXIII.
De Producendis Teſtibus. pag. 361.
CAP. CLXIIII.
De Teſtium multitudine producenda, ſiue de Teſtibus producendis (vulgò) per Turbam. pag. 363.
CAP. CLXV.
De Teſtium numero. pag. 364.
CAP. CLXVI.
De Teſtium iuramento. pag. 368.
CAP. CLXVII.
De Articulis formandis & exhibendis. pag. 371.
CAP. CLXVIII.
De Interrogatoriis. pag. 372.
CAP. CLXIX.
Interrogatoria qualiter, & quibus danda. pag. 373.
CAP. CLXX.
De Teſtium examinatione. pag. 374.
CAP. CLXXI.
De varia fide, & authoritate Teſtium. pag. 379.
CAP. CLXXII.
De falſis Teſtibus. pag. 383.

CAP. CLXXIII.

De probatione facta per confeſsionem partium. pag. 387.

CAP. CLXXIIII.

De probatione per literas, ſcripturas, aut inſtrumenta. pag. 390.

CAP. CLXXV.

De Probatione per ſcripturas priuatas. pag. 394.

CAP. CLXXVI.

De Literarum Productionibus. pag. 401.

CAP. CLXXVII.

De Probatione per euidentiam facti, & per aſpectum. pag. 402.

CAP. CLXXVIII.

De Probatione per præſumptionem. pag. 403.

CAP. CLXXIX.

De Probatione per iuramentum. pag. 409.

CAP. CLXXX.

De ſemiplena Probatione. pag. 414.

CAP. CLXXXI.

De concludendo ſuper principalibus factis. pag. 415.

CAP. CLXXXII.

De Atteſtationum publicatione. pag. 415.

Capita Septimi Temporis.

CAP. CLXXXIII.

De Reprobatione in genere. pag. 421.

CAP. CLXXXIIII.

De Reprobandis Productionibus. pag. 421.

CAP. CLXXXV.

De Reprobandis Teſtibus, per reprobationes iuris. pag. 422.

CAP. CLXXXVI.

De Reprobatione Teſtium, per reprobationes facti. pag. 423.

CAP. CLXXXVII.

De Reprobatione titulorum, aut ſcripturarum. pag. 429.

CAP. LXXXVIII.

De Saluationibus. pag. 432.

CAP. CLXXXIX.

De interruptione Proceſſus. pag. 433.

CAP.

CAP. CXC.
De Arramentis acceptandis aut relinquendis. pag. 435.

Capita Octaui Temporis.

CAP. CXCI.
De concludendo in Iure vel in Cauſa. pag. 436.
CAP. CXCII.
De Receſſu capiendo, ad proceſſum viſitandum. pag. 438.
CAP. CXCIII.
De euocatione Proceſſuum. pag. 440.
CAP. CXCIIII.
De Referendariis proceſſuum. pag. 441.
CAP. CXCV.
De Scripturis amiſſis. pag. 442.
CAP. CXCVI.
De aſſumendis Conſiliariis. pag. 443.
CAP. CXCVII.
De viſitando Proceſſum. pag. 445.
CAP. CXCVIII.
De opinione ſua in examine proceſſus dicenda. pag. 446.
CAP. CXCIX.
De partibus amicè concordandis. pag. 448.
CAP. CC.
De Tranſactionibus, & Concordantiis. pag. 449.
CAP. CCI.
De Tranſigendi licentia. pag. 453.
CAP. CCII.
De renunciatione Litis & Inſtantiæ, Aut de recedendo à lite aut ab inſtantia. pag. 455.
CAP. CCIII.
De cadendo in Submiſſiones, & Arbitria. pag. 456.
CAP. CCIIII.
De Compromiſſis aut Submiſſis. pag. 460.
CAP. CCV.
Qui arbitri eſſe non poſſunt. pag. 462.
CAP. CCVI.
Qui compromittere non poſſunt. pag. 466.

CAP. CCVII.
In quibus cauſis compromittere non liceat. pag. 467.
CAP. CCVIII.
De modo procedendi coram Arbitris, & Arbitratoribus. pag. 468.
CAP. CCIX.
Quomodo differant Arbitri, & Iudices. pag. 469.
CAP. CCX.
In quibus Arbiter, & Iudex conueniant. pag. 470.
CAP. CCXI.
Quando Submiſſio cenſetur extincta. pag. 471.
CAP. CCXII.
De Arbitrio pronunciando. Vel de ſententia Arbitrij publicanda. pag. 472.
CAP. CCXIII.
De Arbitrio partibus ſeruando. pag. 474.
CAP. CCXIIII.
De Pœna luenda. pag. 476.
CAP. CCXV.
De Sententiis metropoliticis. pag. 477.

Capita Noni Temporis.

CAP. CCXVI.
De Variis ſententiis. pag. 479.
CAP. CCXVII.
De differentia inter Mulctam, & Pœnam. pag. 480.
CAP. CCXVIII.
De modo iudicandi. pag. 481.
CAP. CCXIX.
De Sententiis pronunciandis. pag. 484.
CAP. CCXX.
De Sententia lata corrigenda. pag. 485.
CAP. CCXXI.
De cauſa Sententiæ inſerenda. pag. 486.
CAP. CCXXII.
De condemnatione in Expenſas. pag. 487.
CAP. CCXXIII.
De adiudicandis, vel abiudicandis Fructibus. pag. 488.

CAP. CCXXIIII.
De condemnando in Damnum, ac Intereſſe. pag. 489.
CAP. CCXXV.
In quam pœnam condemnentur malam ſuſtinentes Cauſam. pag. 490.
CAP. CCXXVI.
De Sententiis annullandis, aut retractandis. pag. 490.
CAP. CCXXVII.
De modo retractandi Sententiam. pag. 492.
CAP. CCXXVIII.
De iudicando ſub periculo Emenda. pag. 494.
CAP. CCXXIX.
Retractatio ſententiarum per Appellationem & Prouocationem. pag. 495.
CAP. CCXXX.
Quibus Appellare non licet. pag. 497.
CAP. CCXXXI.
A quibus Appellari liceat. pag. 498.
CAP. CCXXXII.
De Reſorto conſuetudinario. pag. 499.
CAP. CCXXXIII.
A quibus Appellari non liceat. pag. 500.
CAP. CCXXXIIII.
A quibus cauſis Appellare non liceat. pag. 501.
CAP. CCXXXV.
Ad quos Appellandum ſit. pag. 503.
CAP. CCXXXVI.
De modo Appellandi. pag. 504.
CAP. CCXXXVII.
De tempore Appellandi, Inſinuandi, & Releuandi. pag. 505.
CAP. CCXXXVIII.
De Appellationis Anticipatione, & Diſertione. pag. 506.
CAP. CCXXXIX.
Quis Sententiam ſuſtinere debeat, an Iudex, an Pars. pag. 508.
CAP. CCXL.
De Appellatione renuncianda. pag. 508.
CAP. CCXLI.
De Appellationum mulctis. pag. 509.
CAP. CCXLII.
De Appellationum effectibus. pag. 519.
CAP.

CAP. CCXLIII.
De Attentatis. pag. 511.
CAP. CCXLIIII.
De Sententia retractanda per Supplicationem. pag. 512.
CAP. CCXLV.
De Sententia retractanda per Reſtitutionem. pag. 513.
CAP. CCXLVI.
De Sententiæ retractatione per ſimplicem petitionem. pag. 514.
CAP. CCXLVII.
De Retractatione Sententiarum per propoſitionem errorum. pag. 514.
CAP. CCXLVIII.
De Retractando proceſſu per Reuiſionem. pag. 515.
CAP. CCXLIX.
De taxandis ſumptibus, & Expenſis. pag. 516.
CAP. CCL.
De Remunerationibus Iudicum. pag. 519.
CAP. CCLI.
De taxatione Expenſarum in Flandria. pag. 520.
CAP. CCLII.
De taxandis ſumptibus incarceratorum in curia Flandriæ. pag. 525.
CAP. CCLIII.
De Taxatione in Conſilio Mechilinienſi. pag. 526.

Capita Decimi Temporis.

CAP. CCLIIII.
De Sententiis Executioni mandandis. pag. 530.
CAP. CCLV.
Cui competat Executio facienda. pag. 532.
CAP. CCLVI.
Quando Executio eſt peragenda. pag. 533.
CAP. CCLVII.
In quem Executio fertur, aut infligitur. pag. 534.
CAP. CCLVIII.
De modo Executionis faciendæ. pag. 535.
CAP. CCLIX.
De Decretis peragendis. pag. 541.

CAP. CCLX.
Quomodo executa per decretum diſtribuantur pecunia. pag. 541.
CAP. CCLXI.
De Executione in qua bona non ſufficiunt. pag. 542.
CAP. CCLXII.
Quae res Executionem impediant, & quae non. pag. 543.
CAP. CCLXIII.
De progrediendo in Executione, nõ obſtante oppoſitione vel appellatione. pag. 545
CAP. CCLXIIII.
De Euictione (vulgò) van Afvvinninghe. pag. 546.
CAP. CCLXV.
De Approximatione, vel Retractu. pag. 548.
CAP. CCLXVI.
In quibus Retractus locum non habeat. pag. 553.
CAP. CCLXVII.
De retentione Feudi, aut Fundi venditi. pag. 553.
CAP. CCLXVIII.
De honorariis iuribus Feudorum aut Dominiorum. pag. 554.
CAP. CCLXIX.
In quibus venditionibus non ſoluantur iura feudalia. pag. 556.

FINIS INDICIS, CAPITVM ET

TITVLORVM.

AVCTOR PRO PVRGAtione ſui ad Lectorem.

SIQVID in præſenti rerum Ciuilium Praxi candide Lector reperies, quòd cum ſtudiis iuris non vſquequaque ſit conforme, quod cum iuris voculis, cum phraſi iuriſperitorum non per omnia conſonet, quodque iurium ſanctiſsimis legibus, aut receptiſsimæ Praxi paſsim non ſatis fœliciter reſpondeat, quin potius, ſi quædam (ne multa dicam) ineptula, inſulſa, indigna errata: imo ſi quædam impropriè, aut illatiniùs dicta, aut licentius conficta videbuntur: (veluti Souuerenitas, Saiſina, Complainta, Vierſcharium, Enqueſta, Appoinctemētum, Guarandiſare, Guarandia, Arramenta, Arreſtum, Reſortum, Parlamētum, Releuatio, Relouamentum, Explotum, Reſtablimentum, &c. ea omnia candide Lector rogo boni cōſulas, & ſcribentium conditionem acutè conſideres. Qui enim quid edit, quod fortaſsis multorum conſpectibus patebit, id (ſi modò à multis intelligi volet) propria aliquando negliget, & ad vulgaria vocabula ſeſe accommodare cogetur, quod vel ipſi Ciceroni improbatū nunquam fuit, ſed quæuis ſęcula ſuas peculiares habuerunt voculas, & doctiſsimos quoſque authores, nunquam puduit vti receptis vocabulis, aut noua effingere, quoties propriis deſtituebātur, aut quādo propria non fuerant vſquequaque recepta, niſi aut non intelligi, aut prorſus rideri cum ſua noua affectatione maluiſſent. Edidit enim Budæus vir omniū calculo doctiſsimus vocabula forenſia, ſed Ciceroniano ſæculo quàm noſtro accommodatiora. His enim omnibus ſiquis in foro verſans, aut loquendo, aut ſcribendo vteretur, non video quis illius aut dicta, aut ſcripta intelligendo aſſequeretur. Metuerim ne multis cachinnum, aut ſtuporē afferret potius, quā intellectū rei, quàm ab omnibus clarē intelligi vellet. Aliud eſt rhetorice, aliud eſt iuridicè quicquam ſcribere. Qui rhetorice ſcribit ſibi placet, aliorūque aures phaleratis verbis demulcet, qui iuridicè ſcribit rem aperte commonſtrare cupit, contentus quibus id verbis peragat, modò fructum conferat. Ita & ego quoq; in hac editione malui aliquādo vſitatis vti vocabulis, & ab omnibus intelligi quàm Budæanis triumphare floſculis, & à paucioribus intelligi. Qui in foro verſantur his præcipue dictū eſt, vtendum eſt foro, hoc eſt, vt qui forenſia tractat, huic ad forum, id eſt, ad recep-

ad receptam conſuetudinem ſeſe accommodet oportet. Nihilominus quicquid hic à me peccatum eſt, id rogo boni conſulas, & id non tam mihi, aut meis ſtudiis, quàm aulicis occupationibus meis imputes velim, quæ vti ſunt arduæ, & tales, quæ totum requirant hominem, ita me quoque totum hiſce aulicis negotiis tradere par erat, & iuris praxiſque forenſis ſtudium quodammodo intermittere, & negligere, & aſſumpto munerì pro viribus ſatisfacere. Iam enim decimusſextus voluitur annus, quod aulicæ Financiæ meam aſsiduam impendo operam, quodque iuris ſtudiis, & Praxi forenſi propemodum valedixerim, ob quæ minus appoſitè cuncta effari licuit. Nam Heroinarum omnium prudentiſsima, Maria vidua Ludouici regis Hungariæ & Bohemiæ, & Caroli quinti Romanorum Imperatoris germana ſoror, vbi à fratre ſuo Imperatore vniuerſis Belgiæ regionibus præfecta, & an. 1551. Auguſta Vindelicorum in hac Belgiam noſtram remiſſa fuerat, & Brugis ageret, me ad ſe accerſit, Imperatorem in ſuæ financiæ Belgicæ adminiſtratione egere fideli Conſiliario & Cōmiſſario elegantiſsima oratione cōmonſtrat, & me ad hanc imperatoriam finãciam ſimul eligit; & nullis excuſationibus meis (quod tale officium à me eſſet alienum, quodque parum cum meis conueniret ſtudiis, ſed quod potius requireret virum in huiuſmodi negotiis verſatiſsimum) auditis, vel admiſſis, è veſtigio in manu ſua meum iuramentum tradere mandat, & dictæ financiæ, ſexta Ianuarij anno 1551. me committit præſente D. Ludouico Pratenſi, tunc temporis eiuſdem financiæ Imperatoriæ capite ſecundario. Huic itaque financiæ tunc Catholici Regis Philippi, Regis Hiſpaniarum cum iam ſexdecim annos vaco, nulli mirum merito videri debet, ſi à ſtudiis iuris factus ſim æquò alienior, ſique phraſis iſthæc nō æquè dignè cum iuris phraſi conſentiat, nec votis legentium per omnia faciat ſatis. Ideoque ſi quippiam fuerit in hac materia locupletiſsima derelictum, aut ſi in ꝓ clara citandis authoribus fuerim viſus liberalior, cogita quæſo candide Lector nulli vnquam verſum vitio, quod in ſua arte, non quæ voluit, ſed quæ cōmunis vtilitatis cauſa potuit, præſtitit. Quocirca hic optare cogor, quod C. Lucius quondã optaſſe ſcribitur, nempe, vt ea quæ ſcriberet, neque ab indoctiſsimis, qui nihil intelligerent, neque à doctiſsimis, qui plura, & abſolutiora expoſcerent, legerentur. Præſtiti equidem quæ pro ingenij tenuitate, quæq; pro negotiorum qualitate præſtare potui, nec ſcribẽds doctis, quibus me ſatisfacturum diffidebam, nec prorſus indoctis, quibus nihil eſt iudicij, ſed mediocribus, & ad iuris nobile faſtigium nondũ prouectis,

ſcilicet

ſcilicet ut iſthæc à me conſcripta, ipſis, & quibuſcunque aliis, quorum res in foro aliquando verſantur iudicialis enchiridij loco eſſe poſsint, & ex hoc libello iudicialium proceſſuum ordinem videant, & ex eo decerpant, quod ſuæ cauſæ patrocinaturum ſperabunt. Quod ſi res requiret, vt Doctiores conſulendi ſint, id per me faciant licet. Nolo enim vt in cauſis maximè arduis, ſic ab hac mea CiuiliPraxi dependeât, vt Doctiores conſulere, quum opus erit, deſinant. Sed hac noſtra editione tantum fruantur, aut in rebus leuibus, aut mediocribus, aut etiã in arduis, donec ipſis Doctioris iuriſperiti copia contigerit, qui non tantum iuxta iuris apicem, ſed ſecundum aut hanc noſtrã Praxim, aut ſecundum temporum, locorum, perſonarum, qualitatum, aut aliarum rerum circunſtantias, ſua conſilia conferent. Quocirca (vt finem faciã) iterum, atque iterum te cãdide Lector, quiſquis es, rogo, vt quicquid indignitatis, quicquid vitij, quicquid imperfectionis in libello hoc noſtro, quod nobili, ac delicato palato tuo non ſatis ſapiat, comperies, id benigno vultu aſpicias, bonique conſulas, & fœliciter valeas.

IN D. IODOCI, SIVE IVSTI DAMHOVDERII PRAXIM,

IOAN. LATOMI CARMEN.

Fons Deus eſt Æqui: mens huius, linguaq́, Ius eſt.
Sed nihil eſt Æquo, ſimpliciuſq́ Deo.
Nam Deus eſt vnus: quod de illo credimus, vnum eſt:
Omnia ſunt vnum, Rex, torus, vnda, domus.
Iam tibi quod nolis fieri, ne feceris illi,
Naturæ obſtrictum quem tibi lege tenes.
Lex certè modica eſt: ad quam reuocaueris aptè,
Huius & illius iurgia cuncta fori.
Vndè igitur nobis tam multa volumina Iuris?
Vndè ſcriptorum tam numeroſa cohors?
Auſus erat quondam, ſi non eſt fabula, Gangem
Ob damnum chari ſcindere Cyrus equi:
Ille ſed immenſum flumen dedit eſſe vadoſum,
Pergeret humanum ne violare genus.
Aſt hic innumeros vna è ſcaturigine riuos,
Omnes peruaſtos dixeris Oceanos:
Et maris inſtar habent ſcopulos, breuia, atque Charybdes,
Monſtraq́ non vno maxima quiq́ loco.
Quæ omnia ſi ſancti non ſunt iniuria Iuris,
Certè tam diſcors nulla Chimæra fuit.
Eccè DAMHOVDERIVS mentem cognominis huius,
Præfectum ripæ quod ſonat, arte refert:
Nam mare ne totum fontem reſtagnet in ipſum
Amplius, & limum fundat vbique ſuum,
Quodq́ fluit purum, proprium ne deſerat alueum,
Aggeribus iactis inter vtrunq́ ſecat:
Vt tibi nunc viuam certo diſcrimine lympham,
Et ſit quam quæris fas reperire ſtatim.
Iuris hic antiſtes multùm de Iure meretur:
Forſan & hinc IVSTI nobile nomen habet.

***

AD LECTOREM
Præfatio.

FOELICES quidē eos, Lector humaniſsime, ſemper exiſti mare ſoleo, quibus poſt præclaram rerum publicarū adminiſtrationem, aut poſt dignum aliquod ſcriptū (quo ſe Deo mundoq; hic vixiſſe teſtantur) tandē ſenectutis graues annos, in placido, honeſtoq; ocio peragere contigit. Verùm hac in parte, neſcio quo ſydere natus, quoue fato (vt ita loquar) ductus, me meritò infœlicem cenſere debeo: adeo vt quanto ad eam fœlicitatis portiunculam meipſum, meaque omnia ſtudioſius componere pergam, tanto longius ab ea me quotidie repulſum eſſe, imo tanto altius laborum moleſtiis me immerſum, ne dum iniectum iri conſpiciam. Cauſam autē tum ex meipſo natam video, qui eo ſum ingenio natus, vt nihil honeſta flagitantibus denegare poſsim, tum ex ipſis quoque meis lucubratiunculis, eam cauſam ſubminiſtratā comperio, quæ toties paſsim apud exteros recuſæ, nouum ſemper lectoribus ſui deſyderium reliquerint, typographorumque denuo reprimendi auiditatem exacuerint, & Doctis aniculis ex iis iterum iterumque perlectis occaſionē præbuerint, qua à me omnium hominum occupatiſsimo, alia argumēta prioribus nec diſſimilia, nec indigna cōſtanter expoſcere pergant. Poſtquā enim ſuperioribus annis Praxim Rerum Criminaliū in ſtudioſorum gratiam & in quorumcunque Officiariorum certam ſecuritatē in vulgus edere auſus fueram, eam adeo candidis non diſplicuiſſe comperi, vt ipſam iam decies recuſam paſsim diſtrahi intelligam, quod & de noſtro Pupillorum patrocinio, & Subhaſtationis exegeſi contingere nō doleo. Quid pluribus immoror? Horum vel vtilitas vel grata iucunditas quoſdam eoſque tales quibus iubentibus ne dum anxiè rogātibus denegare nō poſſum, impulit, vt inſtanter à me peterēt, ſcilicet vt qui prius neceſſariam rerum criminalium Praxim edideram, nunc quoque harum imitatione & pari exemplo Praxim quoque rerum ciuilium contexere vellem, adderentque ratiōes vrgentes, quibus me ad huius ſtudij laborem vtcunque inflexerint, & ad nihil ipſis ſua authoritate me conſtringentibus denegandum planè compulerint. Ad hanc igitur materiā diſponēdam, amicis obteſtantibus gratificaturus me ſucciſiuis horis impēdere ſum conatus, & hanc rerum ciuilium Praxim, (licet fortaſsis temere, cum ſpe tamen alicuius fructus ad ſtudioſos, iuriumque candidatos redi-

tos redituri) in lucẽ edere nõ ſum veritus. Sed hic cãdide Lector (quid enim nigri ſubmuſsitent ſuſque deque fero) interim tuum candorem rogare non deſino, vt ſi hæc parum commodo parumque decenti ordine, aut non cum digna latinæ linguæ puritate à nobis tibi tradita videbuntur, ea prudenter diſsimules, & rei vtilitatem in iis potius conſpiciens penſites, quæ ad vos referri poterit, quibus rerum publicarum ſtudium aliquo modo cordi eſſe placebit. Non enim tam politioribus literis aſſuetis, aut nare emunctiſsimis, quam mediocriter Doctis, ſtudioſis, iuriumque cognitionis auidis iſta edenda elaborare curauimus, quibus ſpero magis cordi erit ipſa rerum vtilitas, quam exterior verborum amictus, quique pro more ſi quid illatinum, agreſte, durum, barbarum, ſcabroſum, aut ſalebroſum videbitur diſsimulabunt, & ſola rerum vtilitate contenti ea omnia conniuentibus oculis tranſmittent. Interim tamen (quantum potuimus) ſic in huius editionis externa dictione & orationis elocutione noſmet temperare, male tornata reſtituere, & ſordidiora relambere curauimus, vt ad ſtudioſos ex hac excuſa ſpica fructus, vtilitatiſque quippiam accederet, ne acriori iudicio prædítis offunderetur quod in ordine aut dictione ipſos digne offendere poſſet. Neque me ab hoc labore deterrere poterant qui fortaſsis occlamabunt, me hic actum voluiſſe agere, & ciuilia iura hic temere voluiſſe congerere, de quibus Iuſtinianus, cæterique legiſlatores cum infinitis eorum interpretibus accuratiſsime tradiderunt, quaſi poſt dulciſsimũ tritici pollinem tandem amaras glandes populo obtrudere coner. His enim ego reſponſum iri volo, me hic non iuſtiſsimos iurium ciuilium commentarios, qui à multis tam abſolutè ſunt conſcripti, & æditi, vt meam hos aſſequendi imparitatem modeſte profitear, voluiſſe ædere, ſed in hac in æditione potius Iſagogen quandam rerum ciuilium quæ ad Praxim noſtrarum regionum pertinere videbatur, cũ ſuis debitis, diſtinctiſque capitibus mõſtrare conati ſumus, ordine fortaſsis nouo, non inutili tamen, nec (vt puto) tibi iniucundo. Proinde quiſquis es, candide lector, hoc quicquid eſt, quod editur boni conſule, & fœliciter

Vale.

Auctoris in Proceſſuum voracitatem Declamatiuncula.

POſtquam hāc rerum Ciuilium Praxim primò animo concepiſſem, atque vniuerſam proceſſuū congeriē contēplatione perluſtraſſem, mecū mirari deſij, nō temerè fieri, quod proceſſus noſtri tēporis tā multos in paupertatis abyſſum, & in extremā ſæpe calamitatē abripiāt, adeo vt vel hac cōſideratione prius cōpertū, mihi fiat cōpertiſsimū, ac veriſſimū illud Salluſtij, Concordia res paruas creſcere, & diſcordia maxima quæque facillimè dilabi. Quod dictū cū omnibus in rebus, in proceſsibus tamē heu nimis verum, & compertum cernimus. Quid enim eſt in rebus humanis quod regna æquè conglutinet, quod familias tam fortiter vniat, ſtabiliat, & amicitias firmet, quàm animorum amica concordia, pax, & mutua, lætaque conſenſo? Ita, quid æque hominum animos à ſeſe mutuò disiicit, quid odiū, & diſsidia cōſtantius generat, quā diſcordia & lites forēſes? quæ licet iuſtitiæ titulari encomio plerunq; cōmendētur, nihil tamē min⁹ quā iuſtitiæ titulū merētur, quod nō ipſi Iuſtitiæ (quæ virtus eſt) non iudici, qui iuſtitiæ & miniſter & vindex eſt: non parti innocuæ, quæ in ſuo iure aſſerenda venit: ſed aut incidētibus occaſionibus, aut parti calumniatrici, aut procuratoribus, vel aduocatis, qui non ſatis ſyncerè cauſas tractāt, & in negōtio, non ſat dignè ac decorè procedūt aſcribi debet, vt vel hinc fieri videamus: vt proceſſus ac forēnſes lites adeo nullā inter familias virtutis vmbrā pariāt, & concordiā cōcilient, ſed eā potius diſſuāt, ac planeſi qua prius fuerat, diſſoluāt, & vtraſque partes in deplorāda incōmoda coniiciant, & funditus abſorbeant, ſic vt proceſſus quiuis forenſes, vt nunc geruntur, non improprìè Scyllæ aut Charybdis voracitati cōferri poſsint. Charybdis enim, ſicuti voragine ſua plurimas naues gyrando dehiſcit, & vt Scylla alliſas rates diſoluit, & perdit, ita & lites forenſes principio quidē neſcio quā iuſtitiæ virtutē promittere videntur, poſtea certe vbi miſeros collitigatores altius irretitos occupant, ah quantis moleſtiis, quātiſque diſpēdiis afficiunt? quā miſerè eos deuorant, perdunt, & abſorbēt funditus? abſorptoſque denuo (vt Charybdis) in vulgus deridēdos cum ignominia reiiciunt. Hæc vt exēplis clariora euadāt, libet parum explicatius eadem ob oculos proponere. Videmus enim noſtro æuo magnates multos, multos nobiles, pluresq; ignobiles iugibus inter ſe æſtuare litibus: videmus inter ſe litibus rixari pagos cū pagis, ciuitates cū ciuitatibus, regiōes cū regionibus, diuites cū pauperibus, pauperes cū diuitib⁹.

Et quod

Et quod diuites cum diuitibus, pauperes cum pauperibus paſsim proceſſus intentatos proferant, in quibus non rarò plus impendij, & ſumptus inſumunt, quam ipſorum facultates ferre valeant, & ſic per omnem vitam non vni proceſſui vacantes, ſed multis aliquando litium tricis implicantur, & in iis vniuerſam ſubſtantiā ita exhauriunt, vt in frigida, egenaque ſenectute vix ipſis fiat tantū reliqui, quò ſe ab egeſtate vēdicent, ſed Iro pauperiores effecti in miſeria cōſeneſcunt, chariſſimā vxorē, & liberos dulciſsimos, quos honeſte educare, alere, & ſine talibus proceſsibus honeſtiſsimè elocare potuiſſent, ſimul ſecū in perditionis barathrū pertrahunt. Et naturæ legibus nō obtēperantes, cū ipſa naturæ ratione crudeliter dimicāt, & quaſi beluinā feritatē induētes, quicquid natura dictat, quicquid ratio ſuggerit, quicquid honeſtū ſuadet, quicquid virtus & Chriſtiana pietas expoſcit, id omne veluti cæci Corybātes reiiciunt, ſpernunt, & diſſoluunt. Sed vnde iſthæc (inquies) amentia? profecto nō aliunde, quā primò ex animorū tenaciſsima peruicacia. Quum enim multi diuites, ac præpotētes, ingenio tam ſint aſpero & implacabili, & querelarum vndique tam differti, vt vel ob res leuiſsimas ſtatim in contentiones cum amicis, aut vicinis proſiliant, nec ſeſe placari vllo modo ſinant: mox, vel leuiuſculo verbo, vel tantilla iniuriola læſi, ad iudicium conuolant, lædenti (ſi diuis placet) ſtatim diem dicunt, litemque verè depauperatricem inſtituunt, nempe in quam non metuunt inſumere quicquid à piis parentibus ipſis congeſtum, imo quicquid duris laboribus, & ſudoribus, tum ſibi in futuram ſenectutem, tum liberis iuuandis comparauerant, id omne inquam huiuſmodi litibus alendis infarciunt, propriamque ſalutē negligunt, & ſeſe, vxores, dulciſsimaque pignora tandem perdunt, adeo vt ipſorum liberi ſine hiſce litibus potuiſſent honeſtis diſciplinis inſtitui, aut alio quopiam liberali exercitio, ac ſtylo doceri, quò in venturam ætatem ſibi præclarè proſpexiſſent, niſi hanc fœlicitatem ipſis maleſuadæ lites interuertiſſent, & qui ſine parentum litigandi prurigine potuiſſent præclarè, liberaliter, ac fœliciter cum ſuis coæqualibus viuere, poſtea per voraciſsimas illas parentum lites, viuere coguntur ingloriè, obſcurè, miſerè, ac pene mendicando ſibi prætenuem victum quærere. Ad huiuſmodi metamorphoſes, præludere, imo ipſis illudere ſolet litigandi contentio. Cui malo non video vllum vnquam futurum remedium, niſi per magiſtratum ſuperiorem hiſce indignis litibus occurratur, & temere litigantibus repagulum obiiciatur, expediēdo ſcilicet, & paſsim vſurpando

Titulum illum 16. Inſtitu.de pœna temere litigantium, qui ſic habet. Nunc admonendi ſumus magnam curam egiſſe eos, qui iura ſuſtinebant, ne facile homines ad litigandum procederent, quod & nobis ſtudio eſt. Idque eò maxime fieri poteſt, quod temeritas tam agentiũ, quã eorum cum quibus agitur, modo pecuniaria pœna, modo iuriſiurandi religione, modo infamiæ metu coercetur, &c. Vbi Iuſtinianus vult temere litigantes debere puniri, & coerceri triplici pœna, ſcilicet aut pecuniaria, aut periurij, aut infamiæ. Et ſi tales temere litigantes tam tenuis eſſent fortunæ, vt pecuniariæ pœnæ pares non eſſent, poſſent quidem ex pecuniariæ pœnæ facile in corporalem conuerti, iuxta id: Qui non habet in ære, luat in corpore, hoc eſt, aut flagelletur, aut exulet, aut aliam quamuis pœnam ciuilem, in lineis incedendo, coram iudice ſubmiſſe procumbendo, veniamque petendo, ieiunio, in pane & aqua ſeſe macerando, aut longinqua peregrinatione ſe affligendo, pecuniariæ pœnæ loco, ſubeat, l. Finali. ff. de in ius vocando. Canonicũ enim eſt, vt qui pœnam pecuniariam ſoluere non queat, corpore plectatur. Et generaliter publicorum iudiciorum legibus placet, vt his qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coertio extraordinaria indicetur, l. 1. §. Generaliter. ff. de pœnis, & l. Si quis id quod iuriſdictionis. §. in ſeruos. ff. de iuriſdic. omni. iudic. & l. Cum ſit iniuſtum, C. de ſepul. viola. Huiuſmodi inquam pœnæ ſi temere litigantibus paſsim infligerentur, ſperarem illum litigandi æſtuantiſsimum ardorem facile, in principiis poſſe reſtringi, prædictiſq; ex malis litibus certiſsimè promanãtibus cõmodiſsimum obiiceretur antidotum, & in multis familiis tuta, & amica pax, & rerum omnium affluentia triumpharent, in quibus cum litibus nunc totius diſcordiæ lerna regnat, omniumque malorum ſentina fœtet, & diabolus omnis diſsidij, & calamitatis primus ſeminator imperat. Nec eſt quod ſolos diuites hac litigandi amẽtia percitos eſſe putes, de quibus dici poteſt illud. Stultitiã patiuntur opes, ob id quod diuitiæ animos, & rarius ad virtutem, ſuggerant, cũ & pauperes multos ab hac litigandi libidine nõ abſtinere videamus. Imò eos qui vix habent quo latrantem ſtomachum exaturent. Et hic ratio eſt in promptu, quod non tam in opibus, quam in ingeniorum corruptis dotibus ea libido litium inhæreat, quodque interim duo præcipue ſint, quæ ipſorum litigandi temeritatem plurimum ſtabiliãt. Primum quod ſciant iudicis eſſe non minus audire cauſas pauperum, quam diuitum. Secundò, quod norint iudicem cõſtituturum ipſis pro curatorem, & aduocatum, qui ipſis gratis, & pro Deo in cauſa ſeruituri e-

turi e-

turi erunt. His itaque duobus nonnulli freti aliquanto audacius, quã ipſi diuites ſubinde litigaturiunt. Diuites enim aliquando de litis euẽtu dubitant,& ſuis loculis metiunt. Pauperes vero reformidant nihil. Quin & ipſis ſubinde dulce eſt opulentis litigando negotiũ faceſſere, qui in vexandis aliis voluptatem capiunt maximã. Quid (inquiunt) ex hac lite deperdere potero? nihil habeo,& nudo quid eripies? Siquid euicero, id in bonis erit, ſiquid perdidero, nihil perdidero, qui habeam nihil,& gratis mihi meæque cauſæ officium præſtabunt aduocatus,& procurator. Iactabo igitur (inquiunt) aleam,& experiar quid litis alea mihi tandem fauerit. Hic quando aduocati, & procuratores (qui gratis conſulere debent) vident in pauperis cauſa vllam veritatis vmbram, aut quod diuitem aut ſenem, aut valetudinarium litibus labefactare ſperent, cum clientulo paupere paciſcuntur, quod in euentum victoriæ, aut tertiam, aut quartam, aut dimidiatam recepturi erunt. Ob quod pactum ardentius in eam litem incumbunt, & mille technas conſtruunt, quibus aduerſarium aut opprimant, aut ob cauſæ diffidentiam ad compoſitionẽ adigant, ſciẽtes ex lite ſemper emerſurũ aliquid, quodque craſsi diuites agitati aliquid exudare, pauperes vero prorſus exiccati nihil ſucci euaporare poterunt. Si litem contra diuitem euincant, res omnis eſt in vado: ſi perdant nihil perdunt, pauper tantum corporaliter puniendus venit. Ah nefarij aduocati,& procuratores famelici (bonos non taxo) qui contra iuramentum tum in promotione, tum in acceptatione officij præſtitum, veſtram commaculatis animã, & cũ huiuſmodi pactis Deũ offenditis, & proximum grauiter læditis. Nonne conceptis verbis iuratũ eſt à vobis, quod quoties cognoſcetis partes clientelares malã ſuſtenturas cauſam, ipſamque parũ firmo inniti fundamento, quod (inquã) tũc ilico eoſdẽ clientulos veſtros deſerturi eritis, quodque ab vlteriori conſilio ipſis conferendo, mox tũc ſuperſedebitis. Cur igitur veſtrũ multi tã ſunt irreligioſi, vt quoties aliqui vos conſulturi adeunt, nunquã dubiã aut malã cauſam perſentiſcatis? ſed ſemper ipſis bonã cauſam probetis? conſiliis,& authoritatibus firmetis,& nihil ſcrupuli ineſſe contenditis, imo certam ſpem,& victoriã ipſis promittitis? Metuo ne id tã veritatis,& cauſæ gratia, quã maioris aucupij veſtri cauſa faciatis? Cur item dicti iuramẽti veſtri vobis tã exigua eſt ratio? cur lucrũ pacis, cur lucrũ fraternæ concordiæ, cur lucrũ animarũ non vbique vobis magis cordi eſt, quã lucrũ pauxillæ pecuniæ, quod non lucrum, ſed verius ſummũ eſt animarũ diſpẽdium. Si aduocatorum ac procuratorum nulli ſic eſſent cõparati, vt cliẽtulos

in mala cauſa non alerent, ſed mox deſererent, imo potius ab vlteriori progreſſu diſſuaderent, quam accenderent, non dubito, quin pauciores hodie intentarentur, aut proferrentur lites, ex quibus tot pullulāt (vt diximus) mala. Sed, ô nos miſeros, ſic paſsim litibus fora perſtrepunt, vt litigare nūc quotidianū videatur factum opificium, & in quouis hominum genere æquè cōmune cernatur. Pro vno olim proceſſu, nunc plures ſuccreuere viginti, adeo vt in foris litigioſis vix aliud cernamus, quā litigantium ſedulas turbas, & aduocatorum, procuratorū, ſacculariorum, & ſimilium plenas, ac operoſas phalāges. Quibus malis præſentaneo eſſent remedio dicti aduocati, & procuratores, ſi tā in diſſuadēdo, quā in adhortando eſſent æquè facundi, & ſui iuramēti & cōcordiæ fraternæ vlla ratione tangerentur. Verum huiuſmodi aduocatorum, metuo, ne paruus admodū ſit numerus, vt de iis meritò dici poſsit, Rara auis in terris, totq; ſint numero, quot Thebis fuerant portæ. Cæterū ad hāc litigādi efforatā licentiā nō etiā tātum prouolāt plebæi, aut priuati, ſed etiā totæ Reſpublicæ, pagi, ciuitates, & ditiōes inter ſe tam atrociter digladiantur, & nō rarò per ſuos cōmiſſarios ſic inter ſe litibus, odiis, & diſsidiis æſtuant & contendunt, vt plærunq; bonam ſuarum ciuitatum redituum partē in iis litibus dilapident, & perdant, quod vel hoc certiſsimo experimento cognoſcitur. Quoties commiſſarij paſsim concedunt ad creandos nouos magiſtratus, & ad audiendas ſimul ciuitatū, aut pagorū, aut territoriorū annuas rationes, cōperiunt in iis potiſsimā omniū prouentuū partē in huiuſmodi litibus, ac litiū dependētiis, tum cōtra priuatas perſonas, tū contra alias ciuitates fuiſſe inſumptam. Eaſque diſsidioſas expenſas ſub honeſta quadam (ſi diuis placet) ſpecie excuſare nituntur, dum eas ſuorum iurium, ac priuilegiorum tuendorum gratia factas eſſe prætexunt, quū tamen interim verius in his, ſuis ſubſeruiant inteſtinis odiis, & ſimultatibus mutuis aut propriis commodis, cum ex iis deputati quotidie ſuas dietas perſolutas accipiant, aut in cauſa occupati ad compotationes conueniant. Sic Rempub. ſuam expoliant, ſicque patriæ Principi illudunt, & non conſiderant quantum natiuæ patriæ ſuæ obſint, cui vitæ ſuæ potiorem partem debent, pro qua vel mortem oppetere deberent, ſi qua ingrueret neceſsitas. Nunc vero ab eo patriæ amore tā ſunt alieni, vt ipſam dulciſsimā patriā ſuā potius, quantū in ipſis eſt, nefariè exugāt, eneruēt, & pene deglubāt, adeo, vt cum ipſa ab hoſtibus inuaditur, impetitur, & cōuellitur, tā ſit facta elūbis, & exhauſta, vt vix habeat, quibus ſeſe contra hoſtis aſſultū tutari valeat. Quod vel clarus euētus nu

per com-

per cômõſtrauit, dñ Gall' perpetuus hoſtis noſter, ſubito (vt ſolet) inexſpectato adortu Dunkercã, & Bergas hoſtiliter cæperat. Prius enim illæ ciuitates, & côuicini pagi ita inter ſeſe litibus cõtenderant, ſeſeq; ita mutuis dãnis affecerãt, & exhauſerãt, vt ſibi mutuò auxiliares copias ſufferre nequiuerãt. Et quãdo à Principe ad ſubſidia mutua rogabantur, ſuorum impotentiam, & ſumptuũ perpeſſorũ magnitudinem cum multis logis prætexere nõ erubuerant. Poſtea vbi Rex noſter clementiſsimus ingentem opum vim in dicto bello producendo exhauſiſſet, & vel ſubſidia à ſuis ad bellicos ſumptus perpeſſos, vel ad ſumptus domeſticos iuuandos, vel ad grauamina bellorum cauſa paſſa, & ad ea liberanda expeteret, eandem cantiunculam audiit, ciuitates ſcilicet maioribus grauatas oneribus, quàm vt Principis noſtri clementiſſimi neceſsitatibus opitulari vllo modo valeant, & vt ipſius honeſtis ſcilicet votis ac petitionibus gratificari poſsint. Sic in rebus ſeriis aliquando à populo luditur, optimis principibus illuditur., & patria hoſtium latrociniis exponitur. Et quæ quæſo ſunt tandem illa ciuitatum grauamina indigniora, quàm quæ ex litibus, & mutuis diſsidiis orta cõſpiciuntur. Sed Deus talium fucorũ pertæſus ſubditorum proteruiã, & inſulſa ipſorũ ludibria ſubinde aut fame, aut peſte, aut bellorũ miſerãdis cladibus vlciſcitur, & poſteris nõ negligẽdarum Principis neceſsitatum exempla commonſtrat, & Principi (qui patriæ parens eſt, & tutor) in neceſsitatibus alacriùs ſubueniendum eſſe, miſerãdis cladibus perdocet, & manifeſtis exemplis indicat, longè tutius eſſe paci, & tranquillitati cùm priuatæ, tum publicæ intendere, quàm rapaciſsimis per omnem vitam exæſtuare litibus, quæ tot (vt dixi) familias extirpant, tot viros præclaros ſternũt, toque ciuitates & regna aut eneruant, aut funditùs euertunt. Sed hic quæſierit quiſquã, quęnã ſit huiuſmodi litiũ cauſa, vnde eæ naſcãtur, quidque eas ita alat, aut promoueat. Dicã breuibus, quod mihi de his viſum, & cõpertum eſt. Prima naſcentiũ litiũ cauſa in ipſis litigatoribus reſidere cõſpicitur, qui hoc noſtro infœlici ſeculo tã ardẽti litigãdi atq; rixãdi titillãtur prurigine, imò furioſis quibuſdã percelluntur litiũ æſtibus, vt ab iis, aut intẽtandis, aut refellẽdis, nullorũ quantũlibet ſanis cõſiliis deterreri, aut abduci poſsint, tam que ſint proterui, & implacabiles vt pene mori, & ſuos chariſsimos liberos, & vxorẽ in extremã pænuriã adigere malint, quã cõceptã litem prudẽter deponere. Atq; huiuſmodi proteruiæ, & maliciæ cauſam eſſe exiſtimo ſolũ fidei & Chriſtianæ Charitatis defectũ. Certò enim certius eſt huiuſmodi litigioſos Chriſtianos non vera, nec iuſtificatrice

fide, ſcilicet quæ per dilectionem operatur, ſed tantum vmbratili quadam fide, quæ in ſolo ore hæreat, non quæ in corde radices egerit, & Chriſto dignos fructus protulerit, eſſe præditos, neque item eos ea triplici chriſtiana dilectiõe vllo modo eſſe exornatos: primò qua à Chriſto iubemur diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex omni mente noſtra. Deinde qua iubemur proximum diligere ſicut noſmetipſos. Et poſtremò qua mandat nobis, vt confratres, hoc eſt, fidei domeſticos diligamus, ſicut ipſe Chriſtus dilexit nos. Quiſquis enim hac triplici dilectione accenſus eſſet, non video, quomodo ipſi litis ſtudiũ vllo modo cordi eſſe poſſet. Nam talis omnem amoris curam primò in Deum diriget, & terrena quæque ob amorem Dei libenter negliget, ſaltemque in his peculiare ſtudium non conferet, minuſque litibus vniuerſam operam impendet. Qui proximum amat, hoc eſt, quemcunque hominem, tam incognitum quam cognitum, tam inimicum, quam amicum, in quo ſubuentionis dandæ offertur neceſsitas, & ipſi opitulandi manifeſta monſtratur occaſio, is priuato commoditatis ſtudio neglecto, ſtatim accinget ſe ad ſuccurrendum neceſsitati proximi, quale exemplum nobis cõmonſtratur in Samaritano illo Euangelico, Luc. 16. Et præterea, ſi Chriſtus nobis mandat, vt diligamus inimicos noſtros, & benefaciamus his, qui oderunt nos. Math. 5. multò magis bene mereri ſtudebimus de amicis, notis, ac vicinis noſtris, quibus noſtra ope opus eſſe cognouerimus, multoque minus rixoſis indulgebimus litibus. Tertiò, ſiquis ex præcepto Chriſti diligat confratres & domeſticos fidei, ſicut Chriſtus dilexit nos, hoc eſt, vt non tantum terrenam ſubſtantiam, ſed & vitam (ſi opus eſſet) vt Chriſtus, pro fratribus impẽdere paratus eſſet, non video quomodo is hac dilectione fultus confratrem indignis, ac barbaricis potius litibus ſit exagitaturus, & ad extremam pernicem ſit profligaturus. Obſerua hac quæſo, tu auide litigator, quiſquis es, & teipſum metire tuo pede, vide quãdo tuas lites intentas, quantũ huiuſmodi Chriſtianæ dilectionis habeas, ſine qua fruſtra tibi ſalutem in chriſto polliceris, qui te ſine hac commembrem non agnoſcet, quantumcunque fidei, & charitatis titulo temet oſtentaueris. Altera huiuſmodi proceſſuum cauſa mihi in ipſis aduocatis & procuratoribus reſidere putatur, qui non minus Chriſtiana charitate frigidi, & iuramenti præſtiti immemores, clientulis ſuis bonam perpetuò cauſam aſſerunt, ad litis intentationem, aut progreſſum incitant, & (vt ante dixi) pene victoriã promittũt. Vnde clientes tũ alacriores, tũ audaciores effecti, certius in

voracem

voracem illum litigandi campum deſcendunt, in quem omnia ſua falſò perſuaſi defodiunt. Satius, ac Chriſto gratius facerent, ſi hiſce verbis clientulos admonerent. Amice accepi, & intellexi cauſam tuam, quæ mihi talis videtur, vt in vna parte tibi iuris æquitatem polliceri videatur, in altera vero parte, dum varias perſonarum, locorum, temporum, & priuilegiorum circunſtantias conſidero, non omnino ſcrupulo cauſam tuam vacare comperio, & proceſſus erit longus, moleſtia pro te intolerabilis, & ſumptus infiniti. Quare ex fraterna charitate ſuaſerim, ne in hanc litem temere deſcendas, aut vt à cœpta deſiſtas, omnemque controuerſiam cum aduerſario potius amicè tranſigas, ad quod (ſi placet) ego veluti de tua hac voluntate ignarus, libens meam præſento fraternam operam, & aduerſarium tuum cum ipſius aduocato ſimul quoque inflectere conabor. Id ſi feceris, rem tibi iucundam, nedũ perutilem feceris, & meis conſiliis paruiſſe non pœnituerit. Hiſce ſermonibus ſi alter aduocatus ſuum quoque clientulum adoriretur, & ad cõcordem tranſactionem ſuaderet potius, quam ad litis inſtitutioné, pauciores haud dubie paſsim efferueſcerent lites, minuſque perſtreperent vbique litibus fora, pauciora cõperirentur aduocatorum & procuratorum examina, & paſsim ſynceriores conſpiceremus Chriſtianos. Sed quid iſthæc cõmemoro? certe ſurdis cano, ob id quod hoc Chriſtianum exemplum pauci metuo imitabuntur, quodque ad incitandum, quam ad diſſuadendum propenſiores videantur. Illud enim plus ad farinam, iſtud tantum ad tenuitatem Chriſtianam facere intelligunt. Quocirca vt maius lucri aucupium faciãt, res paruas magnis ſcripturis explicãt, multaſque paginas implent, ſed diſtantibus lineis, diſtantioribuſque verbis, ac literis, ita vt in ſingulis paginis certæ aliquot duntaxat conſcribantur regulæ, & ſingulæ regulæ certas aliquot contineant voculas. Ita opplentur multæ paginæ paucis lineis, paucioribuſque verbis, ſed cùm non exiguo lucro, cum ſingulis paginis ſua conſtituantur ordinaria præmia, ex quibus ipſi incraſſentur, & miſelli litigatores prorſus extenuentur. Quanto enim plures paginæ, tanto plus exurgit lucri. Quin iidẽ vt incautius fallant, iubent ſibi comparari papyrũ paruę formæ, quæ vix præſcriptas lineas, totidemque voculas capiat, vt decentius omnia completa appareãt, & lucrum habeatur excuſatius. Tãdem clientulos ſuos ſic multis ſcripturis, multiſque ſuaſionibus in proceſſuũ tricis ita inuoluunt, vt neſciant ipſi quomodo in eas perplexitates corruerint, quid ipſis agendũ reſtet, & quomodo tandẽ ſeſe ex iis tricis explicare poterint. Si enim à lite cœpta ſuperſedeant, perdunt cauſam,

cauſam, & ſumptus, ſi in lite pergant terrentur venturis ſumptibus, & litis dubium formidant exitum, l. Quod debetur, & ibi Barto. ff. de pecul. Conſtituuntur igitur inter ſacrum & ſaxum, & lupum auribus cōtinent, imo veluti cum Chriſto Iudæis videntur traditi. Hoc denique aduocatoriatus, ac procuratoriatus compendioſum officium tantum multis confert lucri, vt eius ſpe, non pauci alliciantur, vt ſuos liberos eò libentius iurium ſtudiis addicere velint, cognoſcentes eorum praxim, & peritiam, annuum, certumq́ue culinæ parare prouentum, imo certiorem quā quiuis Reipub. ſtylus alius. Solet dici: Dat Galenus opes, dat Iuſtinianus honores. Nunc vero dicendum videtur. Iuſtinianus opes, nunc dat, Galenus honores, Hæc omnia dum multi conſiderant quotis alicui mala quæpiā̄m imprecari cupiunt, tria potiſsimum mala illi exoptare ſolent, nempe vxorem rixoſam, & mœchantem, extructionem aſsiduam, & litem perpetuam. Vxor enim mœcha, & rixoſa quantam crucem marito prudenti, & caſto imponat, norunt qui huiuſcemodi incommodo quotidie diuexantur. Exemplis multis iſta nobis certius commonſtrantur, quàm ſcriptis edocentur. Quibus aſsidua fabricandi cura incumbit, quibuſq́ue quotidiana res eſt cum fabris, latomis, cœmentariis, ferrariis, tegulariis, incruſtatoribus, & id genus aſſiduis moleſtiis, ipſa experientia norunt quantis curis nocturnis, & diurnis exagitentur, quot vexationibus exerceantur, quantaq́ue illis opus ſit patientia. Sic quoque qui in proceſſuum labyrinthis implicātur, re ipſa experiuntur quot incommodis impetantur, quot moleſtijs crucientur, quot curis macerentur, quotq́; ſumptibus exhauriantur, eneruentur, ac tandem prorſus conficiantur, ſicuti hic paulò ante commonſtrauimus, & quotidianis exemplis experimentū facimus, adeo vt non immeritò (ſi iocari fas eſt) noſtros proceſſus purgatorij vim quādam obtinere putem. Animam enim ipſam ab impatientiæ humoribus purgant, & vel inuitis patientiæ pharmacum quaſi per clyſteres potenter litigantibus infundunt, vt velint nolint omnem impatientiā in proceſsibus aut euomant aut excernant, aut prorſus concoquant oportet. Corpus item à torpidis, ac lentis, tardiſque humoribus prorſus purgatum efficiunt. Non enim proceſſus tales ſunt vt litigantibus per torporem, aut ignauiam langueſcere, & quaſi muſco obduci permittant, quin potius eam habent acrimoniam, vt omnē corporis torporem procul diſpellant, mentis ſtuporem ſoluant: & corpus ad omnem ſedulitatem exacuant, & ad omnem agilitatem inſtruant: vt illis meritò competat illud Horatij: Nunc agilis fio, verſorq́ue ciuilibus

vndis.

vndis: vſque adeo, vt litigantibus nihil æquè ſit neceſſarium, quã interdiu noctuque de ſuis proceſsibus cogitare, aduocatos, & procuratores aſsiduis precibus, & pecuniis ſollicitare, aperto capite, cũ geniculatione, cumque nullis nõ blandiciis aſsiduè poſt illos curſitare, ſeſeque tũ illis, tum conſiliariis paſsim exhibere ſupplices, artus corporis omnes in iis officioſitate continenter exercere, & torpidos humores ex nulla non corporis parte huiuſmodi nunc ad hunc nunc ad illum curſitationibus quàm longiſsimè profligare. Hinc etiam fit vt qui hanc triplicẽ purgationem litigatoribus accidere conſpiciant, nõ præter rationem aſſerere ſoleant, Proceſſus hominem à quatuor mortalibus vitiis, quantum in ipſis eſt, liberare. Non enim ſinunt hominẽ eſſe ſuperbum, ſed ad omnimodã modeſtiã, & ad humillimam ſubmiſsionẽ inflectunt, qua conſiliarios, vt numina venerentur, Aduocatis, Procuratoribus, & vel minimo ſacculario ſupplices ac venerabundi nuſquam nõ inſeruiant, obediant, & ab humeris humillimi, ac pene gemebundi loquatur. Peccatum quoque acediæ ab ipſis quàm alieniſsimum eſſe cõuenit, nempe quam proceſſus à ſuis miniſtris facillimè cohibent, ita vt ipſis vix prandendi, aut ſecurè cœnãdi ocium competat, ſed ipſis vel tunc maximè ſedulitate diligẽtiſsima opus eſſe, lippis & tõſoribus eſt notiſsimũ. Eo enim tẽpore, nempe ſub cœnam, aut ſub prandium expectandi ſunt Cõſiliarij, expectandi ſunt aduocati, aut procuratores, vt hos oẽs placidè conueniant, de ſuis proceſsibus interrogẽt, ſuaſque cauſas ipſorum diligentiæ cõmendent. Si id ante prandium aut cœnã ipſis ob ſectatorũ multitudinẽ efficere, non ſat fuerat integrũ, domũ propriã, aut ad hoſpitium conſuetũ conuolãt, vbi inquietiſsimè ingurgitatis vix aliquot bolis, rurſus ad Conſiliariorũ, Aduocatorũ, ac Procuratorũ ædes reuolant, liminaque obſidẽt, & egreſſum ſuorũ dominorum opperiunt, ipſoſque ſubmiſſe cõpellitãt, à tergo ad Senatoriũ vſque conſectantur, & cauſas ſuas ipſorum clementiæ ac diligẽtiæ cõſtantiſsimè cõmendant. Sed quid hic de auaritiæ vitio dixero? An ne proceſſus auaritiæ labem à ſuis remotiſsimè relegare conſpiciuntur? dum ne hominẽ quidẽ auariſsimũ auarum vllo modo eſſe ſinant, & philargyrum quempiã ad liberalitatẽ vel inuitam promoueãt? Quiſquis enim proceſsibus hodiernis implicatum ſe cõperit, huic oẽs auaritiæ ſordes ablegandæ erunt, & vt ad liberalitatẽ, imo ad prodigalitatẽ effuſiſsimã ſeſe cõponat oportet, & quoſuis muneribus, aut pecuniis placet, ſibique oẽs tũ conſiliarios, tum aduocatos, tum procuratores, tum ſaccularios, ac aſſeclas omnes ſua liberalitate demulceat, ipſorumque animos ſibi benignitate concilict maxi-

liet maximè opus erit, ſi eoſdem ſuæ cauſæ beneuolos fautores reperiri percupiet. Non enim temere dixit ille. Auro priſca fides, auro venalia iura. Poſtremo proceſſus à gulæ crapulæque vitio hominem liberant, idque bifaria conſideratione. Primò, quod ob ſui inquietudinem vix quempiam honeſto conuiuiolo, aut quieto prandiolo indulgere permittant, quin potius eundem mox à menſula ad ſuos ſolicitandos proceſſus extrudunt, deinde ſic loculos litigantium exhauriunt, vt ſi quiſpiam maxime conſueto genio indulgere vellet, id per longas exhauritiones, & burſarum euacuationes, ipſi tum non eſſet integrum, nec ob tenuitatem enatam eſſet licitum. Quæ omnia dum attentius conſidero, (nam diutius iocari libet) auſim ipſe aſſerere huiuſmodi moleſtos proceſſus non tantùm à dictis quatuor peccatis mortalibus hominem liberare, ſed etiam ab vniuerſis ſex aut ſeptem mortalibus vitiis hominem expiatum reddere, dum ob patientiam ipſis neceſſariam liberent hominem ab iræ furoribus, & per temperatum victum, & per ſedulitatem aſsiduam à libidinum ſtimulis violenter cohibeant. Si quod viciorum mortalium non ſat excoquerent, aut dicti expurgarent proceſſus, id ſolum videretur odium, aut inuidia, ad quam contra aduerſarium pellendam non video proceſsibus ſat ineſſe efficaciæ, vtpote quæ ſola morte, aut ſola diuina inſpiratione terminare conſpicitur. Sed præter iocum omnem dum ita cum proceſsibus agitur, non abs re omnibus litigaturientibus tres ſacculos ipſis neceſſarios ex animo & benigniſsime & precor & opto. Vnum quidem ſaccum papyris, & ſcripturis plenum, alterum ſaccum plenum patientia, nuſquam non ipſis maximè neceſſaria, & tertium ſaccum plenũ pecunia, qua quoſuis famelicos ad cauſæ ſuæ fauorem prudenter aut imprudenter ineſcent. Sed dum ita ioco proceſſus encomium declamo, nemo aliter intelliget ſcio, quin per obliquum eoſdem ex dictis effectibus maxime ſerio cõdemnem, & vituperem, vt ex ſupra dictis cuiuis eſt notiſsimum. Sed hic mihi quiſpiam occinet lector. Commonſtras (inquient) proceſſuum ineuitabilia incommoda & mala, & quaſi peſtem Reipub. maximam, cur nõ pariter & litium cõmonſtras remedia, quibus tam magnis Reipub. malis occuratur. Deinde cur ipſe de hiſce litibus Praxim ciuilem excudere pergis, quæ litigatoribus litigandi materiam ſuppeditat, & ad lites certam quandam methodum indicat. Hic tibi ad primum ita reſponſum accipe. Remedia quibus rixoſis litibus aut repagulum obiiciatur, aut quibus eæ aut mitigentur, aut prorſus deponantur mihi illuceſcunt quadrifaria, quæ item

commõ-

commonſtrare, quàm conferre mihi longè fuerit faciliùs. Primum enim, & præcipuum hiſce malis remedium nobis largitur à cauſa prima & abſoluta, nempe à Deo, in cuius manu ſunt omnia mortalium corda, & cuius nutu vel mitigantur, vel inclinantur voluntates omnium, quique abſoluta poteſtate omnium corda, & ſtudia quocunque voluerit inclinat, & dirigit, ſic vt cum ſuos punire atque caſtigare voluerit, eos non minus litibus, & diſsidiis, quàm morbis, ac reliquis aduerſitatibus coërceat. Cum vero eoſdem ad mutuam concordiam, & fœlicitatem terrenam prouehere volet, ipſorum animos à litium ſtudiis abſterret, & ad fraternam concordiam inflectit. Sed hic requiritur vt ipſius diuinis, & placidis inſtinctibus morem geramus, & obſecundemus, ſic vt ad ipſius mitem inſpirationem corda nō obduremus. Hoc itaque remedium à nobis commonſtratur, à ſolo Deo autem miſericorditer, cui vult, contribuitur. Alterum remedium eſt, vt litigaturi ipſi iterum atque iterum deſpiciant quid inceptent antequam in litigioſam deſcendant arenam, vt omnes futuras moleſtias, ſumptus, & diſpendia prius expendant, & ne quid ſuis indulgeant affectibus, nec maleſuadæ peruicatiæ obtemperent, ſed potius rectæ rationi, amicis piè ſuadentibus, & Chriſtianæ charitati, quam cuiuis Chriſtiano omnibus temporalibus commodis gratiorem & chariorem eſſe conuenit. Hoc autem remedium cum gratia Dei quibuſuis eſt parabile, qui obſeruant quid Deus ipſis mandauerit, quidque Deo & proximo hac in re præſtare teneantur, ſi Chriſti diſcipuli, & membra Chriſti non tam dici quàm haberi voluerint. Tertium remedium apud ipſos aduocatos & procuratores conſiſtere arbitror, qui (vt antè dixi) litibus aut non inchoandis, aut abrumpendis, aut cito terminandis breue (ſi vellent) compararent compendium, & præſentaneum huic Reipublico malo adferrent remedium, quod vt faciant ex animo, vtque ſuorum iuramentorum, ſuæ ſalutis dignam rationem habeant, eoſdem iterum atque iterum rogo, & per omnia ſacra obſecro intentiſsimè. Poſtremum autem remedium in ipſis magiſtratibus & ſuperioribus iudicibus hærere cenſeo, per quos non rarò ſtat vt proceſſus, qui nec euitare, nec diſſuaderi poſſunt, citius, aut tardius abſoluantur. Si enim per ipſos curarentur (vt in Francia) proceſſus omnes intra triennium à litiſconteſtatione terminari, aut ab inſtantia decidi, profecto

fecto minus tædij, minuſque diſpēdij in Rempub. noſtri proferrēt pro ceſſus, & cum maiori commodo tum inſtituerētur, tum peragerentur, quos vel ipſa iura ſtatuunt quam citiſsimè fieri poſsit abſolui, & termi nari, l. Properãdum, in principio, C. de iudic. Cui occinit Bald. in procœ mio. C. in §. Quibus in 2. colum. verſic. Quæro. Vbi dicit. Quod proceſſuum prolixitatem, & inuolutionem amputare ad publicam vtilitatem pertineat. Et cum hoc quoque concordat. D. Bartho. Chaſſenæus cōmentator cōſuetudinum Burgundiæ, ſuper procœmio, in verb. *nous euſſent eſtez*, num. i. folio. 6. Sed quid hic authoritatibus inſiſto, cum res ipſa palam clamitet, & aperto ſit indicio, quantum commodi proceſſuū breuiatio conferat, quantumque mali in Rempublicã ex diuturna proceſſuum prorogatione proſiliat, dum hi non intra triēnium, ſed ne intra vicennium quidē, aut tricennium, imo aliquando vix intra 60. annos terminari valeant. Quis quæſo in huiuſmodi longinquis proceſsibus æquam iuſtitiã conſiſtere putabit? Certè etſi talium proceſſuum finis, & definitio æqua cenſeatur, ipſe tamen proceſſus, & proceſſus tam diuturna productio, non video quomodo non dici debeat iniquiſsima, in qua cauſæ notitia plurimū deperiit, partes interim obierint, iuſtam habentes cauſam ad paupertatem redacti ſint, vxores, & liberi ſumptibus exhauſti, & à proprio bono reiecti, inediæ, & ſqualoribus perierint, quibus malis obſiſtere magiſtratus potuiſſent, ſi diligentius ad cauſæ terminationē inſtitiſſent. Verùm hi ſeſe expurgare ſolent, quod in cauſa pergere non tenentur, dum partes ipſæ in cauſa non procedunt. Verùm quàm iuſte id ab ipſis citetur, dies Domini aliquando declarabit. Dum vident alteram partem opibus ad procedendum deſtitui, aut penuria intermori, aut ob aliam occaſionem litem ſuſpenſam teneri, cur ex officio partes ad progreſſum non compellunt? cur ad cauſæ deciſio nem non omnia actutum vrgent? Cur hac in re non tam Deo Iuſtitiæ fonti, quàm indignæ cōſuetudini gratificari ſtudent? Verùm de his plus ſatis. Nunc accipe quid ad alterum tibi lector reſpondeam. Ego quidē hanc Praxim Ciuilē hoc animo edere ſtatui, non vt aliquos hoc noſtro labore ad lites inſtruerē, excitarem, animarem, & addictiores redderē, quod nec viri pij, nec cordati officium eſſe puto. Alioqui non imperti nenter illud vulgare in me axioma competeret. *Sijt ghy een goet Juriſt, Soo zijt ghy een quaet Chriſt.* Hoc eſt, Si bonus es iuridicus, malus es Chriſtianus. Verū longe aliud hic potius ſpectaui, quàm vt litigandi odioſum perdocerem opificiū, quum potius ad hoc iſthæc ediderim, vt ex his vi-

his viſis ille ſe beatum exiſtimaret, qui à litium excetris prorſus immunis eſſet, deinde vt quietis amantes ex hoc tam operoſo, & implicatiſsimo litiumq́ apparatu, ex tam ingentibus ſumptibus, & ex earundem euentu tam incerto (vt enim Martis ita & litis dubia ſemper eſt alea) rite perpenſo, qui litium pruritu titillabitur, vtcunque à lite inſtituēda, aut promouenda deterretur, & ad amicam tranſactionem prudentius ſeſe demitteret. Poſtremò, vt ſi quando aliquis per alterius improbitatem contra bonum, & æquum ad forenſes lites incitatur, imo fatali quadam neceſsitate adactus omnino ad litigandum, velit nolit, rapiatur, is in hoc promptuario noſtro quædam inueniat, quæ ad ſui patrocinium, quæque ad cauſæ ſuæ defenſionem facere ſperabit, & vt certius cognoſcat quid ipſi tum ante litem, tum in lite, atque adeo poſt litem faciendum erit, hoc ipſi noſtra praxis quaſi acu commonſtrabit, & ad ſingula inſtructiorem reddet. Habes, nunc proceſſuum commonſtrata incommoda, habes eorundē remedia, habes huius æditionis meæ redditam rationem, ſupereſt vt rem ipſam, noſtramque Praxim nunc aggrediamur.

****

MVNDANAE IVSTITIAE EFFIGIES.



Fauor, Cognatus.
Argentum.
Cauſidicus, Aduocatus.
Tutor, Receptor.

Deſpectus, Miſeria.
Paupertas.
Innocentia, Veritas.
Vidua, Pupillus.

Vnuſquiſque
Popellus, aut
Communitas.

Infernus.

Paradiſus.

CICERO.

IVSTITIA eſt virtus, qua tribuitur vnicuique quod ſuum eſt.

Diuiſio.

Iuſtitia conſideratur ſecundum vniuſcuiuſque naturam, conditionem, officium, ſtatum, & perſonam. Ideoque & duplex eſt Iuſtitia.

ſcilicet
- Diuina, nempe qua Deus eſt
  - Iuſtus Deus.
  - Iuſtus Dominus.
  - Iuſtus Iudex.
- Humana, alia
  - Iudiciaria.
  - Vniuerſalis.

Iuſtus Deus.

IVſtitia Dei, nempe qua dicitur iuſtus Deus eſt ipſa bonitas Dei, quę præſtat a bona quę ſunt veri Dei, quæque à nemine alio præſtari poſſunt, nempe qua creat, & facit eà quæ non ſunt, qua creata cuncta alit, propagat, moderatur, & conſeruat, vnde etiam dicitur ſummū bonum, quia ab eo ſunt omnia, & ab ipſo conſeruantur omnia. Item qua reſipiſcentibus peccata gratuita bonitate remittit. Vnde Pſal. 51. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meę, & exultabit lingua mea Iuſtitiam tuam i. bonitatem, & clementiam tuam, quam declaras in eo quod ſis placidus, facilis, benignus, tractabilis, liberalis, beneficus tam reprobis, quam bonis, longanimis & miſericors peccatibus, quos quū perdere poſsis, non perdis, ſed ſeruas, & ad tibi fidendum beneficiis prouocas.

Iuſtus Dominus.

IVſtitia Dei, qua iuſtus eſt Dominus, eſt qua ex ſe, non alieno iure habet iuſtum dominium, plenum ius, plenamque poteſtatē in omnia ſua propria quę condidit, & proprio plenoque iure poſſidet, ita vt citra cuiuſquam iniuriam amet, & conſeruet quos velit, & odio proſequatur, induret, in reprobum ſenſum tradat, & etiam perdat, quos velit. Et quia ita faciendo nulli eſt iniurius, nullius etiam iniuſtitiæ argui poteſt, qui Dominus omnium ſuorum poſſeſſorum eſt iuſtiſsimus. Ibi enim iniuſtitia locum non habet, vbi nulla accidit iniuria. Si amet, & ſeruet, ſua amat, & ſeruat, & bonitatem ſui dominij declarat. Si odiat & perdat, quod ſuum eſt odit, & perdit, idque poteſtate omniū iuſtiſsima, ac iuſtiſsimo dominio, quo de ſuis propriis quicquid vult, vt figulus de luto ſuo, facere poteſt, & facit. Hoc autem infinitum, ac plenarium dominium in ſua, ac ſubdita, quoniam nulli mortalium eſt conceſſum, ideo in ſuos hanc dominij iuſtitiam, mortales iidem, ſine iniuſtitia exercere nō poſſunt. Nam aliquem odio proſequi, obdurare, obſtinatum efficere, tradere in cupiditates prauas, in immundiciam, aut in reprobum ſenſum, ne intelligat, aut reſipiſcat, in Deo quidem plenum dominiūin ſuos habente eſt iuſtiſsimū,

in hominib⁹ vero idẽ eſt iniuſtiſsimũ. De hac itaq; dominij iuſtitia inter iuſtitiam Dei, & hominũ iuſtitiã diſtinguẽdũ eſt ſecundũ naturas vtriuſq;, & vidẽdum qualis dominij iuſtitia competat Deo, vt omniũ domino, & qualis homini erga ſuos proximos, & commembres, de qua paulò inferius.

Iuſtus Iudex.

IVſtitia Dei, qua iuſtus eſt Iudex, exprimitur Pſal. 7. Deus Iudex iuſtus, fortis, & patiens. Et pſal. 50. Annunciabunt cœli iuſtitiã eius, quoniã Deus Iudex eſt. Et 2. Timo. 4. Reddet mihi Domin⁹ in illa die iuſtus Iudex. Iuſtitia itaque Dei qua iuſtus Iudex eſt, cõſiſtit in ſeptẽ cõditionibus, q̃ ſunt iuſti iudicis.

ſcilicet
- Vt diligat iuſtitiam, & odiat iniquitatem.
- Vt non ſit ſurdus ad clamores oppreſſorum.
- Vt cauſæ clamorem audiat, & ad tribunal ſuũ admittat, etiamſi oppreſſi ipſi non clament.
- Vt in iudicio nec perſonam, nec munera ſpectet, ſed ex æquò tam pauperi, quàm diuiti iudicet.
- Vt ſententiam pronunciet, quæ cauſæ veritati reſpondeat, hoc eſt, vt rectum & iuſtum ſit iudicium.
- Vt non ſolùm pronunciando iudicet, ſed vt iudiciũ ſuum etiã reipſa exequatur, ſcilicet vt inſontes liberet, & malos puniat.
- Vt in executione iudicij talẽ clementiã præſtet, ne in ipſo vlla crudelitatis ſpecies appareat, ſed magis ſpectet ad hoc vt nõ mox perdat, quos iudicandos accepit, ſed quantũ fieri poteſt, ſic iudicet, vt quos ſeruare poſſet, ſeruet.

Hæ conditiones propriiſsimè Deo competunt, & à Deo ſunt petendæ.

IVſtus Dñs, & Iuſtitias dilexit. Pſal. 10. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem. Pſal. 5.
Viduæ, & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego exaudiã clamores eorũ. Exo. 22.
Cain quid feciſti? Ecce vox ſãguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gẽ. 4. b
Deus perſonã nõ accipit, nec munera, facit iudiciũ pupillo, et viduę. Deut. 10
Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum. Pſal. 118.

Quod autem non ſolum verbis, ſed & opere iudicet, reipſa inſontes defendendo, & malè agentes puniẽdo. Itẽ, quod in iudiciis clementiæ ſuæ non obliuiſcatur, id quotidianis exemplis, quam ſcripturis eſt notius. Et quamuis nõ ſtatim iudicet, ac pro meritis puniat, non ob hoc iniuſte agit, quia non tantum eſt Iudex, ſed etiã Domin⁹, qui de ſuis, quod vult facit. Item eſt & Deus natura miſericors, longanimis.

Iuſtitia humana,

VT finiti ad infinitum nulla eſt cõparatio, ita non poteſt vlla eſt comparatio iuſtitiæ humanæ cũ ea quæ Dei eſt. Si naturã hominis corrupti ſpectemus, nulla eſt hominis iuſtitia teſte Paulo ad Rom. 3. Non eſt iuſtus (inquit) ne vnus quidem. Si iuſtitiam id eſt fidem ac pietatem cũ inculpata vita, ac bonis operi-

Non autem hic bifrontem damus, vtpote ab vtraque parte æque blandam, æque oculatam, æque attentam & æque percupidam. Nam hæc Iuſtitia ſolius Dei eſt, & eorum qui Dei Iuſtitiam ęmulantur, quod ab omnibus quidem fieri conuenit. Sed Iuſtitiam mundanã exhibemus, quę affectibus eſt obnoxia & vt nunc ſunt mores hominum, ſubinde aut eſt corrupta, aut non perinde æqua. Sunt nihilominus qui Iuſtitiam vna tantùm facie pictam oſtentant, verum eandem plane cæcam, & vtroſque oculos faſcia obuinctos exhibent, vtpote quod Iuſtitiæ ſit, ad vtramque partem cæcutire, neutrique fauoris, aut odij aſpectum præbere. Porrò biſanx (quã in Iuſtitiæ ſiniſtra conſpicis) Iudicis accuratam cauſarum, & partium indagationem, obſeruationem, cum plena earundem cognitione ſignificat, ſic vt de cauſarum differentia & veritate prius cognoſcat, quàm ad iudicandum ſeſe accingat. Vides præterea Iuſtitiam dextra diſtrictum tenentem gladium, quo nobis ſignificatur æquum Iudicẽ poſt cauſas plene cognitas debere aſſumere gladium, quo cauſam iniquam ab æqua diſſecet, quo innocentem defenſum, tutum, & tranquillum reddat. Nocentem vero abſque diſsimulatione iuſtè puniat. Quemadmodum Paulus affirmat. ad Roman. 13. cap. de Iudice loquens. Dei (inquit) miniſter tibi in bonum. Si autem malum feceris time, non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt vindex in iram ei, qui malum agit. Et beatus Petrus ait miſſos Iudices ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, 1. Pet. 2. Cæterum huiuſmodi æquis veriſque Iudicibus beatiſsima quæque à Domino pollicentur, veluti Pſalmo 105. Beati qui faciunt Iudicium & Iuſtitiam in omni tempore. Et Pſalmo. 40. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. In die enim mala liberabit eum Dominus. Contra vero mala quæque & infauſta minatur iniquis Iudicibus, veluti Deuteronom. 27. Maledictus qui peruertit iudicium Aduenæ, Pupilli, & Viduæ, &c. Verùm quoniam à variis rectitudo Iuſtitiæ oppugnatur, qui omnes Iuſtitiæ integritatem corrumpere ſtudent, vt ſunt fautores, amici, conſanguinei, familiares, diuites, &c. quibus ipſa Iuſtitia cedit, oculatum blandumque vultum exhibet. Ab aliis verò fruſtra ſollicitatur, inuocatur, ſiue potius imploratur, vt ſunt deſpectus, odium, innocentia, paupertas, &c. quibus ſe obdurat, quibus faciem nubiloſam, inuitam, procacem & aduerſantem exhibet. Idcirco has perſonas omnes (vt & antè diximus) cum ipſa Iuſtitia colloquentes introduximus. Ac primo ſeſe Iuſtitiæ ſiſtit Fauor, qui cum Iuſtitia his verbis colloquitur.

Cognatus, Fauor.

COgnata Iuſtitia, eademque amica dulciſsima, lis nobis eſt coram tuo tribunali, cum Deſpectu, & Miſeria, hoſtib⁹ noſtris pertinaciſsimis, qui neſcio quibus logis iuris æquitatẽ nobis præripere tentãt. Rogamus igitur, vt memor veteris ac ſtabilis amicitiæ noſtræ, ad hæc cognationis noſtræ firmiſsimæ, nobis (quantum amicitiæ iura permittũt) Iuſtitiæ fauorem concedas, & ab his pannoſis hoſtibus noſtris nos defendas, & amicè liberes.

Deſpectus, Miſeria.

IVſtitia rerum Domina ęquiſsima, ne vilem quæſumus habitum noſtrum, neq; perſonas noſtras deſpicabiles intuearis, ſed æqua lance quod res eſt perpendito. Verùm iudica, noſq; miſellos ab omnibus deſpectos, reiectos, & odio grauiſsimo pręſſos, recipe, defende, & patrocinium præbe, potiſsimũ contra fautores, cognatos, & affines tuos, qui hoc tuo fauore freti nos ęrumnoſos faſtidioſè deprimunt, & quicquid æquũ eſt nobis, nobis indigniſsimè eripere ſtudent. Neque in noſtram perſonam, ſed ad Dei voluntatẽ oculos rogamus conuerte, qui intẽtiſsimè ad te apud Eccleſiaſticum.11. clamat, cum (inquit) Non laudes hominẽ in vita ſua, neque ſpernas hominẽ in viſu ſuo, vbi Deus non vult ęquũ iudicem animum conuertere ad ea quę ſenſibus externis, & affectibus adblandiuntur, neque ea contemnere quæ ſpecie tenus miſeranda videntur. Quin potius vult his omnem commiſerationem impendi, præ cæteris omnibus, adeò, vt per D. Iacobũ.2.cap. tã immites Iudices his verbis terreat. Iudicium ſine miſericordia fiet ei qui miſero miſericordiam non fecerit. Idem.4. Qui amicitiam huius mundi diligit, is inimicitiã apud Deũ comperit. Et Chriſtus Apoſtolos ſuos eatenus amicos ſuos agnoſcit, quatenus q̃ pręcepit diligenter exequantur. Ioã.15. Neque vllam cognationem agnoſcit quam eorum qui faciunt patris ſui cœleſtis voluntatem. Mathe.12. Voluntas autem cœleſtis Patris eſt, vt Iudex abſque vllo reſpectu perſonarũ ſecũdum æquitatem iudicet omnes. Noli igitur, mi Iudex eſſe perſonarum acceptor. Iac.2. Neque iudicare ſecũdum faciem Ioan.7. & Prouerb. 24. Sed ſi amicis temet accommodare libet, id fiat vſque ad aras, vt ait Pericles Athenienſis. Miſeria. Quid fruſtra mi frater ſurdo authoritates occinis? quid cæcæ Iuſtitiæ veritatem aperis? teque clamando, flectendo, lachrymandoque coram ſuperciliosa Iuſtitia defatigare pergis? Caſſa ſunt quæ clamitas, inuitumque irritas potius quàm in tuas partes flectis. Vide vt oculos à nobis auerſos ad ſuos amicos, & cognatos aduerterit. Quocirca hinc ſecedamus, & cauſam noſtram Deo miſerorum omnium patrono blandiſsimo commendemus. Deſpectus. Placet conſilium, ſed prius iuſtitiæ verba patienter audiamus. Nã ſuis locutura conuertitur Iuſtitia. Vos cognati fautoreſque candidiſsimi, ſcitote nihil eſſe quod in gratiã veſtram ſim recuſaturus. Quocirca craſtino die hic præſentes eſtote, non iniquã veſtris optatis à nobis feretis ſententiam. Miſeria. Dixin nos eſſe reiiciendos? Ad Deum igitur aſylum noſtrum tutiſsimum cõfugiamus. Sed eccum. Quodnam mõſtrum huc ad Iuſtitiæ ædes anhelum ſudabundumque proruit? Vah Argentum eſt, monſtrum auaritia tumidum, pecunia differtum, & iuſtitiæ reginæ commendatiſsimũ. Deſpectus. Hem. Video quoque eodem properantem Paupertatem. Eſt fortaſsis ſua vtrique coram eodem iudice explicanda cauſa, nos igitur deſpecti recedamus, ipſiſq; perorandi locum permittamus.

Argentum.

QVantis laboribus, quãtiſq; ſudoribus ad tuum tribunal Iuſtitia Regina clemẽtiſsima prorepſerim, ex hac mea deformitate cõſpicere licet. Ideoque

que

que te æquiorem meæ cauſæ futuram ſpero, quæ hic apud tuum tribunal ver ſatur & diſcutitur contra aridam hanc (quam conſpicis) Paupertatē, quæ con tra bonū & æquum mihi tantum faceſ ſit negotiū. A quâ ſi me defenſum curaueris, cauſæq; meæ faueris, tuæ benig nitati me nunquā experieris ingratū. Habeo hos loculos, qui tuo fauori ſeſe largiter effuderint. Equos præterea duos, & duo Cretici vini dolia in grati tudinis ſymbolum tibi promittimus. Tantùm noſtræ cauſæ faueas oro.

Paupertas.

TEnuis fortunę pauperculus inopia & rerum omnium egeſtate grauis, humanaque ope prorſus deſtitutus, ad tuam clementiam confugio, ô Iuſtitia benigniſsima, tuam humanitatem obteſtans quam poſſum amanter, ne vel tua irrefragabilis æquitas me deſerat, cauſamq; meam negligat, vultumq; à me pannoſo retrahat, ſed eum potius amicum benignū, & gratum præbeat. Quod mea paupertas nō cōpenſauerit, id diuina miſericordia abundè ditauerit. Res eſt mihi cum nummoſo, infartoque diuite qui opibus ſuis confiſus, cauſam meam labefactare ſtudet, idque haud dubiè faciet, niſi iuſtitiæ tuæ æquitas me fulſerit, & Deum potius quàm humanas illecebras curauerit, qui iudices optat, in quibus ſit veritas, & qui oderunt auaritiam. Exodi.18. Quique officium tuum his verbis admonet. Ita paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt. Deuteronom.1.c. Nouit extra..de iudic. & .c. Vltimo.3.q.9. Rurſum, Iuſto iudicio iudica populum, nec in alteram partem declines. Deuterono.16. Item qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Prouerb.29. Item Non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Exod.23. Iterum. Væ, qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo, Iſai. 5. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, Pſal.81. Poſtremò ait Xenia & dona excæcare oculos Iudicum. Eccleſ.20. Noli igitur quæſo Iuſtitia æquiſsima imitari filios Samuēlis, qui peruerterunt Iudicia, ſequentes auaritiam, & accipientes munera.1.Regum.8. Non enim proderunt tibi theſauri impietatis, ſed iuſtitia liberabit te à morte. Prouerbior. 10. Neque ſecteris iniuſtum Achab, qui ob auariciam occidi iuſsit innocentem Naboth .3. Reg. 21. Sed ah me miſerum! faciem tuam auertis à me miſello paupere? Ah non pluris facis tot authoritates Dei grauiſsimas? cuius vices in iudicando nunc ſuſtines? Cur quæſo Argento vultum tam amicum exhibes, quod te intra pauculos annos (niſi reſipiſcas) in profunda demerget tartara? c. Pauper. XI. q. III. Abs te itaque ſpretus & auerſatus, ad Deum ipſum certiſsimum cauſæ meæ patronum & Iudicem meum profugio, apud quem cauſæ meæ veritatem depoſiturus auxilium petam, teque cum exitiali tuo argento nunc relinquo. Iuſtitia. Mihi multo gratiſsimum Argentum, cauſam tuam multum diuque diſcuſſam, tandē expendi, ſeriò, eamq; cōperio talē, cui neutiquā refragari poſſum. Pro-

miſsis

miſsis igitur, fac reſpondeas, teque cras meo tribunali cura præſentem ſiſtas, ſententiam auditurus es, tuis votis minimè ingratam. Sed quos huc aduentantes conſpicio? Hem Cauſidicus meus eſt, & malarum cauſarum patronus, quos ſequitur (neſcio) quæ turba ſimplex: Rurſum in ſolium meum reſideo, & quid hi dicturi ſint cognouero.

Cauſidicus, Aduocatus.

ÆQuiſsima Iuſtitia, in cauſarũ cognitionibus noſtram fidẽ iamdudum abundè tibi perſpectam arbitramur. Sumus nunc à conſiliis & à cauſis nobili & opulento viro Domino Socrati Phylargyro, qui conqueritur ſe grauiter offenſum, & læſum. Interim & ſibi plurimũ negotij fieri ab ea quã cominus aduentantem ſpectas turba, ſpecie quidem ſimplici, & innoxia, re tamen (nobis fide) nocẽtiſsima, vt quæ nulli non quoduis maleficij genus infert, quos & nos ex certo multorum relatu didicimus. Et quod communis fama fert, id veriſsimum eſſe conuenit. Cicero Rhetoric. nouorum lib. 2. & lib. Topic. Necnon Ariſtoteles lib. 7. Ethic. Nos igitur (quorum probitatem & fidem certò certius noſti) tuam æquitatem rogamus, vt nos audias, nobis credas, nobilem Dominum defendas & tranquillum reddas, atque hanc turbam ſtupidam & inſolentem à maleficiis prudenter coërceas.

Innocentia, Veritas.

ÆQuiſsima Iuſtitia, nos nullo alio patrocinio, quam (quod dicimur) ſimplici Innocentia, & nuda Veritate fulti ad tuum tribunal confugimus. Nullum vnquam læſimus, nulli maleficium intulimus, nihil corrupimus, ſed quantum in nobis eſt, de omnibus bellè mereri ſategimus. Interim tamen D. Socrates Phylargyrus nobilitatis titulo fretus, ſuorumque Cauſidicorum protectionibus fiſus nos opprimit, nobis paſsim incommodat, in rebus & nominis integritate nuſquam non lædit, famam noſtram proſcindit, de quouis maleficij genere nos traducit, & prorſus perdere ſtudet, nec veretur interim nos iniquè apud tuum tribunal quaſi maleficos nocentiſsimos accerſere, multiſque criminibus alligatos deprimere. Externa ſpecie rumore falſo, & traductione iniqua videbimur fortaſsis nocẽtes, ſi nos tamen proprius agnoſcere non pigeat, comperies certò noſtram innocentiam & veritatem ſimplicẽ, quas rogo cõtra oppreſſores noſtros defendere velis, recepturus à Deo Iuſtitiæ tuæ adminiſtrationis mercedem digniſsimam. Caue igitur ne Herodis Innocentes puerulos. Matth. 2. impiè trucidantis truculentiam imiteris, ne ipſum quidem Dauid, qui innocentem Vriam occidi iuſſit, 2. Regum 11. Quin potius (ſi nos exaudiri parum digni videbimur) ipſum Deum (cuius hic vicarium agis) libenter audi, & ſanè monenti libentius obtempera. Iudicium (inquit) & Iuſtitiã facite, & liberate vi oppreſſos de manu calumniatoris. Hiere. 22. Rurſum, Mendacium fugies, innocentem, & iuſtum non occides. Exod. 23. Et à tribunali tuo procul faceſſat ea truculenta immitiras, quam Deus inſectatur apud Eccleſiaſt. 4. Vidi (inquit) calumnias quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentum, & neminem con-

operibus, quæ in nobis operatur Chriſtus, attendamus, ne ea quidem cū Dei iuſtitia eſt conferenda, qui natura ſua, per ſe, & infinitè iuſtus eſt. Homo vero iuſtitiam ſiquā habet, à diuina iuſtitia accepit, & eandem quantum in ſe eſt, ad diuinæ iuſtitiæ normā componat oportet. Et quantò quiſquis ad iuſtitiā diuinam ſuam qualemcunque iuſtitiā imitando expreſſerit, tātò iuſtior apud omnes habebitur. Non enim omnes iuſtitiæ diuinæ partes homo vllo modo imitari poteſt (quales ſunt de creatione, cōſeruatione, ac moderatiōe vniuerſi, &c.) nec talē perfectam iuſtitiam Deus à nobis requirit, quæ humanas vires ſuperet, ſed tantùm eam, quæ intra limites præceptorum ſuorum, & intra celæſtis doctrinæ inſtitutionē contineatur, iuxta vniuſcuiuſq; naturę dotes, ſtatū, & officiū. Humana itaq; iuſtitia eſt duplex, ſcilicet iudiciaria, & vniuerſalis

Iuſtitia Iudiciaria.

IVſtitia iudiciaria eſt ea quæ potiſsimum cōpetit Iudicibus, Regibus, & Magiſtratibus, quam etiam ordinariā vocamus, quód ipſa à Deo ad moderandas res humanas hominibus data ſit & ordinata, & cui omnes ex æquo citra vllius perſonæ exceptionem parere cōuenit, adeo vt qui huic ordinationi reſiſtat, non homini, ſed Deo, ſiue Dei ordinatiōi reſiſtat, vt inquit Paulus Rom. 13. Quare inconſultè facere mihi videntur, qui conditas leges, ipſam ordinariā iuſtitiam ex ſuis priuatis affectibus temerè inuadunt, violant, & oppugnare præſumunt. Si in leges, ac conſtitutiones humanas per temporum longitudinem, malitiam, per cæcitatem hominū, imo per Satanæ occultum ſtudiū quædam indigna irrepſerunt, quæ aut correctionem, aut abrogationem poſcant, quæue ad diuinæ legis præſcriptum ad populi Dei commodum re manda videntur, ea primo omnium à Deo omnium quæ in cælo & quæ in terra ſunt moderatore ſapientiſsimo ac iuſtiſsimo peragēda ſunt, qui nos omnes à ſua clementia hac in re pendere horū néque reformationem ſibi, ſuæq; gloriæ ſoli vult aſcribendam eſſe. Deinde ab ordinaria poteſtate, à Regibus à Cōciliis tū particularibus, tū vniuerſalibus, nō à priuatis quibuſdā hominibus expectanda eſt hæc mutatio reformatoria, niſi certe ea poteſtas ordinaria ita eſſet corrupta, vt iuſtitiæ inſtitutionique diuinę non eſſet conformis, ſed potius contraria, contraque Dei gloriam, & ad tyrannidem in populum Dei vſurparetur. Quo caſu Deus ipſe per ſuā iuſtitiam iudiciariam, & vltricem, cum volet, ſuam repurgabit aream, & tyrannos Principes & ſtolidos (quos aliquādo propter peccata populi in cæcitate ac tyrannide regnare permittit) qui ſuę gloriæ, & publicæ tranquillitati officiunt, è medio tollet, & ſpiritum ſuum in aliis Principibus cordatis & piis excitabit, qui eſurient & ſitient veram iuſtitiam, qui repurgatis humanis legib' diuinas leges attentiùs obſeruari curabunt, quales fuerunt Dauid, Ioſias, Ezechias, Theodoſius, Cōſtantinus, & plures alij tum in veteri, tum in nouo Teſtamento, quos Deus ad Eccleſiæ ſuæ errores tollendos, & ad veram religionem confirmandam ſuo populo præfecit. Sed hæc obiter ad iudicem ordinarium nunc redeo.

Iudex Iuſtus.

EST ita Iudex ordinarius iuſtus, qui ſeptem prę̨ſcriptas iuſti iudicis con ditiones ad amuſsim exprimit, præſtat, & in iudicandis populi Dei cauſis non minus clementem ac benignum, quàm prudentem ac diligentem executorem ſe præbet, inſontes defendit, & noxios ciues ſic punit; vt eoſdem emẽdatos malit quàm perditos. Huius iuſti iudicis exemplum paulò antè ſuis coloribus depinximus, quod omnes iudices re ipſa exprimere velim.

Iuſtitia Vniuerſalis.

VNiuerſalis iuſtitia eſt, quæ non tantùm iudici, ſed & in vniuerſum omnibus ac ſingulis conuenit, & quam ab omnibus Deus requirit. Hæc in vero amore Dei, & proximi conſiſtit, vt ſcilicet Deum ante omnia & proximũ propter Deum amemus. Amare autem Deum nemo ſyncerè poteſt, niſi qui Deum quis & qualis ſit perfectè prius nouerit. Quis enim vnquam amauit incognita? Hanc veram Dei notitiam conſequitur ſtatim verus amor Dei, verus cultus Dei, veraque obſeruatio prę̨ceptorum Dei, quorum neglectus ex cæcitate, & incognitione veri Dei naſcitur. Amor autem proximi ex vero ac perfecto amore Dei tanquam à primò fonte proſilit, ſic vt hoc vnicum, ſolum certumque argumentum ſit, nos vere amare Deum, ſi ex animo amem' proximum, hoc eſt, ſi amorem quem erga Deum habemus, in proximum expreſſe declarauerimus, & noſtram opem in commembres fratres contulerimus, quam in ſympathia corporis humani vnum membrum alteri ob oculos prę̨ſtare cernimus. Requiſit itaque ab omnibus in genere Deus.

- Vt ipſum verè cognoſcamus, quod Christus dixit eſſe vitam æternã. Io. 17.
- Vt ipſum ſyncerè amemus.
- ☞ Vt ipſum ſyncerè colamus, iuxta præſcriptum Doctrinæ cœleſtis & voluntatem ſuam in decalogo expreſſam.
- Vt amemus proximum, ſicut noſmetipſos.
- Vt innocenter viuamus erga omnes.
- Vt nemini faciamus quod nobis fieri nolimus.
- Vt neminem, ne meritum quidem proſequamur odio.
- Vt neminem damnemus niſi manifeſtè malum, aut certis ex cauſis dignum qui damnetur.
- ☞ Vt neminem obſtinatum reddamus in malo.
- Vt nemini imponamus impoſsibili[illegible].
- Vt denique omnia quæ cum fraterna charitate pugnant diligẽter vitemus.

HÆc inquam ſunt quæ Chriſtiana charitas poſcit, & Deus nobis pro vera Iuſtitia ſeruãda paſsim præſcribit, adeo vt qui hæc non præſtat, ſed negligit, imo contraria facit, tantum abeſt vt ſe coram Deo iuſtum putare debeat, vt ab ipſo olim iudicandus ſit iniuſtiſſimus.

Iuſtitiæ aliquot Elogia:

1 Iuſtitia Sol Terræ.

2 Iuſtitia eſt oculus, & regina mundi. Ariſt.

Vt Sol

3 Vt Sol neceſſarius eſt mundo, ita & Iuſtitia.
4 Tolle Iuſtitiam, Solem ex mundo ſuſtuleris.
5 Iuſtitia abſente fortitudo non prodeſt.
6 Veritas mater Iuſtitiæ.
7 Regis Iuſtitia eſt parcere ſubiectis: id eſt defendere ſubiectos, & debellare ſuperbos.
8 Iuſtitia omnes virtutes continet.
9 Pereat mundus & fiat Iuſtitia.

MATTH. 5.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt Iuſtitiam.

PROVERB. 14.

Iuſtitia exaltat gentem.
Via Iuſtitiæ & miſericordiæ reperiet vitam, & gloriam.

ESAIAS. 56.

Diſcite Iuſtitiam qui habitatis terram.

AVGVST.

Iuſtitia ſola Reſp. ſuſtentatur, to.5.col.132.b.
Sine Iuſtitia ne Iupiter quidem principem agere poteſt. to.5.col.134.d.
Iuſtitia non eſt vbi ſana fides abeſt. to.4.col.110.6.b.
Iuſtitia vera in rep. adeſt. vbi Chriſtus rector eſt. to.5.col.1349.a.
Iuſtorum caput eſt Chriſtus. to.8.col.302.c.
Iuſtitia non eſt quæ hominem Deo tollit. to.5.col.1179.a.
Iuſtus nullus, niſi per Chriſtum. to.7.col.878.a.

CHRYSOST.

Iuſtitia eſt vniuerſa animæ philoſophia.

METHODIVS.

Iuſtitia eſt omnium pręceptorum integra obſeruatio.

THEOGINIS.

Iuſtitia omnes virtutes in ſe continet.

EPICTETVS.

Iuſtum ingenium iniuriam facere neſcit.

ZENEPHON.

Multi iuſta dicunt, & iniuſta faciunt.

MENANDER.

Iuſtus nullum nocendi nouit modum.

PHILEMON.

Iuſtus eſt qui, cum poteſt nocere, non vult.

AGESILAVS.

Iuſtitia abſente, fortitudo non prodeſt.

Effigiei Iuſtitiæ humanæ declaratio.

ECce cādide Lector hic tibi aliquanto latius ob oculos ipſius humanę Iuſtitię effigiē pręponim' cū variis perſonis, quę ipſam iuſtitiā vario modo ſibi cōciliatā cupiūt. Atque hoc alię quidem iuſtiſsimis ex cauſis, quibus Iuſtitia ſubinde cęca eſt, & ſurda. Alię iniquiſsimis ratiōibus, quib' fere Iuſtitia.

occulta eſt, attenta eſt, benigna eſt, & facilis. Sed væ illis qui huiuſmodi Iuſtitię perſonam induunt, vti tum authoritatibus, tum exemplis tibi mox cũ ſingularum perſonarum explicatione debita patefecerimus. Principio igitur hic cernis Iuſtitiam bifrontem, altera nempe parte occultam, altera vero faſciola obuinctam, & cæcam, ſolio ſuo, tanquam pro tribunali inſidẽtem: dextra diſtrictum vibrantem gladium, ſiniſtra autem expendentem bilancẽ. Porrò à dextra (vbi oculata depingitur) vides perſonas applauſibiles, & gratas, nẽpe fauorem, amicos, cognatos, affines, beneficos, & opulentos, & id genus alios, qui omnes iuſtitiæ faciem in ſuas partes inclinant, ſibi conciliant, & in ſuam (quam volunt) ſententiam protrahũt. A ſiniſtra verò (quà cæca eſt, & ob uincta faſcia) aliæ ſiſtuntur perſonæ à ſuperioribus multùm diuerſæ, nempe Odium, Paupertas, Egeſtas, Innocẽtia, Viduarum tenuitas, Pupillorum debilitas, & quicquid denique per ſe infirmum eſt, & miſerum, nulloque patrocinio fultum, niſi ſola ſpe iuſtitiæ, quæ tamen ipſis oculos clementiæ claudit. Potentioribus verò, diuitibus, & fautoribus quibuſuis aperit. Sub Iuſtitiæ pedibus ſubſtratam vides, ſub perſona ruſtici, miſeram, calamitoſamque plebeculam, cui (Vnuſquiſque) nomen imponitur. Huic cum cæteris calamitoſis hominibus appictus eſt cœleſtis Paradiſus, cuius hi omnes poſt has ęrumnas, poſt multa iniuſta, durè quidem, ſed patienti animo perpeſſa, cum fide bona, & ſpe æquioris Iuſtitiæ percipiendę, in futura eaque vita verã, ſeſe fore participes ſperant. Atque has omnes perſonas cum Iuſtitia colloquentes dabimus, ipſiuſque Iuſtitiæ clementiam, gratiam, & beneuolentiam implorantes. Sed prius ipſius Iuſtitiæ proprietates alias præter antepræd ictas oſtenderimus. Iuſtitia itaque in ſolio reſidens indicat omnem Iuſtitiæ adminiſtratorem debere ſedere, argumento, l. Quiſquis, in fine, C. de poſtulan. l. A procedente, C. de dilat. & in Autẽtico. Vt ab illuſtrib. §. Sancimus, colla 5. Hoc eſt, Iudicem debere eſſe in ferenda cenſura animo quieto, libero, & ab humanis affectibus defocato. Quod etiam confirmant ſacræ ſcripturæ multis in locis, præcipuè Exod. 18. vbi legimus: Moyſen à mane vſque ad veſperam ſedentem, vt iudicaret populum. Et Ioan. 19. Pilatus legitur ſediſſe pro tribunali, vt ſententiam (quamuis iniuſtam) aduerſus Ieſum pronunciaret. Et rectè ſedendo debet Iudex ſententiam pronunciare. In quieſcendo enim & ſedendo anima fit ſciens & prudens, Ariſtotele teſte 7. Phyſicorum lib. Quod Iuſtitia pingitur Bifrons, ſignat Iuſtitiæ gubernatores non ſolùm vni partium debere præbere aſpectum amicum aut intentos oculos, ſed vtrique partium ex æquo debere intendere, vtriuſque partiũ cauſas æquè benignè cognoſcere, & citra vllius perſonæ delectum, quod res eſt, fideliter & incorruptè iudicare, vt Deus monet, Leuit. 19. Non conſideres perſonam pauperis, neq; honores vultũ potentis, ſed iuſtè iudica proximo tuo. Et rurſum: Deuterono. 1. Nulla erit diſtantia perſonarum. Ita paruum audietis, vt magnum. Nec excipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei Iudicium eſt. Quod autem hic Iuſtitiam bifrontem exhibemus altera parte oculatam, altera cæcam Iuſtitiæ mundanæ effigiem damus, corruptè quidem, & parum æquè, idque ad ſummam infamiam, & probrum eorum Iudicum, qui talem bifrontem Iuſtitiam iniquam, & Deo (cuius perſonam in iudiciis ſuſtinent) execrabilem, aſſumere non verentur.

Non

Item conſolatorem, & auxilio deſtitutos eorum violentiæ non poſſe reſiſtere. Hos tam immites Iudices Deus maledictos pronunciat, quique munera accipiunt, vt percutiant animam ſanguinis innocentis. Deut. 27. Sed proh dolor, me miſerum innocẽtem? Cur quæſo Iudex, Dei in Iudicando vicarie nos vere innocentes tam indigne auerſaris? noſtris clamorib⁹ obſurdeſcis? cauſamque veritatis tam impudenter negligis? Quæ quidem innocentia, & veritas licet in mundo ſæpe præmamur, nunquã tamẽ nos opprimi ſinet Deus, vt cui noſtrum patrocinium perpetuò fuerit curæ, dicẽte Propheta: Iuſtus Dominus, Iuſtitias diligit, æquitatem videt vultus eius. Pſal. 10. Ideoque à tuo tribunali appellantes ad ipſum defendendæ confugimus.

Tutor, Receptor.

ÆQuiſsime Iudex, ad tuam Iuſtitiã ego Tutor fidelis, & Receptor propero. Res iſtarũ viduarũ, & pupillorum multos annos fideliter rexi, curaui, & in ipſorũ vſibus, quum res poſcebat vtiliter expendi (teſte conſcientia propria) & rationem ipſorum fideliter ſubductam, fidelius reddidi. Interim tamen non deſinunt iſtorum patroni me falſis traductionibus proſcindere, ac infidelitatis apud quoſuis malitioſe deferre. Quum tamẽ tua æquitas me noſcat talem, vt cuius conſcientia mentiri timeat, aut vlli hominum vel minimam iniuriolam inferre formidet. Quare tuam Iuſtitiam pro veteri neceſsitudine rogo, vt ab ipſorum latratibus meam integritatem defendat, ipſorumque petulantes linguas æquitatis tuæ virga coërceat. Rem mihi amico tuo candidiſsimo multò gratiſsimã præſtiteris, & pro beneficio tuo ampliſsima præmia reportaueris.

Vidua, Pupillus.

PAtronus Viduarum, & Pupillorũ nomine loquitur. Iudex æquiſsime in nos quæſumus tuæ clementiæ oculos cõuerte, noſtras lachrymas noſtroſque ſingultus clementer aſpice. Viduæ iſtæ ſunt, ſuis orbatæ maritis qui ipſarum cauſas, qui neceſsitatem, qui inopiam earum, dum vixerant, ex amore coniugali tutari non deſtiterant, nunc ipſarum maritali patrocinio viduatæ, omnique humano deſtitutæ præſidio, nihil ipſis factum eſt reliquum præter hos, quos manibus complectuntur miſellos pupillos, quos vna cum ſuis matribus in tuæ Iuſtitiæ clementia commendamus plurimum, vt ipſorum miſertus cauſſę, eorum patrocinium libenter aſſumas, defenſioẽm preſtes, veriq; tutoris vices ſubeas, potiſsimũ contra hos ſubdolos atq; imaginarios potius tutores ſuos, cõtra receptores ſuos iniquos, cõtra denique creditores earum quoſlibet, qui eas miſerè cõtriſtant, mũdana aſtutia circũueniunt: nihil nõ fallatiæ ſtruunt, ac plane opprimere ſtudent: Gratitudinem tuis beneficiis rependere curabũt, ſicubi fortuna aliquã do reſponderit. Interim quod ipſarũ tenuitas exoluere nequiuerit, id poſt hãc vitã abundè penſauerit Deus, qui nullum opus bonum irremuneratum ſinet, & certe apud quẽ tua virtus Iuſtitiæ tuæ merces erit maxima. Quod ſi tu nos deſpicis, ſi oppreſſoribus noſtris fauẽs nos auerſeris, ad tutiſsimum Patronũ noſtrum confugimus Deum, qui pupillo, & viduæ iudicium faciet. Deut. 10. Cui & Propheta dicit Pſal. 9.

Tibi

Tibi derelictus eſt pauper orphano tu eris adiutor. Tuque interim maledict' eris qui aduenæ, pupilli, & viduæ iudiciũ peruertis. Deut.27. Quã maledictionẽ, vt certò effugias, te variis in locis cõmonefacit, quidq; nobis abs te fieri velit, apertè clamitat, mentẽq; ſuã his verbis aperit. Aduenam, pupillũ, & viduã nolite cõtriſtare, neque opprimatis iniquè. Hiere.22. & Exod. 22. Opprimit autẽ, quiſquis oppreſſoris iniuriã, quũ poteſt, ac debet non propulſat. Rurſus in Iudicando, eſto pupillis miſericors vt pater, & pro viro matri illorũ, & eris tunc velut filius altiſsimi obediens, & miſerebitur tui magis, quàm mater. Eccle.4. Iterũ viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor me', percutiamque vos gladio; & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Exod.22. Quorũ lachrymoſi clamores quàm ſint Deo odibiles, quamque ſeuerè eorũ neglectores puniat, clarè cõmonſtrat, cũ ait: Nonne lachrimæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio eius ſuper deducentẽ eas? A maxilla enim aſcẽdunt in cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in eis, Eccleſ.35. Rurſum per Iſa. increpat Dominus opprimentes pupillos & viduas dicens. Omnes diligunt munera, ſequũtur retributiones, pupillo nõ iudicant, & cauſſa viduæ non ingreditur ad illos. Iſa.1. Propter oppreſsionẽ præterea pupillorum & viduarum in exiliũ & captiuitatem miſsi ſunt filij Iſraël, Ezech.22. Cauſam viduæ non iudicarunt, cauſam pupilli nõ direxerunt, & Iudicium pauperum non iudicauerunt, nunquid ſuper his non viſitabo, Dicit Dominus? aut ſuper gentem huiuſcemodi nõ vlciſcetur anima mea? Hiere. 5. Authoritates tot tantæque Iudex æquiſsime te rogo moueant, vt noſtri miſertus, quod bonum eſt, & æquũ iudices. Verùm ah & nos quoque miſellos, qui cum noſtri ſimilibus ſurdo videmur occinere, & cæco claram ipſique odioſam lucem obtrudere. Proinde hinc recedentes ad Deũ Patrem miſericordiarũ, & Deum totius conſolationis cum certa fiducia accedimus.

Vnuſquiſque, Popellus, Communitas.

QVi ſque ſuos patimur manes. Quiſque à potentioribus infirmamur, & cõcidimus, ò Iuſtitia mundi regina fortiſsima. Cauſſam noſtrã tuæ Iuſtitię cõmittimus. Vniuſcuiuſq; neceſsitatẽ, inopiã, debilitatẽ, ac noſtrã miſerandã Vniuſcuiuſq; calamitatẽ (in qua tã miſere cõputreſcimus) corã te expandimus, tuæque clemẽtiæ ſuppliciter cõmendamus, vt tãtę noſtræ neceſsitatis miſerta, nos Vnumquẽq; erigas, iuues, cõfirmes, laboribus ſtabilias, decorib' neceſſariis ornes & munias. Ita fiet, vt & ipſi potẽtes, (qui ſine Vniuſcuiuſq; opera ſimul exiſtere nequeũt, ſed cũ ipſo cõcidente ſimul & ipſi cõcidant, oportet) potentiores euadant, mutuis operis firmẽtur, viribus coaleſcant, opibus, lætaq; pace, & tranquillitate floreant, ſplendidiſq; virtutibus perpetuò triumphẽt. Porrò ſi nos Vnumquẽq;, humileque Popellum deſpicis, noſtrãq; cauſam indefenſam negligas, noſq; ærumnoſos miſerè cõtabeſcere ſinas, futurũ eſt vt Reſpub. tua nobiſcũ ſimul contabeſcat, & quæ per tua in nos auxilia floruerat, noſtro neglectu ſqualleat, ac tandem pereat. Agri debita cultura fraudati obſylueſcent, nulla oficia conſtabunt, ſed ad miſerandã rerum faciem cuncta labaſcẽt, florentiſsima quæque marceſcent, & Potentiores ipſi tandẽ Vniuſcuiuſque vi-

ces &

ces & ſeruilia officia apprehēdere cogē tur, ſi ſeſe in viuis conſeruatos velint: Proinde Iuſtitia, mundi rectrix fortiſsima, hæc iterū atque iterū æquitatis tuæ bilance trutina, diligenter conſidera, & Vniuſcuiuſque cauſam, & inopiā tutādā libēter amplectere, ne tāta rerum incōmoda in tuā Remp. latenter ſubrepta, tandē cum dolore percipias. Quod ſi ne hæc quidē Reipub. mala te ſatis permoueant, ſaltē te propriæ ſalutis ratio expergefaciat, aut exitij futuri cauſa ſollicitet. Terreat te præterea diuina Iuſtitia, teque ab ipſa doceri permitte, quid abs te Vnicuique fieri poſtulet, qualemque te miſello Popello præbere conueniat. Audite (inquit) illos, quod iuſtum eſt Iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus, nulla erit diſtantia perſonarum. Deut. 1. Atque iterū: Nō cōſyderes perſonam pauperis, nec honores, vultum potentis, ſed iuſtè iudica proximo tuo. Nō ſtabis cōtra ſanguinē proximi. Leuit. 19. Nō facies violentiā pauperi, quia pauper eſt: neq; cōteras egenū in porta, quia iudicabit Dominus cauſam eius et configet eos qui confixerunt animam eius. Prouerb. 22. Et rectè iudicate filij hominū. Pſal. 57. Vſquequo iudicatis iniquitatē & facies peccatorū ſumitis? Pſal. 81. Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiā iuſti aufertis ab eo. Iſa. 5. Qui iuſtificat impium & iuſtū cōdemnat, vterque abominabilis eſt apud Deū. Prouerb. 17. Sed, vt video, Vnuſquiſq; pereat oportet. Nam, ſurdo diuina verba perſonat, & cæco lumē veritatis oſtēdit, qui nec rationibus flectitur, nec minis terretur diuinis. Ad Deū igitur properamus iniuriarū noſtrarū vindicem acerrimum, & opitulatorem egeſtatis noſtræ clementiſsimum.

Infernus, Paradiſus.

SVperiori hac imagine conſpecta Iudex æquiſsime, imò hiſce veris, atque diuinis edoctus authoritatibus, Iuſtitiæ tuæ adminiſtratæ præmia certò cognoſce. Si rectā æquitatis virgam ſeruaueris, ſi citra vllius perſonæ exceptionem, quod verum, quodque iuſtum fuerit iudicaueris, en regni cæleſtis amœna optataque fœlicitas te exceptura proponitur. Sin inique à rectitudinis tramite deuiaueris, ſi perſonas cōſyderes, ſi affectibus in iudicādo obſequi libeat magis quàm veritati, en manet te hiās Infernus, cum vniuerſis ſuis ſupplicijs et tormētis. Proinde te rogo, Iudex quiſquis es, vt Officij tui, imò diuinæ voluntatis (cuius vices in iudicando ſuſtines) memor, Iuſtitiæ integritatē perpetuò inuiolabilem ſerues, æquitatis virgā nuſquā nō rectā geſtes, humanos affectus omnes prorſus exuas, partium cauſſas penitus, vereque cognoſcas, tandē iudices, atque in iudicando veritatē ipſam, quodque bonum erit & æquum tanquā ex iuſti Iudicis Dei ore iudica, & veluti nō [illegible]uā, ſed Dei ſententiā pronuncia. Quod vt ſyncerius efficias, in cauſsis rei veritatē non odium ſpectes, aut gratiā: quæ duo Iuſtitiæ corrumpendæ cōſultores ſunt peſsimi, c. Ipſe, c. Iudicare, c. Qui rectè, & c. Quatuor, cum multis aliis, huic materiæ cōgruentibus 11. q. 3. c. Omnis 45. diſt. Debet enim Iudex cōſiderare omni in negotio, quid liceat ſecundum æquitatē, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid ſecundum vtilitatē expediat, vt (inquit) textus, in c. Magnæ deuotiōis, extra, de voto. Poſtremò, omnibus iſtis conſideratis, debet Iudex moderatè, aut abſoluere, aut condēnare, nullo modo in reos excandeſcere, furioſe clamare, aut imprudenter obiurgare, ſed potius in animo condemnans plorare, vultuque verum ani-

rum animi mœrorē oſtendere. Vnde textus, in l. Obſeruandū, ff. de offic. præſid. congruit propoſito noſtro ibi. Sed & in cognoſcendo neque excandeſcere aduerſus eos quos malos putat: neq; precibus calamitoſorum illachrymari oportet, id enim nō eſt conſtantis & recti Iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Et vt ſummatim dicam, ita ius reddi conuenit, vt authoritatem dignitatis ingenio ſuo augeat. Alibi text. in c. Eſt iniuſta, 24. q. 4. ait Iudicē non debere mouere filiorum ſuorum preces, nec lachrymæ coniugis delinquentis. Vnde fons illæ Romanæ eloquentiæ Cicero, Iuſtitiam humanæ ſocietatis, vitæque communis conſeruatricem meritò prædicauit, ſi ita moderatè ex bono & æquo citra humanos affectus cuncta iudicentur. Et hæc omnia noſtri temporis Iudicibus perpetuò ſunt obſeruanda. Qui quam ſint aliquando corrupti, lippis & tonſoribus eſt notiſsimum, qui quod Pilatus fecit ſemel, id ipſi quotidie (metuo) faciunt: qui peruerſa voluntate, aut odio, aut amicitiæ gratia aut conſanguinitatis, vel affinitatis, affectione, aut (vt deteriora taceam) pecuniarum cupiditate corrupti, iuſtitiam (vt ita dixerim) ita contaminatam reddunt & pronūciant, quam rectæ rationis libramine perpenſam, æquiſsimam pronunciare deberent. Vnde text. in c. 1. de re iudica. lib. 6. grauiter dixerit. Caueant igitur Iudices, (vt iterum ipſos admoneam) & prudenter attendant: vt in cauſſarum proceſsibus nullū graſſetur odium: fauor nullus vſurpetur, timor præterea omnis exulet: præmiū aut expectatio præmij iuſtitiam non auertat: ſed bilancem geſtent ſemper in manibus, ſtateram æquo perpendant libramine; vt in omnibus quæ in cauſis agenda fuerint: præſertim in concipiendis ſententiis & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum. Ne Pilatum imitentur, qui in cauſa Chriſti inquiſitionis Iudicis ſpecimen exhibuit, non ſolum in Deum peccans, ſed etiam cōtra leges humanas, ideoque & grauiſsimo ſupplicio, vel per Cæſarias leges meritò puniri debuiſſet. De hoc vide D. Lud. Montaltum Syracuſium, ſuper reprobatione ſententiæ Pilati. Poteram interim (fateor) multo plura per varia capita inſpergere, quæ ipſe longa experientia comperi, quæque ad purgationem litigioſorum & maleficiorum è Repub. conducere videbantur, eaque multo latius multoque teſtatius, & firmius, ſi hunc librum ad Iuſtitiariorū ac Officiariorū manus tantum peruenturum exiſtimaſſem. Verum metuens ne (quod fortaſsis fieri ſolet) ad alios quoque hic libellus peruenerit, quibus huiuſmodi comprobationes & expoſitiones documento potius eſſent, & offendiculo, idcirco ſatius eſſe duxi ab amplioribus demonſtrationibus prudenter ſuperſedere, quàm imprudenter indigna quæque leui commonſtratione ſimplices quoſque docere. Non enim tutū eſt hoc corruptiſsimo ſeculo, præter iudiciū omnia chartis illinire. Quiſquis hodie in Iure quippiā meditatur, is inter ſacrum (vt aiunt) & ſaxum ſeſe conſtituit, &c. Hæc habui quę ob vacuas chartas ante proceſſum Iudiciariū præmittere placuit, ne eædem relinquerentur vacuæ. Deinde vt Iuſtitiæ encomia, gratiam, neceſsitatem naturā, & ordinem, omnibus Iudicibus expreſsè premitterem. Ipſum itaque proceſſum Iudiciariū nunc aggrediamur ex ordine.

PRAXIS RERVM CIVILIVM, PRÆTORIBVS, PROPRÆTORIBVS, CONSVLIBVS, PROCONSVLIBVS, MAgiſtratibus, reliquiſque id genus Iuſtitiariis ac Officiariis, potiſsimum in Flandria, & in ſummo Mechiliniensi Conſilio forenſem adminiſtrationem aſſumentibus, apprimè vtilis & neceſſaria.

AVTHORE CLARIS. VIRO D. IODOCO DAMhouderio, Brugenſi, Equite aurato, V. I. Doctore, quondam Cæſareo, nunc Hiſpaniarum Regis Philippi Conſiliario, atque eiuſdem Regis per totam Belgiam Financiarum Commiſſario.

CAPVT I.

Quæ perſonæ neceſſariæ in Iudicio.

Summæ.

1 *In Iudiciis tres perſonæ neceſſariæ.*
2 *In Curiis Feudorum Flandriæ, ac aliis ibidem cõſiſtoriis, quarta perſona eſt neceſſaria.*

1 IN rebus ciuilibus non ſecus quàm in rebus criminalibus, hoc eſt, in omnibus iudiciis tres omnino perſonas adeſſe neceſſum eſt, ſcilicet: Actorem, Reum & Iudicem. Actoris eſt intendere, obiicere, & expetere. Rei eſt intentata infirmare, obiecta refellere, & petita cum iuris æquitate negare. Ad hos duos collitigantes accedit Iudex intermedius, qui vtramque perſonam æquis & benignis auribus audit, & requiſitus æquâ iuſtitiâ adminiſtrans alterutri ſententiam pronũciat, alterum dãnans, alterique iuſtitiam adiudicans vt l. In tribus & l. Inter litigantes & ibi Barto. ff. de iudic. & Specu. in princip. poſt prooemi. & titu. De comparitione in termino verſic. penulti. & titu. De interrogat. quę fiunt ante litem conteſtatam c. 1. 4. q. 4. & c. Forus. extra de verbo ſignificat. & D. Placentinus titulo 8. de Iudice & iudiciis nu. 1. In Curiis verò feudorum Flandriæ,
2 & in omnibus eiuſdem conſiſtoriis (vulgo *Vierſcharen*) oportet adeſſe quartam perſonam, eamque neceſſariam, ſcilicet, Dominum monitorem aut requiſitorem, quem vulgus vocat *(den Maendere, oft Maenderheere)* nam niſi hæc perſona adſit quę Iudicem ad ius dicendum moueat, nec pares curiæ (vulgariter) homines feudales, nec ipſi Scabini, vellent, aut poſſent ius facere, aut dicere. Quæ conſuetudo. imò quod ius ipſum per totam Flandriam peculiariter obſeruatum eſſe nemo eſt qui dubitare poterit.

CAPVT II.

De Iudicibus.

Summæ.

1 *Iudex Iuſtitiæ,Deiq́ue perſonam induit.*
2 *Iuſtitia tribuit vnicuique quod ſuum eſt.*
3 *Iudicis boni officium.*
4 *Iudicem quibus virtutibus ornatum eſſe deceat.*
5 *Indigni plerumque Magiſtratus expetunt.*
6 *Qui dignus Magiſtratum expetit quando promouendus.*
7 *Talenta dominica in publicam vtilitatem expendenda.*
8 *Qui Magiſtratum deſyderat,bonum opus deſyderat.*

1 IVdex omnis,non ſuam, ſed Iuſti-
tiæ,imò Dei perſonam in iudiciis
induit,q́, velim omnibus Iudicibꝰ
tā eſſe perſuaſum,quā eſt omnium lō-
2 ge certiſsimum.Proinde ſicut Iuſtitia
æqua bilancis trutina vnicuique tri-
buit quòd ſuum eſt, ita quoque Iudi-
cis eſt(qui Iuſtitiæ vices gerit, eiuſdē-
3 q́ue perſonam induit) non ſinere ſe vl
lis affectibus corrumpi,ſed ex integri-
tate & æquitate iuſtitiæ citra vllā per-
ſonarum acceptionem tribuere vni-
cuique quod ſuum eſt,quò alterum
abſoluat,alterum damnet.Quod vt fa
ciat fœlicius, vtraſque aures æquè ha-
beat patulas faciles & benignas. Al-
teræ pateant Accuſatori, alteræ Reo.
Horum tum accuſationes tum excu-
ſationes ſiue defenſiones attentè in-
telligat,in animum recipiat & cum a-
cri iudicio in mente examinet,confe-
rat,ruminet,diu deliberet, & cum ma
tura certaque rerum cognitione non
quod affectus, ſed quod ſyncera con-
ſciētia,quod ratio,quod æquitas,quod
iuſtitia prædictat, id ſero tandem ex
ore pronunciet,& ſuam ſentētiam di
cat,qua vtrique tum Reo, tum Actori
4 quod iuſtum eſt adiudicet.Non enim
conuenit Iudicē in iudiciis eſſe teme-
rarium aut præcipitem,ſed prudentē,
& maturum. Et(vt cæteras aliquot iu
dicis virtutes & officia commemorē)
oportet Iudicem eſſe Doctum,æquū,
non iniquum,prudentem,non ſtupi-
dum aut delirum,cordatum,benignū
modeſtum, nullis affectibus corrup-
tum,ſed integrum,beneuolum, mitē,
non ſanguinarium: cauſas, moreſque
partium & earum intentiones diligē-
ter examinare & cognoſcere,non con
iecturis,ſed certis probationibus inſi-
ſtere,nō ſibi fidere, ſed legibus acquie
ſcere, in dubiis ad abſoluendum quā
ad condemnandum propenſiorem eſ
ſe.atque tandem cum maturitate, &
cum certa rerum cognitione ſenten-
tiam pronunciare.Huiuſmodi virtuti
bus quum Iudicem ornatum eſſe de-
ceat, profecto mirandum eſt, cur ho-
die noſtro æuo tot inſipientes,totque
indigni, & hiſce virtutibus minimè
5 ornati,ad Magiſtratus inhient,& cum
amplis muneribus Magiſtratus expe-
tant,quibus(teſte ſua ipſorum conſci-
entia)multò ſunt indigniſsimi.Siquis
autem

6 autem tum certa ex conſcientia, tum
bonorum, doctorumque irrefragabi-
li teſtimonio ſe his virtutibus com-
mendatum atque diuinitus donatum
agnoſcit & Magiſtratum non ſua cau
ſa, ſed amore iuſtitiæ, amoreque iuuan
di proximi Magiſtratum ambit, is a-
deò (mea ſententia) non improban-
dus eſt, vt ab omnibus meritò ſit pro-
bandus, laudandus, & ad talia publica
munia aſſumenda promouendus, ani-
mandus & etiam extimulandus. Cũ
7 Deus nulli ſuas dotes conferat, vt eas
ſine fructu aut ſine fœnore ſeruet,
ſed vt eas (cum vnicuique Deus man-
dauit de proximo) in publicam vtilita
tem prudenter expendat, quod vix vl
la in re quàm in iuſtitia adminiſtran-
da pręſtare poterit fœlicius. Sic D. Pau
lum ſenſiſſe exiſtimo cùm ait. Qui E-
piſcopatum deſyderat, bonum opus
deſyderat, hoc eſt, qui eccleſiaſticum
officium deſyderat non ſua, ſed proxi
mi iuuandi cauſa, vt bene præſit, vt be
ne doceat, vt afflictos ſcripturis conſo
letur, vt malos ſcripturæ teſtimonio
terreat, idque fideliter præſtet, aut præ
ſtare cupiat, haud dubie is bonum o-
8 pus deſyderat. Pari ratione item dici
poterit. Quiſquis Magiſtratum deſy-
rat, nempe qui prædictis virtutibus à
Deo ornatus eſt, & non tam ſibi quã
Deo & proximo eum Magiſtratum
deſyderat, is certe bonum opus deſy-
derat, & ad bonum finẽ expetit. Sed
nunc ad Iudicum diuerſitatem expli-
candam properemus.

CAPVT III.

De Iudicum varietate.

Summæ.

2 *Iudicum alius est* (1, 4, 3, 5, 7, 6):

- 1 *Ordinarius.*
  - 2 *Summus vel vniuerſalis cum iuriſdictione per ſe ſemper plena*
  - *Inferior vel ſubalternus ſcilicet cum iuriſdictione.*
    - *Plena aliunde.*
    - *Limitata ad certas cauſas.*
- 6 *Delegatus etiam cum poteſtate, alias*
  - *Plena, ſcilicet ex delegatione ad quaſuis cauſas.*
  - 8 *Limitata ad certas cauſas, ex*
    - *Delegatione ſuperiorum aut Principũ aut Magiſtratuũ.*
    - *Electione ſociorũ aut ex creatione Magiſtratuum.*

Aliter clarius.

1 *Iudices quotuplices ſint.*
2 *Iudices ordinarij qui ſint.*

3 *Iudices ordinarij ſummi qui.*
4 *Iudices ſubalterni qui.*
5 *Iudices inferiores qui plenam iuriſdictionem habent.*
6 *Iudices inferiores qui limitatam ſolum poteſtatem habent.*
7 *Iudices delegati qui dicantur.*
8 *Iudices delegati qui plenam poteſtatem habent.*
9 *Iudices delegati qui limitatam poteſtatem habent.*

VT autẽ ex tribus, aut quatuor per-
ſonis prędictis, auſpicemur à Iu-
dicibus, ſciẽdum eſt iudices eſſe in du-
1 plici diſcrimine. Sūt enim Iudices a-
2 lij ordinarij, alij ſunt delegati. Ordi-
narij autẽ Iudices ſunt qui iure ſuo or-
dinario per ſe aut per Principis bene-
ficium, aut ex iure ſcripto, vniuerſa-
lem aut limitatam iuriſdictionem, a-
lias plenã, alias limitatã exercere poſ-
ſunt, hoc eſt, eo ipſo, quòd ſunt tales.
Hi autẽ ordinarij iudices ſummi alij
ſunt, alij inferiores aut ſubalterni. Sū-
3 mi Iudices ſunt quib⁹ ſumma eaq; ple-
na poteſtas & iuriſdictio per ſe, &
ſemper competit, qualis eſt Pōtificis,
Imperatoris, & Regū. Item: Quorun-
dam Ducum, Comitum, & Principū,
qui ſuã iuriſdictionem à nullo acce-
perunt, ſed eam hæreditario iure con-
ſecuti ſunt, & in ea nullum ſuperiorẽ
agnoſcunt l. more maiorum ff. de iu-
riſd. omnium iudic. Vbi text. more
maiorum ita compertum eſt, vt is de-
mum iuriſdictionem mãdare poſſet,
qui eam ſuo iure, non alieno bene-
ficio haberet. Summus enim Ponti-
fex, ſummus iudex eſt ordinarius in
ſpiritualibus. Imperator verò ſum-
mus iudex eſt in ſecularibus, & cum
ipſo Reges omnes & quidam Duces
& Comites, vti iam diximus, qui nul-
li ſuperiori ſubſunt, nec parent ſecun-
4 dum ius ſcriptum c. A Iudicibus 2. q.
6. Iudices ordinarij inferiores vel ſub-
alterni ſunt qui ſuam iuriſdictionẽ
à ſuis ſuperioribus, quibus immedia-
tè ſubſunt, receperunt. Hanc, Alij ple-
5 nam atque vniuerſalem ſemper obti-
nent, nō quidem per ſe, ſed duntaxat
ex ordinatione iuris aut ex beneficio
ſuperioris, ſcilicet Imperatoris, aut Re-
gis, Ducis aut Comitis. Huiuſmodi
plenã iuriſdictionẽ habent Cardina-
les, Epiſcopi. Quidã Duces, Comites
& Principes, & ſub his Barones, Mar-
6 chiones, &c. Alij ſunt qui iuriſdictio-
nem ſuam receperunt nō plenam, ſed
tantum limitatam, ſcilicet ex iure aut
ex ſuperioris voluntate ad certas ſo-
lum cauſas: talem poteſtatem ordina-
riam habent Academiæ, quidam Ab-
bates, Præpoſiti, &c. Item nonnulli
Caſtellani, Burchgrauij, Statutarij &
ſimiles Feudatarij aut Vaſalli tum ma-
iores tum inferiores. Item Conſilia
prouincialia. Item Magiſtratus omnes
ſuam iuriſdictionem habentes ex do-
natione Ducum, Comitum aut Prin-
cipum aut ab horum Cōmiſſariis, ob
quam etiam dicuntur Iudices ordina-
rij per priuilegium, aut per cōſuetudi-
nem, quę quidem conſuetudo vel pri-
uilegium ipſos facit ordinarios c. Cū
contingat. de fo. competenti. Porrò
7 Iudices delegati ſunt quibus aliqua
iuriſdictionis poteſtas competit non
per ſe, neque ex beneficij perpetui do-
natione, ſed tamẽ ex delegatione qua-
dam ſiue ex commiſsione ſuperioris
temporaria. Horũ ſimiliter poteſtas
delegata aliquando eſt plena, ſcilicet

quando

quādo ſuperior alicui ſuam plenam poteſtatem tradit atque cōmittit ad quaſuis cauſas, & talem qualem ipſe ſuperior habet, qualis eſt quorundam legatorum Pontificū poteſtas, aut quorundam commiſſariorum Regū, Ducum aut Comitum. Aliquādo verò ea
9 delegata poteſtas eſt ipſis limitata, ſcilicet qñ ſuperior ſuam poteſtatem alicui tradit, non ad quaſuis cauſas, ſed eandem ipſi limitat, & reſtringit tantum ad certas & peculiares cauſas, huiuſmodi iudices delegati ſunt etiam quidam legati Pontificum non cum vniuerſali poteſtate. Item Confeſſores aut iudices delegati. Præterea Arbitri à iudice ſuperiori delegati. Item omnes iudices ſubordinarij electi, creati, & confirmati per aliquem vniuerſalem aut particularem magiſtratum, quibus aliqua iuſtitiæ adminiſtratio à Superioribus eſt delegata. Huiuſmodi iudices ſubſidiarij, ſunt Iudices nationum aut ſocietatum mercatorum, collegiorum minorum Sagittariorū, Opificum, vel (vt vulgò loquuntur) Ambachtorum, qui omnes fere ob id iudices dicuntur ſubſidiarij, quod in ſubſidium ſuperioris Magiſtratus ad certas cauſas (nempe quæ ad ipſorum nationem, ſocietatem vel opificium peculiariter pertinere creduntur) per eundem ſuperiorem Magiſtratum electi, creati, delegati & confirmati ſunt, ob quod etiam ex priuilegio, vel ex conſuetudine, extraordinarij iudices dicuntur l. Prima. §. Qui mandatam ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdictio. Vbi ait Vlpianus. Qui mandatā iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habet, ſed eius qui mandauit, iuriſdictione vtitur, & c. Sanè quia, extra de offic. delega.

CAPVT IIII.

De Iuriſdictionibus.

Summæ.

1 *Iuriſdictio quid ſit.*

2 *Iuriſdictionis diuiſio prima. Iuriſdictionum alia eſt.*
- *Ordinaria.*
  - *Plena.*
  - *Semiplena.*
- *Delegata.*
  - *Plena.*
  - *Non plena ſed mixta aut limitata.*

3 *Iuriſdictio, ordinaria quæ ſit.*
4 *Iuriſdictio delegata quæ ſit.*
5 *Iuriſdictio plena quæ ſit.*
6 *Iuriſdictio mixta quæ ſit.*
7 *Iuriſdictionem mixtam qui habeant.*
8 *Iuriſdictionis diuiſio ſecunda. Iuriſdictionum alia eſt imperij*
- *Meri.*
- *Mixti.*
- *Minoris.*

9 *Merum imperium quid ſit & quæ conueniant.*
10 *Mixtum imperium quid ſit & in quibus verſetur.*
11 *Minus imperium quid ſit & quæ ad ipſum ſpectent.*
12 *Iuriſdictio alicui competit tribus modis.*

POſtquàm proximis capitibus de
Iudicibus, de ipſorum officio de-
que iudicum varietate quædam mon
ſtrauimus, debito ordine de ipſorum
quoque poteſtate hic quædam ſubne
ctemus,quam omnes Iuriſdictionem
rectè vocamus:nihil enim eſt aliud Iu
riſdictio quàm Iudicis in iure dicen-
1 do poteſtas vel (vt alij diffiniunt) Iu-
riſdictio eſt de publico introducta cũ
neceſsitate iuriſdicendi, & æquitatis
ſtatuendæ poteſtas, ſecundum Azonẽ
in l.Prima ff.de iuriſdic. omni. iudic.
Et ſicut duplici varietate diſtinximus
Iudices,ſcilicet in Iudices ordinarios
& delegatos,ita quoque Iudicum Iu-
riſdictionem bifariam ſecabimus. Eſt
enim iuriſdictionum alia ordinaria,
2 alia delegata.Ordinaria iuriſdictio eſt
3 q̃ alicui ex iure ſcripto aut hæreditario
aut ex priuilegio cõpetit aut ex Prin-
cipis beneficio confertur. Delegata iu
4 riſdictio eſt quæ non eſt propria, ſed
tantum temporaria,nempe quã Prin-
ceps aut alius Superior alicui ad tem-
pus tradit, alias cũ poteſtate plena a-
lias cum poteſtate limitata. Vnde fit
vt ordinaria iuriſdictio ſit duplex,ſci
licet alia plena,alia nõ plena,ſed mixta
5 aut limitata. Plena iuriſdictio eſt quæ
per ſe aut per beneficium Superioris
ad quamuis cauſſarum cognitionem
extenditur. Hæc primò & per ſe com
petit ſummis Iudicibus,ſcilicet Ponti
ficib.Imperatorib. Regib. & quibuſ-
dã Ducib. Comitib.& Principib.qui
nullis immediate ſubſunt (vti ſupra
diximus) Et ſic Comes noſter Flan-
driæ,clementiſsimus Princeps noſter
ſuam habet & exercet iuriſdictionẽ
plenarie ſeu cum plena poteſtate, vti-
turque per totam Flandriam omnibꝰ
regalibus ac principum iuribus,quem
6 admodum Rex Frãciæ vtitur, ac vti ſo
litus fuit ſub ſua corona. Iuriſdictio
non plena mixta vel limitata eſt om-
nis alia à iuriſdictione Principum,nẽ-
pe quæ non omnium cauſarum cog-
nitionem habet,ſed tantum eam pote
ſtatem habet quam ſolus Princeps ſu
perior aut alius quiſpiam ſuperior ma
giſtratus alicui aut plenariè aut limita
tè contulit. Huiuſmodi mixtæ iuriſ-
7 dictiones ſunt iuriſdictiones conci-
liorum Prouincialium, Magiſtratuũ,
Abbatum, Præpoſitorum, Caſtellano
rum,Burchgrauiorum,Vaſallorũ,Mo
netariorum,& aliorum complurium.
Feudatarij maiorum & minorum va
ſallorum,habẽt etiam in ſuo,ſuam iu-
riſdictionem, non quidem plenã,ſed
tantum limitatam vt cognoſcant dun
taxat de feudis, atque de feudorũ de-
pendentiis, ſecundum conſuetudinẽ
& vſum ſuarum Curiarum,& ſecun-
dum tenorem(vt dicitur)denombra-
mentorum ſuorum feudorũ, aut poſ-
ſeſsionum, quas ipſi ſuper illis adepti
ſunt.Burgimagiſtri quoque, Scabini,
Statutarij & alij ciuitatum vel Ca-
ſtellaniorum conſtituti iudices habẽt
etiam ſuas iuriſdictiones lumitatas ſe
cundum iura atque priuilegia ipſis à
ſuperioribus conceſſa, & iuxta con-
ſuetudinem et vſum ſuorum conſiſto
riorum (vulgò *Vierſcharen* vocantur)
quemadmodum & proximè præce-
denti capite monſtrauimus.Huc præ-
tereà

terea ſpectant iuriſdictiones Statutariorum,nationum,collegiorum, academiarum & quarumcunque ſocietatum,quorum iuriſdictio etiam inferior eſt & non plena,ſed ſolummodo ad certas cauſas limitata,nempè ad eas quæ ſuum forum & vſum potiſsimum concernunt,non ad alias. Ideoque illis à Superioribus conceditur vt ex ſuis collegis ſociis & ex ſuis cõmembribus (qui in eadem ſocietate plus ſapere creduntur) eligere & creare poſsint aliquem iudicem ſuperiorem,qui cum ſuis collegis,reliquis ſuppoſitis ius dicat & ſententiam pro rerum circunſtãtiis & qualitatibus pronunciet. De his vide Specu. eodem titu.l.3.C.eo titu.de iuriſdi.omnium iudic. Concordat gloſſa vnica prope finẽ in c.Rodulphus de Reſcript.& c. Significaſti de fo. competen.c. Cum

8 ab eccleſiarum de offic.ordina. Iuriſdictio autem omnis quia genus eſt in tres ſpecies diuiditur. Nempè in merum imperiũ, mixtum imperium, & minus vel infimum imperium, quòd id leuem corporis coërcionem habet & ideò hoc minus imperium etiam ſimplicem iuriſdictionem non impropriè vocare licebit. Merum autem im

9 perium eſt quædam ſumma poteſtas, per quam ea quæ ſunt vniuerſalis iuriſdictionis explicantur.Hoc imperium habet gladij poteſtatem, habet laqueum, ſaccum, ignẽ & cacabum, habet & rotas,cum reliquis quæ ſunt ſummę poteſtatis,quibus facinoroſos pro criminum varietate punit, ſicuti in Praxi noſtra criminali abunde mõſtrauimus. Dicitur autẽ id imperium merum, quod ſit alienum, & ſeparatum à cognitione pecuniaria, hoc eſt, quod ex eo nullum ſequitur commodum pecuniarium, vt inſtitu.de public.iudic.in princip. Nam facinoroſos punire,delinquentes incarcerare,mẽbra mutilare,pœnam capitalem imponere, & ſimiles corporales punitiones (quæ ſunt meri imperij)exercere,nullum pecuniarium commodum adferunt,ſed tantum bonum publicũ quo Remp.ab infeſtis & noxiis hominibus liberat & tranquillam in pace & ſecuritate conſeruat. Pœnæ autẽ meri imperij capitales omnes in tria capita rediguntur, quæ ſunt mors, exiliũ & relegatio,teſte Hoſtien.in c. Veniens de iureiuran. & l.2.ff.de public.iudic.

10 Mixtum imperiũ eſt poteſtas media, per quam ea quæ ſunt in iuriſdictione media explicantur. Et dicitur mixtum:quaſi ex inferiori iuriſdictione & ex mero imperio conflatum,quod que habeat commodum pecuniariũ. Ad mixtum itaque imperium pertinent,bonorum poſſeſsionem dare,in poſſeſsionem mittere, iubere,cauere, pupillis tutores dare, & omnes aliæ pœnæ graues (præter pœnam capitalẽ & mutilationem)quales ſunt relegatio, fuſtigatio, vel ſimiles aliquanto grauiores correctiões l.Prima in gloſ. & in textu ff. de iuriſdict. omnium iudic. Hæc autem quæ ſunt mixti imperij potiſsimum ſpectant ad bonum priuatum. Eaque expediũt iudices ex

11 officio nobili. Minus imperium(vel leue imperiũ vel ſimplex iuriſdictio, vel imperiolũ vt vocare libet) eſt quæ leuem & modicam corporis coertionem habet. Hæc competit omnibus iudicibus inferioribus, vt notatur in c.Si diligenti de fo.competen.compe tit etiã omnibus magiſtratibus l. Magiſtratus ff.de iuriſdict.om.iudic. & §. Audient.in Autẽt.de defenſo.ciuita. Habent enim magiſtratus omnes ſolum cognitionem leuium, limitato-

rũ nõ regaliũ criminũ. Ad quod facit l.leuia ff. de accuſation. l. Magiſtrati. & ibi Barto.ff.de iuriſdict.om.iudic. Hæc latius videre poteritis per Barto. & eius ſequaces,in inſigni l. Imperiũ ff.eodem & per Specu. eodem titu. Et hæc quæ ſunt minoris vel ſimplicis iuriſdictionis expediuntur etiam à iudicibus officio mercenario & ten-
12 dunt ad bonum commune. Supradicta autem iuriſdictio alicui tribus cõpetit modis, nempe Iure, Conſuetudine, donatione Principis, & etiam præſcriptione longiſsimi tẽporis,aut tanti temporis, vt in contrarium nulla exiſtat certa memoria.

CAPVT V.

De conſiſtoriis (vulgò in Flandria) de Cameris aut Vierſcharis.

Summæ.

1 *In Flandria primo fuerunt duæ Principales Cameræ, ſcilicet* { *Camera rationalis.* *Et*
2 *Camera legalis.* }
3 *Dunckercæ, Grauelingæ, Borburchi, Bornehæmi expediuntur negotia pacifica.*
4 *Lectulo olim impoſitus enſis ſignabat ſouuereinicam iuriſdictionem.*
5 *Philippus Audax quo anno nouam Curiam Inſulis inſtituit.*
6 *Camera rationalis quid tractabat.*
7 *Camera legalis quid tractabat.*
8 *Curia noua quid tractabat.*
9 *Curia noua ægrè ſucceſsit.*
10 *Ioannes Burgundio quando Curiam nouã diuiſit & Conſiliariam Gandauũ tranſtulit.*
11 *Conſiliarij Gandenſes & Inſulenſes cur ſeſe fratres compellent.*
12 *Prouocatio ad Parlamentum Pariſienſe ſuſpenſum à Philippo Comite ad* IX. *annos.*
13 *Philippus Comes quo anno 4. membra Flandriæ Concilio Gandenſi planè ſubegit.*
14 *Concilium Gandenſe occaſionem dedit pereundæ Cameræ legalis.*
15 *Carolus Burgundiæ ſublato Parlamento Pariſienſi, Mechiliniæ, Parlementum Belgicũ inſtituit.*
16 *Hodie in Flandria ſunt tres ſummæ Cameræ.* { *Rationalis cũ adhærente Renengaria* } *Inſulis.* { *Legalis Et Conſiliaria* } *Gandaui.*
17 *Metropolitanæ Cameræ ſunt 4.* { *Gandenſium. Brugenſium. Hyprenſium. Franconum.* }
18 *Subalternæ cameræ & Scamna iuridica ſunt admodum multæ.*
19 *Camera Renengaria quid ſit.*
20 *Renengorum capitum officia.*

Reneu-

21 *Renengarij ſunt iudices arreſtarij.*
22 *Nomina Renengorum, cum ſuis Renengarum titulis.*

DE prætoriis Curiis & Cameris Vierſcharis (vt vulgo loquar) tractaturus altius mihi res hic repetêda videbatur. Nam vt annales hiſtoriarũ & aliorum narrata conſequar, intelligo Inſulis in Flandria præcipuè fuiſſe duas præcipuas Curias, aut iuſtitię Cameras, ſcilicet Cameram rationariam (*de reken camere*) & Cameram legalē
1 (vulgò *de wetachtighe camere*) Camera rationaria expediebat omnes rationes ad Principis feuda, & ad Principis dominia annua ſpectâtes, hoc eſt, expediebat omnes rationes totius pa-
2 triæ. Camera legalis fuit quædam celſa & (vt ita loquar) ſouuereinica Curia conſtans non tantum ex viris, & feudatariis, vel magnis Vaſallis Principum, ſed etiam ex viris conſiliariis, quos Comes, vel ipſius vicarius iuſsit congregari in tanto numero, quanto ipſe volebat, & loco vbi ipſius Camera in Flandria tunc reſidebat. Hi ad ipſius inſtantiam iudicabant de omnibus cauſis (exceptis rationariis) coram ipſis productis, aut per reſortitionē, aut in prima inſtantia feudorum, præcipue etiam quæ à principe ſeruantur curanda, qualia ſunt Dunckerca, Gra-
3 uelinga, Borburgum, Bornehemum, & plures aliæ paſſagiæ Flandriæ, potius quã proprietates, in quibus expediebãtur negocia pacifica (vulgò) *heerlycke vrede.* Deinde etiam ſumebant cognitionem de omnibus aliis materiis ſtatuum, dominiorum, feudorum & Vaſallorum. Nã ad hanc veluti ad ſuum caput concernebant omnes Curiæ totius Flandriæ, ſcilicet regalis, imperialis & propriæ etiam per reſortitionem, & appellationem ſine vlterio-
4 ri prouocatione extra Flandriã. Hinc eſt quod olim in huius Cameræ medio inſterni ſolebat lectulus tapetialis. Cui diſtrictus imponebatur enſis in ſignum ſupremæ vel ſouuereinicæ iuriſdictionis, hoc eſt, quod ſuper ea negotia nulli cognitionem habere liceat, quàm ipſi ſoli Comiti, aut ipſius nomine huic Cameræ legali. Iudicabat inſuper hæc Camera legalis de omnibus rebus iudiciariis, côtentioſis, ciuilibus & criminalibus: breuiter de omnibus aliis quæ in magnis Conciliis tractari conſueuerunt. Poſtquam verò Comes Flandriæ, Philippus Audax Comitatũ Flandriæ multũ auxerat & hæreditariè conquiſitis aliis regionibus multũ ditari cœperat, eadē quoque Camera legalis multum grauari cœpta eſt. Quod prædictus prudens Comes Flandriæ Philippus, videns, ſtatuit hiſce Curiis opem ferre, & his duabus Cameris tertiã Camerã ſubſidiariã adiungere. Anno itaq;
5 Domini 1385. prædictus Comes cũ vxore ſua Margareta Malana videns prædicta duo Prætoria ſcilicet Camerã rationalē & legalē, non ſatis ſufficere rebus expedite agendis, tertiã ſubſidiariã Camerã inſtituit, quã nouã Curiã appellauit, non abolitis tamen duabus Cameris prioribus rationali & legali: ſed tantũ à negotiorũ turbis paululũ côciſis: ſic, vt illæ priores ab illo tēpore tantũ cognoſcerent de rebus Principis & feudalibus, nēpe in
6 Camera rationali tantũ agebantur rationes feudorũ & dominiorũ vel ſpicariorũ Principis ꝑ Receptores generales particulares & per Receptores Renengarũ, de quibus vltimis mox in-

7 ſtra. Camera verò legalis iudicabat nõ
de rationibus, ſed de omnibus aliis ne
gotiis Principis, de dominiis, ſtatibus
feudis & vaſallis, non de aliis. In his
duabus Curiis iudicabatur, & etiam
hoc tẽpore iudicatur per Arreſtũ, hoc
eſt ſine vlteriore appellatione. Noua
verò prædicta Curia, ſeu Camera Cõ
8 ſiliaria ſimul & rationaria (nã vna e-
rat) conſtituebatur ſimul ex viris con
ſiliariis & rationũ magiſtris. Inq; ea
ab omnibus coniunctim ferè tracta-
bantur omnia negotia et materiæ, quę
prius in Camera iudiciali tractaban-
tur: cũ reliquis omnibus aliis iudicia-
riis. Cui Cameræ Comes poteſtatẽ
fecit cognoſcendi de rebus omnibus
ad ſuã Celſitudinẽ, Dominiũ, ſtatum,
ſimul etiã ad ipſius Rationẽ pertinen
tib⁹. Quæ quidẽ nouę Cameræ cõceſ
ſio occaſionẽ dedit, vt prior Camera
legalis multũ deperire cœperit, quod
in noua plæraque peragerentur, quæ
in Camera legali: Nihilominus iſthęc
9 noua Curia principio non ſatis fœli-
citer ſucceſsit, nec vniuerſa Flandria
huic æque parere voluit, quòd in prio
ri ſua iudiciorũ libertate perſtare mul
ti maluerũt, ſine prouocationibus ad
hanc Curiam, ſed potius ad Parlamen
10 tũ Pariſienſe. Quod videns Comes
Ioannes filius Philippi poſt mortem
patris anno Do. 1409. illud nouum
Prætoriũ generale diuiſit & Camerã
conſiliariã ſolã ex Inſulis Gandauum
transſtulit, relicta ibidẽ Camera ratio-
naria cũ Dominis & Capitibus Re-
nengarum, vt vel hoc modo Flandrin-
gantibus gratificaretur. Ob hanc diui
11 ſionẽ Curiæ generalis quæ nunc bi-
partita eſt, fit vt conſiliarij Gandenſes
& conſiliarij rationarij Inſulenſes tũ
verbis tũ ſcriptis adhuc hodie ſeſe
mutuo fratres cõpellitent, quod olim
eiuſdẽ Curiæ ſimul fratres aut collegæ
fuerint. Nouæ itaque huic Cameræ
conſiliariæ Gandenſi Comes Ioannes
voluit, vt quatuor membra Flandriæ
omnino parerent. Verũ res non ſuc-
ceſsit, ſed antiquũ priuilegiũ ſemper
vrgebant & omnẽ Nouitatẽ aſperna-
bantur. Euicit tamen tandẽ tẽporis
prorogatio & Comitis prudens diſsi
12 mulatio. Nã anno 1445. Philippus
Burgũdio F. Ioannis & aurei velleris
inſtitutor, primus impetrauit à Rege
Carolo 7. vt prouocationes ad Parla-
mentũ Pariſienſe ſuſpenderentur, ad
ſpaciũ nouẽ annorũ, nempe vt Flãdri
tanto tẽpore ſuis vetuſtis vterentur
13 priuilegiis, iudicantes ſine vlla reſorti
tione vel appellatiõe. Interim idẽ Phi
lippus Comes anno Do. 1453. vbi rẽ-
publ. Flãdrorũ prudẽter pacatam red
didiſſet, omnino ſanxit, vt 4. tribuna-
lia Flandriæ, Gandẽſiũ, Brugenſium,
Hyprenſiũ, & Franconũ dictæ nouæ
Curię Inſulenſi, tunc Gandauũ tranſ-
latæ omnino ſubiicerentur iuxta de-
cretũ Philippi Audacis aui ſui retenta
tamen appellatione ad Parlamentum
Pariſiẽſe ad quã ſuos ſemper videbat
14 eſſe procliuiores. Ex hoc itaque tẽpo
re, quo noua Camera conſiliaria Gan
daui firmiter eſſet inſtituta, reſque in
ea fœlicius ſuccederent, cœpit Came-
ra legalis Inſulis planè collabaſcere, to
taque penè perire, quòd tunc in noua
Curia Conſiliaria Gandenſi (vt dixi)
eæ ferè cauſæ (exceptis rationariis) tra
ctarentur, quæ prius in Camera legali,
ſed ex ea vlterius prouocabatur ad
Parlamentum Pariſienſe. Verũ iſtud
15 tantũ vſque ad Carolum Burgundio
nem, qui vidẽs quantum patriæ no-
ſtræ obeſſet ea prouocatio, & cũ Gal-
lis quotidiana communicatio, eam ap
pellationem prorſus ſuſtulit, & nouũ
Parla-

Parlamentum Pariſienſi ſimile in noſtra regione, nempè Mechiliniæ inſtituit, anno Do. 1473. ad quod non ſolum Flandri, ſed & reliquæ ſuæ inferiores prouinciæ Belgicæ, tanquã ad omnium ſupremum Conciliũ prouo
16 carent. Sunt igitur nunc (vt ſummatim repetam) in Flandria tres precipuæ Cameræ Principis, ſcilicet Inſulis Camera rationaria cum adhærente Curia Renengariorum & Gandaui Camera legalis & Camera conſiliaria, quarum duæ primæ ad ſolius Principis cauſas. Tertia Conſiliaria Ganden ſis ad omniũ cauſas expediendas pertinet, eſtq́ue totius Flandriæ Conciliũ
17 prouinciale ad quã ab omnibus aliis totius Flandriæ Cameris ſenatoriis appellatur. Præter hæc præcipua Principis Conſiſtoria ſunt aliæ Cameræ iudiciales, & capitales ſiue metropolitanæ quatuor, ſcilicet Gandenſium, Brugenſium, Hyprenſium & Franconũ, quibus Princeps plenam omnium cauſarum cognitionẽ tradidit, exceptis cauſis ad ſuam priuatam cognitionem pertinentibus, quales ſunt à Principe exceptæ, aut ad arbitrium ipſius excipiendæ. His magiſtratibus ſub-
18 ſũt alij magiſtratus inferiores & ſubalterni, ſcilicet omnes reliquarum ciuitatum & iuriſdictionum forenſiũ vel pagorum quæ ſingulæ ad informationem & ad conſilium petendum in rebus arduis, ſuis ſubſunt & adhæreſcunt maioribus ſiue capitalibus Conſiliis prædictis. Quarũ aliæ quoque maiorem, aliæ minorẽ iuriſdictionẽ obtinẽt, ſicuti Principi placuit, qui eas ex cauſis ſic variè cõtulit quas nominatim in politia noſtra Brugẽſi expreſsimus. Sed de his ſatis. Reſtat vt paucula de Camera Renẽgarum dicamus. Hæc itaq; Inſulis conſtituta, eſt ex certo numero officiariorum, vel vaſallorum, hæreditariorum, quod hi ſint perpetui Comitis feudatarij. ideoque etiã dicti Renengi vel Renengarij hæreditarij, quòd ipſorum hæc Renengarũ officia & feuda perpetuo ſuccedant ad hæredes, aut aliam ob occaſionem ad eorũ ſucceſſores. Hi capitales Renengi etiã Rationarij dicuntur, quod per ſe, aut per ſuos receptores, quotannis in Cameram rationariam ſuas rationes de Renengis, Breuibus, Lardarijs, aut Spicariis deferant, quiſque iuxta feudi ſui vel Renengi onus & dignitatẽ, & ne quid in officijs Renengarum per receptores committatur diligẽter curãt. Hi quatenus ſunt receptores Renengarij, eatenus etiam ſunt iudices Renengarij, & certè iudices arreſtarij. Nam ſi perſentiant aliquem receptorum, in ſuis receptionibus, aut etiam in ſua ratione exhibita, aut per negligentiam, aut maliciam peccaſſe, hunc ſeueriſsimè puniunt, (niſi fortaſsis is prius à Conciliarijs rationum punitus fuiſſet) & ſententiam illic per arreſtum pronũciant. Vnde etiam dicuntur Iudices arreſtarij à quorum ſententia appellari non licet. Nomina autem iſtorum Renengorum perpetuorum, cum ſuis titulis & cauſis (vt & iſtud in gratiam lectoris obiter addam) qui hoc anno 1565. reperti ſunt fuiſſe in viuis, ſunt quæ ſubiicimus.

Nomina

Nomina Capitum Renengorum de hooſtredenaers, anno 1565.

D. Reuerendiſsimus Dominus Petrus Curtius Epiſc. Brugenſis primus, ratione ſuæ Præpoſituræ S. Donatiani, & Cancellariatus Flandriæ.

D. Philippus de Croy, Dux de Arſchot, ratione ſuæ vxoris Duciſſæ de Haloini & ratione Spicarij Cortracenſis.

D. Ludouicus de Gonſage Dux Niuercenſis & frater Ducis de Mantua, cauſa vxoris ſuæ Philippæ, & ratione literarum de Lokeren.

Philippus Comes de Lalaing, ratione Sauenatus Duacenſis.

D. Iacobus de Claerhout, eques auratus, & D. de Maldeghē Pittē, VVtkercke, &c. ratione literarum ſuarum de Maldeghem.

D. Iacobus de Claerhout, idem Dominus de Maldeghē, &c. ratione breuium de Roye.

D. Philippus Doingnies, eques auratus, & Dominus de Doingnies & de Middelburgo Flandriæ ratione breuium & literarum ſuarū de Aerterike, Middelburgi.

D. Ludouicus D. de le VValle Mortaingne, &c. ratione receptionis Spicarij de Harlebeke.

D. Ioannes de Beer, Dominus de Grāmene Receptor hæreditarius Spicarij Furnenſis.

D. Cornelius vander Eecke, eques auratus, & Dominus ſancti Georgij ratione Spicarij Dixmundani.

D. Romanus à Burgo Schutifer, ratione lardarij Furnenſis.

D. Marcus D. de VVatervliet, ratio vaccariæ Furnenſis.

D. De Noielles ratione lardarij Brugenſis.

D. Iacobus Vtenhouius, ratiōe Spicarij Replemondani.

Philippus de Ghēt, ratione breuiū ſiue literarū de Haeltere. Iudocus de Lēmes filius Iudoci, ratione Spicarij Aloſtenſis.

D. Hierony. de Mol cauſa vxoris, frater Stephani de Schotte, ratiōe lardarij Bergenſis ſancti VVinoci.

N. f. Ioannis vandē Zwene, ratione Sicquiriæ Furnenſis.

N. Receptor Cenſus Dixmudani.

Ioānes de Corbehē Receptor Releuementorum Burgi Brugenſis.

Bartholomeus Gerardi Receptor breuium aut literarum Cameræ, & groſſorum Briuium.

Iacques Lucas, Receptor Spicarij Brugenſis, &c. Carolus regius ratione receptionis Rejectæ in Dammis. Ioannes vander Meerſch, cauſa receptionis Spicarij Hyprenſis.

Iacobus Huerlebout, Receptor Cenſus Furnenſis.

M. Ioannes Zannekē, Receptor Reliuij, & iuris emigrationis (vulgò yſſuè) Caſtellaniæ Furnenſis.

Aleamus Neuius, Receptor Spicarij & Voedermont Bergenſis S. VVinnoci.

M. Petrus à Camera, Receptor literarum de Mardycke: Idem Petrus à Camera ratione Receptionis Reliuij & ratione exuti iuris municipalis ob demigrationē (vulgò yſſuè) apud Bergas S. VVinnoci.

Paulus Steenlādus, cauſa Receptionis breuiū de VVaes & Molēbroucq de VVaeſmunſtere.

Iudocus

Iudocus Cobbart, Receptor breuiũ de Aſſenede. Martinus de Knibbere, Receptor Spicarij & cenſuum Gerardimontenſium.

Iacobus du Celier cauſa officij aut Magiſterij Mœre & VVatergrauię Flãdriæ.

Nicolaus Baert ratione Receptionis breuiũ aut literarũ Petri Maſirij.

Ioannes Valcke ratione receptionis Vrſulæ, VVeſſeghem & Kneſſelare.

Iacobus Vlerick, Receptor Bellæ.

Adrianus vander Meerſch, Receptor Meninenſis ratione quartæ partis aſsiſiorum Cortracẽſium & Harlebecanorum.

M. Georgius de Cat, Receptor VVeruæ.

Michael Brakelman cauſa receptionis de Dainze, Petegem & Trochnię.

Ioannes à Burgo cauſa receptionis executionum ſeu explotorum Conſilij Flandriæ.

Liuinus Fauchel, Receptor Teneramondanus.

N. Receptor debitorum agrenſiũ (vulgò) van Lantſchult de Neoportu.

Citandi formale exẽplar, quo prædictos Renengarios Camera rationaria quotannis ad computus rationem citare conſueuit, hic ſubnectere niſi id non operæprecium eſſe cognoſcerem. Quocirca ad aliud Caput propero.

CAPVT VI.

De ſupremis Conſiliis,

Summæ.

1 *Suprema Belgiæ Conſilia nunc ſunt duo* { *Priuatum vel laterale.* / *Parlamentum vel generale.* }

2 *Conſilium priuatum quod ſit.*

3 *In priuato Conſilio quæ tractentur.*

4 *Parlamentum quid ſit & vbi ſitum.*

5 *Parlamentum à quo inſtitutum quando & ob quas cauſſas.*

6 *In Parlamento quæ tractentur quæque expediantur.*

PRinceps noſter Comes Flandriæ, &c. nunc habet, & à multis annis habuit duo ſuprema conſilia, quorũ alterum vocatur conſilium priuatũ vel laterale, alterũ vocatur Parlamentũ ſiue cõſiliũ generale. Cõſiliũ priuatũ eſt ipſi Principi magis addictũ, ꝓpriũ, & peculiare, vtpote quod ipſius Aulæ propius ſeruit, quodq; ipſum Principem (quando placet) quocunque locorũ cõcomitatur, ipſique ſemper eſt adiunctum. Ideoque hoc conſilium propriè appellatur conſilium Principis, aut Principis conſilium priuatum, aut conſilium laterale. In quo quidem conſilio facit ac iubet per ſuum Cancellarium, id eſt, per eiuſdẽ conſilij Præſidem, ac per magiſtros Supplicationũ ſiue Requeſtarum expediri omnes materias gratiarum, ſiue remiſsionum: Item etiam in eo ſecreto tractat cum ſuis (tantũ, nullis aliis

adhi-

adhibitis Conſiliariis)de rebus ac negotiis eorũ Principum qui ſunt de ſuo ſanguine exorti. Itẽ cũ Principibus:cũ Cancellario, Theſaurario & Graphiario ordinis aurei velleris:etiam tractat in eodem Concilio de negotiis eorundem Principum aurei velleris, & de aliis ad ipſorum dignitatem pertinentibus. Præterea in eodem tractat cũ omnibus aliis conſiliariis de rebus Equitum auratorum & de rebus omnibus arduis & grauibus,vtpote quæ ad pacem, ad bellum,ad bonum publicum, ad mercatorum, nationumque vtilitatem & commoditatem, quæque ad confœderationem cum exteris aut vicinis populis: Item quæ ad ciuitatum finalium munitiones, ad præſidiorũ collocationes, ad fiſci ipſius debitam rationẽ,atque ad ciuitatum omniũ pagorum, caſtrorum, totiuſq; patriæ cõſeruationem & erectionem, potiſsimum concernunt & ſimilia. Parlamẽ
4 tum vel generale Conſilium ſic vocatur,quòd ab annis fere centum poſt retractionem aut defectionem à Parlamento Pariſienſi (ad quod noſtrates appellare ſolebant)eiuſdem Parlamẽti ferè modum,ritum inſtitutionem & authoritatem referat,quodque reliquis prouincialibus Conſiliis pręſit, & noſtrarum regionum ſit omnium ſupremum & maximum. Quodque
5 ex Priuato Conſilio productum ad eiuſdem Conſilij commodam ſubleuationem fœliciter eſt inſtitutũ,non quidem vt Principẽ quocunque locorũ conſequeretur, ſicut alterum ſuperius dictum,ſed vt veluti arreſtatũ & fixũ perpetuò hæreret Mechiliniæ vſque ad ipſius reuocationem,vbi ad litigantium maiorẽ cõmoditatem & ad prouocationes ſiue appellationes commodiores à Carolo Burgundione, Caroli Quinti imperatoris proauo paterno, tanquam in medio noſtratum regionum prudenter fuit inſtitutum, anno Chriſti 1473. potiſsimũ ob duas aut tres cauſas,ſcilicet ne amplius prouocationes litiũ ex noſtris regionibus ad Parlamentũ Pariſienſe ferrentur,vnde multa incõmoda oriri cœperat. Deinde vt per iſtud Conſiliũ ſubleuaretur Priuatũ conſilium Principis,quod ſæpe longinquis profectionibus præpeditum omnibus negotiis non ſufficerat. Poſtremò vt litigantium commoditati parceretur & ſumptibꝰ. Priuatum enim Concilium tunc in profectione Principis vel etiam domi in Aula reſidens grauioribus, magiſque arduis negotiis ſemper implicitũ fuit quam vt occuparetur in priuatorum hominum moleſtis negotiis,ac poſt ſe traheret ingentem litigantium turbã cum ſumma priuati Conſilij moleſtia & cum litigantium iactura plærumque maxima. Contigit enim vt collitigantes non raro tenuioris fuerãt fortunæ quàm vt hoſce Aulæ itineriſque ſumptus ferre poſsint. Quocirca vt Priuatum Conſilium huiuſmodi externis moleſtiis(vt dixi)nonnihil leuaretur,deinde vt litigantium commoditati ad expeditiorem iuſtitiam parũ conſuleretur ipſorumque enormibus ſumptibus ferendis benignius parceretur, tale Conſilium ſupremum & fixum(cui tanquam capiti & Parlamẽto iſtarum omnium regionum cætera Concilia ſubeſſent)prudenter & fœliciter prædictus Carolus inſtituit, & quaſi ex vno priuato Concilio (ex quo hoc Parlamentum elicuit) duo maxima cõcilia cõfecit. In iſto itaq;
6 Parlamento ſiue maximo Concilio tractantur per Præſidem, & quatuordecim Magiſtros Requeſtarũ ſiue informa-

formationum, omnia cauſarum genera, quæ ſummam ac vniuerſalem ſuam iuſtitiam (vulgo Souuerenitatem) cernere ſolet, & de quibus ipſum Principis Concilium priuatum, vel laterale prius ſolitum fuit cognoſcere.

CAPVT VII.

De Iudicibus delegatis.

Summæ.

1 *Iudicum delegatorum diuiſio, alij ſunt* { *Commiſſarij*
2 *Auditores*
3 *Arbitri*
4 *Referendarij* } *& eorum deſcriptiones.*

5 *Oſtiarij non ſunt Iudices extraordinarij, neq; Referēdarij, ſed nudi executores dūtaxat.*
6 *Aſſeſſores non ſunt Iudices, ſed aſsiſtentes Iudici.*

TAmetſi ſupra in ſecundo capite de Iudicibus ordinarijs, & delegatis nōnulla præmiſimus, in hoc tamen ſeptimum caput nonnulla ſeorſum de Iudicibus delegatis conferre placuit, quæ ibidem omiſſa ſunt, aut ex cauſa dilata, hoc loco latius explicare volui. Iudices itaque delegati pro delegationis varietate, etiam varia ſortiūtur nomina. Nonnunquam enim appellantur Commiſſarij, aliquādo Auditores interdum Arbitri, & nonnūquam Re
1 ferendarij. Commiſſarij pręcipuè ſunt illi, qui committuntur ad productiones recipiendas, ad teſtes audiendos, ad informationem audiendam, vel (vt barbari loquūtur) ad enqueſtas faciendas. Huiuſmodi commiſſarij ordinarij ſunt in magno Conſilio, nempe in Parlamento, & in Conſilio Flandriæ.
2 Auditores ſunt etiam commiſſarij, ſed potiſsimum illi qui committuntur ab aliquo Iudice ad partem audiendam, vel examinandam ſuper aliquibus certis articulis, & ad illos decernendos. Specu. in titu. ſiue Rubrica. de Audito
3 re in princip. Arbitri ſunt illi qui committuntur & ordinantur per ordinarium ex ſuo officio, ad aliquas difficultates arbitrandas, & iſti committuntur in cauſis, vbi iudex habetur ſuſpe-
4 ctus l. Arbit. & l. ſeq. ff. Qui ſatiſda. cogan. Referēdarij ſunt illi, qui ab ordinario ordinātur, ad partes audiēdas & concordandas, ſi quo modo id efficere poſsint, ſin minus, debent omnia obſtacula ſiue difficultates, quæ cōcordiam impediunt, in notam redigere, ſcriptoque excipere, & eas difficultates porrigere & tradere iudici.
5 Oſtiarij non ſunt Iudices extraordinarij, neque referendarij, quamuis commiſſa referant, ſed ſententiarum Iudicum ſunt executores. Id enim quod faciunt, vt Executores faciunt, & non vt Iudices, nec Iudicis officium ferunt aut induunt, ſed tantum Iudici in executionibus parēt, & aſsiſtūt, ob quod dicuntur aſsiſtentes Iudici, niſi fortè in executione Compellentorum, vbi nonnihil Iudicis pręſeferre videntur, cum parti diem iuridicum competentem

tem pro ſuo arbitrio indicunt, & con
6 ſtituunt. Aſſeſſores, alio nomine Conſiliarij pẽſionarij, non ſunt etiam Iudicos, ſed aſsiſtentes Iudici, & ei conſilium dantes. Speculator titulo, de aſſeſſore, & titulo, de conſilij requiſitione. Facit l. Prima, C. de aſſeſſorib.

CAPVT VIII.

De Arbitris.

Summæ.

1 *Arbitri non ſunt propriè Iudices.*
2 *Arbitri ex conſenſu, & ex compromiſsione partium tantum iudicant.*
4 *Arbitrium & Iudicium quomodo differant.*
5 *Arbitri alij ſunt { Compromiſſarij, qui*
Iuris, qui
6 *Arbitratores, qui.*
7 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar Iudiciorum.*

IN præcedenti capite nonnihil de Arbitris quatenus ſunt Commiſſarij delegati egimus, hic verò eorundem officia latius explicabimus, qui ſint, quid ſint, & quotuplices, & quæ ipſo-
1 rum offiicia. Arbitri itaque non ſunt propriè Iudices, ſcilicet Ordinarij, quia neque à Principe, neque ab vllo Iudice ordinario ad iudicandum com
2 mittuntur. Ideoque nec ex ſua proprietate vnquam iudicare, nec vllum Ius dicere poſſunt. Sed quoties iudicant, tunc eam iudicandi poteſtatem ſolummodo ex partium conſenſu, & ex compromiſsis accipiunt, hoc eſt, quia ex partiũ conſenſu per compromiſsiones, ad verum iudicium Arbitrarium ferendum eliguntur, ad quas compromiſsiones ſub pœnæ ſtipulatione compelluntur. c. A Iudicibus, & §. ſeq. 2. q. 6. Non enim Arbitrorum ſententiæ ſtandum eſt, niſi prius præſtituta pœna, & c. vt latius per Speculato. ſub Rubrica de Arbitro & Arbitratore. Arbitri ſunt triplices, ſcilicet Compromiſſarij, Iuris, & Arbitra
3 tores. Arbitri Compromiſſarij ſunt de quibus iam diximus, qui ſuá qualemcunque iuriſdictionem tantum habent ex vtriuſq; partis conſenſu, non (vt dixi) ex beneficio Principis, aut ex priuilegio, ſeu ex conſtitutione, ideoque iſti propriè non ſunt Iudices, hoc eſt, breuibus. Arbitri per ſe nullam habent iuriſdictionem propriam ſeu de
4 legatam ex officio. Quamobrem Arbitrium & Iudicium in hoc differunt, quod Arbitrium ſit voluntarium, ſed iudicium fertur in inuitum. l. Inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. obligat.
5 Arbitri Iuris ſunt, quos partes eligunt ad cauſas Iuris, hoc eſt, ad cognoſcendum de quæſtione, vel lite, & ſic ſumuntur ſuper re litigioſa & incerta, vt de ea cognoſcatur, aut ſecũdum Ius aut ſecundum conſuetudinem, vt extra. eodem. quaſi per vniuerſum titulum. Debent igitur Arbitri Iuris omnem Iuris ordinem ſeruare, l. Prima ff. de recept. Arbit. & c. vt latius per Spe-

Speculatorem, d. titu. de Arbitro & arbitratore. Quem Iuris ordinem ſi in cauſis Arbitri ſeruent, magnam affinitatem, cum veris Iudicibus habere videntur, quia ordinariè procedunt in cauſa ſiue proceſſu, non ſecus quàm ſi veri eſſent Iudices, l. prima ff. de recep.
7 Arbit. vbi text. Arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem ſiue ad inſtar iudi-
6 ciorum. Arbitratores autem ſunt amicabiles pacis compoſitores, qui nō ſumuntur à partibus ſuper re aliqua litigioſa, vt cognoſcant, ſed vt partes concordent, pacificent, & cum debito æquitatis moderamine, iuxta id quod certum eſt, diuidant, veluti in ſocietate, quam certum eſt fuiſſe contractam, facile eſt arbitrarie diſcernere. In qua eliguntur, vt adiudicando vnicuique dent certam ſuam competentem partē, quæ ipſis ex ſocietatis contractu contingit, Iuris ordine omnino prætermiſſo, l. Si ſocietatem. 2. §. Arbitrorum .ff. pro ſocio. Tales enim Arbitratores id quod ipſis in vera conſciētia videtur æquiſsimum, & iuſtiſsimum, id ſine ſtrepitu iudiciali, hoc eſt, ſine forma aut rigore iuſtitiæ aut proceſſus ſtatuunt, expediunt, & moderantur. Ideoque Arbitratores nullam præ ſe ferunt formam alicuius Iudicis. Reliqua quæ huic materiæ conueniunt, videbitis in locis iamiam allegatis.

CAPVT IX.

De Officio Iudicis.

Summæ.

1 *Officium Iudicis eſt duplex* { *Nobile, quod.*
2 *Mercenarium, quod.*

3 *Iudicis quod officium.*

4 *Quinque ſunt quæ Iudicem corrumpere ſolent.*

5 *Inſcitia*
6 *Timor*
7 *Cupiditas* } *quomodo Iudicem excæcent & corrumpant.*
8 *Odium*
9 *Amor*

10 *Iudex debet omnem humanum affectum exuere.*

11 *Iudex in officio Dei, non ſuam perſonam ſuſtinet.*

12 *Conſilium ne Iudex corrumpatur affectibus.*

13 *Iudex ſi Deum non reuereatur, ſaltem correctionem humanam metuat.*

14 *Cambyſes corruptum Iudicem excoriari iuſsit.*

 Com-

COmmune Iudicis officium ſatis ſupra in primo capite depinxim', qui volet illic dicta huc repetat. Hoc loco Iudicis officium diuidere volui, eaque ad debitam iudicis cautelã proponere, quæ ipſum iudicem corrumpere ſolẽt. Eſt igitur Iudicis officium duplex, ſcilicet nobile & mercenariũ.
1 Nobile ideò appellatur quia à ſeipſo interponitur, nec iure actiõis, ſiue obligationis, vtputa ſi minor petit ſe reſtitui in integrum: hoc non petit iure obligationis, quia Iudex non fuit obligatus, nec iure actionis: ſed Iudicis of-
2 ficium miſericorditer implorat. Mercenarium Iudicis officium eſt, ſeu ſic appellatur, quia deſeruit actioni intentatæ: puta: peto à te mille actioni mutui: Iudicis officium deſeruit mihi in hac actione, quia condemnat te vt reſtituas mihi mille. Iudicum autem o-
3 mnium officium eſt, querelas partiũ ſiue lites recte ſyncereque perpendere, eaſdem & patienter ferre, & debitam prouiſionem decernere, cõtra neminem procedere, neque quemquam iniquè condemnare. Vt autem Iudex
4 ſuo munere dignè fruatur, ſciat potiſſimum quinque eſſe ſibi vitanda, & ab iis ſe purum & liberum debere ſeruare, quòd ea plerunque Iudices cæcos reddant, & omne ſyncerum Iudi-
5 cium vitient & peruertant. Hæc autẽ ſunt Inſcitia, Amor, Odium, Timor & Cupiditas. Inſcitia cui adhæreſcit imperitia, efficit, vt etiam ſi quis maximè dignè iudicare velit, id prę inſcitia non poſſet, quæ tamen Iudicem non excuſat, vt Inſtitu. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſcuntur. Quantum inſcitia obſit iudicio, teſtatur Terentius in Adelph. Homine (inquit) imperito nunquam quicquam iniuſtius eſt, qui niſi quod ipſe facit, nihil rectum putat. Et Cicero 4. lib. no. Rhetor. Rerũ omnium imperiti qui vniuſcuiuſque rei de rebus ante-geſtis exempla petere non poſſunt, hi per imprudentiam facillimè ducuntur in fraudem. At hi qui ſciunt quid aliis acciderit facile ex aliorum euentibus, ſuis rationib' prouidere poſſunt, & diu tunc cogitare
6 qui magna negotia volunt agere. Timor, eſt illa animi puſillanimitas, ſiue deiectio, qua in iure dicendo alicuius potentioris indignationem aut vim pertimeſcim'; ne is nobis ſua authoritate aut ferocia noceat, vt ex illius metu, quod rectum eſt, cõtra ipſum iudicare vereamur, & ipſam cognitam veritatem aperte contra tales potentiores loqui, aut differimus, aut plane ne-
7 gamus. Cupiditas vel auaritia, eſt auri ſacra & exitialis illa fames, & munerum conſequendorum ardens appetitus, quorum gratia nihil non facimus, ſententiam differimus, aut acceleramus, aut iniquam ſententiam contra inopem nil numerantem pronuncia-
8 mus. Odium cui cõiuncta eſt inuidia tam eſt efficax mentis affectus, vt ſyncerum veritatis cognitæ iudicium ſternat, turbet & plane peruertat, adeò vt quod verũ rectumq; quis putauit pro eo quẽ odio aut inuidia proſequitur benignè pronunciare recuſet, nẽpe il-
9 li que amat quàm quẽ odit, aut cui inuidet in iudicando addictior. Amor vel amicitia iudicia ſæpe præcurrunt, inque iudiciis efficiunt, vt non libenter quicquam aduerſi contra propinquum amicum, aut contra eum quem aliquo amore proſequimur, pronunciare velimus, ſed ei optata potius etiã contra æquitatem faueamus, vtpote quibus amicus quam veritas eſt cha-
10 rior. Ab his enarratis quinque affectibus aut corruptelis oportet omnem Iudicem

Iudicem eſſe puriſsimum, ne ſuam æ-
quitatis ſynceritatem per eas vllo mo
do coinquinari permittat, aut ne ere-
ctum,ſtabileque iudicium contra mē
tis conſcientiam,aut contra Dei volū
tatem imprudēter collabaſcere ſinat,
neue ipſe iis affectibus corruptus Iu-
dicium peruertat, indignaque iudi-
cet. Quod eo minus facient,imò faci
ent nunquam ſi(quod debent)ſolum
Deum ſemper præ oculis habeant &
ipſius iuſtitiam .l. Quod ſi Epheſi. ff.
de eo quod cert.loc. & c. 1. 4.q.4. &
l.Placuit C. de Iudic. cogitentque in
quantis periculis verſentur, ſibique
perſuaſum habeant, & certò credant,
11 ſe in Iudiciis ferendis, non ſuam, ſed
Dei perſonam(qui ipſamet veritas eſt
12 & Iuſtitia) ſuſtinere,ideoque nihil a-
liud poſſe,nec debere iudicare, quàm
quod rectum, verum & iuſtum erit,
quum ipſum Deum ſemper habeant
præſentem & acutum inſpectorem
iudicij ferendi, iuſtè ne an iniuſtè ſint
iudicaturi. Eadem enim menſura re-
metietur illis qua menſi fuerint. Si
enim rectè officium Dei executi fue-
rint, iuſteque iudicauerint, pręmia di
gna ferent. Si verò non rectè Dei vi-
ces in iudicando geſſerint,ſupplicia il
los viciſsim manent æterna. Sicuti D.
Gregorius c. Quatuor 11.q.3.cū qua-
tuor capitibus ſequentibus abunde
commōſtrat, quem optarim omnem
Iudicem ibidem cum iudicio & pieta
te perlegere,nō dubito quin ab eius le
ctione meliores euaderent, & in eos
tunc illud Biantis verè compleretur.
Magiſtratus virum oſtendit, quia ma
giſtratus functio quid viri quis ſit a-
pertè commonſtrat, nempe an ſyn-
13 cerus vel integer,an corruptus. Quod
ſi quis Iudicum adeò corrupta men
te ſe eſſe perſentiat, vt nec cōſcientiā,
nec Deū reuereatur, ante cuius tribu-
nal ipſe conſiſtat, quique ipſius inti-
mas cogitatiōes,clariſsimè cognoſcit,
c.Cum æterni. extra de ſenten. & re
Iudic.li.6. ſaltem metuat tribunal ſe-
culare, & Iudicem ſuum ſuperiorem,
cui de geſtis,adminiſtratis, & iudica-
tis etiam redditurus erit rationem: ni
hil enim opertum, quod non reuela-
bitur l.Prima C. vt omnes Iudic.tam
14 ciuil.quàm milita. & in Autentico, vt
Iudic.ſine quo.ſuffra. & in Autenti-
co,de adminiſtratorib.in princi. quia
ſicut nullum bonum irremuneratum,
ita quoque nullum malum erit impu
nitum:aut hic,aut in futuro. Terreat-
que eos horrendum illud Cambyſis
regis Perſarum exemplum,qui vbi co
gnouiſſet quēdam Iudicē muneribus
corruptum,iniquam protuliſſe ſenten
tiam,iuſsit eundem viuum excoriari,
eiuſque pellem in longa coria conci-
di,& per tribunal Iudicis extendi, in
quod & ipſius filium primo conſti-
tuit,vt hic, & reliqui poſteri metue-
rent iniquas ferre ſententias.

CAPVT X.

De Partibus.

Summæ.

1 *Partes iudiciorum ſunt duæ* { *Actor,qui accuſat.* / *Reus,qui defendit.* }

2 *Partes in iudiciis comparent, aut* { *Per ſe in propria perſona.* / *Per Procuratores, &c.* }

3 *Qui in iudiciis comparent, alij comparent*
- *Suo proprio nomine, vt* { *Actor.* / *Reus.* }
- *Alieno nomine* { *Procurator.* / *Patronus.* / *Cauſidicus, &c.* }
- *Nec ſuo, nec alieno nomine* { *Aduocati.* / *Graphiarij.* / *Oſtiarij.* / *Teſtes, &c.* }
- *Ex officio Iuſtitiæ ſcilicet fiſcus vocatus* { *Procurator.* / *Generalis.* / *Amannus.* / *Meierus.* / *Bailliuus. &c.* }

4 *Fiſci in iudiciis quid habeant officij, quidque ſpectent.*

1 PRæter Iudicem duas alias perſonas eſſe conuenit, quæ ſunt Actor & Reus, vel accuſator, & accuſatus, vel defenſor. Has perſonas partes, vel collitigantes vocamus, quod altera accuſet aut petat, altera accuſetur, defendat aut neget, Ambæ iſtæ perſonæ in iudicio comparere debent, aut per
2 ſe aut per alios, hoc eſt, in propria perſona, quando volunt, aut quando ſic citati ſunt (niſi de hoc interueniat appellatio) aut comparent per alias perſonas, quales fere ſunt procuratores, patroni, pediani, negotiorum geſtores, propinqui, coniuncti, tutores, curatores, Cauſidici, prouiſores, bailliui, ſculteti, receptores, caſtellani, ſtatutorum magiſtri, ſancti ſpiritus magiſtri, & ſimiles. Hic notandum eſt, quod
3 perſonarum quæ in iudicium comparent, aliæ compareant ſuo proprio nomine, vt actor & reus, aliæ alieno nomine vt procuratores cum reliquis iã dictis. Aliæ nec ſuo nec alieno nomine comparent, aut interueniũt, ſed tãtũ requiſiti ad lites & proceſſus inſtruendos, vt aduocati, graphiarij, qui iudicis acta conſcribunt. c. Quoniam contra falſam, extra, de probat. teſtes, oſtiarij, & ſimiles. Et in omnibus iudiciis eſt vnus fiſcus, hoc eſt, vnus procurator Iuſtitiæ, qui in cõſilio Flãdriæ appellatus eſt, Procurator generalis, quemadmodum etiam vocatur in magno conſilio, in feudorum curiis, ac in
4 vierſchariis vocatur bailliuus, meier*, aut amannus, cuius officium eſt vel Conſiliũ vel magiſtratũ ad dignam vnicuique Iuſtitiam adminiſtrandam præmonere. In cauſis propriis, ſcilicet ad Principis celſitudinẽ, mulctã, aut cognitionem concernentibus ſe acto conſtituere, & Principis dignitatem, ius, & commodum fortiter tueri. Litigantiũ cauſas acutè rimari, & cognoſcere, an alteruter habeat, aut in proceſſu quicquam adferat quod ad Principem pertinere putabit, & tunc ſeſe cũ eadẽ parte adiungere, cũ qua Principis partes, & iura indefeſſe, & ſine ſimulatione defendet & tuebitur, niſi ipſe in mulctam incidere per ſuam negligentiam velit.

CAPVT

CAPVT XI.
De Iuſtitia.

Summæ.

1 *Iuſtitia quid ſit.*
2 *Præcepta Iuſtitiæ quæ ſint.*
3 *Iuſtitia tribuit vnicuique dignitatem ſibi competentem.*
4 *Iuſtitia ad omnem virtutis gradum ſeſe profert.*
5 *Qui Iuris ordinem ſequitur, nulli iniuriam facit.*

IVſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas, Ius ſuum vnicuique tribuẽs. §. Primo inſtitu. de iuſtit. & Iure: vel Ciceroni, Iuſtitia eſt virtus, quæ vnicuique quod ſuum eſt tribuit. Iuris enim ſiue iuſtitiæ præcepta ſunt, honeſtè pieq; viuere: neminem lædere: ſed vnicuique quod ſuum Ius eſt amicè tribuere. §. Iuris præcepta, inſtit. eod. titu. de iuſti. & Iur. Tribuit enim iuſtitia vnicuique dignitatem ſibi competentem: ſcilicet Deo præceptorum, religioniſque obedientiam, parentibus debitum honorem, reuerentiam, & obedientiam, maioribus obſeruantiam & obſequiũ, paribus amicitiam & concordiam, minoribus virtutum exemplar, & honeſtam diſciplinam, ſibiipſi caſtimoniam & vitæ innocentiam, pauperibus & miſellis compaſſionem cum eleẽmoſynarum largitione, aut cũ digno ſubſidio adiutricem. Iuſtitia præterea ad omnes virtutes ſeſe extendit, nam aduerſa quæque æquanimiter tolerat. Inopiam & calamitatem omnem moderatè ſuffert, & diſsimulat, fortunæ affluẽtiam negligit, & in proſperitate rerum animos non effert. Patriam, ſocioſque vt fratres amicè defendit, cunctaque ex zelo bono perficit, quia alienis bonis congaudet, malis verò alienis contriſtatur, non ſecus quam de proprijs, ideoque & ſubleuamen cunctis impendere ſtudet. Archidia, in c. Vbi ſana fides .24. q. 1. Sed quando Ius aut Iuſtitia æquò rigoroſior videtur, ſcilicet in puniendis ſceleratorũ delictis aut maleficijs, tunc omnium maximè vnicuique quod ſuum eſt, miſericorditer tribuit, ſcilicet malis condignam pœnam, afflictis liberationem, & reliquis ſimilium maleficiorum patrandorum vtilem metum. Quapropter qui Iuris ordinem in omnibus ſolennitatibus clemẽter ſequitur, nulli iniuriam facit, quãtumuis eius rigor ad ſenſum aliquãdo videatur rigoroſior.

CAPVT XII.
De Iure.

Summæ.

1 *Ius eſt triplex* { *Diuinum.* / *Naturale, id humanum vel gentium eſt.* / *Ciuile* { *Scriptum, vel imperatorium vel vniuerſale.* / *Non ſcriptum, vel peculiare.* } }
2 *Variæ Iurium appellationes.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VOcabulum iſtud (Ius) generale eſt, capitq́; ſuam priuatam intelligentiam & ſignificationem, vel ab eo qui Ius tale condidit, aut conſtituit, aut ab eo vnde defluxit, aut etiam ad
1 quod reſpicit. Sic Ius Diuinum dicitur, quod eius author, & lator ſit Deꝰ.
2 Ius Naturale eſt, quod ex inſtinctu, & dictamine naturæ colligitur. Ius Ciuile eſt, quod ad ciuium concordiam, & ad Reip. tranquillitatem ſpectat. Hoc Ius Ciuile eſt duplex, ſcilicet Ius ſcriptum, & non ſcriptum. §. Conſtat. inſtitu. de Iur. nat. gent. & ci-
3 uil. Ius ſcriptum propriè eſt illud Ius quod Romani olim, habiti in Iure dicendo ſapientiſsimi conſcripſerunt, & ad Remp. gubernandam conſtituerunt, à quibus adhuc per excellētiam nomen (Ius Romanū, Imperatorium, aut Cæſariū) obtinuit adeò vt de nullo alio Iure nos loqui exiſtimandum ſit, cum de Iure ſcripto loquimur, quàm de Romano. §. Ius autem Ciuile, & §. Scriptum autem Ius, & §. ſeq. inſtitu. de Iur. nat. gen. & ciuil. Ideoque iſtud Ius ſcriptum ſiue imperatorium, vbique gentium idem eſt. Nam quamuis iſtud primo ipſis Romanis, & nationibus Romanorum imperio ſubiectis, primo peculiare fuerat, poſteà tamen ob ipſius excellentiā, æquitatem & vtilitatem etiam, aliæ nationes quæque idem Ius amplexæ ſunt, vnde & commune Ius, ſiue Ius ſcriptum vniuerſale non immeritò dicitur, tametſi ex cauſis aliquando cum
4 interpretatione debita limitetur. Iura non ſcripta ſunt certa & peculiaria priuilegia, ſtatuta, ordinationes, conſuetudines, & vſus quibus vtimur, ſinguli in vnaquaq; ciuitate aut prouincia ſecundum eiuſdem loci, aut nationis naturam, neceſsitatem, & requi-
5 rentiam. §. Ex non ſcripto, inſtitu. de Iur. nat. gent. & ciuil. Ex his autem iuribus tum ſcriptis, tum non ſcriptis emanant aliæ quoque iurium appellationes, quibus alia dicuntur iura communia, publica, priuata, in re, ad rem, ad poſſeſſorium, ad petitorium, & ſimiles aliæ plures, quas in ſubiectis capitibus apertè monſtrabimus.

CAPVT XIII.

De ſuo Iure quærendo per Iuſtitiam.

Summæ.

1 *Læſus, iniuriamque paſſus non ſeſe talione vindicet.*
2 *Nulli licitum eſt per vindictam alios offendere.*
3 *Magiſtratus non ex ſe, ſed ex ore Iuſtitiæ pronunciat.*
4 *Læſus Iudicis opem implorare debet.*
5 *Reſponſio ad eos qui Magiſtratum, Iuſtitiæque ordinem damnant.*

QVisquis ſe vlla in re læſum, affli-
1 ctum, grauatū, aut ab aliquo iniuriam indignè paſſum dolebit & conqueritur, quique ſeſe reparatum compenſatum atque reſtitutum iri volet, is nō ſtatim per propriam vindictam ad talionem, aut ex furore ad cædes,
2 aut homicidia ſeſe vindicaturus armabit

bit: quia nulli fas eſt, ne læſis quidem alios offendere, lędere, aut priuatam vindictam ſumere, neque punire, neque condemnare, niſi illis quibus ea authoritas & poteſtas, tũ à Deo, tum à Principibus in hoc Dei vicarijs com
3 miſſa eſt & tradita, hoc eſt Magiſtratibus, qui non ex ſuo capite quemquam puniũt, ſed quod lex, quod bonum & æquũ, quodq; iuſtitia ipſa dictat ex ordinatiõe diuina pronũciant.
4 Sed is (vt dixi) læſus, offenſus, & iniuriam paſſus patienter eã iniuriam aliquantiſper diſsimulãdo ſufferat, & iuſtitiæ adiutorium imploret, lædẽtem non apud quẽuis Iudicem, ſed coram ordinario ſuo cõpetenteq; Iudice citet, cui vim, cauſamq; offenſionis modeſtè explicabit, & ab eodẽ læſionis reſtitutionem, cum cõpenſatione detrimenti poſcet. Is Iudex vtriq; partium ſcilicet alterũ condẽnando, & alterum reſtituendo, debitéq; cauendo, ęquam
5 iuſtitiam adminiſtrabit. Nec eſt quod hic mihi quiſquã occinat: Chriſtum præcepiſſe, vt ſi quis in vnam te maxillam percuſſerit, præberes illi & alterã, & docuiſſe nos orare, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris, quaſi is velit nos debere nos omnibus iniurijs obijcere aut iniuriam paſſam Iudici non poſſe committere, (quod quidam Phanatici, male ſani autumãt.) Cum illud primum non ſit præcepti generalis, ſed aut conſilij, aut ad perfectionem electis Apoſtolis dictum, quos adeo volebat perfectione virtutum prælucere omnibus, vt ne in faciem quidẽ ab improbis ob Chriſti nomen cæſi referirent, ſed potius alteram quoque maxillam in religionis, fideique negotio proferrẽt, quam ad priuatum odium, aut ad eiuſdẽ iniuriæ vindictam ſeſe committerent. Volebat enim Chriſtus ſuos Apoſtolos ad omnem iniuriarum vim patienter ferendam præarmare, vt, cùm poſtea illi ingruiſſent, conſcij fierent præmonitionis Chriſti de non obſtrependo, de non vindicando, ſed potius de fortiter ferendo animum obfirmarent, memores quoque illius, quod dixerat, Nõ eſt diſcipulus ſupra Magiſtrũ. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur, ſed in patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras, & beati eritis cùm oderint vos homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduerſum vos (mentientes) propter nomen meum, gaudete & exultate in illa hora. Ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Si enim ob perſecutionem fidei didiciſſent vindictis aut proceſsibus reniti, quæ beatitudinis merces illis rebellantibus fuiſſet propoſita? Sed in negotijs, & iniurijs rerum ciuilium nuſquam prohibuit iuſtitiæ implorationem: alioqui fruſtra dixiſſet D. Paulus. Omnis poteſtas à Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Quod autem dicit: Sicut & nos remittimus debitoribus noſtris, de quotidianis offenſis loquitur, quorũ cauſa non vult nos ſimultates alere, ſed omnem offenſam ſtatim in animo remittere, & ad reconciliationem fraternam ſtatim redire, ſic tamen vt ablata, fracta, damnaque illata à lędente iudicio bonorum virorum ipſi debite reſtituant, & compenſent, ſin id nolint (ſeruato charitatis ordine) eum per iuſtitiam compellant. In capitalibus verò pœnam luant ad terrorem aliorum, ne maleficorum exemplo, ſimilia audiant. Sed de his obiter plus ſatis. Quanquam autem paulò ante dixerim. Nulli fas eſſe, alios lædere,

punire,aut condemnare, ſciendum tamen eſt aliquos eſſe peculiares caſus, in quibus grauatus ſibimetipſi Ius dicere poteſt , ſine authoritate Iudicis, aut iuſtitiæ,ſicuti proximo capite explicabimus.

CAPVT XIIII.

De ſibimetipſi Ius dicendo,aut faciendo.

Summæ.

1 *Sunt caſus in quibus quiſque tanquam proprius Iudex lædentem punire poteſt.*
2 *Creditor poteſt debitorem fugientem apprehendere,& carceri iudiciali tradere.*
3 *Creditor poteſt debitori fugienti bona comportata eripere.*
4 *Spoliatus poteſt ſpoliatorem incontinenter reſpoliare.*
5 *Spoliatus non poteſt poſt longum tempus ſpoliatorem reſpoliare.*
6 *Spoliatus non poteſt reſpoliare,niſi cum æquali repulſione.*
7 *Qui poſſeſſionem ſuam inuenit vacuam,in eam ingredi ſuo iure poteſt.*
8 *Propria authoritate in poſſeſſionem ingredi poteſt, dum ita conuentum eſt.*
9 *Dominus Villicum eijcere poteſt ſtatuto tempore non ſoluentem.*
10 *Procurator*
11 *Receptor* } *ſibi retinere poſſunt ſalaria,& expenſas.*
12 *Tutor &c.*
13 *Refurari licet citra violentiam.*
14 *Furem nocturnum cuiuis licet apprehendere in ſuis ædibus,non occidere.*
15 *Cloacam per fundum meum ducere volentem prohibere poſſum.*
16 *Pecora in ſegete mea reperta capere poſſum,non ſeruare.*
17 *Emptor vini,ſi præmonitus vinum non ferat,in damnum incidit,ſi quod euenerit.*
18 *Iuſtitia ceſſante,vnicuique Ius ſuum exequi permittitur.*
19 *Vnicuique licet Ius dicere in odium ſui,& in fauorem inuidi.*
20 *Domum vicini ardentem,aut incendio certo arſuram demoliri poſſum.*
21 *Authorem incendij,& eum cuius culpa incendium oritur,in ignem primo calore inijcere poſſum.*
22 *Mœchum repertum cum vxore mœchantem in actu occidere poſſum.*
23 *Mœchum cum vxore colloquentem capere poſſum.*

PRoximè præcedenti capite dixi eſſe quoſdã caſus in quibus offen-
1 ſo licitum eſſet offendentem punire, vindicare,& citra iudicij humani punitionem ſupplicium extẽporarium ſumere, ipſum apprehendere , aut in carcerem conijcere , aut ſibijpſi iudicium dicere,quod hic in ordinem redegimus.Primò omnium creditor poteſt ſua authoritate ac propria manu ſuum debitorẽ fugientẽ aut apparentem præparationem ad fugam facientem (qua ſuum creditorem debiti ſolutione fraudaret)capere, & apprehẽdere,

dere, carceriq́; iuſtitiali tradendum ili co, aut ſaltem intra viginti horas committere, ſecundum Bart. & ſequaces, in l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult. & ſtupr. Imò hoc ipſum alij intra ſex horas id faciendum (ſi quidem id fieri poterit) autumant, vti meminimus in noſtra rerum criminalium Praxi vltimè excuſa, cap. 15. de citatione reali.
3 num. 6. pagi. 29. colum. 1. & l. Ait prætor. §. Si debitorem, & ibi Barto. ait illum. §. notandum ad hoc, quod in caſu prædicto liceat creditori non tantum capere debitorem ipſum fugientem, ſed etiam ab eo eripere, quæ fraudulenter ſecum abſtulit, & comportat. ff. Quæ in fraudem creditorum facta ſunt. Item, Curialis ſeu Officialis fugiens, ſine Iudice capi poteſt, l. 1. C. Vbi quis decu. vel coar.
4 & in l. Generali C. de decurionibus lib. 10. Spoliatus quoque poteſt ſpoliatorem ſuum è veſtigio, & continenter (ſi commoditatem videat) rurſum deijcere, ſpoliare, & ab ipſo ſpoliata eripere, quod in tali caſu, iure naturali ſiue iure gentium ſemper vim vi repellere licet, vulgata l. vt vim ff. de iuſtitia. & iure l. Prima. §. vim vi ff. de vi & vi arma l. Scientiam. §. Qui cum aliter ff. ad l. aquil. c. Significaſti. 2. de homicid. c. Si vero, de ſentent. excommunic. & c. Ius natura-
5 le diſtinct. 1. Non temerè dixi (è veſtigio, aut incontinenter) nam ſi repulſio, vindicatio dictaq́; reſpoliatio fieret non incontinenter, ſed poſt longum temporis interuallum, & ſpacium, ea crimine non vacaret, vt l. Idem eſt. §. Eum igitur. ff. de vi & vi arma. Dicitur autem ea reſpoliatio fieri incontinenter, quando fit ſtatim poſt perpetratum crimen, & flagranti adhuc animo, hoc eſt, quandiu ob ſpoliationem factam adhuc feruens, & furioſus animus durat, & non diuertit ſe ad alia extranea negotia, vel ad alios actus, quibus refrixiſſet & ſedatus fuiſſet, vt. §. vim vi prællegato, tunc enim ipſe vt recens ſpoliator haberetur, non vt repetitor, aut in ſpoliatione ſui defenſor. Ideoque debet hæc reſpoliatio etiam fieri defenſionis, non offenſionis, vel vlciſcendi gratia, vt. §. Penultim. in l. Scientiam prællegat. Tertiò,
6 debet prædicta reſpoliatio fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſcilicet cum æquali repulſione, l. Prima, cap. Vnde vi. & c. Vt fama, §. Vltim. de ſentent. excommu-
7 nicat. Item. Qui inuenit ſuam poſſeſsionem vacuam, aut vacantem is etiam poteſt eandem propria authoritate ingredi, ſeſe in priſtinam poſſeſsionem optimo iure conſtituere & aſſerere. l. Prima. in princip. ff. Quorum legato. l. Si quis ſub hoc ff. de contrahend. emptio. & vendit. & cap. 2. extra. de ordina. cognit.
8 Prætereà ſi inter partes contractus ſic habitus & celebratus ſit, aut inter eos ita pacto conuentum ſit, vt res authoritate propria ab alterutro prius pœnitente recipiatur, tunc prius pœnitens abſque Iudicis authoritate eandem rem acceptare poteſt, & ingredi in eam poſſeſsionem, ſua propria authoritate poteſt, l. Pignore. C. de pignoratitia actione. l. Tertia de pigno. & dicta. l. Si quis ſub hoc ff.
9 de contrahen. emptio. Dominus quoque poteſt ſua propria authoritate eijcere colonum, aut villicum ſuum penſionem conductionis iuxta contractum ſtatuto tempore non ſoluentem, l. 3. C. locat. & l. 2. cap. de Iure Emphiteotico.

l. Quero. §. Inter locatorem ff. locat.
& c. Penult. & final. extra, de loca, &
10 conduc. Procurator, & negociorum
patroni, poſſunt propria authoritate,
vti retentione expenſarum, quas fece
runt l. Quæ omnia. §. Finali ff. de pro
curatorib. & l. Debitor ff. de negoc.
11 geſt. Idem quoque poſſunt etiam re-
ceptores, & tales ſimiles perſonæ, ſcili
cet retinere id quod ipſis debitũ eſt,
pro ſalario ſiue ſtipendio, quando id
de eorum mandato conſtitutum fuiſ
ſe manifeſtè conſtat. Itẽ Ratione offi
12 cij, miniſterij, tutelę vel curæ, quã quis
adminiſtrauit, poteſt tutor vel cura-
tor ſibi ius dicere & facere in retinen
do, aut retineri faciendo id quod ex-
pẽdit, aut expoſuit in pupilli vel adul-
ti tutelã vel curã, modo id ipſum etiã
conſtet l. Quotiens. §. Sicut ff. de ad-
miniſtra. tuto. l. fiſtulas. §. 1. ff. de con
trahen. empt. & l. Creditorem C. Qui
dari tuto. vel curat. poſſ. Poteſt aliquis
13 clam, aut apertè refurari, id quod ſibi
prius furatum fuerat, dummodo ad
id vi aut violentia non vtatur. Fur itẽ
14 nocturnus poteſt à quolibet capi &
appræhendi, potiſsimum quando ip-
ſum reperit in ædibus ſuis, non tamẽ
ab eo occidi, niſi id defenſionis cauſa
fieri eſſet neceſſum l. Itaque. ff. ad l.
15 Aquil. c. Si perfodiens, & c. Suſce-
pimus, extra, de homicid. Si quis con
tra ſeruitutem domus meæ per eandẽ
domum meam, aut fundum meum
protraxerit, aut cloacam aut aliquem
aquæductum, poſſum propria autho
ritate illud interdicere, prohibere, &
amouere. l. Quemadmodum §. 1. ibi
aliud eſt dicendum ff. Ad l. Aquil. Pe
16 cora quoque aliorum quæ reperio in
mea ſegete, aut pratis, in meis ſyluis
aut fructibus, damnum mihi inferen-
tia, poſsũ illa authoritate propria cape
re ac tenere, donec ipſi domino con-
tra quem agere poſſum, & ad quẽ di-
cta pecora ſpectant, inſinuauerim, ſi-
gnificauerim, atque proteſtatus fue-
rim coram ipſo, ac teſtibus me damna
paſſa ſuper ipſum recuperaturum, ſed
nõ poſſum ea mihi retinere in pignus,
aut loco pignoris, aut iure retentio-
nis, donec mihi ab illo ſatisfactũ ſit,
id enim ſi quis faceret, is quoque fur-
ti ſpeciem committeret, & damnum
damno, furtumq́ue furto compenſa-
ret, quod non eſt licitũ l. Quamuis ff.
ad l. Aquil. Et optime Barto. in l. Ra-
tis. ff. de incẽd. rui, & naufrag. Vide e-
tiam Ioan. Fabr. in principio, inſtitu.
Si quadru. pauper. feciſ. dicatur. Item
Barto. in l. Amplius. §. de his ff. de dã
no infer. Qui tenet hanc opinionem
tanquam communiorem & veriorẽ.
Similiter vide & Abb. in c. Si læſerit,
de in iniur. in antiquis, & Speculato-
rẽ ante Bartol. in tractatũ de Actore.
17 Prætereà ſi emptor quiſpiam vinorũ,
à venditore debite fuiſſet præmoni-
tus, vt ſuo & conſtituto die vina em-
pta recepturus veniret, & cõpareret,
iſque ita ad hoc præmonitus non ve-
niret ad recipiendam traditionem vi-
norum per ipſum emptorum, eo ca-
ſu venditor poſſet eadem vina relin-
quere periculo & damno emptoris,
Et ratio eſt. Quia in omnib⁹ emptio-
nibus in quibus traditio fieri debet, ſi
ipſe emptor fuiſſet præmonitus, aut
(vt loquuntur) ſummatus fuiſſet, ad
accipiendam rem emptam conſtitu-
to die, Iſque emptor eam denũciatio-
nem negligens conſtituto die ad rei
traditionem acceptandam non com-
pareret, tunc omne periculum talium
bonorum, ſi quod accideret, & omne
damnum, ſiue vinorum venditorum,
ſiue aliarum rerum ex tempore relin-
queretur

quereretur ipſius emptoris negligentię, qui præmonitus non venit, nec pericula dāni inhibuit l.1. §. licet ff. de pericu. & commod. rei vend. Sic quoq; ſi venditor vni emptori ad metiendū, & ad idem vinum tollendum certum diem præſtitiſſet, & poſtea eidem emptori denunciaſſet, vt vinum veniret ſtatuto die, menſum, idque tolleret, ſi id emptor curare neglexerit, & contingeret poſtea, vt ruptis doliis, aut alio caſu vinum effluueret, aut furto dolia auferrentur, tunc omne id damnū aſſcribendum eſt emptoris periculo, quod hoc periculum præmonitus nō vitauit d. l. 1. §. licet. Vetus verbum eſt
18 & verum. Quod vbi Iuſtitia ceſſat, ibi vnuſquiſque ſibi ius facit & dicit. Pariformiter fieri licet, quando aliquis nequit Iudicem competentem habere, aut reperire l. Si quid poſſeſſor ff. de petit. hæred. & l. Generali C. de decurionib. lib. 10. Vel quando Magiſtratus copiam habere non poteſt, & ita in defectum Iudicis, licet alicui facere ſe Iudicem, vt notatur in l. nullus C. de Iudęis. Permittitur etiam alicui
19 ſibi ius dicere in odium ſui, & in fauorem inuidi, id eſt, eius contra quē vult ſibi ius dicere l. Si quod poſſeſſor. §. Sed & ſi ipſi ff. de petitio. hęred.
20 Si ad domum meam eſſet aut immineret ingens incendium, poſſum authoritate propria ardentem domum vicini mei vel proximam huic demoliri, & deiicere, vt meam domum ab imminenti certoque periculo liberē, & defendam l. Si quis. §. Quod dicitur ff. Ad l. Iul. de vi public. & priua. Ad hoc facit l. Si quis fumo iam §. 1. ff. Ad l. Aquil. l. Qui autem. §. Ait prætor ff. de incend. rui, & naufra. In hoc tamen caſu dicunt quidam quod reliqui vicini debeant ad tale damnū demolitæ domus reſarciendum, contribuere, quod vicinorum omnium referat talis domus demolitio, ob id quod ſine ea, omnes viciniæ fuerant in periculo, argumento l. Si alius. §. eſt & alia ff. Quod vi aut clam, & l. ædificio C. de operib. publi. & per vniuerſum titu. ff. Ad l. Rho. de iact. Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, nempe, ſi illa domus vicina eſſet incenſa, aut incendio proxima, aut certè iamiamq; arſura, niſi prius demoliatur. In hoc enim ſolo caſu domus vicini, poteſt impunè deſtrui, ſcilicet timore ignis, ſi ignis eouſque aut perueniret, aut eo peruenturus iam certò noſcatur. Si enim aliquis deſtrueret domum vicini ſui illibatam, nullo ſtramine tectā, & ab ignis periculo apparenter tutā ad damni reparationem teneretur, notabili l. Si alius. §. Eſt & alia. ff. Quod vi aut clam. 21
Si præterea domus mea incendio flagraret, culpa & negligentia vicini mei, ipſumque iracundiæ furoribus percitus in eundem ignem coniicerem, ex cuius domo incendiū ſua negligētia proceſsiſſet, ab illo facto profecto viderer excuſandus. Nam in omnibus offenſionibus, in quibus ſanguis multū turbatur, offenſus ſi quid mali ex calore bulliente patrauerit, certè excuſandus à vindicta videtur. Si quidem id ipſe ea de cauſa ſtatim & in calore efficiat l. 2. §. Quod ait prætor ff. de incend. rui, naufra. cum 22
ſimilibus iurib. Si maritus quiſpiam vxorem haberet parum tutæ caſtitatis, quam mœchus aliquis ad peccandum cum ea improbè ſollicitaret, idq; maritus perſentiſceret & ex certa ſuſpitione, certiſque Iudiciis cognoſceret, debet ad talem ſollicitatorem per ſe aut per alios denunciare, vt à ſuſpitioſo vxoris colloquio abſtineat.

Quod

Quod ſi is mœchus non obtemperet, & idem maritus poſt tres denunciationes eidem publicè factas, eundem mœchum vel in domo ſua, vel vſpiā in popina cum vxore ſua coëūtem cōperiat, aut eandem carnaliter cognoſcentem, vel inhoneſtius vxorem ſuā tractantem, ipſiusq́ue caſtitati illudere volentem videat, poteſt is maritus, ob tam indignum viſum flagitium, in ipſo furore talem mœchum (ſiquidem per oportunitatem, vel cōmoditatem id poterit) interficere. Cæterum ſi is mœchus tunc effugiſſet, non poteſt poſt duos aut tres dies, nēpe, poſt ſedatū furorē is maritus mœchum iterum quærere, lædere, aut interficere, alioqui ipſe maritus talis facti reus haberetur, quod ſedato aliquandiu furore propriam quæreret vindictam, quæ poſt tantum temporis interuallum ſolius erat Iuſtitiæ, ad quam ſuam iniuriam eo tempore deferre potuiſſet. Pari quoque ratione
23 dicendum eſt, ſi poſt ſedatum furorē, nempe, ſi poſt aliquot dies elapſos rurſum dictus maritus conſpiciat eundē mœchum, non quidem vxorem carnaliter cognoſcentem, ſed tantum cū ea colloquentem, non poteſt ob tale colloquium (licet ſuſpectum) eū mœchum occidere, ſed tantum poteſt eundem appræhendere, in carcerem iudicialem coniicere, & cum Iuſtitiæ ordine de iniuriis illatis contra eum procedere, in Auten. vt lice. matri. & auiæ. §. His quoq;, &c. §. ſeq. collat. 9. & .l. Pater, &.l. Quod ait lex, &.l. Marito. ff. Ad.l. Iul. de Adulter. & ſtupris.

CAPVT XV.

De per ſemetipſum impediendo nouum opus, aut noua opera.

Summæ.

1 *Qui in agro alterius ædificat, fodit, aut plantat, is illa per ſe impedire, aut reiicere poteſt.*
2 *Si quis in alterius habito fundo ædificare inciperet, denunciatione impedire poteſt.*
3 *Nunciationis quanta ſit virtus & authoritas.*
4 *Opus quoquo modo factum poſt denunciationem, demoliendum erit.*
5 *Nunciatio fieri debet in principio operis.*
6 *Poſt opus completum non denunciatione, ſed compellentia vtendum, &c.*
7 *Edictum de noui operis nunciatione aliud eſt* { *Prohibitorium.* *Permiſſorium.* *Demolitorium.* }
8 *Noui operis denunciatio non habet locum in reparationibus.*
9 *Denunciator ius ſuum, & cauſam denunciationis intra tres menſes dicere debet.*

Si quis

1 SI quis ædificaret, aut ædificium ali-
quod nouum extrueret, aut vetus
deſtrueret, aut foderet, aut arbores
plantaret, aut aliud quoduis nouum
opus erigeret in fundo meo quem a-
ctu poſsideo, poſſum propria mea
authoritate, & ſine Iudicis aſsiſtentia
illud ipſum opus impedire, demoliri,
2 & deiicere, citra vllum meum peri-
culum, damnum, aut maleficium. Si
aliquis autem nouum opus in meo
fundo aut ſolo ædificet, quem fun-
dũ pro me hactenus iure detineo, &
pro meo habeo, ſed non poſsideo, poſ
ſum tamen eo caſu procedere ad il-
lud opus impediendum, ſcilicet nun-
ciatione operis noui, hoc eſt, poſſum
propria authoritate prohibere ipſis
fabris, cementariis, aut aliis ope-
rariis ædificantibus, ne in opere
inique cœpto vlterius procedant,
donec ipſis oſtendero, iactu lapil-
li, aut alio ſigno, quæ denunciatio
talis eſt authoritatis, taliſque eſt
3 effectus, vt nullus poſt talem de-
nunciationem factam, debeat in
opere vlterius procedere, niſi ſatiſ-
det, & dignam cautionem ponat, ſe
eam extructionem iterum demoli
turum, & damnum cum intereſſe cõ
penſaturum, ſi poſtea per iudicis de-
finitiuam ſententiam ita erit iudica-
tum. Aut certe niſi ea lite durante al-
ter collitigans alteri eam extructio-
nem, aut volens, aut ex pacto permit-
tat. Sine his enim duabus conditioni
bus, ſcilicet ſine cautione, & permiſ-
ſione, ſi quis in ſtructura perſeuerauе-
rit, & contra talem denunciationem
fecerit, is quicquid fecit, non bono
iure fecit, ideoque ſi litem perdiderit,
debebit eam extructionem ſuis ſum
tibus demoliri & remouere. l. Præ-
4 tor, in principio. ff. de oper. no. nun-
ciat, & c.2. in exordio extra eod. ti-
tu. Vnde Vlpianus dicit, in l. Prima
eodem titu. de oper. no. nunciat. Cæ-
terum ſi opus tale factum eſſet (ſiue
iure, ſiue iniuria) poſt nunciationem,
& ante permiſsionem, debet nihilo-
minus etiam ex requiſitione partis, &
per ſententiam magiſtratus deſtrui &
penitus demoliri, quod ideo eſt, quia
eſt contemptus iuſſus ſiue authori-
tas prætoris, & ſic exponit Vlpianus
verba illa prætoris, in præallegata. l.
Prætor, in fine principij. Quod fa-
ctum eſt, id reſtituas, id eſt, deſtruas,
& c. Latius videte iſta. in d. c.2. extra
de noui oper. nunciat. Noui itaque
5 operis nunciatio debet fieri in operis
principio, nequaquam in fine, quia ſi
tanto tempore exſpectaretur de nun-
ciatione facienda, donec opus eſſet
perfectum & conſummatum, ea
nunciatio non haberet locum, & eſ-
ſet nulla, quia denunciatio omnis fie-
ri debet, vt impediretur opus facien-
dum, non vt tollatur opus iam fa-
ctũ, Iſtud enim ædictum de nuncia-
tionibus conſtitutum eſt contra ope-
ra facienda, ne fiant, ſcilicet, non con-
6 tra opera facta. Nam ſi quod opus
factum eſſet & completum, etiamſi
iniquo iure factum eſſet, ceſſat ta-
men hoc ædictum, de operis noui
nunciatione. Ideoque alio reme-
dio tunc vtendum erit, & recurren-
dum, vel ad interdictum, quod vi
aut clam, vel vti poſsidetis, aut ad
complaintam de turbatione poſ-
ſeſsionis, aut ad aliud ſimile Iuſti-
tiæ remedium, quod ipſi videbi-
tur expeditius, eoque tunc vtatur.
l. De Pupillo. §. meminiſſe. ff. de
operis noui nunciat. Porrò iſthæc
legitima,

legitima denunciatio in operis principio locum & vim habet, ſiue fiat ipſi domino, ſiue procuratori, ſeruo vel puero, vel ipſis fabris, vel opificib⁹. d. l. de Pupillo. §. Nunciare. ff. de oper. no. nunciat, dummodo tamen is Procurator, ſeruus, aut opifex, &c. in præſenti opere adfuerit, nomine ipſius
7 domini, aut ad cauſam operis. Iſtud autem edictum de noui operis nunciatione eſt triplex, ſcilicet, Prohibitorium, quando progreſſum cœpti operis aliquis prohibet. Permiſsorium, quando pars operis cœpti progreſsũ permittit. Demolitorium ſiue reſtitutorium, quando requiritur per ſententiam operis demolitio, inque primũ ſtatum reſtitutio, vt not. gloſ. in verb. vti poſsidetis. in d. §. Meminiſſe. Ope-
8 ris noui nunciatio non habet etiam locum in reparationibus ædificiorum quæ prius extabant, ſed tantum (vt dictum eſt) habet locum in nouis operibus. l. Prima. §. Si quis ædificium. ff. de oper. no. nunciat, qui textus dicit ſecundum Barto. Quòd vetus ædificium iam refectum & reparatum, nouum opus non ſit appellandum. Is enim qui vetus ędificium reſtaurat, aut reficit, is non nouum opus facit, ſed
9 veteri ſuſtinendo ſuſtentandoque remedium adhibet. Si ædificator vellet ſcire cauſam denunciationis & prohibitionis, nunciator obligatur ei eandem cauſam dicere, & ſuum ius tam clarè oſtendere, vt ædificator ſuper illo poſsit deliberare, quid ipſi iure faciendum eſſet, alioqui nequaquã deberet obedire nunciationi, ſecundum Dominicum & Bart. in d. l. Prima. ff. de oper. no. nunciat. Eaque cauſæ explicatio fieri debet à nunciante, intra tres menſes, nam ſi intra ſpacium triũ menſium cauſam ſuam non explicaret, neque ſuum ius apertè monſtraret, nunciatus vlterius ædificare poterit, data cautione de opere demoliendo. l. Vnica. C. eod. de no. oper. nunciat, & c. Significantibus. & ibi not. Panor. nu. 20. extra. eod. titu.

CAPVT XVI.

De ſe liberando à Reditibus, & Debitis.

Summæ.

1 *Redempturus Reditus totam ſummam cum ſupercreſcentia numerare debet.*
2 *Redemptor Redituum, venditore recuſante, pecuniam Iudici demandabit.*
3 *Oblatio vel conſignatio redemptionis Redituum cum defectu non eſt rata.*

4 *Debitum eſt trifarium* { *Liquidum, vel certum.* / *Illiquidum, vel incertum.* / *Partim liquidum, partim illiquidum.* }

5 *Solutio debiti certi debet fieri tota, ſub pœna conſtituta.*
6 *Solutio debiti illiquidi non debet fieri niſi poſt liquidationem.*
7 *Solutio debiti mixti debet fieri integra, ratione liquidi, cum cautione ſolutionis illiquidi.*

Creditore

8 *Creditore recuſante ſolutionem liquidi, ſine illiquido, debitor eam conſignabit in manu Iudicis, cum cautione ſolutionis illiquidi.*
9 *Conſignatio in manu Iudicis non eſt rata ſine oblatione ſolutionis prævia, nec contra.*
10 *Differentia inter ſolutionem Redituum, & ſolutionem Debiti.*

SI quis vellet redimere reditus, ſeſeque ab vlteriori redituum annuorum ſolutione liberare, ac prorſus exo-
1 nerare, is aut totum reditum, aut partem eiuſdem liberabit, iuxta tempus & precium contractus, numerando ſcilicet venditori tantam ſummam pecuniæ, quantam contractus pro rata temporis expoſcebat, cum ſupercreſcentia vſque in diem præſentem incluſiuè. Quod ſi venditor nollet admittere eam redemptionem, & proinde recuſaret oblatam ſolutionis pecuniam, tunc redemptor eandem pecuniã denuo venditori offeret, ac præſentabit, adhibitis duobus fide dignis teſtibus.
2 Quam ſi recipere renuat, proteſtabitur redemptor de recuſatione & ilico, eodem ſcilicet tempore oblatam pecuniam deponet apud Iudicem, ſcilicet in manus Graphiarij, adhibitis eiſdem teſtibus, aut alijs, & ab eodem repoſcet ſchedulam de numerata ab ipſo pecunia ad redemptionem dicti reditus, in toto vel in parte. Quæ quidem depoſitio, ac numeratio in manus Graphiarij per ordinationem Iudicis tantum operabitur, vt ab eodem numerationis tempore reditus prædicti ſuſpendentur, & perſoluti habebuntur, non ſecus quàm ſi principalis venditor eam ſolutionem voluntariè recepiſſet. Sed curandum ne in prima oblatione, aut in ſecunda numeratione, aliquid deſit, ſed vt tota ſumma cum ſupercreſcentibus diebus, ſcilicet vſque ad diem oblationis, & depoſitionis incluſiuè, numeretur integra, ita vt ne obulus quidem deſit. Alioqui ſi quid deeſſet tum in oblatione, tum in depoſitione, iuſta haberetur venditoris recuſatio, & indebita cenſeretur redimere volentis depoſitio, quam (Namptizationem) Barbari vocant, vulgata l. Acceptam C. de vſur.
4 In ſolutione autem debiti hoc prius præſciẽdum eſt, quod omne debitum eſt triplex, ſcilicet liquidũ vel certũ, illiquidum vel incertum: mixtũ, hoc eſt partim liquidum, partim illiquidum.
5 Debitum liquidum, debet conſtituto tempore ſolui totum, ſub pœna contractus, & cum damno intereſſe, niſi creditor de parte ſolutionis conſen-
6 tiat. Debitum prorſus illiquidũ non debet perſolui ante liquidationem factam. Verùm hic ſi creditor contenderе vellet, debitum hoc illiquidum eſſe liquidum, & per iuſtitiã ſolutionem expoſceret, debebit creditor (mea quidem ſentẽtia) tum creditori debitam conſtituere cautionem, de ſolutione facienda, in euentum liquidationis, contra ſe per Iudicem ferẽdæ, ſed non prius quicquam numerare cogetur. De debito autem partim liquido, partim illiquido ferè faciendum eſt, ſicuti de ſolutione redituum diximus, ad hunc modum. Cùm quis ſe cupit à debito illiquido liberare, tunc debitor creditori ſuo tantum offerre & præſentare debet, quantum ſibi videatur obligatus, ratione illius debiti quod certum eſt & liquidum. Et de incerto & illiquido offerre cautionem debitam. Et ſi creditor nolit eam acceptare ſolutionis oblationem, cum cautione iam dicta, tunc debitor faciet ſicut

·& ante de redemptore redituum diximus. Præſentabit inquam eam ſummam liquidi debiti, cum cautione illiquidi quod debitor amplius petet, iterum creditori coram duobus teſtibus, & ſi eā creditor recuſet, quia tantum partem debiti offert, ſcilicet debiti certi, tunc ipſam oblatam partialem ſummam in manus Iuſtitiæ, ac Graphiarij deponet & aſsignabit, & de reliquo debito illiquido relinquet creditori Ius proſequendi eam debiti liquidationem, & ad eam debitam & ſufficientem cautionem, creditori aſsignabit, de ſolutione fideliter facienda de reliquo, poſt liquidationis ſententiam, ſi ita ipſi adiudicatum fuerit. Et cum hac oblatione ſolutionis debiti liquidi, & cum cautione debitor ſeſe liberabit ab omni vlteriori damno, & intereſſe, & ab omni periculo, quod incidere poſſet, debitorumque (vt dicere ſolent) pignora diſſoluet, d. l. Acceptam, & ibi. Barto. & Cynus. Quia quoties debitum non eſt liquidum nec certum, tunc bene admitti-

tur ſolutio partis, vt in l. Quidam ex
9 ſtimarunt .ff. Si cert. peta. Sed quia
ante de oblatione & de depoſitione
ſiue conſignatiōe pauca meminimus,
præmonere omnes volo, eoſque debere
ſcire, quod Conſignatio ſine præcedenti
oblatione ſiue præſentatione nihil
operetur, ſicut nec oblatio ſine ſequenti
conſignatione, l. Si Creditrici
C. de vſur. Ex quibus iam dictis elici-
20 tur hæc differentia inter ſolutionem
redituum, & ſolutionē debiti, quantum
ad oblationes ſiue præſentationes,
& ad conſignationes ſiue depoſitiones,
ſcilicet, quod Conſignatio pro
reditibus extinguendis in parte, vel in
toto, aut pro curſu eorundē redituum
abreuiando, debet fieri integræ ſummæ
pecuniæ debitæ depoſitio, & aſsignatio,
& tunc in eo caſu fideiuſsio ſiue
cautio non habet locum. Sed Conſignatio
pro liberando à debito poteſt
fieri, partim pecunia, & partim
cautione, ſiue fideiuſsione, ſcilicet pro
parte reſtante illiquida, vti hactenus
apertè monſtrauimus.

CAPVT XVII.

De liberando ſe à Iudicijs, & proceſsibus futuris.

Summæ.

1 *Nemo caret æmulis.*
2 *Diffamantium damnoſa malitia, & deteſtatio.*
3 *Diffamatio eſt bifaria, aut de criminibus aut de ciuilibus.*
4 *Diffamatio criminalis eſt periculoſior, & diligentius purganda.*
5 *Diffamatio ciuilis eſt leuior, non tamen negligenda.*
6 *Diffamatus metuens Iudicem, aut litem, diffamatorem citando præuenire poteſt.*
7 *Diffamatus debet requirere à Iudice, vt diffamator reuocet, ipſiq́; ſilētium imponatur.*
8 *Diffamatori citato, & non comparenti, ſilentium perpetuum eſt imponendum.*
9 *Studentib. & Mercatorib. exteris poſt diſceſſum debiti infamiam metuentibus, quid faciendum.*

1 VT nunc ſunt res mortalium, nemo tam fœlix eſt qui careat ęmu-
2 lis, & ſecretis oſoribus. Hi non apertè ſed viperarum more latēter mordent, & honeſtam famam bonorũ virorum clã & ſuſurris eripiũt, & quidlibet mali de ijs falſò cõfingũt, & in vulgus impudēter ſpargũt, per quod viros bonos clam apud paucos, tum publicè apud multos, aut in iudicio, aut extra iudicium nequiter & indignè traducunt & diffamant, non verētes Deum, neque homines, neque de reſtitutione ereptæ famæ aliquando ab ſeſe faciendà cogitantes. Huiuſmodi autem dif-
3 famationes, aliquando committũt de criminibus, aliquando de ciuilibus rebus. Illa vt eſt grauior, ita maiori cura
4 ipſi diffamato per ſui purgationem, & diffamatoris citationē erit diluenda, & nominis prior integritas recuperãda, niſi quis ſit tam puſillanimus, vt contentus propria innocentia, omnem falſam de ſeſe ſuſpitionē, exemplo Chriſti, & ob eius amorem parui faciat, & contemnat, neque morans quid ineptum vulg⁹ de ipſo blateret, ſed quomodo ſeſe Deo probet, quomodoq; ipſi placeat ſolummodo curans, ſatis de ſua innocentia confiſus, etiamſi Iudex ſecularis ex ea diffamatione aliquid contra ipſum falſò diffamatum tentauerit, liberum ſe fore ab omni malo externoque periculo, & tantò ſuam innocentiam omnibus fore teſtatiorem, & clariorē. Cæterum
5 ciuilis diffamatio aliquantò leuior eſt, non tamē omnino tũ propter ſe, tum propter liberos, aut propter cognationē negligenda, ſed ea (niſi quis amore Dei, & innocētia fretus propria, eãdem etiam negligere ſtatuerit) per iuſtitiæ repagula retundenda & diſpellenda, cùm Sapiens dicat vnicuique curandum eſſe de bono nomine. Si quis igitur aliquem diffamauerit, tanquam de graui ære obæratum, ſcilicet ratione mercaturæ, aut ratione aleæ, aut prodigalitatis, vel obærate ſucceſſionis, aut quod ab ipſo aut ab aliquo alio iniquo iure detineat ſuas ędes, agrũ aut fundũ contra Ius, contraq; rationem, & ita de ſimilibus, quæ verè diffamationes dicuntur, Bald. in l. diffamari, circa exordium, C. de ingenu. manumiſſ. Is inquam diffamatus, tales publicæ famæ diffamationes, (ſi perſentiat) remouere, & ſe purgare per iuſtitiam debet contra diffamato-
6 rem. Sic etiam quoties aliquis ob tales diffamationes, ita eſt in oculo Iudicis, vt ipſi metuenda ſit lis, aut proceſſus, contra officium Prætoris aut Iudicis, tunc ipſemet diffamatus prior poterit intentare litem ſiue proceſſum contra diffamatorem, ipſumque diffamantem in Ius vocare, & eundē præuenire, ſic vt ſeſe prius actorem conſtituat, aut (ſi ita expedire videatur) taceat, cedat, & reus fiat, doceatq; eam diffamationem ſolum ab ipſo diffama-
7 tore profectam. Ob quod à Iudice requirat, vt ſub magna pœna tali nefario diffamatori ſilentium imponat, & vt malam famam ſparſam reuocet & reſtituat. Et tunc poterit ipſi Iudex tempus præfigere ad latius agendum contra talem diffamatorem, iuxta d. l.
8 diffamari, & ibi Bald. Et ſi is tunc diffamator non compareat ad reſpõdendum ad actionem ipſi intentandam ſtatuto aut præfixo termino, tunc diffamatus petet à Iudice, vt illi diffamatori ac illius infamię conſortibus, & quibuſcunque alijs ſucceſſoribus, qui contra ipſum litem eius cauſa intentare poſſent, ſua ſententia perpetuum ſilentium imponat, ſuper omni illo, quod

quod ipſe aut ſui cõſortes, aut ſui ſucceſſores iudicialiter poſſent aliquãdo
9 petere, aut aliquando exigere. Sic ad huiuſmodi diffamationem euitãdam ſuaſerim omnibus ſtudioſis, & in academijs honeſtis diſciplinis bonam operam nauantibus. Item etiam omnibus mercatoribus exteris, qui ventum commodum ante diſceſſum expectant, vt quoties metuunt poſt diſceſſum aliquẽ de ſe ſiniſtrum rumorem, vt ante diſceſſum publico ædicto euulgari curent, vt quicunque ab ipſis aliquid petere vel exigere velit, is veniat, exigat, ſtatutoq; termino ſub pœna amiſsionis ſui iuris, ipſos in ius euocet, petitionem iuridicam proferat, & litem contra ipſos intentet. Quod pro omni infamia poſtliminiò vitanda erit remedium tutiſsimum, & id optima conſuetudine obſeruatum fuiſſe teſtatur D. Baldus in d. l. Diffamari.

CAPVT XVIII.

De debitis euadendis in hæreditate, aut in domo mortuaria oneroſa.

Summæ.

1 *Qui metuit debitorum cauſa adire hæreditatem, is annum habet ad deliberationem.*
2 *Metuens adire hæreditatẽ intra annũ impetrare poteſt à Principe beneficium inuẽtarij.*
3 *Nactus beneficium Principis de literis inuentarij, liberè hæreditatem adeat.*

Literæ beneficiales inuentarij habent 6. priuilegia.
4 *Primum efficit, vt ijs munitus non dicatur ſimpliciter hæres.*
5 *Secundum vt exoluat tantum, quantum reperit & cui velit.*
6 *Tertium eſt, quo pro ſuo arbitrio ſoluere poteſt, aut bonis immobilibus, aut mobilibus.*
7 *Quartum eſt, quo ſoluere poteſt ſchedulis obligatorijs, abſque earum præſtatione.*
8 *Quintum, quo bona reperta, & poſtea amiſſa etiam ſuo damno reſtituere non debeat.*
9 *Sextum eſt, quo jmpetrantem liberat ab obligatione mixta .i. reali, & perſonali.*

10 *Hæredibus conſulendũ vt domũ mortuariã ingrediantur cũ dictis literis beneficialibus.*

Literæ beneficiales impetrantẽ onerant 6. conditionibus.
11 *Prima, eſt quod literæ beneficiales ſunt nullæ, ſi aliquis hæreditatem adeat ſimpliciter.*
12 *Secunda, vt ilico omniũ bonorũ repertorũ inuentariũ conſcribat.*
13 *Tertia, vt repertoriũ conficiat corã ſenioribus, vocatis, et vocãdis.*
14 *Quarta, vt repertoriũ cõficere curet intra annũ aut intra 3. mẽſes.*
15 *Quinta, vt legitimã cautionẽ ponat de repertis benè adminiſtrãdis*
16 *Sexta, vt rationem reddat coram Magiſtratu & creditoribus.*

17 *Has conditiones qui non obſeruat beneficij priuilegio gaudere non poteſt.*
18 *Beneficium inuentariatus tantum ſpectat ad Creditoribus per hæredes ſoluendum.*
19 *Gandaui beneficiũ inuentariatus eſt nullũ, quia ibi nullus hæreditatem recuſare poteſt.*
20 *In Francia etiam nullus hæreditatem repudiare poteſt.*

Qui-

1 QVicunq; timet ſiue non audet ſeſe fundare in alicuius domo mortuaria hæredem, eandemq; hæreditatẽ adire metuit, nempe timore debitorum paſsiuorum, ob quæ eiuſdem domus mortuariæ hæreditatem non præter rationem potius repudiandam exiſtimet, is ob eius metus cauſam, poterit ad annum deliberare, voluntatem & optionem ſuam ad annũ vſque protrahere, & interim à Principe intra eundem annum impetrare diploma quod-
2 dam (quod vocant literas beneficij inuentarij) vt ex eo inuentario conſpecto, & rite examinato certius quiddã de ſe ſtatuere poſſet, an in eadem domo mortuaria ſe hæredem aſſerere, fundare, & conſtituere, bonorumque adminiſtrationem omnem acceptare
3 velit, an ſeſe ab ea excludere. In qua re ſuaſerim tam omnibus hæredibus nactis tale beneficium, ne domum mortuariam relinquant, ſed vt propter honorem eiuſdem domus, totiuſq; familiæ, & cognationis ſeſe nõ ſimpliciter, ſed cum virtute dicti beneficij in domum mortuariã inſerãt. Habito enim eo beneficio nihil perdere, nullũ damnum ferre poterunt, qui cum inuentis duntaxat bonis creditoribus perſoluere poterũt, quouſq; ſe ea reperta bona extendent, & nihil de ſuis proprijs addere debebunt. Solum itaque ſuũ laborem, & operam beneuolam citra vllam rerum ſuarũ iacturã domui mortuariæ impendent, quam operam charitas & honeſtatis ratio tali domui recuſare vetant. Et vt tutius & audacius ſeipſum aliquis in quamcunque ſuæ hæreditatis domum mortuariam inſerere cum dicto beneficio literarum inuentarij poſsit, & benignè velit, hic libens eidem omnes talis beneficij prærogatiuas, & priuilegia aperiam, quæ nec leuia, nec contemnenda ſunt, ſed
4 præclara & magnifica. Primum enim priuilegium, quod tales literę beneficiales efficiunt, eſt, vt qui ſe cum tali beneficio inuentarij in domũ mortuariam hæredem ingerit, non ſimpliciter hæres dicatur, ad omnia debita perſoluenda vires hæreditarias etiam excedentia, ſed hæres dicatur tantum cũ adiuncto, nẽpe hæres beneficij inuentarij, aut hæres beneficialis, ſcilicet munitus benignitate Principis ad ſolum exoluenda debita, quouſque bona reperta (iuxta inuentarium) ſeſe extendent, & non alia, nec vlterius. Se-
5 cunda prærogatiua eſt, quod diſtribuere poteſt bona reperta pro ſuo arbitratu, & exoluere ijs creditoribus quibus ipſe vult, & inquantum domus mortuariæ bona ſeſe extendunt, & quouſque durant, & non tenetur ea diſtribuere ſingulis cum reductione, aut diſſectione ſecundũ æs, & librã (vt fieri ferè ſolet) nec etiã obligatur animaduertere cuius debitũ fuit pri⁹, & cuius poſterius, cui⁹ æquius, cuius iniquius (niſi id ex ſua prudẽtia velit) ſed poteſt pro ſuo arbitrio ſatisfacere vnicuiq; creditori, vel legatario primo veniẽti, modo is in Inuentario debitorũ contineatur & probatã ſchedulam debiti adferat.
6 Tertia prærogatiua eſt, quod ex ſuo arbitrio, ſicut vult poteſt aut quæque bona mobilia, aut paratam ſiue promptam pecuniam aſsignare creditori, aut eidem dare in ſolutionem, aut eidem dare bona immobilia, ſcilicet, fundos, agros, domos, & feuda, æſtimatione & arbitrio bonorum virorum. Imò poteſt (alijs creditoribus etiam inuitis) eidem vni creditori tantum dare de bonis hæreditarijs in ſolutionem, quantum ei iuxta inuentarium debetur, & non amplius

nec eſt quod metuat poſtea ſe poſſe
ſuccumbere, ſi contra ipſum poſtea
quæſtio aut lis oriatur iuridica.
7 Quarta prærogatiua eſt, quod poteſt
creditoribus dare aut aſsignare in ſolu
tionem ſchedulas obligatorias ſeu ob
ligationes defuncto debitas, vt earum
ſolutiones pro ſuo arbitrio, & ſicut
ipſis videbitur proſequantur, & ne-
quaquam obligatur ipſis de expenſis
8 earum cauſa faciendis. Quinta præ-
rogatiua eſt, quod ſi poſt inuentarium
confectum contingeret bona reperta
caſu fortuitò minui, aut deteriorari,
nempe ſi quædam animalia reperta an
te ſolutionem furto abducerentur aut
morerentur, ſcilicet, equi, vaccę, porci,
oues, boues, & ſimilia, aut ſi domꝰ in-
cendio, aut ventorum tempeſtate peri
ret, aut ſi ſchedulæ furatæ eſſent, aut
alij contra debitores fugerẽt, aut quo-
quam modo alio hæreditatis bona re-
perta minuerẽtur, quo minus credito-
ribus ſoluẽdis ſufficerẽt, nõ teneretur
hic hæres beneficiatꝰ tale damnũ iterũ
complere, & ſuis bonis reſtituere, ſed
omnis illa iactura, & caſualis rerũ amiſ
ſio creditorũ periculo, & damno con-
tingeret, non damno (vt dixi) hæredis
beneficialis, qui iſtud damnum reſar-
cire, aut reſtituere nullo modo debe-
ret, ſed tantũ ſoluere creditoribus cum
bonis repertis, & præſentibꝰ, ſine vllo
9 reſpectu bonorum amiſſorum. Sexta
eſt, quod præfatum beneficium excu-
ſat impetrantem ab omni obligatione
mixta, & tam benè obligatione ipſius
defuncti, quam ipſius hæredis, & eun-
dem ab omni vexatione ac litis mole-
ſtia, quam cæteri creditores non ſoluti
in ipſum tentare poſtea vellent, libe-
10 rat, & abſoluit. Ob has igitur cauſas,
atque ob enarrata priuilegia docti Ad
uocati & Procuratores conſulunt par-
tibus, vt potius ſeſe fundent hæredes
in domo mortuaria, aut ſucceſsione
oneroſa, per beneficium inuentarij,
quam vt ſimpliciter ſeſe ingerant. Et
ſciendum eſt, quod iſtud priuilegium
beneficij inuentarij, ſemper eſt con-
ditionatum & oneratum conditioni-
11 bus ſex ſequentibus. Prima eſt, Quod
iſtud beneficium inuentariatus erit
nullum ſi quiſpiam alius hæredum ſe-
ſe in eam domum mortuariam vellet
ingerere ſimpliciter. Quia literæ bene-
ficiales Principis tantum conceduntur
in euentum, quo nullus eam hære-
ditatem adire vellet ſimpliciter, quo
caſu Magiſtratus ſeſe in eam domum
inferret, & perſolueret vnicuique cre
ditorum, iuxta libræ deciſionem, ad ra
tam bonorum repertorum, & credito
rum, quod quia parum decorum eſſet
eiſdem domus mortuariæ hæredibus,
& affinibus, Princeps largitur vni hæ-
redum, aut omnibus ſimul petentibus
ſuas literas beneficiales, vt tantum ſol-
uant quãtum ea bona reperta ſeſe ex-
12 tendant. Secunda eſt vt oĩa bona qua-
lia qualia fuerint, per ipſum in domo
mortuaria ſiue hæreditate reperta, illi-
co inſcribi faciat inuentario ſeu reper
13 torio. Tertia eſt, vt legitimum &
iudiciale conficiat inuentarium, hoc
eſt, quale decet, nempe coram præſen
tibus quibuſdam ſenioribꝰ, & ad hoc
vocatis, qui ad hoc vocari legitimè de-
bent, vt hi omnes rerum inuentarum
oculati & bonæ fidei teſtes eſſe poſ-
14 ſint. Quarta eſt, vt tale inuentarium
conſcribat aut conſcribi faciat intra an
num & diem, ſiquidem bona omnia
non ſunt præſentia, ſed abſentia: quia
ſi eſſent oĩa pręſentia, inuentariũ debe
ret conſcribere intra tres menſes. l. Sci
mꝰ §. Sin autẽ dubius eſt, &c. §. Sin aũt
15 à locis. C. de Iure deliberan. Quinta
eſt,

eſt,vt talis hæres beneficij inuentarij det aut ponat bonam & ſufficientem cautionem ſeſe bona hæreditaria benè optimeq́ue adminiſtraturum.

16 Sexta eſt, vt ipſe poſteà faciat & reddat bonam,legitimã, & ſufficiẽtem rationẽ ſuæ adminiſtrationis,& reliqua, coram Magiſtratu & coram omnibus creditoribus,aut ipſorum procuratoribus,non autem coram cohæredibus domum mortuariam non ingreſsis.

Has cõditiones explicare volui, ne impetrator beneficij inuentarij nimium ſuo beneficio fidat, & ſeipſum fraudet aut in dãnum incidat. Nam quiſquis
17 beneficij inuentarij impetrator has cõditiones nõ obſeruaret,nec in ipſa adminiſtratiõe prædicta faceret, nec cautionem dediſſet, nec legitimè inuentarium feciſſet,is amitteret prҿfatum beneficium,habereturq́; pro hærede ſimplici,qui obligatur loqui & reſpondere pro omnibus & integris debitis in
18 hæreditate repertis. Iſtud beneficium fundatur ſuper his qui ex Iure hҿreditario, aut alio quocunque modo ſeſe in alicuius domum mortuariam inſerere cupiunt(ſed debitorum metu dubitãt)vt ſcilicet per eos beneficio Principis fretos bona arripiantur, & etiam debita dignè pro viribus bonorum repertorum ſoluantur. Qui ſi iſtud efficere recuſent,nec alius quiſpiam ſeſe hҿredem ſimpliciter conſtituat,ea tamen bona non relinquẽtur intacta aut deperdita. Nam eo caſu Magiſtratus ſeſe hæredem (vt dixi) conſtituit,& bona reperta ad ſolutionem creditorum ap-
19 prehendit. Gandaui autem hoc beneficium nequaquam locum habet, quia ibi nemo hæreditatem ſeu domũ mortuariam fugere aut recuſare poteſt,ſed vnuſquiſq; obligatur ibi præſtare cautionem de commodo accipiendo (ſi quod fuerit) & de debitis paſsiuis exol-
20 uendis. Et ſi per contractum antenuptialem prædictum fuiſſet, quod vidua futura, nulla mariti defuncti, aut domus mortuariæ debita exolueret, eo tamen caſu ipſa vidua nihilominus interim maneret obligata,ſic vt de debitis reſpondere, & omnibus domus mortuariҿ creditoribus perſoluere debeat. Verũ tamen hoc beneficium per talem contractum conſequitur, quod per eum ipſi competat actio & recurſus,ad hæredem, vel hæredes defuncti,vt ab ijs ꝑ ſe ſoluta debita repoſcat. In quo recurſum habendo prius illud notãdum eſt,& præſuppoitur, quod aliquis hæres comparuerit, & in domum mortuariam ingreſſum fecerit, & debitam cautionem præſtiterit. Is enim ſi non comparuerit(nam hæreditatem quiuis recuſare poteſt) ipſa vidua obligata ad ſolutionem permanet,& eo recurſus vel actionis benefi-
21 cio fruſtratur. Brugis municipalis conſuetudo habet,vt viduæ domui mortuariæ renunciare liceat,ſub hac conditione, qua cedet vniuerſis mortuariæ domus bonis, tam à ſe quàm à marito defuncto relictis,deinde qua clauẽ domus per ſe,aut per aliũ ſepulchro mariti impoſuerit,aut in manus receptoris obæratorum traditam curauerit. Quas conditiones vidua vbi expleuerit, de nullis domus mortuariæ debitis cõueniri poterit,niſi ea eſſent, quæ ꝑ ipſam ante contractum matrimonium cõflata fuiſſent,aut de ijs ipſa met conſenſiſſet,aut ſubſcripſiſſet, aut ſoluere promiſiſſet,aut niſi ea eſſent debita, quæ negotiationis,aut mercaturҿ cauſa ꝑfecte fuiſſent,quã ipſa cum ſuo marito communiter,aut ſola cũ mariti cõſenſu exercuiſſet. Vt enim mercatricis fides in negotiationibus ad omnẽ pro-

uentum eſt rata, ita & ipſius fides ad omne debitum ſoluendum debet eſſe rata. Atque hæc dicta locum duntaxat habent de vidua ipſa. Viduus enim tali beneficio gaudere non poteſt, ſed neceſſariò debet is manere poſſeſſor, & ſeruator dom' mortuariæ ſuæ vxoris, nec vllo modo renunciare aut cedere domui mortuariæ poteſt, ſed manet obnoxius omnibus debitis eiuſdē domus mortuariæ ſoluendis, ſaluo ſuo regreſſu ſuper eiuſdem hæredibus pro dimidia parte debitorum, dummodo hi in eandem domum ingreſſum fecerint, alias verò minimè. Nam hæredes (vti diximus) domui mortuariæ ſem-
22 per renunciare poſſunt. Praxis autē, & municipale ius ciuium Hyprenſium tale eſt, vt æqualiter tam ad mulieres ciues, quàm ad viros ciues ſeſe extendat, & ſimiliter ad quæcunq; ipſorum domorū mortuariorū bona, vbicunq; in Flādria ſita aut reperta fuerint. Atq; ita hactenus conſtanter obſeruatū fuit ab anno 1535. Sicuti enim maritus & vxor veluti vna atque eadem perſona ſunt, & communes aut pares in omnibus bonis per ipſos in coniugalem familiam collatis, conferendis, aut proueniendis, tam mobilibus, quàm immobilibus, ſine vllo reſpectu qualia ea bona fuerint, aut ab vtrius parte prouenerint, ita quoque pares & communes ſunt in omnibus debitis, tam antenuptialibus, quàm poſtnuptialibus, tā ab vno, quàm ab altero contractis. Atque hinc etiam fit, quod quāuis iuxta eandē ciuitatis conſuetudinem viduę permittatur domus mortuariæ ſui defuncti mariti intra triduum, quò mariti mors ad ipſius notitiā peruenerit, fugere, ipſiuſq; bonis omnibus tā à ſuo latere profectis nuptialibus, quàm quibuſuis alijs ipſis ambobus ante mortē cōmunibus, cedere, & renūciare. Ipſa tamen nihilominus vidua ſemper manet onerata in dimidietate omnium debitorum eiuſdem domus mortuariæ, quæ reſtabunt ſoluēda poſt diuenditionem omniū bonorū domus mortuarię, & poſt eāauctionem publicam factam, & creditoribus attributam.

23 Per territorium verò Franconū à multis annis non licuit viduæ ex ſui defūcti mariti domo mortuaria cedere, nec eidem renunciare permiſſum olim fuerat, ſed per mortem mariti neceſſaria hæres permanſit, obligata in omnibus communis domus debitis ſoluendis, adeo vt ipſi nullum inuentarij beneficium hac in re patrocinari potuiſſet. Verum pauculis ab hinc annis recenter introductum fuit, & ſtatutis ordinatum ne hic conſuetudinis rigor diuti' ex cauſis in viduas exerceretur, ſed vt cedendo bonis, foret libera ab omnibus ſui mariti domus mortuariæ ſoluendis debitis, quæ quidem cedendi, ac renunciandi libertas ipſis viduis (vt dixi) olim non fuit permiſſa, ſed ad plenam omnium debitorum ſolutionem tenebat. Et ſi eorundem debitorum cauſa capta fuiſſet, ob eadē tunc captiua tenebatur, donec omnibus
24 ſatisfeciſſet. Idem quoque rigor obſeruatur in regno Franciæ de conſuetudine, quia nemo legitimus hæres poteſt repudiare prædefuncti hæreditatem, ideoque ſiue hæreditatem adeat, ſiue non adeat, ſemper eſt verus hæres & dominus omnium bonorum per defunctum relictorum.

CAPVT

CAPUT XIX.

De Iudiciis, Litibus, & Proceſsibus,

Summæ.

1 *Lites, ſiue proceſſus alij ſunt*
- *Criminales.*
- *Ciuiles*
  - *Feudales.*
  - *Non Feudales.*

2 *Lites criminales quæ ſint.*
3 *Lites Ciuiles Feudales quæ ſint.*
4 *Lites Ciuiles non Feudales quæ ſint.*
5 *Lites Criminales fiunt ciuiles & contra.*

1 LItes ſiue proceſſus ſunt duplices,
2 ſcilicet criminales & ciuiles. Lites criminales ſunt in quibus tractatur de negocio ſeu cauſa criminali criminaliter intentata, de his quia abundè ſatis meminimus, in iuſto noſtro tractatu, cui titulum indidimus: Praxim rerum
3 criminalium, huc prorſus nihil repetere volui. Lites ciuiles ſunt in quibus tractatur de negocio ſiue cauſa ciuili. Lites ciuiles ſunt duplices, ſcilicet feudales, & non feudales. Feudales lites ſunt, quæ de feudis tantum aguntur, non in quibuſuis Curijs, nec corã omnibus Magiſtratibus, ſed tãtum coram & in ſuis Curijs proprijs, ad quas potiſsmum ſpectat, & veluti ad capita re-
4 ſortiuntur de quibus ſuo loco. Lites ciuiles non feudales ferè tractant de actionibus perſonalibus, realibus, petitorijs, poſſeſſorijs, & ſimilibus, de quibus in hac noſtra Praxi ciuili mentio-
5 nem ſummariè tantũ faciemus. Quæ cauſæ ciuiles nihilominus aliquando appellãtur, fiuntq; criminales, tametſi ciuiliter ſint intentatæ, nempe quando fiſcus ſe ingerit & immiſcet pro Iure Principis, aut pro mulcta ſiue (vulgo) emẽda, aut ꝓ ſimilib⁹. Sicut aliquãdo cõtingit vt cauſa criminalis etiã criminaliter intentata deſinat in ciuilem, & poſtea intẽtetur ciuiliter, quod notandum eſt ad materiam cauſę ciuilis quo ad aliqua. c. Tuę. extra. de procuratorib. & in c. At ſi clerici, in gloſſa. in verbo. Non tenet. ex. de iudic.

CAPUT XX.

Quomodo procedatur in ciuilibus Iudicijs, & proceſsibus.

Summæ.

1 *In iudicijs ciuilibus primo proceditur à Citatione.*
2 *Citatio, Petitio, & reſponſio in Iudicijs, a tempore Adæ producta ſunt.*
3 *In proceſsibus proceditur, vel*
- *Ordinariè, quando.*
- *Summariè, quando.*
- *De plano, quando.*
- *Sine forma Iudicij, quando.*

4 *Iudicij & proceſſuum norma a Deo comprobatur.*

QVicunq; aliquem proceſſum contra alium intētare voluerit, is omnium primò partem ſuā aduerſam in
1 iudiciū contra ſe citare debet, & Iudici exponere citationis cauſam, cur illū in iudicium euocauerit, quid habeat, quod de illo cōqueratur, quidq; ab eo per Iudicis decretum, & ſententiā definiri, & iudicari velit. Hæc autem citationis ratio (vt lōgius repetam) primo
2 orta videtur ex Paradiſo voluptatis, vbi Adam vt reus à Deo iudice quaſi in Ius euocatur, & de crimine inobedientiæ reprehenditur. Reſponſio quoque Adę rei in iudicio oſtenditur, cū de crimine accuſatus ſeipſum purgare nititur, & criminis reatum in vxorem, veluti in partem aduerſam, & commiſsi criminis potiorem authricem retorſit, cùm dixit: Mulier quam dediſti mihi ſociā, dedit mihi de ligno, & comedi, quæ ſtatim etiam criminis cauſam in Serpentem tranſtulit, cùm diceret: Serpens decepit me, & comedi. Sed quoniam indignæ & inſufficiētes fuerunt excuſationes, ſententiam Iudicis audiunt, damnantur, & grauibus pœnis
3 mulctantur. Geneſis. 3. Porro quando ambæ partes corā Iudice euocatę conſiſtunt, & de controuerſijs agi incipitur, in huiuſmodi litibus ac proceſsibus vario modo proceditur, ſicuti res, & oportunitas expoſcere videntur: ſcilicet aliquando ordinariè, cum debito ordine, & vniuerſis proceſſuum membris: aliquādo ſummariè aut ſimpliciter, ſcilicet cum Iudex, aut Princeps, aut partium altera expeditionem optat. Et aliquando proceditur de plano, ſcilicet, in cauſis leuibus. Aliquando verò ſine vlla figura, aut ſtrepitu Iudicij. Sed de his latius in capitibus iam proximè ſe-
4 quentibus. Procedendi quoque ratio ab authore Deo comprobata videtur in veteri lege, cùm Moſen Iudicē conſtituit, & iudicij ferendi veritatem ex informatiōe teſtium commonſtrauit, cùm diceret. In ore duorum, aut trium teſtium, ſtabit omne verbum. Deute. 19. & Matth. 18. Et habetis Aaron, & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Exod. 24. Et c. Nouit, de iudic. circa initium.

CAPVT XXI.

De Procedendo ordinariè.

Summæ.

1 *Ordinariè quando proceditur.*

2 *Ordinarij Iudicij membra duplicia* { *Ex Iure naturæ* / *Ex Iure ciuili* } *emanantia.*

4 *Subſtantialia proceſſuum quæ ſint.*

3 *Membra iudiciorum ex Iure naturæ ducta, quæ.*

5 *Membra iudiciorum ex Iure ciuili ducta, quæ.*

6 *Subſtantialia iudiciorum quæ non ſint.*

7 *In Flandria tantum vtuntur membris ſubſtantialibus.*

8 *In camera Flandriæ proceditur per omnia membra, niſi &c.*

1 IN iudiciis (vt iſthæc repetam) proce
ditur ordinariè, quando vel Iudiciũ
vel proceſſus ſortiuntur omnia ſua
membra requiſita, id eſt, quando pro-
cedunt cum plena inquiſitione, con-
futatione, replicatione, duplicatione,
contradictione, ſaluatione, & cũ ple-
niſsima cognitione rerum omnium,
2 & circunſtantiarum .l. Iudices. C. de
iudic. Ordinarij autem iudicij aut pro
ceſſus membra ſunt duplicia. Quædã
ex Iure naturæ, & quædam ex Iure
3 ciuili ducuntur. Quæ ex Iure naturæ
ducuntur membra ſunt, citatio, libel-
li oblatio, litiſconteſtatio, probatio,
4 & ſententia, iſtaque iudicij ſubſtan-
tialia & eſſentialia nuncupantur, ſine
iſtis enim nullum ordinarium iudici-
um fieri, formari, intentari, aut termi-
5 nari poterit. Ex iure ciuili introducta
membra penè ſunt innumera, ſcilicet
iudicij præparatio, ſupplicatio, aut li-
bellus ſupplex, comparitio, informa-
tio, ſequæſtratio, relatio, ſatisfactio,
confeſsio, productio, contradictio,
ſaluatio, & alia multa his non diſsimi
6 lia, quæ tamen nequaquam ſunt iudi-
cij ſiue litis ſubſtantialia, quod ſine
iſtis iudicium rectè inſtitui & forma
ri poteſt, vbi tamen ſeruiunt, & vbi
partes ea membra omnia requirunt,
debent ea omnia ſecundum ſtylum
Curiarum in ſuo quæque ordine ob-
ſeruari, Speculatore teſte in. 2. parte
7 ſpeculi, ad exordium. In Curiis feuda
lium & in conſiſtoriis Flandriæ (vul-
gò) *Vierſchariis* ad breuiandas lites fe-
re habent & vtuntur tãtum quatuor
ſubſtantialibus, ſcilicet membris à iu-
re naturæ introductis, coguntque par
tem ilico confiteri aut negare, & dein
8 de ſuper illo, id eſt, illius reſponſo ad-
mittunt ipſam partem ad factorum
aut poſitionum verificationem. Sed
in conſiſtorio (vulgò) in camera Flan-
driæ tribuũtur iudiciis ſeu litibus ſua
plena mẽbra, in parte aut in toto, ſecũ
dũ cauſæ exigẽtiã, ac iuxta caſus ſup il
lis litibus emergẽtes, niſi Principis re
ſcripto, ipſis alia fuerit data norma aut
regula, q̃ proculdubio Cõſiliariis erit
ſeruanda: alioquin enim inualidũ eſ-
ſet quicquid ageretur. c. Cum dile-
cta, extra, de reſcri. &. c. Exhibita. ex-
tra. de iudic. & Specula. in. 2. parte
Speculi, in initio, ad mediũ numeri. 3.

CAPVT XXII.

De Procedendo ſummariè aut ſimpliciter.

Summæ.

1 *Summariè proceditur, quando* { *Princeps ita procedendum eſſe mandat.* / *aut*
2 *Ius ſcriptum ita ordinat.* }
3 *In quibus cauſis ferè procedatur ſummariè.*
4 *In ſummariis proceſsibus quæ neceſſariò requirantur.*
5 *In ſummariis proceſsibus ſufficit probatio ſemiplena.*
6 *In ſummariis proceſsibus Iudex non admittit longas exceptiones.*
7 *In ſummariis proceſsibus altiores exceptiones ſeruantur vſque ad definitiuam.*
8 *Exceptiones quæ ſunt, quæ altiorem requirant indaginem.*
9 *Iudex in ſummariis proceſsibus, omnem remoram præcidere poteſt.*

1 SVmmariè autē in Iudiciis procedi
tur, quando non per omnia mem-
bra proceditur, ſed quando Princeps
ex cauſa ſuis diplomatibus, aut reſcri-
2 pto ordinat, aut mandat iudici, vt ita
procedatur breuitatis cauſa, ſic Do-
ctores in Clemēti. Sæpe, de verbo. ſi-
3 gnifica. Proceditur etiam ſummariè
& ſimpliciter in omnibus cauſis, in
quibus ius ſcriptum ordinat, vt ſum-
mariè procedatur, ſcilicet in omnibus
materiis, poſſeſſoriis, prouiſionis ali-
mentorum, ſpoliationis, lucri ſiue e-
molumenti non comparitionis, leua-
tionis manus bonorum, relaxationis
incarceratorum, executionis, cōſigna
tionis (vulgò) nantizamenti, ſequæ-
ſtrationis, taxationis expenſarum, re-
parationum, attentatuum, ruptorum
aggerum, aut littorum ſubitæ repara-
tionis (vulgò) dicagiorum, naufragio
4 rũm, & ſimilium. In ſummariis iudi-
ciis aut proceſsibus neceſſariò requi-
runtur, citatio, libelli oblatio, litiſcon-
teſtatio, ſicut & in iudiciis ſeu proceſ
5 ſibus ordinariis, debetque citatio eſſe
peremptoria, & reſponſio citati con-
ſiſtere. In proceſsibus item ſummariis
requiritur etiam neceſſariò probatio,
ſed hanc nō oportet omnino eſſe ple-
nam, ſed ſufficit tunc ſemiplena pro-
batio, quia in ſummariis litibus ſemi
probatio tantum valet, quantũ plena:
quia Iudex omnia ſummariè, & bre
uiter vult expediri. Sed hoc verũ eſt,
niſi tractetur in præiudicium alicuius,
quo caſu eſſet neceſſaria plena proba-
tio, vt eſt videre in omnibus poſſeſſo-
riis, in quibus omnino ſummariè pro
6 ceditur, & in ſimilibus. Iudex quoq;
ob eandem cauſam breuitatis, cũ pro-
cedendum eſſe vult ſummariè, nō ad-
mittat vllas exceptiones, aut in prin-
cipio, aut medio proceſſus, quæ ſuo
ordine eſſent proponendæ, ſi tales eſ-
ſent, quæ requirerent longiorem, &
7 latiorem, & exquiſitam indaginem,
ſed tales exceptiones breuiandæ litis
cauſa, vſque ad finem, hoc eſt, vſque
8 ad definitiuam reſeruat, aut in alia iu-
dicia, inde fortaſsis oritura. Exceptio-
nes autem, quæ exquiſitam altiorem-
que requirant indaginem, ſunt illæ
quæ impedire ſolent ſummarium pro
greſſum, ſic vt talis ſummarius pro-
ceſſus, non tam cito tamque breui tē-
pore abſolueretur, quanto expedire-
tur, ſi tales exceptiones non fuiſſent
propoſitæ aut admiſſæ, quales (proh
dolor) non raro quæritantur à diuiti-
bus, qui contra pauperes lites intenta
re ſolent, quod ſi Iudex animaduer-
tat, ſcilicet alteram partem ex malitia
quærere, quaſi nodum in ſcyrpo, va-
riaſque calumniarum productiones,
dilationes, & inutiles exceptiōes, qui
bus antagoniſtam ſuum, temporis lō
gitudine & moleſtiis vexet, & labefa
9 ctet, tunc in huiuſmodi productio-
nibus, & ſimilibus, is Iudex breuita-
tis cauſa longiores omnes exceptio-
nes, dilationes, & remorationes ſuo
moderamine præcidere, & ſuo arbi-
trio, ſine exquiſitiori, ampliorique
omnium cauſarum cognitione litem
prudenter abbreuiare, & citius defini
tiuam pronunciare poteſt.

CAPVT

CAPVT XXIII.

De Procedendo de Plano.

Summæ.

1 *De plano proceditur in cauſis leuibus.*
2 *Cauſæ leues ſunt, aut per ſe, aut reſpectu perſonarum.*
3 *In proceſſu plano proceditur ſine litiſconteſtatione.*
4 *De quibus plane procedatur Brugis coram Tribuno plebis.*
5 *In Proceſsibus planis Iudex ſine cauſidicis procedit.*
6 *In proceſsibus planis Iudex quouis loco ſententiam pronunciare poteſt.*

1 DE plano proceditur in cauſis ſiue
Iudiciis leuibus & exiguis, qua-
les ſunt, quando filius furatus eſt pa-
tri, vxor marito, aut ſeruus domino
aut magiſtro, & ita de ſimilibus. Quo
2 rum furta dicuntur eſſe cauſæ leuio-
res, ratione facti, ſcilicet furti rei leuio
ris (ſi ita ſit) aut ratione perſonarum,
ex quorum conſyderatiōe Iudex mul
tum colligit, vt de plano, citius, aut tar
dius ſententiam pronunciet. Barto. in
l. leuia. ff. de accuſat. In proceſsibus
planis, vel de plano proceditur pluſ-
quam ſummariè, vtpote in quibus Iu
3 dex poſt libellum receptum ſtatim ad
examinationem teſtium, mox ex con
ſyderatione rei, & perſonarum, ad cō
4 demnationem, vel abſolutionem ſine
vlla litisconteſtatione procedit. Sic
commodiſsimè proceditur; Brugis,
patria mea natali, coram Burgimagi-
ſtro cōmunitatis de multis iniuriis vi-
cinorum, de querelis iniuriarum inter
vicinos, & plerumque inter muliercu
las, de rixis, de minis, de leuioribus pu
5 gnis, de maledicentiis, de vi illata, de
viciniæ perturbatione, & de his aliis
multis. In dictis & omnibus aliis pro
ceſsibus planis, ſiue de plano, Iudex
nullum admittit ſtrepitum aduoca-
torum, aut procuratorum, ſed vnicuī
que litigantium (vel potius) rixantiū
licet ſuam cauſam defendere, & per-
orare, & partium controuerſias audit
aut eūdo, aut ſtando, aut ſedendo (vt
6 libet) ſententiamque pronunciat, nō
ex tribunali conſueto, ſed vel domi
ſuæ, vel in camera priuata, ad hoc or-
dinata, etiam vel ſtando, vel ſedendo,
teſte Innoc. in. c. Olim, nu. 2. extra, de
accuſ. & inquiſ. & denunciat, & d. l.
leuia.

CAPVT XXIIII.

De procedendo ſine figura iudicij ſiue proceſſus.

Summæ.

1 *Sine figura iudicij procedere, quid ſit.*
2 *In quibus cauſis procedere liceat ſine figura iudicij.*

Quando

Sine Figura Iudicij proceditur.

3 *Quando Princeps ita mandat.*
4 *Quando Iudex ita iubet.*
5 *Sine libello,ſed verbaliter.*
6 *Sine litiſconteſtatione.*
7 *Sine procuratoribus,ſi velit.*
8 *Tempore Vacantiarum, vel alio quouis.*

In proceſsibus ſine figura requiritur.

9 *Citatio & defenſio.*
10 *Perſonarum legitimatio.*
11 *Iuſta partis defenſio.*
12 *Præſtatio iuramenti de calumnia.*
13 *Sententia,ſtando,aut ſedendo.*

1 SIne Figura iudicij, vel ſine ſtrepitu iudiciali procedere, eſt etiam pluſquã ſummariè in cauſa procedere, omnemque turbam procuratorum & cauſidicorum excludere, omnem litiſconteſtationẽ,replicationem, duplicationem,informationem, confutationem,ſalutationes,& quaſuis alias formas iudiciarias ſeponere, & ſola verbali productione procedere, auditis tãntum partibus, & teſtibus, ex quarum perſonarum,imò ex rerum ipſarum conſyderatione Iudex cenſuram colligit,& ſententiã pronunciat.Pro-
2 ceditur autem ſine figura iudicij ſeu proceſſus in cauſis miſerabilium perſonarum,quæ expeditam accelerationem deſyderant. Item quando Prin-
3 ceps ſuo reſcripto aut diplomate ita
4 procedi vult,aut mandat.Item quando Iudex (cuius ſententia parata ſiue prompta eſt) ordinat ita procedendũ eſſe,vel certè quando natura,cauſæ neceſsitas, aut perſonæ qualitas hoc mo-
5 do procedendum eſſe poſtulat. In iſta productione poteſt Iudex procedere ſine vllo libello, quod in ea ſola petitio oris & cauſarũ explicatio verbalis ſufficit.Item in ea quoque proceditur ſine vlla litiſconteſtatiõe.Poteſtq;
6 in ea Iudex remittere ac reiicere omnes exceptiones fruſtratorias & friuolas,appellationeſque omnes moderãdo abbreuiare,dilationes inutiles non admittere, teſtium multitudinem re-
7 pellere.Item:Procuratorum & Aduocatorum ſcripturas negligere & recuſare.Et omnia præſtare & exequi poſſe,ſicut ante in ꝓceſsib⁹ planis dixim⁹ fieri poſſe, q̃ certe omnia hic in ꝓceſsibus ſine ſtrepitu iudiciali magis fieri
8 poſſe congruũt. In proceſsibus ſine figura Iudicij,Iudex procedere,iudiciũ, proceſſumq; formare, ac iudicare poteſt, etiã vacantiarũ tempore, quando reliqua iudicia ceſſant,ſilent,ac quieſcunt,ſuamque ſententiam pronunciare, aut ſedendo aut ſtando pro arbitrio ſuo,vti libet.Quia quoties verbo & ſine figura iudicij proceditur,tunc ſublatæ ſunt omnes cõſueti iuris obſeruationes, & obſeruantur tãtum iura naturæ & iuriſgentium,quæ expedita,citaque(nempe verbali) commõſtratione peraguntur, nullaqúe ratio-
9 ne vnquam frangi aut tolli poſſunt. Ideoque in iſtis ac ſimilibus productionibus ſine forma Iudicij : quamquam plærique ſtrepitus & obſeruationes iudiciales tollantur,debent tamen neceſſariò ad hos proceſſus adeſſe,& interuenire citatio & defenſio, quæ

quæ iam olim à multis ſeculis ex Diuino, naturaliq; iuribus (vti & ſupra c.20.diximus,emanarunt. Nam Geneſ.3.legimus,Dominum Deum,priuſquā Adam de peccato inobediētiæ punierat, ipſum ad ſeſe vocaſſe, cùm diceret, Adam vbi es? Et ita citatum, & in iudicio conſtitutum ipſum accuſaſſe,crimenque illi intentaſſe,cùm diceret. Quis indicauit tibi,quod nudus eſſes, niſi quod ex ligno, de quo præceperam tibi,ne comederes,comediſti? Deinde quoque ipſius audiuiſſe admiſsi criminis expurgationē, quæ defenſionis loco fuerat, cùm diceret. Domine, Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et Eua: Domine, ſerpens decepit me, & comedi. Hic ſeruit. c.Deus omnipotens.2.q.1.vbi inquit, Deum noluiſſe prius punire Sodomorum enormia mala, quam debita inueſtigatione ac fidelibus teſtibus, noſtra cauſa, non ſua (qui omnia nouit)quaſi factus certior,ipſorum mala opera aperto iudicio comprobaſſet. Geneſ.18.& Clementi. Paſtoralis,cum ibidem notatis, de ſenten.& re iudic.& in Extrauaganti.Rem non nouam aggredimur, & in iuncta ibi gloſ.de dol. & contumac. in extrauagantib.communib. c. Cum olim,extra de teſtib. Tritiſsima.l.de vnoquoque.ff.de re iudica.l. Nam ita diuus. ff.de adoptio.l.Tres denunciationes. C. Quomodo & quando Iudex.l. Si quādo. C. de teſti.cū ſine numero ſimilibus iurib. Ideoque Citationem & defenſionem in omnibus iudiciis concurrere neceſſum eſt, q, omnino ſint de ſubſtantia & eſſentia ipſius iudicij ſeu proceſſus tam ciuilis, quàm criminalis, vſque adeo,vt nullus proceſſus valeat ſitque legitimus,ſi debita
citatio nō præceſſerit, teſte Domino
Lāfran.de Oriano inſigni practi.in c.
Quoniā cōtra falſam.§. Citatiōes, ad
exordiū extra de ꝓbat.ideoq; etiā &
citatio & defenſio huic materię de ꝓ
ceſsib.ſiue forma Iudicij planè ſunt ne
ceſſaria,q, nō ſolū hęc duo,ſed etiā om
nia atq; ſingula proceſſuū ſubſtātialia,
ſuū ritū atq; ordinē in proceſsib' ſer
uare debeāt,alioqui enim perperā om
nia procederent, proceſſuſque forent
nihili.l.Prolatam.C.de ſenten. & in-
terlocut.omnium iudicum. Sicuti e-
tiam latius monſtrauimus in noſtra
rerū criminaliū Praxi. C.13. De Cita-
tione,numeris primo & ſecundo.Re
10 quiritur etiam in his proceſsibus ſiue
figura, ſicut in omnibus aliis iudiciis
(ſi per procuratorem res producatur)
perſonarum legitimatio, ita vt procu
rator teneatur oſtendere Iudici ſuum
procuratorium, ſiquidem id deſyde-
ret. Iudex tenetur etiam in hoc pro-
ceſſu admittere (ſicuti de citatione iā
11 diximus) iuſtam legitimamque partis
12 defenſionem, & vtrinque accipere
præſtationem iuramenti de calumnia
vel malicia: quod eſt de veritate di-
cenda: ne ſcilicet veritas occultetur,
Interrogabit etiam vtramque partem
ſeorſum omnia quæcunque ad maio-
rem cauſæ cognitionem ſpectare pu-
tabit,vel ad hoc requiſitus, vel ex of-
ficio,vbicūque hoc æquitas ſuadebit.
Ante ſententiam verò definitiuam, ci
13 tandas curabit partes(licet non perem
ptoriè) & abſque concluſione facta(ſi
ita videbitur)iuxta petitiones, proba
tiones, cognitiones, & iuxta omnia
in cauſa actitata. Tādem ſententiam,
aut ſtans,aut ſedens verbaliter pronū
ciabit,aut ſcripto tradet,ſicut hæc om
nia latius explicantur, in Clemēti.Sæ
pe,de verbor.ſignifica.

CAPVT XXV.

De Partibus Iudicij ordinarij.

Summæ.

1 *Ordinarij proceſſus partes ſunt tres,* { *Prima, à citatione vſque ad litiſconteſtationē.*
2 *Secunda, à litiſconteſtatione, vſq; ad ſententiā.*
3 *Tertia, à ſententia vſque ad executionem.*

4 *Primæ partis actus, proceſſum præparant.*
5 *Secundæ partis actus, proceſſum inſtruunt.*
6 *Tertiæ partis actus, ad executionem ſpectant.*

IVdicium ordinarium ſiue proceſſus ordinarius diuiditur in tres partes. 1 Quarum prima pars incipit à citatione vſque ad litiſconteſtationem, quæ habet informationem præuiā, citationem, comparitionem, libelli exhibitionem, iuramentum ad calumniam, reſponſionem, confeſsionem, 2 & negationem. Secunda pars durat à litiſconteſtatione vſque ad ſententiā, quæ habet replicationes, duplicationes, comuniter & nōnunquam ſequeſtrationem, triplicationes, quadruplicationes, quintuplicationes, ſextuplicationes, &c. informationem vtrinque, probationem vtrinque, confuta 3 tiones ſiue contradictiones teſtiū, ſaluationes & ſimilia. Tertia pars eſt à ſententia vſque ad eiuſdem ſententiæ executionem. Hæc tertia pars continet mandatum iudicis ad partem ſuccumbentem, vt ſententiam compleat, ſoluat, & victori cum reliquis iuxta ſententiam ſatiſfaciat. Quod ſi nolit, per oſtiarium, vel aliū iudicis delegatum bona vendantur, aut in perſonā, aut in rem, aut ſimul in vtrumq; procedat. Et iuxta hanc diuiſionem quidam, & cum iis potiſsimum Paul. de Caſt. in l. Prima. C. de Confeſſ. ſic pro 4 ceſſus diſtribuunt, & dicunt. Quod omnes actus qui fiunt in prima parte ſcilicet vſq; ad litiſcōteſtationē, tatum valeant, ad iudicij ſeu proceſſus præ 5 parationem. Quæ in ſecunda parte fiunt, ſcilicet poſt litiſconteſtationem 6 vſque ad ſententiam, ea præcipuè cōducant ad iudicium ſeu proceſſum ipſum inſtruendum. Et quæ in tertia parte geruntur, ea omnia ſpectant, vt ſententia lata executioni mandetur. Sed de his etiam in ſequentibus capitib.

CAPVT XXVI.

De variis ordinarij proceſſus membris,


Summæ.

Præparatio-

1 *Iudicium ordinariū diuiditur in decem partes ſeu tēpora.* *Paparationis ante citationem.*
2 *Citationis.*
3 *Comparitionis.*
4 *Oblationis libelli.*
5 *Litiſconteſtationis.*
6 *Probationis.*
7 *Reprobationis & Saluationis.*
8 *Concludendi in cauſa.*
9 *Condemnationis.*
10 *Executionis ſententiæ, &c.*
11 *Ordo in Iudiciis ordinariis,nec obmitti nec poſtponi poteſt.*

PRoximè pręcedenti capite Iudicij
Ordinarij tres partes cum ſuis mē
bris vtcumque monſtrauimus,quam
diuiſionem ſufficere putaueram, niſi
& aliorum quorundam diuiſionem
priori tamen non diſsimilē,huc quo-
que referre placuiſſet,qui ordinarium
proceſſum parum aliter diuidant, ſci-
licet in decem partes, aut iuxta ordi-
nem productionis in decem tempo-
ra, quæ Iudices non ſolent ſine ma-
xima ratione vrgente interuertere,or
dinemq́ue præponere aut poſtpone-
re,ſed ipſum per has partes, aut tem-
pora conſtanter obſeruare. Harum
1 partium prima eſt,quæ primo tempo
re erit curanda,ſcilicet Præparatio re-
rum omnium,de quibus actio erit an
te citationem inſtituenda. Secunda
2 pars continet tempus citationis, vel
3 ipſam citationem. Tertia pars conti-
net tempus præſentationis,vel compa
4 ritionis,& contumaciæ. Quarta pars,
5 habet tempus oblationis libelli. Quin
6 ta pars, quintum tempus continet,ſci
licet litiſconteſtationis. Sexta pars,
ſextum tempus probationis ac de-
7 ductionis cōplectitur. Septima pars,
ſeptimum tempus habet,ſcilicet con-
8 tradictionis ſeu reprobationis & ſal-
uationis. Octaua pars, octauum tem
pus continet, ſcilicet tempus conclu-
9 dendi in cauſſa. Nona pars, habet no-
num tempus ſcilicet tempus,condem
10 nationis. Decima pars,continet deci-
mum tempus, ſcilicet tempus execu-
tionis ſententiæ. Sed hic ſcire te volo,
quod quæ de decem partibus,vel ipſa
rum temporibus diximus, etiam de
earundem partium ordinariis & ex-
traordinariis dilationibus vnicuique
tempori ſeruientibus, locuti ſumus,
& de ipſarum omnibus emergentiis
ac incidentibus, & acceſſoriis ſuper il
lo cadentibus. Sed quia prædictorum
abunde meminit D. Barto. in ſuo tra
ctatu de ordine iudicij, ad eundē iu-
ris ſtudioſum ac in rebus publicis nō
occupatum prolixitatis euitandæ
cauſſa remittimus. Hæc autem enarra
ta decē tempora, in ſequentibus ſuo
quęque ordine deducentur & decla-
rabuntur,ad inſtructionem iuris can-
didatorum. Sed interim hoc notandū
11 eſt, quod prædictus ordo, in iudiciis
ordinariis nullo modo poteſt omitti,
nec(vt dixi) intermitti, aut p̄poni aut
poſtponi. Nā ex eiꝰ omiſsiōe aut poſt-
poſitione oriretur iudicij ſeu ꝓceſſus
nullitas, & per cōſequēs etiā ſentētiæ
nullietas, quātūuis tamē id fieret cum
partiū cōſenſu. Gloſſa notabilis in ver
bo cōſenſu partiū in.c.de cauſis,extra
de offic.& poteſta.iudic.delega.

CAPVT



CAPVT XXVII.

De Deliberatione ante proceſsus inchoationem, quam primum tempus eſſe diximus.

Summæ.

1 *In litigando voluptatem capientes deteſtatio.*
2 *Litigaturi debent habere, & prudentiam, & neceſsitatem.*
3 *Ad litem prima prudentia eſt omnino vitare litem.*
4 *Quæ in ore aliorum pendent, ea incerta hærent.*
5 *Procuratorum incuria, ſæpe proceſsus perduntur.*
6 *Ante litem de bono doctoque procuratore & aduocato curandum*
7 *Prudentis eſt ante litem cum parte, per ſe, aut per alium, amicè tranſigere.*
8 *Communicatio amica ante litem omnium optima.*
9 *Litis euentus ſemper eſt dubius.*
10 *Litigaturus videat an ipſe ſit habilis, quia* { *Excommunicatus. Irregularis. Pupillus. Minorennis. Filius in pietate patris. In curatela conſtitutus.* } *litem intentare non poſſunt.*
11 *Inhabilis curet ſeipſum eſſe, aut fieri habilem.*
12 *Litigaturus videat contra quem agere velit, quia.* { *Patrem, Matrem. Patronum, Patronam. Superiorem ſuum.* } *In ius vocare non poteſt niſi ſub pœna.* { *Pupillum, minorem. Filium familiâs. Vxorem non mercatricē. Excommunicatum, &c.* } *Inualidè in ius vocaret.*
13 *Pœna eorum qui Parentes in ius vocare præſumunt.*
14 *Modus petendæ veniæ, ſi quis ſuperiorem in ius vocare velit.*
15 *Vidua, hæredes, & cognati, ob debitū defuncti, ante certos dies in ius vocari nō poſſunt.*
16 *A Iudice incompetenti, aut ob quædam vitia indigno, declinari poteſt.*
17 *Litigaturus videat quam actionem intentare debeat.*
18 *Actio inſtituenda diligenter cum bonis, & doctis eſt conſultanda.*
19 *Tres perſonæ, quibus nuda veritas eſt aperienda.* { *Medicus. Confeſſor. Conſiliarius.* }
20 *In litibus prius conſultandi ſunt Iuriſperiti.*
21 *Qui in Iudiciis Iuriſperitos conſulunt leuius punire poſſunt.*
22 *Probanda quæ in facto conſiſtunt, diligenter ſunt curanda.*
23 *Teſtibus non nimium ſemper fidendum eſt.*

VEriſsimum eſſe comperi dictum illud Virgilij, Trahit ſua quemq; voluptas, adeo vt vel litigantes quoſdam ea quoque voluptas permeauerit, qui ita litigaturiunt, & indefeſſo quodam litigandi pruritu inſaniunt,
1 vt vita ipſis parum dulcis videatur, niſi perpetuis litibus occupati, omne vitæ ſtudium vexandis aliis impendant, ſibique ex eo nefariam voluptatē capiant, tanquam victuri infœliciter, ſi aſsiduis proceſsibus non agitarentur, qui proceſſus, quum probis, piiſque omnibus mortem, ipſis tamen vitæ non mediocrem adferunt ſuauitatem. Ah hominum impiorum malitiam, qui tam nefariis ſtudiis gaudent, tamque malignis conatibus alios diuexēt, & hoc tempus ad ſalutem ipſorum cōceſſum, nequiter in ſuam conuertant perniciem. Horum exemplū bonos omnes hortor & rogo, ne vnquam imitari velint, imò ne vnquam, niſi ſumma laceſsiti iniuria, aut damno affecti grauiſsimo, ad lites quietis humanæ perturbatrices peſsimas deſcendant. Quiduis potius aduerſario, ob amorē Chriſti concedant, quàm vt litibus diuexati, mentis tranquillitatem amittant. Si tamen res ſint, vt litem euadere nequeant, quin aut eam ipſi inſtituant, aut contra te inſtitutam reſpondendo dimoueant, etiam atque etiam videant quid inceptent, quidue
2 tractate pergant. Nam quicunque iudicium ſeu proceſſum in materia ciuili inſtituere cupit, huic ſciēdum eſt, quod in eo, & in quouis alio proceſſu, duo potiſsimum habere debeat, ſcilicet verā prudentiam cum vrbanitate, & neceſſitatē ipſum ad iudicium compellen-
3 tem. Summa itaque prudentia eſt omne Iudicium, omnemque proceſſum euitare, ſicubi euitari poterit. Imò (vti & ante dixi) potius aliquid de ſuo cōcedere, quàm extremum iuris rigorē
4 experiri velle. Nam id quod conſiſtit aut pendet in ore & arbitrio iudicis, aduocatorum, teſtium, & ſimilium, id plærumque conſiſtit & hæret in dubio. Et is quem bona fide cōſulimus (vt inquit Specu.) ſæpe pronior eſt ad componendum, quàm ad contendendum, quod parti aliquādo plus faueat, quam ſeſe cōſulenti. Hinc
5 eſt quod non raro fauore partis aduerſæ, imò ſua negligentia, aut ignorantia procuratores, & aduocati lites & proceſſus indigniſsimè perdant, cum alterius detrimento maximo, de cuius cōpenſatione, aut reſtitutiōe, ne per ſomnium quidem cogitant. Quod mirandum non eſt, quum tales lucroſi procuratores plus ſibi quàm aliis, quorū cauſas ſuſceperunt defendendas, inuigilent, nihil habentes penſi, quid aliis eueniat, dummodo marſupium ſuum infarciāt. Ideoque lites ex quibus plura corradunt, quàm pacem malunt. Verùm principalis litigaturus non iſtud ſpectat. Proinde curet, ne cuiuis procuratori nimium fidat. Nam eſt etiam
6 non mediocris prudentia ante inſtitutionem litis, bonum diligentemque procuratorem, deinde, doctum, peritum, & diligentem eligere aduocatū, aut practicum, qui omnia partis attentè intelligat, fideliter ſcripto excipiat, libros, & doctores de cauſa diligenter examinet, totumque negotiū ſibi cordi eſſe diligentia commonſtrent. Hos duos, vbi quis ſe nactum eſſe putabit, eos, etiam munificentia non negligat, ſed ipſorum laboribus, & ſtudiis benignè ac liberaliter reſpondeat, & ſoluat, quod ſi fecerit, occaſionem dabit procuratoribus, & aduocatis, vt res ſuæ ipſis magis cordi fuerint, & fœlicius

tius progrediantur, argumento. c. Nō
7 ſane. 14. q. 5. Proxima, eaque non minor prudentia eſt cenſenda, ſi quis ante inſtitutionem litis ſimul cum prudentia, vrbanitate vtatur, quæ nōnunquam multum euincit, hoc eſt, vt pri⁹ ante inſtitutionem litis partem aduerſam bis aut ſolus amicè extra iudicium conueniat, moneat, & roget, vt de controuerſis cum illo (ſi poteſt) amicè tranſigat, æqua perſoluat, & ab iniquo ſeſe liberet. Si id per ſe non po
8 teſt, nihilque rogando promoueat, idem ſedulò per amicos, & cordatos viros interceſſores tranſactum id curet, qui diem certum mutuæ communicationis conſtituant, ſic vt omnia amicè & moderatè potius, quàm odioſis litibus tranſigantur. In huiuſmodi enim communicationibus non rarò ab vtraque parte audiuntur, quæ prius ignorabantur & alterius partis ſecreta audita magis amicè diſputantur & refelluntur, per quod ſæpe partes ad concordiam, & ad veritatem perſpectam redigūtur. Quę ratio communicationis longè melior eſt, quàm ſumptuoſis litibus ærarium cum mentis inquietudine exhaurire. Iuxta illud, Melius eſt ante tempus occurrere, quàm poſt cauſam vulnera tā remediū quærere, vulgata ac trita. l. Finali. C. In quib. cauſ. reſtitu. in integ. non eſt neceſſa. cui concordat. c. Primum, cum gloſſa. ſuper verbo. Non liceat, extra. de in integ. reſtitu. & . l. Quidam Hyberus. ff. de ſeruitutib. vrba. prædio. l. Debitores. C. de pignorib. & hypothe, & in Autentico, vt cum de appella. cognoſ. circa finem colla. 8. His etiam ſeruit, quod litigaturus ſemper meminiſſe debet, euentum litis ſemper eſſe dubium. l.
9 Quod debetur. ff. de pecul. Cæterum ſi quis nec ſuo commodo, neque ciuili humanitate partem eo inflectere poterit, vt à lite tentanda abſtineatur, ſed magnæ diſpendia ipſum etiam inuitum ad proceſſum inchoandum pertrahant, primò ſciat quales conueniat eſſe perſonas, quæ litem intentare volent, deinde etiam quas perſonas in iudicium pertrahere, & cum quibus lite contendere poſsit. Non enim omnes perſonæ ſunt iudiciales. Pro iſto igitur vnicuique
10 notandum erit, quod qui volet aliquē in ius pertrahere, is debet primò prouidere, an ipſemet ſit habilis & perſona legitima, quæ in iudicio conſiſtere, & alium in ius vocare, & petenda petere poſſet. l. Prima & ſecunda. C. Qui legit, perſo. ſtand. in iudic. habe. vel non: pro quo ſciendum, quod perſonæ inhabiles ad lites intentandas ſunt, excommunicati, irregulares, pupilli, minores, filij in pietate parentū & in Curatela conſtituti. Proinde hi fatui ſunt, qui lites intentare cogitant, ſi non prius ſeipſos cognoſcant, an legitimæ in iudicio ſtandi ſint perſonæ. dd. ll. 1. & . 2. Quocirca ſi quis prædictorum contra aliquem litem inſtituere decreuit, & cognoſcat ſe eſſe perſonam inhabilem, curet ſtatim ſe eſſe & fieri habilem. Alioquin declarabitur non idoneus, nec acceptabilis, & ſtatim in ipſo iudicij limine repelleretur, hoc eſt, (vt exemplo doceam) ſi quis ſe excōmunicatum eſſe cognoſcat, is curet ſe prius abſolui. Si ſit in alicuius aut in aliquorum ſubiectiōe, id eſt, ſi habeat Tutores aut Curatores, is quoque curet ſe prius reſtitui, habilemq; reddi. Et ſi nonnulla requiſita & neceſſaria in procedendo omiſerit, curet ſeſe & omiſſa in integrū reſtitui, ſeu (vulgo)

12 curet ſe à Principe releuari. Debet quoq; litigaturus, non tantū conſiderare ſuam perſonam, aut perſonas illas, quæ litem intentare non poſſent, de quibus iam dixi, ſed etiam diligenter, & miris modis animaduertere, quales ſint perſonæ, contra quas agere velit, ſcilicet an ne ſimili nota laborent aut defectu. Deinde an ne quoque & ipſę inhabiles ſint, & in iudicio ſtandi illegitimè, aut certè an ne tales ſint, quas in ius pertrahere natura ipſa vetat, quales ſunt pater, mater, patronus, ſuperior. Item pupillus, aut minorennis, filiusfamilias, in curatela conſtitutus. Vxor non mercatrix. Excommunicatus, Monachus, &c. Nemo enim patrem aut matrem (ſiue legittimi ſint, ſiue naturales) in ius vocare debet, Nec patronum libertus, nec dominum ſuum vaſallus, nec quiſquam alius ſubditus ſuum ſuperiorem, cui honorem & reuerentiam debet, citet, & in ius vocet, niſi prius venia à Iudice, prætore, aut præſide, petita. l. Vltima. C. de in ius vocan. l. 1. & 2. C. eod. titu. &. l. Finali. ff. eod & gloſſ. in verb. in eum, & in verbo Patronum, & in verbo vel Parentem, cum duabus ſequen. gloſſis, in. §. Pœnales, inſtitu. de Actionib. & Bartol. in ſuo tractatu, de ordine iudiciorum. l. Finali. C. de in ius vocand. Pœna itaque il-

13 lorum qui patrem, matrem, patronum, vel patronam in ius vocant, eſt quinquaginta aureorum, patrono adiudicatorum, gloſſa in. §. Pœnales, inſtitu. de Actionib. Qui ſi non habeat in ære, luet in corpore. l. Finali.

14 ff. de in ius vocando. Vbi etiam notandus eſt modus petendæ veniæ. in d. §. Pœnales, iuncta gloſſa, in verbo. Cum id non impetraſſet, inſtitu. de actionib. vbi etiam colligitur, in. §. finali, inſtitu. de pœna temer. litigant, & in l. 3. & 4. §. Primo. ff. de

15 in ius vocand. Quod ſi alicui negotium fuerit cum vidua, aut cum hæredibus, cum propinquis, cum affinibus, aut cum coniunctis defuncti, aut cum defuncti fideiuſſoribus, non licet eidem prædictis perſonis vllam inquietudinem vel moleſtiam occaſione debiti defuncti inferre. Imò ne ob quaſuis quidem cauſas ad prædictas perſonas ſpectantes, ante ſpacium nouem dierum in ius vocare, aut inquietare. Et quicquid factum eſſet intra prædictum ſpacium ab obitu numerandum, id prorſus eſſet inualidum. l. Finali. C. de ſepul. viola. & in Autentica, vt cum de appella. cognoſ. §. Hæc autem diſpoſuimus, colla. 8. & hoc de iure. In nonnullis tamen Conſiliis ac Curiis reperio ſtatutos eſſe. 20. dies, etiam ab ipſo obitu numerandos. Similiter hæres non poteſt citari aut conueniri à creditoribus, aut legatariis intra tempus conceſſum ad inuentarij confectionem. l. Finali. §. Donec tamen. C.

16 de Iure deliber. Similiter cum ſumma diligentia ipſi obſeruandum erit litigaturo. An ipſe Iudex quoque ſit Iudex competens, & ad cognoſcendum de cauſa idoneus, nam ſi ſit aut reperiatur in Iudice, aut in foro, vel in iuriſdictione defectus aliquis, tunc omne iudicium ac omnia inde dependentia ſtatim corruunt, idque ex defectu fundamenti. c. Si diligenti, extra fo. competen. &. l. Non valet. C. Ad l. fauiam

17 de plagia. Præterea qui litem aliquam intentare volet, is certam actionem habere debet, ſed hic diligenter obſeruet quam actionem intentare debeat, ſcilicet an mutui, an debiti,

debiti,an poſſeſſorij, &c.Nam poſt actioné ſemel intentatam actori nulli competit deliberandi tempus. Autentica Qui ſemel,& ibi Barto.& alij ſcriben. C. quomodo & quando Iudex ſenten.profer.debe. concordat. gloſſa in. c. 2. extra, de libelli oblat. De varia autem actione videre licebit infra
18 cap. 28. Itẽ ſi negotiũ ſeu iudicij ſiue proceſſus materia, in Iure debitè conſiſtant, ita vt nulla horum cauſa fieri poſsit refutatio aut reiectio, debet tamen nihilominus acturus ante omnem cauſæ & litis inſtitutionem aut inchoationem, primò amicos, doctoſque conſulere, cum iis ſæpe conſultando deliberare & ſecum tractare cunctaque diſpicere, an ipſi expediat litem talem mouere an remouere,deinde vires & facultatem propriã cognoſcere, an ex liti ferendæ ſufficiant,poſtea nõ minus diligẽter cõſultare & (vt dixi) cum doctis examinare, quomodo res ſuæ ſint fundatæ, quid Iuris habeat, quid ſpei aduocati præſtent,quid faciendum ſuadeant, litem intentare an ſupprimere. Et hæc diligenter conſyderet, quales ſint ij cum quibus conſultat, an docti, an rerum periti, an pij, aut religioſi, aut ſuo ipſius commodo ſuadeant,vel diſſuadeant, quod ſi peritos, & pios eos eſſe comperiat, rem omnem eis nudam aperiat,nihil illos celet, ſed ipſiſsimam veritatem liberè profiteatur, nihil ab ea ſubtrahendo, aut quicquam ſubticendo.Sunt enim tres perſonæ (vt vul
19 gò fertur) quibus omnimoda veritas eſt clariſsimè dicenda & nullo modo celãda,ſcilicet Confeſſor,cui omnia arcana pectoris, cogitata, dicta & facta ſunt retegenda,& veluti in ſecreto & ſpirituali conſilio rei veritas cum omnibus circunſtantiis eſt reuelanda. c.humilitatis.22. q.2. & in. c. Omnis vtriuſque ſexus, de pœnit.& remiſſ. Secunda perſona eſt. Medicus. Quiſquis enim aliquo morbo correptus, ſanari cupit,hunc oportet medico omnem infirmitatem cum cauſis, & vniuerſis circunſtantiis nudè detegere.d. c.Omnis.§. Sacerdos & c. Cum infirmitas,de pœnit.& remiſ.in.6.Huic ſeruit illud Boëtij,de conſol.philo. Si operam medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas tuum. Tertia perſona cui dicenda eſt veritas, eſt Aduocatus ſeu Iuriſperitus, quem pro bono conſilio conſulturus adis,in c.Primo, in verſic.Iudiciaria,de pœnit.diſtinct. 6.horum & etiam prolixius meminit D.Ioannes à Graſsis in ſuo domeſtico tractatu in Arborem Iudiciorum ad ſecundum principale, numeris. 11. 12. 13.14.& ſequentib.Quamobrem ſua-
20 ſerim, vt in proceſsibus tentandis nihil incõſultè inceptes,ſed omnia cum maturo,bonoque conſilio incipiendo proſequaris iuxta illud. Quicquid agas, prudenter agas, & reſpice finem, & vt Salluſtius. Priuſquam incipias cõſulito,& vbi maturè conſulueris,opus eſt facto. Hæc ſi feceris facti te nõ pœnitebit (inquit Salomon) Et ſi poſtea te fretum bono conſilio ſuccumbe-
21 re & falli contigerit, certè tunc falleris leuius, & prudentius. Nam tum actor,tum Reus ſi cauſas maturè conſuluerint cum doctis aduocatis, Doctoribus, licentiatis, aut cum peritis practicis, ſi liti ſuccumbant leuius punientur, minuſque diſpendij ferent. Iudex enim videns partium diligentiam,& dignas conſultationes poterit partem ſuccumbentem ſubleuare ab emenda,& expenſas ob leuiſsimas rationes compenſare. Si verò nõ dignas conſultationes præhabuerint (vt di-

ctum eſt) citius labuntur in calumniã, & expenſarum compenſationibus gaudere non poſſunt. A ſimili quoq; ratione, omnes Magiſtratus, Senatus, aut Ciuitatũ gubernatores, Tutores, Curatores, Prouiſores, & ſimiles à negligentia, calumnia, ſeu malicia excuſantur, quando ante actionis inſtitutionem, cauſam ſuam maturè conſultarunt, atque probata legitimaque de ea cõſultatione demõſtrarunt. Porrò
22 ſi materia probationem requirat, aut verificationem, aut (vt loquuntur) ſi res cõſiſtat in facto, ſumma quoq; erit prudẽtia, ſi quod quis ꝓbare volet, diligẽter inquirat quonam pacto ſuũ factum, aut ſua facta probabit & veri-
23 ficabit, ſibique caueat ne nimium ſuis fidat teſtibus, etiam ſi blanda promittant & grata, teſtes enim (vt ipſe crebrò expertus ſum) ſæpiuſculè alio modo loquuntur, in plateis, aut tabernis ſine iuramento, quam faciunt coram Iudice aut Commiſſario cum iuramento. Vnde fit, vt qui teſtibus nimium creduli fidunt, ab ipſis non rarò fallantur.

CAPVT XXVIII.

De Actionibus intentandis.

Summæ.

1 *In omni lite certa prætendenda eſt actio.*
2 *Actio intentanda diligenter eſt conſultanda.*

Actio eſt triplex:
3 *Perſonalis, quæ in perſonam intentatur.*
4 *Realis, quæ in rem intentatur.*
5 *Mixta:* *De hæreditate diuidenda.* *De aliis rebus communibus diuidendis.* *De agris diiudicandis.*

6 *An actio familiæ erciſcundæ locum habeat in feudalibus.*
7 *Feudale ius eſt indiuiſibile.*
8 *In feudis ſolus natu maximus homagium facere tenetur.*
9 *In Iure actionum ſpecies ſunt multæ. In praxi tantum duæ aut tres.*

IN præcedenti capite meminimus, quæ perſonę actionẽ intentare poſſint, quæ verò minimè, reſtat quo modo perſonæ legitimæ litem intentare debeant, aut non debeant, pro quo
1 hic ſciendum, quod nemo poteſt intentare aliquem proceſſum ſine certa actione, de qua in capite præcedenti, nu. 16. Quam quidem actionem
2 prius bene meditetur, & ex conſilio iuriſperitorum appoſitè, & conuenienter eligat, & melius inſtituat, iuxta id quod (vulgò) dici ſolet. Nemo ſine actione experitur. l. Quotiens. §. Item ſi temporali. ff. de adminiſtra. tuto. Ideoque capite etiam præcedenti. 27. nu. 16. diximus, vnicuique obſeruandam eſſe actionem, quam in lite

in lite intentanda aut inchoanda arripere deberet. Pro quo primo ſciendũ eſt in Praxi ſolummodo tres eſſe actiones, ſcilicet actiõem perſonalem, & actionem realem, & actionem mixtam, veluti ad quas, omnes aliæ actiones ſeſe referant. Perſonalis actio eſt, quum lis intentatur in perſonam. Ad
3 hãc actionem ſpectant omnes controuerſiæ, quæ aliquo modo ſequuntur & concomitantur perſonas, & quæ nõ recedunt à perſona obligati vel hęredis eius, cuius perſonam repræſentat. l. Actionum genera. §. 1. & 2. ff. de actionib. & obligat, & in Autentico, de iureiurand, à mor. præſtit. in princip. Colla. 5. In actionib. igitur perſonalib. agit vnuſquiſque cum ſuo aduerſario, qui ipſi obligatus eſt, aut ex debito, aut ex contractu, aut ex maleficio. His enim tribus caſibus omnes complexę ſunt actiones in perſonam, per quas intendit aduerſarium ſuum ipſi debere aliquid, aut dare aut facere, iuxta varios petendi modos. Realis autẽ actio eſt, quæ nõ in ipſam
4 perſonam, ſed in rem perſonæ intentatur, hoc eſt, in perſonæ poſſeſsionẽ, rem, aut opes, ſcilicet de debito redituum ſuper domum, fundum, &c. aut de poſſeſſorio, de agris, fundis, ędibus. &c. quæ dicta eſt realis, quod ea tantũ fit de rebus, eaque ſolum res concomitetur. l. Imperatores. ff. de publi. & vectiga &. §. Omnium autem actionum, inſtitu. de actionib. Et Specu. titu. de actionib. ſeu petitione, ſub. 2. parte. An actio ſit ſpecialiter proponẽda. Ideoque in realibus actionibus actor cum reo agit, qui nullo Iure ipſi (ſecũdum ſuam perſonam) obligatus eſt. Mouet tamen eidem de aliqua re controuerſiam, ſed de ipſius rebus nõ de perſona. Eoque caſu actiones in rẽ ſunt dictæ & appellatæ, veluti ſi quis rem aliquam corporalem poſsideat, quam Titius ſuam eſſe affirmet, ſeque poſſeſſorem & dominum eius potius eſſe contendat, actio erit realis, nempe
5 in rem ipſam intentata d. §. Omnium autem actionum, & ibi abunde D. Iaſon. Actio mixta eſt ea, quę nec eſt merè perſonalis: nec merè realis, ſed habet cauſam mixtam, vt ſunt illæ actiones, quæ ponuntur, in. §. Quædam, inſtitu. de Actionib. Qualis eſt familiæ erciſcundæ actio: quæ competit cohæredibus de diuidenda hæreditate. Item actio de communi diuidundo, quæ inter eos cõtingit, inter quos aliquid cõmune eſt, vt id diuidatur. Item finiũ regundorum actio: quæ inter eos agi-
6 tur, qui confines agros habent. Verũ hoc loco cenſui non prætermittendũ eſſe hanc quæſtionem, ſcilicet, An pro iuribus feudalibus & cenſualibus, actio familiæ erciſcundæ alicui competere poſſet? Ad quam quæſtionem omnino negatiuè reſpondendum eſſe ſentio, ſcilicet prædictam actionem pro enarratis iuribus nulli poſſe competere. c. Primo, de feud. prohib. aliena, per Feder. Quod tamen ſanè intelligẽdum eſt, ſcilicet non competere alicui quò ad feudum ipſum, ſed tamen benè quò ad lucrum, quia ius feudale eſt
7 indiuiſibile, teſte Ioã. Fab. in. §. Quędã actiones, inſtitu. de actionib. qui vnũ quotidianũ experimentũ ibidẽ ponit, ad quod ſemper recurrunt practici, quod de hoc ſint infiniti proceſſus, vt ſi teſtator deceſſerit relictis liberis cũ pluribus, oẽs nõ tenẽtur facere homagium, aut fidelitatis iuramentum, ſed
8 tantũ is qui natu maximus eſt. Et ita ſeruatur Aurelijs, & itẽ paſsim in Flãdria. Hanc materiam Actionis abundè tractat D. Iaſon, in ſua inſigni

lectura ſuper nodoſo titulo de Actionibus in Inſtitutionibus Iuſtinianeis, in ſæpiuſculè allegato. §. Omnium autem actionum, ad quem compendij gratia lectores remitto. Iura ciuilia nihilominus in medium proferunt mul
9 tas alias, ac diuerſas actionum ſpecies, quibus in praxi nunc non vtimur. In qua tãtum requiritur, & ſufficit, ſi actor claram faciat, & offerat petitionem ſeu libellum ſuum, & ſi pertinenter & apertè in ea petitione cõcludat, realiter aut perſonaliter, ita vt ex ea Iudex & reus poſsint cito intelligere, quid actor petat. Itẽ debet ea petitio ita eſſe confirmata, & cõcluſio ita pertinenter capta, vt Iudex etiam ex iis certè intelligat actionis naturam. Nã quantumuis multæ actiones proferantur, omnes tamen ſi rectè introſpiciantur, ad duas aut tres prędictas actiones, Perſonalem, & Realem conferi poſſunt. Nam (vt breuius iterum dicam) in praxi vulgari, quando aliquis ſequitur perſonam, tum cenſetur actio perſonalis, & quando ſequitur rem, aut fundum, tum eſt realis. Mixta, quæ partim perſonalis, partim realis. Sed de his actionibus in ſequentibus capitibus latius.

CAPVT XXIX.

De Actionibus Perſonalibus.

Summæ.

1 *Actio perſonalis perſonæ obligationem præſupponit.*

2 *Actio perſonalis quadruplex* { *Ex contractu.* / *Ex quaſi contractu.* / *Ex delicto,* / *Ex quaſi delicto.* }

Quæ actio per ſonalis naſcatur {
3 *Ex contractu.*
4 *Ex quaſi contractu.*
5 *Ex delicto.*
6 *Ex quaſi delicto.* }

7 *Sarcinam alicuius in fide receptans, ſi pereat, aut corrumpatur, in culpa tenetur.*

8 *Malorum hominum qui vtitur opera, dicitur eſſe in culpa.*

1 ACtio perſonalis exigit debitũ, & obligatum, hoc eſt, exigit id quod aliquis alteri debet, vel officium, vel ſeruitutem, vel aliquid aliud in quo vna perſona eſt alteri obligata. §. Omnium & ibi D. Iaſon & alij ſcrib. inſtitu. de Actionib. Diuiditurque in quatuor ſpecies. Nam actio perſonalis alia eſt ex contractu, alia ex quaſi contractu, alia ex maleficio, & alia ex quaſi maleficio ſeu delicto. §. Sequens diuiſio, inſtitu. de obligationib. & l. Prima. ff. de actionib. & obligationib. Vel breuius, teſte D. Iaſone. in d. §. omnium & (vt illius verbis vtar) Actio perſonalis dicitur illa, quæ cauſam vel originem habet à contractu, vel quaſi

à delicto

3 à delicto,vel quaſi. Actio perſonalis ex contractu eſt illa quæ naſcitur ex mutuo, vel exẽpto vendito, vel ex locato vel cõducto, vel ex certi condictione, aut cauſa ſocij,vel cauſa mandati,condictione ex lege,ex fideiuſsione, ex ſtipulatu commodato,depoſito,permutatione,pignoratione, hypothecatione,breuiter omnes quæ naſcuntur ex obligationibus, quæ fiunt & contrahũtur,aut re,aut verbis,aut literis, aut conſenſu,vt per totum titulum,inſtitu.Quib.mod. re contrahi obligat. & l.Pria.ff.de actionib. & obligationib.
4 Actio perſonalis ex quaſi cõtractu eſt omnis actio negotiorum geſtorum directa & contraria, Actio tutelæ directa & contraria, Actio de communi diuidundo, Actio familiæ erciſcundæ, Actio ex teſtamento,atque huiuſmodi aliæ actiones ſimiles. Quæ quidem actiones,non propriè ſunt contractus, nec ex contractu naſci intelliguntur, ſed inſtar contractuum ſeſe habere videntur,ſcilicet ratione obligationum, quæ ex ijs naſcũtur, vt per vniuerſum titulũ,inſtitu.de obligat. quæ ex quaſi contractu naſcun. & .l. Ex maleficijs §. Primo.ff. de actionib. & obligat.
5 Actiones perſonales ex delicto ſunt omnes actiones ſiue obligationes quæ naſcuntur ex re,id eſt,ex maleficio,veluti ex furto aut ex rapina,aut ex damno,aut ex iniuria,vel ex ſimilibus maleficijs,vt per totum titulum inſtitut. de obliga.quæ ex delicto naſcun. & l. Ex maleficijs.ff. de actio. & obligat.
6 Actiones perſonales ex quaſi delicto, ferè ſunt quales hic ſequuntur,nempe ſi Iudex litem ſuam malè inſtituerit aut produxerit, ſi malè aut per negligentiam,aut per imperitiam iudicauerit,aut malè executionem fecerit.Item ſi Iudex aut alius quiſpiam rem meam creditam,depoſitam aut cõmodatam, malè cuſtodierit. Itẽ ſi quiſpiã aquam vel immundicias,die vel noctu per feneſtras eiecerit in fundum meum, vel ſuper togam meam, quibus mihi nocet,& ita de ſimilib9,quæ propriè non ſunt delicta,dummodo non ſtudio & ex malo animo,ſed incuria,vel ex non diligenti obſeruatione committũtur, pro delictis tamen habentur, ac ſi vera eſſent delicta.Ideoque ratione talium obligationum ad qualemcunque compenſationẽ tenentur.§.Primo, & per vniuerſum titulum,inſtitu.de obligat. quæ ex quaſi delicto naſcun.& d.l.Ex maleficijs.§.Si Iudex.ff. de action.&
7 obligat.Item ſi exercitor, hoc eſt, gubernator nauis,aut ſi caupona,aut ſtabularius recepta in depoſitum alicuius mercatoris, aut alterius bona tam negligenter ea cuſtodiuiſſent,vt aut pars eorum,aut totum periſſet,idq́; vel furto vel dolo ablatum eſſet,eo caſu, ipſe gubernator nauis,caupona,& ſtabularius quaſi ex maleficio, & damno teneri vidẽtur,etiamſi nec per ipſos, nec ſua ipſorum culpa vllum tale dãnum, aut maleficium fuiſſet cõmiſſum, ſed tantum per maliciam,aut neglig ẽtiam ſuorum famulorum, aut eorum quos in nauim,cauponam,aut ſtabulum recipiunt,aut per quos ſua exercent. Nam quamuis directè, nec in ipſum nauarcham,nec in cauponam aut ſtabulariũ nemo actionem perſonalem tanquam ex ipſorum maleficio,aut ex præcedenti contractu ad hoc conſtituto meritò intentare poſſet aut debeat, aliquatenus tamen eiuſdem damni & maleficij,culpæ rei videntur, quod in
8 ſuis nauibus aut ædibus opera malorum hominum imprudenter vterentur,ideoque ipſorum maleficia in ſuos magiſtros, aut heros redundant, quorum

rum cauſa 'quaſi ex maleficio teneri cenſentur. §. Item exercitor. inſtit. de obliga. quæ ex quaſi delic. naſcun. d. l. Ex maleficijs. §. Item Exercitor. ff. de actionib. & obligat.

CAPVT XXX.

Quonam pacto actiones perſonales inſtituantur.

Summæ.

1 *Actio perſonalis fit, aut* { *Citatione* / *aut* / *Executione.* }

2 *Perſonalis* { *Citatio fit quando cauſa in iudicio nondum eſt cognita.*

Executio fit { *Poſt cauſam in iudicio cognitam.*

3 *Poſt condemnationem.* / *Ob cauſam Principis.* / *Ob reipub. bonum.* } }

1 OMnes actiones perſonales practicantur & inſtituũtur duobus modis, ſcilicet, aliquando per euocationem vel citationem, & aliquando per
2 executionem. Per euocationem, quando cauſa adhuc cruda eſt, & nondum in iudicio intentata ſeu ventilata, nec
3 etiam priuilegiata. Per executionem verò actio perſonalis appræhenditur, & exercetur, quando cauſa in iudicio intentata fuit, aut ſi quando actionis executio talis, per legalem obligationem, aut per condemnationem iuridicam, latam, aut ſcriptam, proceditur, aut quando res illa aut cauſa tangit Principis numos, aut reipublicæ commune emolumẽtum, & commodum. Nam illa ſunt priuilegiata & executionem habentia.

CAPVT XXXI.

De Actionibus Realibus.

Summæ.

1 *Realis actio rem ipſam conſequitur.*

2 *Res alia eſt* { *Corporalis* { *Mobilis, quæ*

3 *&* / *Immobilis, quæ* }

4 *Incorporalis, quæ tangi non poteſt.* }

5 *Rerum incorporalium fructus ſunt corporales.*

1 Rea-

1 REales actiones (vt prædictum eſt) res ipſas ſequuntur. Res autẽ ſunt duplices, ſcilicet corporales & incorporales vt titulo inſtitutis de reb. corporalib. & incorporalib. Et dicuntur res illæ corporales, quæ ex ſui natura tangi poſſunt, quales ſunt fundus, homo, veſtis, aurum, argẽtum, & aliæ res innumerabiles .l. Prima. §. Quædam ff. de rer. diuiſ. & qualita. &c. §. Primo
2 in princip. inſtitu. eodem titulo. Res mobiles, quæ moueri poſſunt, aut quę ſeipſa mouent, & non ſequuntur aut concomitãtur fundum, vt equus, vacca, vitulus, ouis, aurum, argentum, pecunia, veſtes, & vnaquęque ſuppellex.
3 Res immobiles ſunt, arbores, nemora, Item fundi feudorum, aut non feudo
4 rum, aut dominiorũ. Incorporales autem res ſunt, quæ tangi non poſſunt, quales ſunt eæ, quę in Iure conſiſtunt: ſicut hæreditas, vſufructus, vſus, iuriſdictiones, reditus annui perpetui (qui panes ciuiles appellantur) officia perpetua, auiaria, piſcariæ & obligationes quoquo modo contractæ. Neque his aduerſatur, quod in hæreditate, in obligationibus, iuriſdictionibus, aut reditibus res corporales contineãtur. Nam quamuis fructus qui ex fundo, aut hæ
5 reditate percipiuntur corporales ſint, & quamuis id quod ex aliqua obligatione redituum, iuriſdictionis, aut dominij nobis debetur, plærunque corporale ſit: veluti fundus, homo, pecunia aut res alia, ipſum tamen ius hæreditatis, & ipſum ius vtẽdi & fruendi, & ipſum ius obligationis redituum, & dominiorum, aut iuriſdictionis, vel priuilegiorum, ſemper incorporale eſt d.l. Prima. §. Quædam, & d. §. Primo. in principio.

CAPVT XXXII.

Actio Realis quomodo inſtituatur.

Summæ.

1 *Actio realis inſtituitur, alias* { *Poſſeſſoriè* *&* *Petitoriè.* }

2 *Actio realis poſſeſſoria inſtituitur* { *per pedis impoſitionem,* / *per nouitatem, ſcilicet per* { *Saiſinam ſimplicem.* *Complentam.* *Manutenentiam.* } / *pro poſſeſſione aut* { *Adipiſcenda.* *Retinenda.* *Recuperanda.* } }

3 *Actio bonorum corporalium inſtituitur per* { *propriã vẽdicationẽ &* *Arreſtum.* }

4 *Actio bonorum incorporalium inſtituitur per* { *Confeſſoriam, verbis affirmatiuis.* *Negatoriam, verbis negatiuis.* }

5

6 *Incorporalium bonorum actio non niſi verbis aut ſcriptis inſtituitur.*

Actiones

1 Ctiones omnes reales inſtituuntur & intentantur aut poſſeſſoriè, aut petitoriè. Poſſeſſoriè intentatur actio per pedum impoſitionem, per dorſi verſionem, per diei & dierum Iura, aut per alias pro locorum varietate conſuetudines, vbi bona ſita ſunt & reperta. Item per nouitatem in magno conſilio Flandriæ, idque tribus modis, ſcilicet, per ſimplicem Saiſinã, per compellentam, aut par manutenentiã. Poſ-
2 ſeſſoriè etiam proceditur tribus alijs modis, ſcilicet pro poſſeſsione adipiſcenda, retinenda, & recuperanda. Sed de his in ſequentibus capitibus latiùs.
3 Actiones autem reales pro vtenſilibus aut pro alijs bonis mobilib⁹, & etiam omnes actiones reales rerum corporalium immobilium, inſtituuntur & intentantnr per ipſius rei propriã vendicationem (barbaris) per calengiriam vel per arreſtã, per quam alterum poſſidentem veluti ex iniqua poſſeſsione exturbare conantur, ideoque ipſi litem mouent, illius poſſeſſa ſibi vendicant, arreſtant, ipſumq; bonis quaſi iniquè poſſeſsis cædere, & ſibi adiudicari curant, iuxta priuilegia, aut conſuetudines iuriſdictionũ vbi ea bona ſita aut reperta fuerint. Omnes verò actiones reales bonorum incorporalium, inſtituuntur & intentantur per confeſſoriam verbalem, hoc eſt, qua aliquis cõfitetur & dicit, quod ad illa auiaria, ad tales piſcarias, ad tales reditus annuos & perpetuos, vel ad tale feudum verum Ius habeat, vel ſeruitutem aliquam ſibi debitam. Dicitur autẽ actio confeſſoria aliquando affirmatiua, eo quod confeſsione verbali aut ſcripto aut verbis affirmatiuis conſtituatur.
4 Actio iſthæc dicitur etiam actio negatoria vel refutatoria, quãdo verbis negatiuis conſtituitur, hoc eſt, quãdo dico negatiuè. Tu nihil iuris habes in fundo meo, in feudo meo, in his reditibus, auiarijs, iuriſdictionibus, aut dominijs, nec ea quicquam ſeruitutis ha-
5 bent ad tuum commodum. In rebus enim incorporalibus, non niſi verbis aut ſcriptis procedendum erit, alias affirmatiuè, alias negatiuè, quod ea corporaliter tangi nec arreſtari poſsint. Et dicitur actio negatoria, quia verbis negatiuis conſtituitur, ſecundum Pla. in l. Si quando. §. Cùm in domo. & ibi notatur. ff. Si ſeruit. vendi.

CAPVT XXXIII.

De Poſſeſſorio, Saiſina, aut Nouitate.

Summæ.

1 *Saiſina* } *eſt poſſeſsio* { *vniuſcuiuſque licita.*
2 *Nouitas* } *eſt poſſeſsio* { *illicita, quia licitam turbat.*
3 *Saiſina ad fauorem perturbati in poſſeſſorio conducit.*
4 *Nouitas ſaiſina cur dicatur.*
5 *Saiſina, vocabulum inauditum, vſurpatum tamen in Parlamento.*
6 *Iudicia omnia in Parlamento producuntur & ſaiſinantur.*
7 *Saiſina primò excogitata a Magiſtro Simone Buſsin.*

1 *Saiſina*

8 *Saiſina tribus modis tribuitur, ſcilicet* { *per ſucceſsionem.* / *per traditionem.* / *per occupationem.* }
9 *Saiſina ſucceſsionis competit hæredibus ſucceſſoribus.*
10 *Saiſina traditionis competit, & datur emptoribus.*
11 *Saiſina occupationis competit, & datur poſſeſſori pacifico.*
12 *Quiſquis ſaiſinam aliquam perturbat, Nouitatem committit.*

IN Iure poſſeſſorio practici vtuntur
duobus vocabulis, non ita receptis
in Iure, ſed tantum in Praxi magis vſi-
tatis, quæ ſunt Nouitas & Saiſina, quę
idem ferè ſignificant, & importãt, niſi
1 quod Saiſina ſit licita poſſeſsio, & No
uitas illicita ſaiſina, vt quę Saiſinam li-
2 citam turbet. Nouitas itaq; iſta aut Sai
ſina vnicuique Ius ſuum poſſeſsionis
tribuit, & in Ius poſſeſſorium aſſerit.
Ideoq; ad poſſeſſoria tantũ producta
videtur in fauorẽ iuſtitiæ & Iuris, pręci-
puè eorum qui aliquãdo vel ex quo-
rũdam malicia vel ex iniquis delatio-
nibus aut ſuſpitionib⁹ ex ſuis officijs,
beneficijs, & poſſeſsionibus cum ma-
gna ſæpe iniuria & dedecore exturbã-
3 tur. Cui malo vt occurreretur & cer-
tius omnia peragerentur, veriorq; cau
ſarum cognitio citra vllam perturba-
tionem haberetur, introducta eſt iſtius
poſſeſſorij Saiſina, per quam præſens
promptumq; remedium daretur, per
ſuperiores poſſeſſoribus, vt omnia abſ
que vi aut perturbatione agerentur, iu
xta Imperatoris Iuſtiniani l. Properan
dum C. de iudic. ideoque per hanc no
uitatem aut Saiſinam, Iudex priorem
poſſeſſorem in ſuum beneficium aut
in poſſeſsionem ſuam iterum aſſerit &
Saiſinat, & partẽ aduerſam cum par-
te poſsidente in concilium citat, vt ſi
quid pars aduerſa habeat, quod doleat
aut queratur, id ibi exponat, & per pe
4 titorium procedat, Dicitur aut Noui-
tas, quod tunc noua & recenter inuen
ta & practicata fuerint, quod & tunc
temporis Praxis iſthæc iuuenibus ac
nouis Aduocatis tunc primùm & re-
center ex vniuerſitatibus redeunti-
bus extranea & ad intelligendum no-
5 ua, & inaudita fuerint. Dicitur etiam
Saiſina, qui terminus adhuc ignotus
& non vſitatus eſt in Iure, ſed ſolum
ſub corona Franciæ, vbi ex conſuetu-
dine regni, & iuxta ſtylum Parlamen
ti hæc Nouitas & Saiſina nata & Pra-
6 cticata videntur, quod ibi in Parlamẽ-
to plæraque omnia iudicia omneſque
lites & proceſſus tã ſpirituales, quàm
ſeculares per hanc Saiſinam poſſeſſo-
riè aut poſſeſſorio inſtituantur & pro-
7 ducantur. Verùm iſtius Saiſinæ & No
uitatis Praxis à quo authore primo in
Parlamento excogitata, (quanquam
iſtud non magni refert) & introducta
ſit, & quando primo vſitata non ſatis
conſtare puto. Sunt tamẽ qui aſſerant
eam primo repertam, per quendã ma-
giſtrum Simonem de Buſsin, ad fa-
uorem iuſtitiæ vt vnicuique Ius ſuum
poſſeſſorium tribuatur & conſerue-
8 tur. Hæc igitur Saiſina tribus modis
aut formis applicari ſolet, ſcilicet in
ſucceſsionibus, traditionibus, & occu
pationib⁹. Vnde & triplicem titulum
habet, ſcilicet Saiſina vel poſſeſsio ſuc-
ceſsionis, traditionis & occupationis.
9 Saiſina ſucceſsionis dat & tribuit hæ-
redi ſucceſſori Ius poſſeſſorium ad ſuc
cedendum & obtinendum ſucceſsio-
nis hæreditatẽ, quod Ius ipſi per mor-
tem

tem prædeceſſores competit. Nã mortuus per ſuam mortem ſaiſinat viuum ſuum proximũ eſſe debere hæredem, & habilem ad ipſi ſuccedendum, & vt poſſeſsio ſua defuncti continuetur in verum hæredem. Quod intelligendum eſt, per actum fictum, inductum à ſtatuto, ſicuti cenſent Cy. & Bald. in l. Ea lege. C. de cõdict. ob cauſ. & poſt eos. D. Bartholomeus à Chaſſeneo in cõſuetudines Ducatus Burgundiæ, in titulo *des ſucceßions*. §. Primo, in principio nu. 2. fo. cc. xxv. Ad hanc quoq; Saiſinam ſucceſsionis referendæ ſunt oẽs ſucceſsiones beneficiales, in quib⁹ poſſeſſores ſeſe per ſaiſinam in poſſeſ-
10 ſorium continuari curant. Saiſina traditionis tribuitur emptori, per quam ſtatim in poſſeſſorium inſeritur, cum ipſa donatione aut infeudatiõe, quam pares curiæ, aut decuriones, vel ſcabini de ea legitimè faciunt. Titu. pro emptore, vel Titu. pro donato. de quibus ff. pro emptore & pro donato. per to-
11 tum. Saiſina occupationis tribuit vnicuique poſſeſſori ſuum Ius poſſeſsionis, potiſsimum illi poſſeſſori, qui pacificè & ſine impedimento per annum & diem re aliqua vſus ſit & poſſedit, non vi, nec clam, nec præcariò, vt per totum titu. Quod vi aut clã, & per vni-
12 uerſum titu. de præcario. Et quicunq; poſſeſsionem vnam ex tribus ſupradictis ſaiſinis trium ſupradictarum ſaiſinarum facto turbat, is nouitatem committit, ſeu cenſetur committere, & poteſt perturbatus ſemetipſum cõtra id prouidere per complentam, quia nouitas, eſt vſurpata ſaiſina, quæ non eſt licita.

CAPVT XXXIIII.

Poſſeſſorium quomodo inſtituatur.

Summæ.

1 *Poſſeſſorium inſtituitur trifariam, per* { *Saiſinam ſimplicem.* / *Complaintam.* / *Manutenentiam.* }

2 *Poſſeſſorium inſtituitur, ob tres cauſſas, ad* { *Adipiſcendam* / *Recuperandam* / *Retinendam* } *poſseßionem.*

3 *Poſeſſor niſi annalis poſeßorium inſtituere non poteſt.*

4 *Ad Saiſinam* { *Adipiſcendam* / *Recuperandam* } *in omnibus* / { *Retinendam in beneficialib.* } *opus eſt allegare titulum.*

5 *Ad Saiſinam ſiue poſeßorium retinendum in re prophana, ſufficit annalis poſſeßio.*

6 *Poſeßoris annalis pacifici Ius ſemper habetur potius.*

7 *Poſeſſor non annalis contra poſeßorem procedet per Callangiam, & Requeſtam.*

1 POſſeſſoria inſtituuntur & intentantur tribus modis, per ſimplicem Saiſinam, ſcilicet vt aliquis Saiſinam quam non habet conſequatur. Item per complaintam, ſcilicet vt aliquis Saiſinam deperditam recuperet. Tertiò, per manutenẽtiam, ſcilicet vt aliquis Saiſinam, quam habet, & habere

bere prætendit,retineat. Hæc breuius ſic accipe. Poſſeſſorium iudicium eſt
2 triplex,quippe pro poſſeſsione adipiſcenda,recuperanda,& retinenda,vt in c.Paſtoralis,de cauſ. poſſeſ. & propri. in gloſſa.4. Poſſeſſor aut per occupationem non poteſt intentare neq; in-
3 ſtituere ſuum poſſeſſoriũ,niſi poſt anni & diei expirationem,quia nõ prius habet Saiſinam, neq; titulum,cui inniteretur.Nam poſſeſsionis Saiſina ante annum, clam, vi, aut prærariò adepta (vt dixi) eſt nulla. Quia ad Saiſinam
4 non habitam adipiſcẽdam, aut ad eandem deperditam recuperandam,omnino eſt neceſſarium allegare & oſtendere titulum, per quem id conſequi & impetrare cupis.Idem etiam faciendum eſt ad poſſeſsionem retinendam in materia beneficiali.c.Veniẽs, extra. de præſcript.& Specula. in titu. de actio.ſeu petitio. §.3. Sed ad Saiſinam
5 retinendam in materia prophana, nequaquam neceſſe eſt oſtendere titulũ, quia pacifica poſſeſsio poſtremi anni, non clam,non vi,non precariò adepta & habita ſatis tribuit poſſeſſoribus titulum,ad manendum in poſſeſsione. Quod autem poſtremi anni pacifica
6 poſſeſsio in rebus prophanis poſſeſſoribus ſatis eſſe debeat loco tituli, id abundè ſatis cõprobatur, & confirmatur ex eo quod in omni Saiſina cõditio poſſeſſoris vltimi anni in praxi ſemper habeatur et iudicetur pro meliori, etiãſi in ea fortaſsis poſſet minus eſſe fundatus de Iure,& quod alteri' poſſeſsio nihil aliud ſit,quàm prioris,melioriſq; poſſeſsionis indigna moleſtatio ſeu vexatio.Ideoq; is qui totũ annũ pacificè poſſeſsiſſe reperitur, relinquitur in ea ſua poſſeſsione, donec & quouſq; in petitorio ex ea conuict' & eiect' fuerit. Atq; ad hũc prædictum modũ iudicatur & proceditur ſecundũ ſtylũ Franciæ,qui paſsim locorũ ſic eſt in vſu,& in hiſce noſtris regionib' etiam cõprobatus & vſitatus,quo cenſet prædictã annalẽ poſſeſsionẽ propter tanti tẽporis adminiculũ eſſe potiorẽ,& ob id vt ea dictę poſſeſsionis pars potior ſemper ſtet, & maneat integra in proprietate & poſſeſſorio,donec inde per iuſtitiã exturbetur. Sunt tamẽ nihilominus qui cõtra faciendũ velint, & ſuccurrendũ potius dãnum patienti,quã lucro inhianti.l.Finali ff. de Iure delib. His ſuffragari videtur textus expreſſus in c.Eum cui,& in c. Si clericus,de præben. & dignita. lib. 6. Sed horũ opinio & ratio ex Praxi exploditur,quod vtraq; pars æquè prætendat dãnum, & æque captet lucrũ, & vbi ratio Iuris eſt eadẽ prioris poſſeſſoris cauſa cenſetur,& habetur potior.Cæterũ ſi is poſſeſſor,alter nõ an-
7 nalis,& cui nõ potior tribuitur cauſa, à quoquã turbaretur, is in ſua allegata aut prętẽſa Saiſina (quã aut per ſucceſſionẽ, aut per traditionẽ eſt adeptus) nõ incipiet à poſſeſſorio,aut à Saiſina quia eã p ſe nõ habet,ſed is ſtatim intẽtabit, & inſtituet proceſſum ſuũ per Calengiã aut Requeſtã, qua conqueretur de ſibi perturbatione facta in ſua Saiſina,non quidem annali per ſe, ſed iuuabit ſe cum annali poſſeſsione ſui prædeceſſoris,à quo aut ſucceſsionem aut traditionem accepit.

CAPVT XXXV.

Differentia inter Poſſeſsionem & Saiſinam.

Summæ.

Saiſi-

1 *Saiſina* } { *Saiſina procedit ex poſſeſsione*
& } *differunt in hoc, quod* { *&*
2 *Poſſeſsio* } { *Poſſeſsio non emanat ex Saiſina.*

3 *Nouitas ex Saiſina naſcitur.*

Non annali.
4 *Saiſina non eſt ex poſſeſsione* { *Vi* / *Clam* / *Precario* } *adepta.*

5 *Poſſeſsionis ſimul & Saiſinæ Ius probatum, ad Recredentiam iter monſtrat.*

Tenere } { *Tenere eſt facti,*
6 *Differunt* { *&* } *in hoc, quod* { *&*
Poſsidere } { *Poſsidere eſt Iuris.*

1 PRactici Pariſienſes conſtituunt dif
ferẽtiam inter poſſeſsionem & Sai
ſinam, & aiunt Saiſinam procedere o-
riginemq́ue ducere ex poſſeſsione,
quod Saiſina nihil aliud ſit quàm poſ-
ſeſsionis, aut certa aut apparenter cer-
ta fides & demonſtratio, ſic vt Saiſina
non appellanda ſit, niſi de poſſeſsione
2 conſtet, quæ Saiſinæ nomen tribuit.
Verùm poſſeſsio non emanat ex Saiſi
na, neque poſſeſsionẽ tribuit, ſed con-
tra vbicunq; cenſetur eſſe poſſeſsio ibi
3 & Saiſina eſſe dicitur. Emanat tamen
ex Saiſina Nouitas, quæ poſſeſsionem
4 turbat, vti dicetur infrà. Sed hic notan
dum eſt non ex quacunque poſſeſsio-
ne emanare Saiſinam. Nam poſſeſsio
quæ vi, quæ clam, quæ precario, quæ
infra annum adepta eſt, nullo modo
Saiſinam præſupponit, quod Saiſina
debeat ſolum eſſe poſſeſsionis annalis
& diei, & adeptæ nec vi, nec clam, nec
5 precario. Et ſi quiſpiam allegaret, &
probaret poſſeſsionem, & Saiſinã ſi-
mul, pro illo præſumeretur Ius potius,
ipſiq́; ob id adiudicaretur recredentia.
Hoc loco item notãdum eſt, non idem
6 eſſe tenere, & poſsidere. Differũt enim
in hoc quod tenere eſt facti, & poſsi-
dere eſt Iuris, vt in l. Poſſeſsio. §. Pri-
mo. ff. de acquir. poſſeſ.

CAPVT XXXVI.

De Saiſina ſimplici.

Summæ.

1 *Saiſina ſimplex eſt Nouitatis per Principem prouiſio.*
2 *Mortuus ſaiſinat viuum, ſed poſſeſsionem ſine apprehenſione non tribuit.*
3 *Altus iuſtitiarius ſaiſinatur in bonis malefici poſt mortem relictis.*
4 *Dominus feudi per mortem Vaſalli feudatarij ſaiſinatur in feudo relicto.*
5 *Princeps, & quidam Domini feudorum ſaiſinantur in bonis illegitimorũ mortuorũ &c.*
6 *Duaria ſaiſinantur vxoribus per ſolemnitates matrimoniales.*
7 *Teſtamentarij* } { *bonis à teſtatore denominatis.*
8 *Mariti* } *ſaiſinantur in* { *omnibus bonis vxoris matrimonio durante.*
9 *Vxores* } { *omnibus bonis durante matrimonio conquiſitis.*

Poſt-

POſtquam ſuperiori capite nonnul
la de Poſſeſſorio, Saiſina, & Noui
tate diximus,hoc loco,de Saiſina ſim-
plici(vt vocant)quædam explicare vo
1 lui.Eſt autē ſimplex Saiſina quædam
prouiſio Nouitatis,quā Princeps do-
nat alicui,qui quandā Saiſinā,ſine poſ
ſeſsione habet, ſed tamen qui admo-
dum libenter in poſſeſsionē intraret.
2 Mortuus(vti prædictū eſt)Saiſinat vi
uum,verū ipſi poſſeſsionem tribuere
non poteſt,nō enim dicitur aut cenſe
tur aliquis hæres,niſi poſtquam hęre-
3 ditatem adiuit. Altus Iuſtitiarius per
mortem malefici Saiſinatur in poſſeſ-
ſionem,& confiſcationē bonorū eiuſ
dem malefici poſt mortē relictorum.
Huic ſeruit.l.Secunda ff. de bo. dam-
4 nato.Sic dominus feudi ſtatim Saiſi-
natur,aut veſtitur in feudū relictum,
apud quem Dominium & proprietas
ad retinendum permanet, donec ſuc-
ceſſor hæres venerit,& fidelitatis iura
mētum ac alia neceſſaria ipſi Domino
feudi præſtiterit,& tum demū in poſ
5 ſeſsionē mittitur.Sic etiam Princeps,
& quidam Domini temporales(iuxta
ſua denombramenta)Saiſinantur, &
fiunt hæredes poſſeſſorij ad bona ba-
ſtardorum ſiue illegitimorū omnium
quando moriuntur abſque liberis le-
6 gitimis.Dotes & cōſuetudinaria dua-
ria pro mulieribꝰ facta Saiſinātur per
ſolēnitates matrimoniales.l.Prima.ff.
7 de Iure dotium.Teſtamentorum,ſiue
vltimæ volūtatis executores,qui one-
ra teſtamentorum ad ſe recipiunt, &
rerum omnium inuentarium confi-
ciūt,Saiſinantur fiūtq; poſſeſſores to-
tius ſupellectilis,omniumque bono-
rum mobilium per teſtatorem ordina
torum & nominatorum ad ipſius te-
ſtamenti pleniſsimam executionem,
8 & adimpletionē.Vir ſeu Maritus du-
rante matrimonio , Saiſinatus eſt &
poſſeſſorius factus in omnibus feudis
agris,dominijs, & in omnibus bonis
vxoris ſuæ immobilibus.l.1.2.&.3.ff.
9 de Iure dotium. Vxor quoque Saiſi-
nata eſt & vera poſſeſſoria effecta eſt
in omnibus bonis per ipſam & mari-
tum durante matrimonio conquiſitis
& lucratis,quod cōmunis thori bona
quoq; cōmunia eſſe cenſeantur. Verū
hoc in prædictis Saiſinis notandū eſt,
quod nullæ earum alicui actualē poſ-
ſeſsionem dare poſſunt,ſine aut appre
henſione,aut inueſtitura, aut ſine oc-
cupatione anni & diei.

CAPVT XXXVII.

Differentia inter ſimplicem Saiſinam & Complaintam.

Summæ.

1 *In Saiſina* { *Vltimus Poſſeſſor repertus continuandus.*
2 *Vltimi Poſſeſſoris Ius eſt potius.* }
3 *Complaintæ quæ litigioſæ ſunt per Principem ſequeſtrantur.*
4 *Tituli* { *Antiquiores* } *in executione ſunt meliores* { *Saiſina.*
5 *Poſteriores* } { *Complainta.*

E Præfati

PRæfati practici Pariſienſes conſtituunt & faciunt differẽtiam inter ſimplicem Saiſinam, & Complaintam dicentes quod quicunque in ſimplici
1 Saiſina reperiũtur nouiſsimi poſſeſſores, & in vltimo anno eſſe poſtremi in poſſeſsione, quod is manere debeat in
2 poſſeſsione, donec & quouſq; ex ea conuictus fuerit, melior enim eſt conditio poſsidentis, quàm agentis §. Retinendæ, inſtitu. de interdic. Et (vt dici ſolet) magnum eſt poſſeſsionis commodũ. l. finali. C. de rei vendica. quam aiunt Scrib. eſſe auream & ſingularem & c. Ad aures, extra. de præſcript. In materia verò Complaintæ res litigio-
3 ſa ſiue contentioſa deponitur in manibus Principis, tanquam ſuperioris, regiturq; per ſequeſtram, durante iudi-
4 cio ſeu proceſſu. Aliam quoque differentiam ponunt hanc. Quod in ſimplici Saiſina, antiquiores tituli in executione & exploto ſunt meliores, &
5 in complainta meliores ſunt noui & recentiores.

CAPVT XXXVIII.

De Complainta.

Summæ.

1 *Complainta eſt prouiſio Principis ad vniuſcuiuſque poſſeſsionem pacificam.*
2 *Complainta perturbatori vlteriorem turbationem prohibet.*
3 *Oſtiarius partes ad certum diem in Concilium citat.*
4 *Oſtiario conſtare debent* { *Poſſeſsio.* / *Perturbatio.* / *Damnum, ſed id rarius.* }
5 *Complainta nouam turbationem tollit, pacem conciliat, & pugnas coërcet.*

1 COmplainta (vel vt vocare libet, Compellenta) eſt quędam prouiſio & largitio Principis, & Iuſtitiæ, quæ datur alicui conquerenti, quod poſt pacificam vnius anni, & amplius poſſeſsionem ab aliquo alio recenter in eadem ſua pacifica poſſeſsione perturbetur. Cui annuo poſſeſſori Iuſtitiæ Princeps hoc beneficium confert,
2 vt per Complaintam eundem poſſeſſorem in ſuam poſſeſsionem aſſerat, & perturbatori prohibeat, ne amplius eam turbationem vrgere pergat, ſed vt poſſeſſori pacificum Ius obtinere ſinat, & ſiquid iuris in eandem poſſeſsionem ſe habere prætendat, id ordine iuſtitiæ experiri inci-
3 piat. Quod vt facere poſsit, & poſſeſſorem & perturbatorem ſimul ad certum diem per Oſtiarium conſtituendum citat, & in Iudicium comparere iubet, vt ibi in petitorio res peragatur, & videatur, vtrius Ius futurum ſit æquius, & potius. Sed quia iſta executio

tutio, & citatio per Oſtiarium fieri debet, propterea ſciendum eſt, quæ tali Oſtiario neceſſariò competere de-
4 beant. In Complaintis igitur quæ in Flandria practicantur, debent Oſtiarijs executoribus tria conſtare, ſcilicet impetrantis poſſeſsio poſtremi ſiue vltimi anni, turbatio facti, aut de facto an ſit vel fuit, & damnum, quod poſſeſſor dicit ſe ob talem perturbationem ſuſtinere. §. Retinendæ, inſtitut. de interdicto. In prouinciali tamen Concilio Mechilinienſi ſufficit ſi ipſi Oſtiario tantum conſtet de poſſeſsione, & de perturbatione: de damno paſſo non eſt quod inquirat, cùm ſufficiat impetrantem ex perturbatione aliquod damnum prętendere.
5 Hac Complaintæ ſiue Nouitatis, aut Saiſinæ prouiſione remouetur omnis turbatio, & Nouitas in caſu oppoſitionis, & res litigioſa ſeu contentioſa ſequeſtratur, deponiturque in manibus Principis tanquam ſuperioris, vt partium tranquillitati, & concordiæ conſulatur, & ne ſcilicet partes ſeu contendentes ſtatim ob lites, & perturbationes ad arma proſiliant & concurrant. Ita etiam meminit D. Franciſcus Curtius, in ſuo tractatu Sequeſtrorum, folio .3. num. 22. & D. Ange. Peruſi. in ſuo etiam tractatu Sequeſtrorum, folio 199. nume. 1. & ſequ.

CAPVT XXXIX.

Complenta quomodo executioni mandanda.

Summæ.

1 *Oſtiario.3.obſeruanda.ſ.* { *An ſit poſſeſſor vltimus, & annalis.* / *An facta ſit perturbatio.* / *An ex perturbatione aliquod incommodum ſit ortum, raro.* }
2 *Oſtiarij officium eſt commiſſa exequi, non literis partium inniti.*
3 *Oſtiarius partem citabit ad locum contentioſum.*
4 *Oſtiarius parti conſtituere debet terminum competentem.*
5 *Oſtiarius parte non comparente actori defectum annotat.*
6 *Oſtiarius parte non comparente actorem Manutenentia aſſerit.*
7 *Oſtiarius non comparentem citat ad Concilium Flandriæ.*
8 *Oſtiarius parti cõparenti literas executorias legit, & à perturbatione prohibet, ipſumque citat.*
9 *Oſtiarius parte comparente, aut non comparente, conquerentem ſemper manutenet.*
10 *Oſtiarius partem non reſtabilizantem pro non comparente habet.*
11 *Oſtiario peccante in commiſsione pars contrariam Complentam expedire poteſt.*
12 *Oſtiarius appellante parte ſemper in executione procedit.*
13 *Manutenentia in loco contentioſo, & beneficij expediri debet.*

1 OStiario, & cuiuis alteri ſimili exe-
cutori (vti & ſuprà diximus) tria
potiſsimũ habẽda ſunt, antequã ſuam
cõmiſsionẽ exequatur. Nã Oſtiarius
aut executor in Flãdria primò debet ſe
ipſum informare, et ꝑquirere an cõtẽta
in ſua cõmiſsione vera ſint, ſcilicet an
actor poſſeſſor ſit vltimi anni. Secũdo
an ipſi per reũ inferatur ſaltẽ aliqua in
poſſeſsiõe turbatio. Tertiò an Actori
per reũ ob eã turbationẽ illatũ ſit dam
nũ aliquod reale, vel præſumptuariũ.
Quod tamẽ vltimũ ipſi nõ magnope-
re eſt curandũ, modo cõſtet de duob⁹
2 priorib⁹. Et ſi actor cõplentator Oſtia
rio oſtẽderet aliquas literas aut titulũ
aliaq; munimẽta, quibus ius ſuũ tueri
vellet, Executoris erit tũc officiũ eas li
teras titulũq; (ſi volet) inſpicere, ſed ſu
per illis ſeſe nõ fundare, ſed veluti fidi
nũcij executionẽ commiſſam perage-
re, cũ ibi non veri Iudicis partes agat,
ſed fidelis miniſtri negotiũ curandum
3 aſſumpſit. Neglecto itaq; Actoris cõ-
querentis titulo officium ſuum pera-
get (dũmodo de poſſeſsione, perturba
tione, & prętenſo damno ipſi conſtet)
& perturbatorem citabit ad cõparen-
dum coram ipſo in loco contentioſo,
& certo (qui plerunq; erit ante ipſius
ædes, vel in ipſi⁹ præſentia, in foro vel
4 ante cœmiteriũ) idq; breui tẽpore, nẽ-
pe poſtridiè eius diei ſi velit, vt eodem
loco videat ipſum Oſtiariũ procedere
ad executionẽ dictæ complaintæ. Ca-
ueat tamen interim executor ne termi
num conſtituat nimis breuem, ſed de-
bitũ & cõpetentem, & certè talẽ tẽpo
ris terminũ intra quẽ veriſimiliter cita
tus poſſet inſtructus cõparere. Eo aſsi
gnato die (qui cõmuniter conſtituitur
& aſsignatur tertius) debet cõparere
actor conquerẽs, aut procurator eius
nomine, & petere iterũ collocari ſiue
5 poni in ſua perturbata poſſeſsione. Et
ſi nemo eo die ad cõtradicendũ cõpa-
reat, eo caſu executor, & actoris con-
querẽtis requiſitionẽ, & profectũ (vt
6 decet) eũ defectũ notat, ob quẽ ſtatim
& ſine abitione tenet, imò manutenet
conquerentẽ actorem, aut ipſius pro-
curatorem, ipſum accipiendo cũ parte
veſtis ſuæ tunicæ talaris, aut alia ſigna
faciendo in poſſeſsione & Saiſina per
ipſum hoc modo confirmata, & quaſi
baptizata in ſua dicta complainta. Et
omnes turbationes & Nouitates ſibi
factas in cõtrariũ ſimul aufert, & an-
7 nihilat. Quo facto corã teſtibus ſta-
tim citat non cõparentem ad ſuã per-
ſonã, aut ad domum ſuã, vt in Came-
rã ſiue in conſilium Flãdriæ certo cõ-
petenti conſtitutoq; die, ad vidẽdum
adiudicari profectum dictæ non com
paritionis ſiue defectus, & ad viden-
dum conquerentem latius teneri aut
manuteneri per Curiam aut cõſilium
8 in ſua poſſeſsione, & Saiſina. Et ſi cita
tus aut eius procurator compareat in
loco contentioſo, tunc alta & eleuata
voce executor legit literas cõplaintæ,
& iubet citato, ſub magnis pecunia-
rijs pœnis reuocare & adnihilare tur-
bationẽ ꝑ ſe factã reſtabiliri, omniaq;
auferre impedimenta, & ponere ſiue
collocare cauſam in ſuo primo ſtatu.
9 ſibiq; cauere pl⁹ ſimile facere. Et ſi obe
dit, id relatiõi ſuę inſerit et nihilomin⁹
citat eũ in dicta camera aut cõſilio ad
ibi declarandã eandẽ obedientiã. Et ſi
ſeſe opponat, executor nihilomin⁹ ma
nutenet conquerentẽ in ſua poſſeſsiõe
& Saiſina, ponitq; cauſam cõtẽtio-
ſam in manib⁹ Principis tanquã ſupe-
rioris, & aufert oẽs nouitates & citat
opponentẽ in dictã Camerã ad dicen
dã & declarãdã cauſam ſuę oppoſitio-
nis & ad vlteri⁹ procedẽdũ, vt decebit.

Et

10 Et ſi citatus nolit reſtablizare realiter
& de facto, aut per ſigna, ad oſtiarij or
dinationem, & ſecundum ſuæ com-
miſsionis tenorem, executor eum nõ
recipit in oppoſitionem, ſed pro defe
ctu, aut pro non opponente ipſum ha
bet, propter reſtabliſſamenti defectũ,
aut recuſationem, citatque defectuo-
ſum in dictam Cameram ſiue Conſi-
lium, ad videndum de illo defectu or
dinari vt æquum erit. Si executor in
11 ſua executione erret, peccet, aut exce-
dat, aut ſi non debitè procedat, tunc
prudentis partis erit ad euitandum re
ſtabliſſamentum, ſi ea pars ſeſe non
opponat, ſed ſi tunc ipſamet pars ad-
12 uerſa complainctam contrariam ob-
tineat. Executor nullam admittit ap-
pellationem, in executione complain-
13 ctæ, ſed ſemper vlterius procedit, ea ap-
pellatione non obſtante. In materia
manutenentiæ debet executio fieri,
in loco beneficij, aut vbi cauſa conten
tioſa ſita eſt, & eodem ferè modo quo
complaintam executioni mandari di-
ximus.

CAPVT XL.

Complainta in quibus habeat locum, & in quibus non.

Summæ.

Complenta expediri non poteſt nec valet

1 *In materia ſucceſsionis vniuerſalis.*
2 *In ſucceſsione feudi, contra Dominum feudi.*
3 *Contra Principem.*
4 *Contra villicũ, colonũ, &c. tẽpore conductionis durãte.*
5 *Sed contra* — *Villicus in locatorem perturbantem*
6 *Complentam expedit, aut Proprietarius cũ villico, in perturbatorem extraneum.*
7 *Poſseſsor naturalis quis ſit.*
8 *Poſseſsor ciuilis quis ſit.*
9 *Contra poſsidentẽ precariò, aut per cõſenſum ſine termino*
10 *Contra poſsidentem clam aut violenter.*
11 *In materia delictorum, & rerum quarũ nõ ſunt capaces.*
12 *In poſseſsione rerum mobilium, niſi ſint in ſucceſsione vniuerſali.*
13 *Ob perturbationem ab alio poſseſsore, quam compellente factam.*

14 *Complenta etiam expediri poteſt in eum qui ad perturbationem incitauit, & iuſsit.*
15 *Turbator, & qui turbationem iubet, plectendi ſunt duabus libris.*
16 *Complentator ſuccumbens damnandus pœna decem librarum.*
17 *Franci in nouitate ſuccumbentem damnant in expenſas, damna, & intereſſe.*
18 *Complentam male impetrans damnatur pœna arbitraria.*

COmplures ſunt cauſæ, in quibus
Complainta non habet locū, nec
1 executioni mandari poteſt. Nā in Flan
dria cōplainta nō habet locū in mate-
ria ſucceſsionis vniuerſalis, obid quod
priuilegiatę domus mortuariæ ſiue hę
reditates cū complainta efficerētur ir-
2 regulatę. Complainta etiam nō habet
locum in ſucceſsione feudi, contra do
minum feudi, antequā querelās (vul-
go complaingnans)receptus ſit ad re-
leuandum, priuſquam actor conque-
rens receptus ſit ad releuandū, & prę-
ſtandum fidelitatis iuramentum, idq;
præſtiterit, & priuſquam in poſſeſsio-
nem miſſus fuerit, vti prædictum eſt,
Sed vaſallus complaintā intentare po
terit cōtra ſuum dominū feudi, poſtq̄
illi fidelitatis iuramentum preſtiterit,
ſed nō prius, quia ante homagium nō
habet poſſeſsionē. Sed aduerſum om-
nes alios perturbatores, q̄uam contra
dominum ſui feudi poterit quiſq; cō-
plaintam intentare, potiſsimum ſi nō
pręſtitiſſet fidelitatis iuramentum, &
ſe ipſum iuuare cū ſua Saiſina & poſ-
3 ſeſsione ſui prædeceſſoris. Cōtra Prin
cipem quoque non habet locum com
plainta. Nā iuxta ſtylum inter domi-
nos & inter ſubditos nō eſt Nouitas,
quia Princeps amota poſſeſsione (vt
4 aiunt)litigare nō poteſt. Dominus au
tē ſiue proprietari⁹ nequaquā poterit
contra ſuum cēſuarium aut colonum
intētare cōplaintā, durante cōductio-
nis & locationis vel colonatus ſui tē-
pore. Quia licet ipſe ſit proprietarius
& ciuilis poſſeſſor, hoc eſt, proprieta-
rius ſucceſsionis, empti onis, aut bene-
ficialis, nō tamen ob id habet actionē
cōtra poſſeſſorē naturalē ad complain
tā intentandā, vt habet l. Pri͂a, & l. Si
vi. ſecūda ff. de vi et vi armata. Attamē
5 cōtra ſi domin⁹ feudi ſiue ꝓprietarius
perturbaret ſuum cenſuariū, aut villi-
cum in ſua poſſeſsione eo caſu idē cō-
lonus, villicus, aut cēſuarius licitè pote
rit contra proprietariū intentare com
plaintam, quia ipſe talis villicus eſt in
naturali poſſeſsione fundi, quādiu du
rat cōductio. Nam in poſſeſsiōe loca-
tionis & conductionis conſyderatur
ſola detentio & actualis poſſeſsio etiā
ſi hęreditate aut emptione non ſit ipſi
propria. Vti vult gloſſa in l. Naturali-
6 ter in initio ff. de acquir. poſſeſs. Atta-
men ſi alius quiſpiā qui non eſſet pro-
prietarius fundi cenſuariū aut villicū
perturbaret in ſuo cenſu aut in condu
ctione, eo caſu proprietarius & colo-
nus ſimul, aut proprietarius ipſe ſolus
poterunt complaintam intentare con
tra perturbatorem, ſcilicet, colon⁹ aut
villic⁹, quia poſſeſſor naturalis, & pro
prietari⁹ quia poſſeſſor ciuilis. Imò &
ipſe proprietarius ſolus ſine ſuo villi-
co talem complentam expedire pote-
rit cōtra ipſum perturbatorē quod ſua
ipſius omniū maximè referat, vt ſuus
villicus conductū agrum pacificè poſ
ſideat. Nā ſi villicus ex ſua poſſeſsione
exturbaretur ipſe quoq; proprietari⁹
à ſua proprietate excidere poſſet, &
villicus optimo Iure tunc contra loca-
torē ſuum de dāno agere poterit. Poſ-
7 ſeſſor aūt naturalis eſt omnis is qui fru
ctus recipit, nēpe vſufructuarius, cen-
ſuarius, colon⁹, villicus, inquilinus, feu
datarius, emphiteota. Itē ſimiles cōdu
ctores quocunq; alio titulo eos cōpel
lare libet, quod ad fruct⁹ percipiēdos
ſunt cōſtituti, dicuntur eſſe poſſeſſores
8 naturales. Poſſeſsio aūt ciuilis eſt ipſe
proprietarius & dominus fundi, cen-
ſus & feudi, qui agrū ſuū, cēſum deci-
malē, aut feudū cōductori ad fructus,
inde p ſuos labores percipiēdos loca-
9 uit. Qui aliquid poſsidet precariò aut
per

ꝑ cōſenſum nullum tamē eiuſdē con-
ſenſus certū tēpus habēs, is certè nullā
cōplaintā intētare poteſt, quia ad hoc
nullā ſtabilē aut firmā poſseſsionē ha-
bet, vt in l. Qui pręcario ff. de præcar.
Verùm ſi ipſe haberet talis conſenſus
pręfixū tēpus atq; aliquis eundē in ea
poſſeſsione ꝑ cōſenſum impediret aut
perturbaret, eo tēpore pēdente & du
rāte, tunc ipſe poſſet cōplaintam con-
10 tra perturbatorē impetrare. Nulla etiā
datur neq; cōceditur cōplainta ijs qui
clā poſsidēt, quēadmodum nec ijs qui
vi & violētia occupāt. Nam tales ſunt
malę fidei poſſeſſores, & pro nō poſſeſ
ſoribꝰ habētur. Intelligitur aūt aliquis
clā aut vi poſsidere, quādo pars aliam
demōſtrat poſſeſsionē, eāq; priorē niſi
fortaſsis, & hic aliā priorē poſſeſsionē
11 oſtenderet, & titulū iuſtiorē, neq; etiā
vlla datur complainta in materia deli-
ctorū, neq; de rebꝰ quas aliquis nec hy
pothecare, nec occupare, nec poſsidere
poteſt, quales ſunt decimę Eccleſiaſti-
cę, quas laici poſsidere non poſſunt. c.
Ad hęc, extra. de decimis. Imò iuxta
eundē textū ibidē grauius dicitur, ſci-
licet ꝙ excōmunicandꝰ eſt laicus deci-
12 mas poſsidēs, niſi reſtituat. Nec etiā cō
ceditur cōplainta ratione vtenſiliū, vel
bonorū mobiliū, niſi ea ſit in materia
ſucceſsionis vniuerſalis, in qua & vtē-
ſilia cōpręhēdi poſſunt, ſimul cum &
ſub alijs bonis, ad ꝙ ſeruit §. Si res alie
13 na. inſtit. de lega. Si poſſeſsio eſſet per-
turbata ſuper alio poſſeſſore quā ſuper
cōpellente, tunc cōplainta nō haberet
locū, quia plures eandē rē in ſolidū poſ
ſidere non poſſunt, c. licet extra. de ꝓ-
bat. & l. Poſsideri. §. ex cōtrario. ff. de
acquir. vel amittę. poſſeſ. Sed quia ha-
14 ctenus diximus de ijs in quos cōplen
ta intentari poteſt, & in quos minimè,
ideo hoc loco ſciendū eſt ꝙ ſicut Cō-
plenta intētatur in ipſum perturbato-
rē, ita nō minus intentari poteſt cōtrà
eū, qui talē perturbationē fieri iuſsit.
15 Et ambo pari pœna plectēdi ſunt, quā
tā hic q̃ ille ſemp condēnantur in mul
ctā duarum librarū Pariſienſiū aut ꝓ
ipſa perturbatione facta, aut ꝓ pertur
bationis factę cauſa. Cōplētator quo-
que ſuccūbens nō ſua debita punitiōe
carebat. Nā anno milleſimo quadrin-
gēteſimo, vigeſimoſexto ordinatū &
16 ſancitū fuit per nouā Camerā conſilia
riā Inſulis, vt ſi actor q Complentā ex-
pediri curauit, in cauſa ſuccūberet, cō-
dēnaretur in pœnā decē librarum, ꝙ ta
mē non fuit obſeruatū vltra quinqua-
ginta annos. In Frācia verò ordinatiōe
Regis Ludouici XII. anno 1512. ſtatu-
17 tum fuit, vt quicunq; de Nouitate in-
tentata ſuccumberet, is damnaretur in
omnes expenſas, dāna, & intereſſe. Si
verò Complentam aliquis malè im-
petraſſet is exoluit pœnā arbitrariam,
diſcretione Iudicis imponendam.

CAPVT XLI.

De Manutenentia, aut Manutenentijs.

Summæ.

1 *Manutenentia quid ſit.*
2 *Ratio vocabuli, cur dicatur Manutenentia.*
3 *Manutenentia ferè in ſpiritualibus conceditur.*
4 *Manutenentia (licet ſpiritualis videatur) Iudici ſeculari permiſſa.*

5 *Manutenentia poſſeſſorium temporale non officium ſpirituale concernit.*
6 *Martinus quintus Regi Francorum Carolo* V. *conceſſit prouiſiones in beneficialibus.*
7 *Francorum prærogatiua in beneficialibus.*

POſtquam nõnulla de Complenta,
(vel vt Iuriſperiti vocãt, de Inter-
dicto vnde vi)quæ poſſeſſorem in poſ
ſeſsione turbatum reſtituit, paucula
quædam monſtrauimus, quæ poſſeſſo
rem in poſſeſsionẽ turbatum reſtituit
ordine decẽti cõſequi debet de Manu
tenentia,(in Iure interdictum vti poſ
ſidetis,vocata) quæ poſſeſſorem pacifi
1 cum in poſſeſsione pacifica ſeruat. Eſt
igitur Manutenentia quędam proui-
ſio,imò verius quoddam Principis vel
Conſilij ſui beneficium, quo aliquem
pacificum poſſeſſorem, metuentẽ ta-
mẽ ex ea eijci,aut exturbari,in eadem
ſua quieta poſſeſsione tenẽt,ſeruat &
quaſi manu tenendo ſua authoritate
2 tuetur. Vnde & aptum ei,licet recens
vocabulum eſt inditum,quod poſſeſ-
ſor in poſſeſsione ſua per Principem
manu teneatur,& in ea permanere iu
betur cum interdictiõe omnium qui
ad hanc quietam poſſeſsionem cõtra-
dicere velint, & id donec per iuſtitiã
alius potius Ius habẽs inſeratur,& ma
nu tentus iterum eijciatur. Ideoq; in
3 iſta prouiſione(quæ ferè in materia be
neficiali practicatur & cõceditur) res
omnes controuerſæ & litigioſæ in ca
ſu oppoſitionis deponuntur in mani-
bus Principis,tanquam ſuperioris, &
lite durãte per ſequeſtrum tractãtur.
4 Neque his repugnat, Quod Iudex ſe-
cularis nõ debet ſeſe immiſcere rebus
ſpiritualibus, quia in iſto caſu non im
miſcet ſeſe reb' ſpiritualibus, nec ſpiri
tuales res tractat,nec exercet, ſed tan-
tũ quod eſt merè ſeculare,dũ lites,con
tẽtiones,& turbationes à ſuę reip.ſub
ditis arcet, & prohibet. Vnde dicunt
Frãci,quod Iudex ſecularis optimo Iu
re poſsit decernere & dare hanc proui
ſionẽ,& per eã cognoſcere de materia
5 beneficiali,quia licet ipſum beneficiũ,
& beneficij functio ſit merè ſpiritua-
lis & ad ſpirituales potiſsimũ ſpectãs,
tamẽ trãquillitatis reipu.defenſio ſecu
laris eſt. Quæ ſolutio in cõplẽtis quo-
que locũ habet,ſicut& in iurib' muni
cipalib',in quibus ipſi Eccleſiaſtici nõ
minus cõprehendũtur,q̃ipſi ſeculares.
Et ſi quis verius introſpexerit,videbit
ſtatim ipſum poſſeſſoriũ eſſe tẽporale,
licet perſona ſit ſpiritualis & beneficij
miniſteriũ ſit ſpirituale.Et nullũ poſſeſ
ſoriũ dicitur ſpirituale,vt dicit Archi-
dia.in c.penultimo, de reſtitu. ſpolia.
in 6.& D.Franciſcus de Zabarellis, in
Clemẽti.diſpẽdioſam de iudic. Guill.
de Mõtelau. in Clemẽtina Prima, de
cauſ.poſſeſ. & propriet. gloſ.in c. lite
ras de iura.calum.per Guido.Pape.q.
6 1. Quocirca iſthæc eſt vna prerogati-
uarum regni Franciæ. Quod præſides
& Magiſtratus prouinciarũ, ſenechal
li,bailliui.Et Iudices maiores non pe-
danei ſeu pagani in ſuis territorijs &
iuriſdictionibus cognoſcũt de poſſeſ-
ſorio rerũ ſpiritualiũ & eccleſiaſticarũ
& de pleno poſſeſſorio retinẽdę poſ-
ſeſsionis,& de alijs cauſis ſpiritualib'
cognoſcũt,horũ meminit D.Franciſci
Mingon ſuper conſuetud. ducat. An-
dega.titu. *des Seigneurs temporelz, leur
iuſtices & merces d'icelles* folio 2. verſo.
7 colũ.2.nu.12. & 13. Quã prærogatiuã
Martinus Põtifex quintus cõfirmauit
Regi Carolo.7.vt per ſuũ Parlamentũ
de talibus prouiſionibus & de omni
materia beneficiali certò cognoſcerẽt.

CAPVT XLII.

Differentia inter Manutenentiam & Complentam.

Summæ.

1 *Complenta, & Manutenentia differunt. 6. modis, ſcilicet*
- *In poſſeſſione pacifica tuenda, & reſtituenda.*
2 - *In titulo oſtendendo, & non oſtendendo.*
3 - *In Annali poſſeſſione.*
4 - *In perturbatione facti.*
5 - *In demonſtratione damni habiti aut prætenſi.*
6 - *In miſcendo poſſeſſorium cum petitorio.*

EX prædictis nunc facilè eſt conſyderare, quomodo ab inuicem differant Complenta, & Manutenentia.
1 Nam primo Manutenentia in poſſeſſione pacificum tenet, ſeruat, & tuetur, donec ſecus iudicatum fuerit. Cōplenta verò in poſſeſsione turbatum reſtituit. Item ſecundo in manutenen
2 tia neceſſum eſt oſtendere titulum beneficialem, ſiue canonicum, quod ſine eo nullus poſsidere beneficium poſsit aut debeat. In Complainta verò non eſt neceſſum oſtendere titulum beneficialem, quia tunc ſufficit, ſi annalem poſſeſsionem oſtendere poſsit. Tertio
3 & modo cum ſuperiori conuerſo, In manutenentia non eſt neceſſe habere annalem poſſeſsionem, ſed ſufficit ſi inſtitutio canonica cum titulo oſtendatur, & conſtet de actuali poſſeſsione. Et in complainta compellens vel Complētator debet habere poſſeſsionem poſtremi anni, vt ſupra dictum
4 eſt. Quarto in Manutenentia non eſt perturbatio facti, ſed eſt oppoſitio dū taxat habita, propter metum oppoſitionis habendæ, & turbationis faciendæ. Sed in complainta omninò neceſſe
5 eſt, vt adſit vel præceſsit aliqua perturbatio facti, vt dictū eſt prius. Quinto in Manutenentia non eſt neceſſe demonſtrare damnum, ſed in complainta (quæ in Flandria practicatur)
6 debet oſtendi damnum. Sexto in Manutenentia nonnunquam petitorium miſcetur & producitur cum poſſeſſorio, & hoc ad confortandum poſſeſſorium, quia in hac materia, qui pulchrius ius habet in petitorio, facilius obtinet in poſſeſſorio. Et in complainta non eſt neceſſe producere petitorium, quia qui melius fundatus eſt in poſſeſsione, is obtinet.

CAPVT XLIII.

De Perturbatione facti, aut de facto.

Summæ.

1 *Perturbatio facti committitur* { *Expulſione. Compulſione. Vexatione. Sublatione.* }

2 *Perturbationem facti non faciunt* { *Minationes. nec*
3 *Principum aut Conciliorum executiones.* }
4 *Perturbationem faciunt executiones Iuſtitiariorum inferiorum cum præiudicio.*
5 *Perturbatio ante omnia eſt reſtabilienda.*

QVia de perturbatione in Poſſeſſoriis ante locuti ſumus, operæpreciumeſt ſcire, quot, & quibus modis
1 perturbatio fiat. Perturbatio itaque facti ſeu violentia, vno quatuor ſequentium modorum committitur, ſcilicet expellendo, compellendo, vexando, ſeu inquietando, & tollendo. Hoc eſt, per expulſionem, qua poſſeſſorem ex ſua poſſeſſione vi expellimus. Per cõpulſionem qua poſſeſſorem vi, & armis cedere compellimus. Per vexationes, quibus pacificum, & puſillanimũ poſſeſſorem ita inquietamus, & vexationibus cruciamus, vt potius poſſeſsionem relinquat, quam ditius ita excrucietur. Item per omnimodam ſublationem, qua poſſeſſorem prorſus abigimus, & ſublatum curamus. Gloſ. in verbo. Non habebit, in. l. Extat. ff. de eo quod met. cauſ. Sed hic
2 ſciendum eſt quod minatio nequaquam ſit perturbatio facti, ad cõplaintam intentandam, quia minatus eo caſu ſibiipſi de munitione Principis (vulgò de ſalueguardia) prouidere po
3 teſt. Executiones iuſtitiæ aut alij actus iudiciales facti per Principem aut per ſuum Conſilium quamquam terreãt, & multum animos conſternent, nullam tamen facti perturbationem hic facere dicuntur, quia illa planè iudicia
4 ria ſunt. Sed Iuſtitiæ executiones factę per Officiarios aut inferiores Senatus, in præiudicium iuriſdictionis vicini, illæ efficiunt perturbationẽ, quod par in parẽ imperium nõ habeat, text. in. l. illę à quo §. tẽpeſtiuũ. ff. ad Trebel. text. in c. Innotuit. extra, de electio. cũ vulgarib. Quocirca omnis perturba-
5 tio facta, debet per perturbatorẽ iterũ ante omnia reſtabiliri, & reparari.

CAPVT XLIIII.

De Reſtabiliendo, aut Reſtabilimento.

Summæ.

1 *Reſtabilimentum quid ſit.*
2 *Reſtabilitio fit iuxta informationem damni illati.*
3 *Perturbator tenetur ad omne damnum & illatum, & ſubſecutum.*

Reſtabli-

4 *Reſtabilitio debet fieri cum moderamine, pro quantitate damni.*
5 *Exempla aliquot reſtabilitionis faciendæ*
6 *Damnum reparatum difficilè conſtabilitur ſignis.*

VOcabulum Reſtabilire, & Reſtabilimentum, hic non omnino in propria ſignificatione vſurpamus, ſed Reſtabilire hic vtimur pro reparare, aut compenſare, & damnum, vel turbationem compenſare. Sic Reſtabilimentum eſt damni & perturbationis reparatio & compenſatio. In conſilio itaque Flandriæ iudicant, vt fiat reſtabilitio damni illati, ſiquidem id per informationem certò cognoſci poſsit, vel certè quatenus id per præcedentem informationem ſciri datur. Et ſi de nullo damno euidenter pateat aut cõſtet, tunc iubetur illic reſtabilire & compenſari ad cenſum duarum virgarum terræ, idque per proteſtationem. Sunt qui dicant, quod iſte Stylus Flandriæ poſsit fundari ſuper illo, quod ſecundum iura (in interdicto vnde vi) perturbator obligatus ſit, nõ ſolum in illo, quod abſtulit & recepit, ſed etiam in omni perditione & damno, quod per caſum fortuitum interim in re litigioſa, & contentioſa acciderit. l. Prima, & ibi Scrib. C. Vnde vi. Sed in magno Conſilio cenſent iſtud Reſtabilimẽtum debere fieri legitimè, & cum ratione, & moderamine, ſine vllo reſpectu nouitatis, ſed iuxta naturã & menſuram damni, & inquantum eſt reparabile, idque ſine enormi iactura & præiudicio ipſius principalis, qui damnum paſſus eſt, nam ſi ipſius damnum tam eſſet enorme, & penè inęſtimabile, & præiudicium vix compenſabile, eo caſu iuberent reſtabiliri ſolum exiguam partem damni, & reliquum cõmittunt fieri per eſtimationem, aut per ſigna, verbi gratia. Si controuerſia & quęſtio eſſet de molẽdino aut de ipſa mola, & ſi executor interim ex mola auferens nouitatẽ ſimul abſtuliſſet principale ferramentum dictæ molæ, quo minus eadẽ mola poſſet molere cum magno incommodo, non ſolum molitoris, verùm etiam totius viciniæ ac parochiæ, tunc Domini magni cõſilii iuberent illud executionis factum, veluti male factum curarent reparari, & per cautionem reſtabiliri. Similiter ſi ingens aliquod ædificium maiori ex parte extructum eſſet & erectum, tunc executor auferẽs nouitatem non poterit illud ingens ædificium totum deſtruere ac demoliri, ſed poſſet exiguam demoliri aliquam partẽ, ſiue plurimã, donec & quouſq; aliter per curiam aut conſilium de illo eſſet ordinatum. In omnibus rebus, damnis, & demolitionibus & perturbationibus reparatu difficillimis, curat executor aut Iudex perturbationẽ & dãnum cõſtabiliri per quędã ſigna.

Margin numbers in the left column: 1 (beside "bationem compenſare"), 2 (beside "tem informationem"), 3 (beside "Sunt qui dicant"), 4 (beside "ſtabilimẽtum"); in the right column: 5 (beside "trouerſia").

CAPVT XLV.

Quo pacto intentetur Petitorium cum poſſeſſorio.

Summæ.

1 *Poſseſsorium cum petitorio miſcetur, quando vtriuſque facta miſcentur.*
2 *Conſuetudinaria habent aliquid poſseſsorij, aliquid petitorij.*
3 *Practici ſuadent poſseſſorium non eſse miſcendum cum petitorio.*

1 Fit vt petitoriũ cũ poſſeſſorio ſimul intentetur, ſcilicet quando in ꝓductione poſſeſſorij ſimul cũ eo im miſcentur facta, quæ ad petitorium concernunt, Veluti. Si quis diceret: Ego hactenus ſum conſuetus exercere talem Iuſtitiam, aut talem iuriſdictionem tanto tempore, & ſine vllius hominis contradictione. Vel ego ſum cõſuetus ire per talẽ viam, aut ego ſum conſuetus leuare ſiue recipere tale vectigal, & ita de ſimilibus, ex conſue-
2 tudine, & quaſi ex poſſeſsione vſurpatis. In quibus prætenſa conſuetudo, & aſſuefactio ius tum in poſſeſſorio, tũ ad petitorium explicandum, & defendendum eſſe videtur. Ideoque iſtas cõſuetudines libenter multi referunt ad poſſeſſorium recuperandæ poſſeſsionis, ſcilicet vt per ęas prætenſas conſuetudines poſſeſsionem amiſſam citius & commodius recuperare poſsint, quo caſu ius ad Petitorium inſternũt.
3 Sed Practici conſulunt ne illo duplici medio multum vtantur, ob probandi difficultatem, & quod tunc vnum alterum non rarò impediat.

CAPVT XLVI.

De Proprietate & Petitorio.

Summæ.

1 *A Poſseſsorio per Complaintam eiectus recurſum habet ad Petitorium.*
2 *In petitorio proceſsum inſtituens, poſseſsorio renunciare debet.*
3 4 5 *Sententia in petitorio non impedit tentare per Complaintam, ad* { *Adipiſcendam* / *Retinendam* / *Recuperandam* } *poſseſsionem.*

1 Qviſquis per Complaintam eiectus eſt à poſſeſſorio, is poteſt nihilominus ſuam cauſam intentare in
2 petitorio, & loco debito. Sed priuſquam proceſſum in Petitorio inſtruere velit, debet is prius parti cognoſcere & concedere poſſeſſorium. Imò & renunciare iudicio, liti, & proceſſui, quem ipſe de illo eatenus produxit, & ſuſtinuit. Sententia in petitorio la-
3 ta non impedit agere per Complaintam & per interdictum de poſſeſsione adipiſcenda, quando Complaintarius excluſus eſt à proprietate per contumaciam, aut quod nõ viderint ſuos titulos, & literas ſuas. Sententia lata
4 in petitorio non impedit, quo minus aliquis poſſet iterum intentare actionem per Complaintam, & per interdictum de poſſeſsione retinenda, ſcilicet quando Complaintator, id eſt, is qui Complaintam expedire curat, vere docere poteſt ſuam poſſeſsionem
5 poſtremi ſiue vltimi anni. Sententia lata in

lata in petitorio non impedit quo minus aliquis per Complaintam & interdictum intentare poſſet actionem poſſeſsionis recuperandæ, nempe, ad recuperandos & recipiendos omnes fructus, & vtenſilia rerum contentioſarum à primo tempore deiectionis à poſſeſſorio.

CAPVT XLVII.

De Contractibus.

Summæ.

1 *Contractus ad actionem realem pertinent.*

2 *Subſtantialia contractuum ſunt*
- *Forma.*
- *Materia licita.*
- *Conſenſus partium.*
- *Idoneitas contrahentium.*
- *Fides bona.*

3 *Forma contractuum conſtat verbis, aut ſcriptis.*

4 *Materiæ in contractibus illicitæ ſunt res*
- *Publicæ.*
- *Sacræ.*
- *Religioſæ.*
- *Sanctæ.*
- *Litigioſæ.*

5 *Contractus ſimulati ſunt inualidi.*

6 *Non conſentientes*
&
7 *Inhabiles.*
contrahere non poſſunt.

8 *Inhabiles alij ſunt*
- *Aetate, & pueri.*
- *Poteſtate aliena, vt pupilli.*
- *Naturali impotentia, vt muti, amentes.*
- *Sexu, mulieres.*
- *Infamia publica.*

9 *Contrahere non poſſunt.*
- *Iudices cum litigantibus, lite durante.*
- *Medici, Chirurgi, cum ſuis ægrotis morbo durante.*
- *Aduocati, Procuratores, lite durante.*
- *Probibiti à*
  - *Perſona priuata.*
  - *Iudice.*
  - *Principe.*

Frumentá

10 *Frumenta, & arma militaria contra edictum exportare non licet.*
11 *Lex ciuitatis, communis eſt cum lege vniuerſali.*
12 *Bona fides contractum firmat, mala fides irritat.*

1 CONtractus omnes ad actiōem realem pertinent, ideoque poſt caput.29. ſupra merito ſubſequi debuerant. Quocirca contractuum enarrationem illic omiſſam hoc loco neceſſariò explicabimus. Hic igitur ſciendum, contractus omnes ſpectare ad actionem realē, ſicuti capite.29. ſupra
2 monſtrauimus, eoſq; omnes debere habere ſua plena ſubſtantialia, ſine quib⁹ nemini licitū eſt cōtrahere, ſcilicet, formā, materiā licitam ſeu admiſſam, vtriuſque partis conſenſum, contrahētium habilitatem, & bonam fidē. For-
3 ma contractuum præcipua eſt, quæ verbis aut literis exprimitur, & celebratur. Hāc formam omnes cōtractus habere debent, alioqui de contractu non conſtaret. Materia quoque cōtractuū debet eſſe licita & apta, & in Iure fundata, multæ enim ſunt res, quæ contractibus non ſubſunt, ſeu de qui-
4 bus contrahere non licet, quales ſunt res quæ non ſubſunt priuatorum hominum commercio, vtputa Reſpublicæ.l. Riparum quoq;.ff. de rer. diuiſ. §. Flumina &. §. littorum inſtitu. eodem titulo. Sacræ, & ſic Deo dicatæ.§. Sacræ, inſtitu.eo. titu. Religioſæ. §. Religioſum, inſtitu. eo. titu. &.l. Item tantum. § .Religioſum autem. ff. eo. titu. Sanctæ. §. Sanctæ.inſtitu.eo.titu. de rer. diuiſ. Litigioſæ .l. Lite pendente, & .l. Cenſemus. C. de litigioſ. In omnibus item contractibus debet eſſe vtriuſque partis conſenſus, maximè in contractibus, qui fiunt & celebrantur ſolo conſenſu, ſicuti in contractibus emptionis, venditionis, locationis, conductionis, permutationis, & in aliis ſimilibus. §. Primo, inſtitu. de obligat. ex conſen. &.l. Conſenſu. ff.
5 de actio, & obliga. quæ ferè eſt eadem de verbo ad verbum. Ideoque contractus omnes ſimulatos non valere nulloque robore conſtare, iura manifeſtà commonſtrant, quod in il-
6 lis non ſit plenus, neque perfectus vtriuſque partis conſenſus. Contrahentes præterea debent eſſe idonei & habiles ad contrahendum, nam multæ ac variæ ſunt perſonæ, quæ contrahere nequeunt, nonnulli ex defectu ætatis propriæ, vt infantes, pueri, &
7 minorennes omnes, qui non habent conſenſum. Bald.in. l. Bonorum quidem. C. Qui admit.ad bo. poſſ. poſſunt, &.l.mulier.ff.de verbo, obligat.
8 Alij ex defectu ſuæ propriæ poteſtatis, ſicuti filij, qui ſunt in poteſtate patrū. Pupilli, Prodigi, qui ad cōtrahendum ſunt inutiles & inhabiles, ob id quod ſui Iuris non ſint, ſed in iure, & poteſtate Tutorum, & Curatorum. Alij ob defectum naturalis potentiæ, & gratiæ, vt muti, ſurdi, dementes ſeu amentes, & ſimiles. Alij ob defectum fragilitatis naturæ, ſeu ſexus, vt mulieres & ſimiles. Alij ob cauſam ſeu rationem aliquā delicti, quales ſunt publicę infames. Alij contrahere non poſ-
9 ſunt, ob id quod ipſis id Iure ſcripto prohibitum ſit, quales ſunt officiales, & iudices cum litigantibus, nam hi cū ſuis ſubditis, ac cum ſuis iuriſdictionibus ſubiectis, contrahere non poſſunt tempore ipſorum officiorum durante.l.Non licet, &.l. Qui officij cauſa. ff.de contrahend.empt.& vendit. Itē

Medici cum ſuis ægrotis non poſſunt
contrahere, infirmitate ipſorum durã
te. Singulari.l. Medicus.ff. de var. &
extraord.cogniti.Idem (iudicio meo)
& pari cum ratione poteſt cenſeri de
chirurgis, quod contrahere nequeant
cũ læſis ſeu vulneratis,lęſione aut vul-
neratione durante. Similiter aduoca-
ti nõ debent cõtrahere,neq; contractũ
vllum aut pactionẽ aliquam inire cũ
ſuis clientulis,quib⁹ ſeruiũt,lite, cauſa,
ſeu proceſſu pẽdẽte ac durãte .l. Quiſ-
quis.§.Prætereà,iũcta gloſ.in verb.cõ
tractum ineat. C. de poſtulan.ergo e-
mere vel cõtrahere cum cliẽtulo non
poteſt.Et iſtius eſt ratio, nõ inefficax.
Quod pars litigãs quæ pendet à conſi-
lio aduocati,aut procuratoris,ſi vel mi
nimo verbulo malam ſpem aduocatus
vel procurator præberet,omnia daret,
propter litis timorem,ſicut etiam infir
mus aut læſus,propter mortis timorẽ.
Sed hæc intelligenda ſunt, pendente
lite.Nam ante litem,& poſt litem eæ-
dem perſonæ cõtrahere poſſunt.l. Pri
ma.§.Si cui.ff.de vari.& extraord, co
gnit.Alij contrahere nõ poſſunt,quod
ipſis prohibitum ſit cõtrahere per pri-
uatas perſonas,veluti ſi teſtator vetuit
aut prohibuit alicui teſtamẽtũ ſeu le-
gatum ſuum alienare. Aut ſi donator
vetuerit vendere,alienare, aut alea per
dere donationem, quã fecit.l.In quo-
rum.ff.de pignorib.& in.l. Moris eſt.
§.Sunt autẽ & aliæ.ff.de pœnis. Aliis
contrahere non licet, quod ipſis per
iudicẽ prohibitũ, aut vetitum ſit cõ
trahere,vt prodigis in Curatela publi-
cè proclamatis,&id genus nec diſsimi
libus.l.Is cui bonis,iuncta gloſ.prima.
ff.de verb.obligat. & gloſ.in verb.le-
ge.in.l. Prima, in Principio .ff. de cu-
rat.furio.Sicuti de his prolixius memi
nimus in noſtro Pupillorum patroci-
nio.Cap.8.diuerſis in locis.tit.de Tu
tor.& Curat.mune. Aut etiã illis con
trahere non licet,quibus id per ſenten
tiam arbitri eſt prohibitum. Sunt alij
quibus cõtrahere nõ licet,ob id quod
10 ipſis prohibitum interdictumq́ue ſit,
aut Imperatoris, Regis vel Principis
ordinatione ſeu ædicto, aut ſtatuto
Ciuitatum aut Cancellariarum emere
mercari, ſiue comparare, colligere ac
præparare triticũ, hordeum, auenam,
ſiliginem, orizã,ac ſimilia grana, vt ea
vendant, aut euehant extra Patriam,
Regnum,Principatum, Ducatum,Co
mitatum,Baronatum,Marchionatum
aut Ditionem ſimilem. Item quibus
prohibetur negociari & emere arma,
equos,equas,aſturcones, ephippia ar-
mata,phaleras,lanceas,haſtas, hallebar
dos,fuſtes,malleos, ſcuta, galeas, lori-
cas,thoraces,gladios,ſicas,pugiões, ba
liſtas,tæla,arcus,ſferẽta, machinas bellĩ
cas æreas aut ferreas ignẽ eiiciẽtes,glo-
bos ferreos,æreos,plumbeos, ſtãneos,
aut lapideos,ſulfur, ſalpetram, calmi-
nas,cuprum,metallum,ſeu æs, pulue-
res,& reliqua ſimilia ad bellum neceſ-
ſaria aut commoda, ad ſubueniẽdum,
auxiliandum,ſuſtentandum, admini-
culandũ, & ſuffragãdum inimicis, ſi-
cut meminit Carol⁹.V. Imperator pię
memorię, in ſuis ædictis, potiſsimum
in ſuo ædicto publicato Bruxellæ. 9.
Octob.1551.Sed hic nota quod nõ te
mere dixerim, neque ſine cauſa ſupra
mẽtionẽ fecerim,de pari poteſtate ſta-
11 tutorum Ciuitatum.Quia tantæ pote
ſtatis eſt Statutum in ſua quaque Ci-
uitate aut territorio quãtum lex com
munis in ſuo vniuerſo,vt.l.Omnes po
puli.ff.de iuſtit.& Iure. Et in omnib⁹
contractibus,debet eſſe bona fides,&
maximè in bonę fidei cõtractibus,qui
ſunt & reperiuntur.16. num.in quib⁹

bona fides exuberare debet, alioqui oriretur ex natura eorundem contractuum actio ad intereſſe, & plura alia acceſſoria, de quibus in materia cõtrahendi ſæpe nulla mentio facta fuit.

CAPVT XLVIII.

De Contractibus particularibus.

Summæ.

1 *In contractibus videnda ſunt quatuor.*
- *Qui ſint qui contrahant.*
- *De quibus rebus contrahant.*
- *Cum quibus contrahant.*
- *Quomodo contrahant.*

2 *Donare non poſſunt*
- *Pupilli, Prodigi, &c.*
- *Quiquam bona eccleſiæ aut pupillorum.*
- *Iudicibus.*
- *Aliqui vt egeant.*
- *Vxorati ſibi mutuo, durante matrimonio.*
- *Concubinarius ſuæ concubinæ.*
- *Parentes ſuis liberis.*

3 *Nec emere, nec vendere poſſunt, quibus bonorum alienatio non competit.*
4 *Res ſacræ, nec emi, nec vendi poſſunt.*

5 *In emptionibus requiruntur quatuor.*
- *Iuſta menſura.*
- *Iuſtum pondus.*
- *Iuſtus numerus.*
- *Iuſtum precium.*

6 *Deceptus vltra dimidium iuſti precij contractum reſcindere poteſt.*
7 *In permutationibus, locationib. & conductionibus, requiruntur etiam dicta quatuor.*
8 *Deceptio vltra medium iuſti precij, quomodo intelligatur.*
9 *Deceptionis vltra medium iuſti precij iniqua interpretatio.*
10 *Ad deceptionem infra dimidium iuſti precij iura conniuent.*
11 *In foro conſcientiæ nulla deceptio excuſanda venit.*
12 *Non eſt viri boni quemquam decipere.*
13 *Contractus cum deceptione vltra iuſtũ preciũ, aut reſcinditur, aut ad iuſtum reducitur.*
14 *Libertas contrahendi vel non contrahendi, non liberat à Iure reſciſsionis.*
15 *Obiectiones aliquot contra reſcindendos contractus.*
16 *Reſciſsio aliquando locum habet contra venditionem cum decreto iudicis.*
17 *Reſciſsionis electio ſemper competit Reo decepto.*
18 *Reſciſsio & electio ſunt & in contractibus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*

Reſciſsio non habet locum
- 19 *In contractibus feudalibus ſine pecunia.*
- 20 *In contractibus hæreditariis.*
- 21 *In contractibus beneficialibus.*
- 22 *In tranſactionibus.*

Tranſactio

23 *Tranſactio æquiparatur Sententiæ Iudicis.*

24 *Tranſactio reſcinditur, vel*
- *Si dolus ex propoſito interceſſerit.*
- *Si error ſuper proprietate rerum contigerit.*
- *Si Iudex in cognitione errauerit.*

25 *Quæſtio, An aliquis iniquum contractum iuratum reſcindere poſsit. Non.*

26 *Iuramentum non licet contra conſcientiam infringere.*

27 *Contractum iuratum violans, periurus eſt.*

28 *Contractus iuratus reſcindi poteſt*
- *Si doloſus fuerit.*
- *aut*
- *Cum falſis inſtrumentis initus.*

29 *Periurio nec lex, nec Princeps patrocinatur.*

30 *Contractus iuratus à minori vltra deceptionem dimidij iuſti precij reſcindi poteſt.*

31 *Iuramentum minus maiori comparat.*

32 *Definitum cum interpoſito iuramento per legem retractari poteſt.*

QVod proximo præcedenti capite diximus in cōtractibus requiri.4. ſubſtātialia,id præſenti capite aliis ver
1 bis,ſed re eadē dicemus.In omnib⁹ igitur contractibus particularibus quatuor puncta conſiderari debēt.1. Quis ſit qui contrahit. 2. De qua re contrahit.3.Cum quo contrahit.4. Quomodo contrahit. Verbi gratia. In contractu ſimplicis donationis oportet conſiderare, quis is ſit, qui donat, ſcilicet an is donādi poteſtatē habeat ſuper illo quod donat. Et an id quod donat ſit donabile, cui donat. Et an is recipere poſsit. Et quo pacto ipſe offerat & donat, & cum quibus pactis & cō ditionibus.Pro his notanda q̄ ſunt ſe-
2 quuntur.In contractu donationis, nō poteſt donare is, qui ſuorum bonorū poteſtatē, & diſpoſitionem nō habet, vt prodig⁹,furioſus & ſimiles.l. Is cui bonis, & ibi Scribentes.ff. de verbo. obligat. Item cuius vetitū eſt donare bona eccleſiæ & pupillorum, iuribus vulgatis, hic cauſa breuitatis omiſsis. Item Iudicibus eſt prohibitum donationes & munera accipere. Paris de Sindicatu. in verb. Iudices puras debēt habere man⁹ charta.45.& charta. 6.colum. 2. verſic. Per ſindicatores recordetur,quod onus iudicandi eſt graue. Lucas de Pēna, in.l. Finali, col.penult. C.de vend.reb.ciuita.lib.11.Pulchrè Hadria. Papa noſter in quodlibeticis quęſtionibus.q. 10. colum. antepenulti. Item inhibitum eſt tantū dare aut donare, vt ipſemet egeat ac opus habeat.l.Et exhæredatum,in fi.& in.l.ſeq.ff.de re iudica. ne ex liberalitate ſua inops fieri periclitetur.Donationes inter virum & vxorem, hoc eſt,inter veros coniuges, matrimonio conſtante,ſunt prohibitæ, imò ipſo iure irritæ,ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur.l. Prima.ff. de donat. inter vir. & vxo.l.Si ex voluntate.C. eodem titulo,& l.Cum multæ.§. Sancimus vltimo,ibi.vt nō ſimplices.C.de donat. ante nupt.Item: Patri ac matri prohibitum eſt per donationem quicquam dare ſuis filiis. Item: Concubinarius ſuæ focariæ,id eſt,concubinę, nihil donare poteſt.l.Si ancillam.C.de donat. inter vir.& vxor. Similis ratio etiam conſideranda eſt, in emptione & venditione,ſcilicet quis is ſit,qui emit aut vendit, & quo modo ipſe vendit. Quibus bonorū ſuorū alienatio Iure,

3 aut à iudice eſt prohibita, hi etiam nec emere nec vendere poſſunt. l. Is cui bonis.ff. de verbor.obligationib.& l. Prima.C.de fund.dotal. Multæ quo-
4 que res ſunt quæ nec emi, nec vendi poſſunt,quas præcedente capite expreſ ſimus, veluti ſunt res publicæ, ſacræ, religioſæ, ſanctæ, & litigioſæ.
5 Quod autem ad modum cõtractus at tinet,ſciendũ eſt q, in omnibus emptio nibus & mercaturis quatuor omnino neceſſaria requirantur, ſcilicet, iuſta menſura, iuſtum pondus, iuſtus numerus,& iuſtum precium. In permutationibus quoque (quæ emptionis & venditionis naturam habent) debent etiam adeſſe prænarrata quatuor.Debentq; præterea eæ res & ſpecies(quas permutamus) eſſe inter ſe tã ęquales,vt nulla fraus vel deceptio ſub
6 fuiſſe comperiatur,potiſsimũ vltra dimidium iuſti precij. Nam ita deceptus poteſt agere cum contrahente vt cõtractus reſcindatur, iuxta tritam.l. quã aduocati quotidie in ore habent) Rẽ maioris precij.C. de reſcind. vendit.Nec excuſaret actionem reſcinden di contractus ſi poſtea deceptor contrahens aliquid adiiceret aut annume raret,ad fraudem tegendam, & patro cinandã,quod tũc fraus, cum tali addi tione nõ excederet mediũ iuſti precij. Hæc,inquã,additio nõ excuſaret fraudem,quæ omnino reſcindenda eſt.Nã illud addere,deceptio eſſet tale addita mẽtum cum ſuo damno emere.In cõ-
7 tractibus locationis & conductionis, qui etiam ſapiunt naturam emptionis & venditionis, eiſque proxima eſſe videntur,prædicta requiruntur,ideoque locatio & venditio,iiſdem quoq; iuris regulis ſubſunt.l.Secunda.ff. loca.& conduc.& §.1. inſtitu.eod.titu. Inter eas enim nulla eſt alia differentia, quã quod in contractu emptionis & venditionis transfertur proprietas, & in cõductione & locatione ſolũ vſus transfertur,nihil amplius. In locationibus & conductionibus etiã requirũtur quatuor prædicta, præcipue iuſtũ preciũ,q,in omnibus cõtractib', tã locationis, quã venditionis requiritur,ſic vt vltra dimidiũ iuſti precij, nul la ſit deceptio, alioqui & cõtractus lo cationis etiã eſſet irritus,& reſcindibi lis,vt per totum titulũ. C. de reſcind.
8 vendit. Intelligiturq́ue autẽ deceptio vltra dimidiũ iuſti precij, pro emptore alicuius fundi tũc eſſe,quando fundus qui valet decem, venditus ſit ſexdecim, nam decem eſt iuſtum preciũ, quinque eſt dimidium iuſti precij,ergo quod venditum eſt ſexdecim, id venditum eſt vltra dimidiũ iuſti precij.Ex his dictis conſtat, & colligitur quod tunc deceptio infra dimidium iuſti precij pro vẽditore fundi ſit, quã do fundus qui valet decẽ, vẽditus fuit quatuor aut tribus.Nam tria aut quatuor ſunt infra dimidiũ de decẽ,dimidiũ enim eſt quinq; de decẽ,quod iuſtum precium eſſe diximus.Et ideo ea venditio quæ fuit infra prædictũ dimi dium iuſti precij à venditore reſcindi nõ poteſt. Sed ea deceptio venditori imputabitur,ſuæq́; imprudẽtię,qui in
9 vendendo debuiſſet fuiſſe cautior, & prudẽtior. Suſtinẽt tamẽ nonnulli in praxi(ſed male)quod in vẽditione cuiuſdam fundi valentis decem, nulla ſit deceptio, niſi cũ vẽditus ſit viginti & vno: ſed horum opinio in iure reprobata eſt, huiuſcemodi enim deceptio nõ tantũ dimidiũ, ſed etiã totũ ſeu du plum iuſti precij excedit, & ſupergreditur.Gloſ.in verbo.Iudicis,circa medium,in.l.Rem maioris precii,prællc
10 gata.C.de reſcind.vendit.Porrò quod ad ſupra-

ad ſupradictã deceptionẽ infra dimi-
dium iuſti precij iura conniueãt, id
probatur per textum in.l. In cauſis. 2.
§.penulti.ff.de minorib. xxv.an. Vbi
Pompo.ait in precio emptionis & vẽ
ditiõis naturaliter licere cõtrahentibꝰ
ſe circumuenire, concord.tex.in.l. Itẽ
ſi precio. §. Finali, &.l. Sequenti. ff.
locati.& conduc. & text. in d.l. Rem
maioris precij. C. de Reſcind. vendit.
&c. Cum dilecti, iuncta gloſſa, in
verbo. deceptione, & c. Cum cauſa,
extra . de empt. & vendit . Idem
quoque rationibus confirmatur, per
docto. in d.l. Rem maioris precij
quas per ocium videre poteritis. Cæ-
11 terum nolo lectorem hic ignorare,
quod quamuis ius permittat, & tole
ret vt contrahentes ſeſe decipiant in-
fra dimidium iuſti preci, in foro ta-
men cõſcientiæ, omnino illicita eſt hu
iuſmodi deceptio, iuxta ſententiam
etiam omnium doctorum & bonorũ
virorum, vt vult Anto.de Butrio.in
d.c.Cum cauſa, & Beatus Thomas in
ſecunda ſecundæ. q. lxxvij. articulis
primo & ſecundo. Tenet Cyn.in ad-
dit.ad d.l. In cauſis. §. penulti. & tra-
ctat hoc Sali.in Auten. Ad hæc. C.de
vſur. Petr.de Ancho. in Regula pecca
tum, de reg. iur. in. 6. & Panor. in c.
Plerique, de Immunita. eccleſ. Innoc.
in c.In ciuitate, de vſur. & ibi latiſſimè
Ioan. de Ana, & hoc confirmat Bald.
in c.Cum cauſam, de teſtib.Idque hac
ratione probat, quia dicit idẽ eſſe con
ſcientiam & bonum virum, ſed mini-
me conuenit bono viro, vt aliquem
contrahendo decipiat, etiam in mini-
12 mo, ergo, &c. & hoc vult Bald.in rub.
C.de contrahend . empt. & in d. Au-
tentica. Ad hæc. Verum omnis contra
13 ctus in quo aliquis deceptus eſt vltra
dimidium iuſti precij is omnino re-
ſcindi poteſt, vel certè reduci ad iuſtũ
precium ad electionem decepti, cui
ſeruit tex.l.2.C. de reſcind. vendit, &
text.in d.c.Cum cauſa.Quæ iura fun-
data ſunt in humanitate, & in natura-
lis æquitatis ratione, ne quis nimium,
& in immenſum decipiatur, vt vult
gloſſa in dicta.l.2. iuncta gloſſa in ver
14 bo.Humanum . Nam quamuis rigor
iuris permittat contrahentibus ſeſe de
cipere.d.l. In cauſæ.2. ff. de minorib.
25.annis, & quamuis quemque liberũ
faciat ad contrahendum vel non cõtra
hendum, per quam libertatem ius nõ
permittit reſciſſionem poſt contra-
ctum: is tamen rigor æquitati cedere
debet, ideoque & mitigandus eſt per
iſta Iura. Ex æquitate iam dicta, & eſt
tex.in.l. Si voluntate. C. eodem titu.
de reſcinden. vendit. Item mitigatur
quod iſthæc deceptio ſit vltra dimi-
dium, quæ nimis enormis & inhu-
mana eſt, quam deceptus non cogita-
uit, nec expectauit, neque tam enor-
mem futuram eſſe præſumpſit, que-
quæ ſine decreto contingit iudicis, &
ſine iuramento decepti præſtito de nõ
contraueniendo contractui, quique
emit à vero Domino, veroque poſſeſ-
ſore, & vbi deceptio & damnum con
tigit non ex dolo, ſed ex mera ſimpli-
tate, & imperitia propria, non alterius.
Quas clauſulas non temerè adiectas eſ
ſe volui, quod per eas facilè omnes le-
15 ges, textus, & argumenta in cõtrariũ
dilui & refelli poterunt. Sicuti non
valet argumentum. Iuſtum eſt ſeruare
cõtractum, ergo iniuſtũ eſt infringere
cõtractũ, argumentũ enim tale eſt, ex
meris particularibꝰ, datur enim iuſtũ,
cuiꝰ cõtrariũ nõ eſt neceſſariò iniuſtũ,
imò aliquãdo iuſtius .l. cũ ſita gloſ. in
verbo iniuſtè. C. de ꝓcuratorib. & .l.
Si ſeruus cõmunis. §. Quod vero.ff.
de furt.

de furt. Item non valet argumentum, nulli neque priuato, neque fiſco licet à contractu recedere, inuito aduerſario .l. de contractu. C. de reſcind. vendit. ergo cõtractus cum deceptione vltra dimidium iuſti precij non poteſt reſcindi, negatur conſequentia, quia maior non eſt vniuerſalis, neque de omni contractu intelligitur, ſed tãtum de cõtractu iuſto, aut ſaltem modicæ deceptionis, non de eo qui eſt cum deceptione ſupra dimidium iuſti pretij. Quæ quidem ſolutio etiam conueniet, ſi quis inferret. Is rem ſuam vendidit cuius precium ignorauit, ergo ſuæ imperitiæ imputandum eſt omne damnum, quod conſequetur, & contractus ob ſuam imperitiã nullo modo reſcindendus. Tale enim argumentum tantum de leui, non de enormi damno locum habet. Atq; ita reliqua argumenta in contrarium faci
16 lè retunduntur. Eſt tamen nihilominus, aliquis caſus in quo reſciſsio aliquando locum habet in his vbi quid venditum eſt cum decreto, & authoritate iudicis aut tutoris, potiſsimum cũ deceptione vel damno ſupra dimidiũ iuſti precij. Nam quamuis propter eorum authoritatem nulla præſumenda ſit deceptio, ea tamen non raro probatur euentu. Vnde ſi res vendita eſſet per minorem, & deceptus eſſet ſupra dimidium iuſti precij, poterit ea venditio (licet cum authoritate iudicis, & Tutoris contigiſſet) reſcindi. l. 1. & ſecunda, & .l. magis puto. §. Penultimo. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. ſunt, & teſtibus Ioanne de Imol. & Ludo. Roma. in d. l. 2. Si cum aliter. ff. de verbo. oblig. per text. in d. l. 2. C. de fid. inſtru. & Iure haſtæ fiſcal. lib. 10. vbi propter iniuſtum precium venditio reſcinditur, non obſtante decreto iudicis interuento. Et iũcta. l. 2. C. Si propter publi. penſit. Idem quoque tenet Abb. Panor. in d. c. Cum cauſa. In reſciſsionibus autem
17 contractuum, Reo decepto vltra dimidium iuſti precij ſemper competit electio, qua eligere poterit aut talem contractum prorſus reſcindere, violare, & annichilare, aut ad iuſtum precium reducere, per text. d. l. 2. in verbo. Vel ſi emptor elegerit. & ſic datur emptori electio, & eſt text. in d. c. Cum dilecti, in verbo. Quia vero in arbitrio emptoris eſt. Item probatur. Quia in alternatiuis electio eſt debitoris. c. In alternatiuis, de reg. iur. lib. 6. & eſt text. in l. Ei apud quẽ. §. Quod ſi de pluribus. ff. depoſ. cum ſimilibus. Verùm hæc intellige de. l. 2. vbi ſententia ſub alternatione fertur. Nam aliquando electio competit actori. l. Si quis ſeruum certi nominis. C. de condict. indeb. vbi indebitum per erro-
18 rem ſolutũ repetitur. In vltima quoq; voluntate electio eſt penes legatariũ, vt ibi ad gloſ. l. Lucio. Reſciſsio, & electio, de quibus prædiximus locum habent non tantũ in cõtractibus bonæ fidei, ſed etiam in contractibus ſtricti iuris. Prior pars probatur à pari ratione, fide, & æquitate, quæ eadem eſſe debet in omnibus legitimis contractibus. Itẽ probatur, per text. in l. Item ſi precio. §. Finali & .l. ſeq. ff. loca. Poſterior pars (licet huic aduerſetur. l. 2.) probatur etiam per æquam rationem. & per humanitatẽ talẽ reſciſsionem requirentẽ. Deinde quod omnis cõtract⁹ generaliter loquẽdo ſit quædã emptio. l. Statu. liber. §. Quint⁹ Mutius. ff. de ſtatu. lib. Cui conſentit Specul. in titu. de locato. §. nũc verò. Sed
19 hoc loco notandũ eſt, quod Reſciſsio locũ nõ habeat, in feudalib⁹ cõtractib⁹ non

non pro pecunia,ſed pro fidelitate, &
ſeruitio Domino præſtando initis,
Nam talibus etiam non competit.l.2.
ob id quod feuda potius naturam ha-
beant gratiæ,quàm veri contractus, te
ſte Specul.in titulo.de feudis.§.Nunc
videndum, verſic. Sed nunquid. Et
Bald.in d.l.2.verſi.An habeat locum.
Præterea quod is illam fidelitatem ſer
uitij perſonalis non ſit dicendum eſſe
deceptionem vltra dimidium iuſti pre
cij,quia talis fidelitas Vaſalli eſt inæſti
mabilis, nulloque precio comparan-
da,teſte Specul.de empt.& vendit.§.
Nunc videndum, quem ſequuntur
Bald.Sali.& Paul.in d.l.2.Et Rom.in
l.Si quis cum aliter.ff. de verbo.obli-
ga.Neque etiam d. reſciſio locum ha
20 bet in contractibus hæreditariis, qui
non ſunt duorum, ideoque deceptus
in aditione hæreditatis, damnum ſibi
imputare debet,& non reſcindere cō-
tractum. Neque etiam in cōtractibus
beneficialibus,quod in his neuter con
21 tractantium per ſe titulum habeat ab
altero, ſed à collatore, quod ex eo ma
gis liquent quod olim permutationes
omnes fuerant prohibitæ, nunc autē
permiſſæ ex gratia,& ex neceſſitate,at
tamē cum authoritate ſemper ſupe-
rioris. c. Quæſitum, extra. de rerum
permuta. Reſciſsio etiam non habet
22 locum in tranſactionibus propter de-
ceptionem vltra dimidium iuſti pre-
cij,text.in.l.Sub prætextu ſpecierum.
C. de trāſactioni. vbi text.dicit, quod
generalis tranſactio parit generale ex-
ceptionem, in eo quod poterat ſub a-
ctione propoſita includi,ergo & ceſſa
re facit reſciſsionem, & eſt expreſſus
23 text.in.l.Lucius Titius.§.fi.ff. Ad tre
bell. Ad hoc facit, quod tranſactio æ-
quiparetur ſententiæ iudicis. Quę ſi-
cut retractari non poteſt, ita nec tran-
ſactio.l.1. C. de condic.indeb. Itē per
trāſactionem receditur à lite.ergo de-
ceptio per litem reuocari, aut reſcindi
nō debet.l.Fratris.C.de tranſact. Idē
tenet gloſſ.in d.l.2.&.c. Cū cauſa. Et
ratio eſt, quod is merito non debet di
cere ſe deceptum, qui à litis moleſtia
liber eſt.l.2.C.de tranſact.&.l.In ſum
ma.ff.de condic.indeb. Vnde propter
litis moleſtiam, & dubium euentum
dici ſolet. Siquis à me peteret pallium
& tunicam,relinquerem ipſi pallium,
& ſeruarem mihi tunicam.Et gallicę:
Il gaigne aſſez, qui ſe meſt hors de pro-
24 *ces.* Sed huic non aduerſantur alij ca-
ſus in quibus tranſactio legitur reſciſ
ſa,veluti.l.Si ſuperſtite.§.Sanè. C.de
dolo, quia in eo caſu cōtigit dolus ex
propoſito,& ex parte patris.Item non
aduerſatur.l.Sub prętextu.2.§.Error.
C.de tranſactionib. quia in eo caſu ac
cidit error ſuper proprietate rei, nō au
tem ſuper eſtimatione precij. Neque
etiam aduerſatur, quod dictum eſt an
te.Tranſactio cōparatur ſententiæ,&
ſententia iudicis reſcindi poterit(ſi de
cauſa nō ſatis cogitauit aut cognouit)
ergo etiam trāſactio reſcindi poterit.
Nam aliud eſt de ſentētia,aliud de trā-
ſactione.Nam tranſigens vult plane li
tem finire,etiam cum ſuo damno. Iu-
dex autem nō ſic, nec reſciſsioni pro-
priæ ſententiæ, quando melius in-
telliget, nec ſententiæ alterius iudicis
derogare poteſt,quin ad eundem iudi
cem melius informandum,aut ad ali-
um pro reſciſiōe appellare liceat.Cę-
terum poſtquam hic nōnulla[illegible] con-
tractuum reſciſsionibus tractauimus,
libet eaſdem aliquanto fuſius explica
re,iuxta quæſtiones aliquot nō inuti-
les.Quarum prima hæc erit. Si maior
25 & idoneus cum iuramēto promiſiſſet
ſe non contrauenturū cōtractui,etiāſi

deceptus eſſet vltra dimidium iuſti
precij, quæritur an talis contrahens cõ
tractum ſuum reſcindere aut poſsit,
aut debeat. Ad hanc quæſtionem re-
ſpondendum eſt, quod eo caſu non
poterit reſcindere talem contractum.
26 Primò quod maior ſit, deinde propter
iuramentum præſtitum, cuius religio
cuiuis chriſtiano debet eſſe tanti, vt il-
lud neceſſariò ſeruare debeat, & ob
nullum commodum temporale con-
27 tra Deum & conſcientiam violare &
infringere. Quod ſi quis talem contra-
ctum contra iuramentum infringere
audebit, is periurus habendus eſt, &
in iudicio non audiendus. c. Si verò.
&. c. Cum contingat, de iureiurand.
textus in l. Ambiguitates, in fine. C.
de indic. viduita. tollen. Vbi textus in
fine dicit. Inhumanum videri ſi leges,
quæ periuria puniunt, periuriis viam
aperirent. Et eſt text. in Autentica. Sa
cramenta puberum. C. Si aduerſ. ven
dit. & ita tenet gloſſa. in d. l. Rem ma-
ioris precij. Et ad maiorem iſtius ſen-
tentiæ cõfirmationem pertinet, quod
omnes doctores huic præcipuè inni-
tantur, facit etiam textus, in. c. debito
res, de iureiurand. Huic etiam ſeruit,
quod tale iuramẽtum in ſe contineat
28 tacitam renunciationem Iuris ſui. Por
rò huic ſententiæ non aduerſatur. l. Si
ex falſis. C. de tranſact. vbi ponitur ca
ſus quo alicui reſcindere liceat contra
ctum iuratum. Nam eo in caſu, con-
tractus fuit doloſus, & ex falſis inſtru
mentis, vbi dolus cauſam dederit ma-
litioſi contractus, & ideo reſcinden-
dus, non autem is contractus qui ex
bona fide, & cum debito iuramen-
to eſt initus. Neque noſtræ ſententiæ
refragatur remedium. l. 2. de alternati-
ua, & reductione ad iuſtum precium,
vt Placentinus cenſuit, quia contra il-
lud remedium ſunt Azo, & Bald. in
l. Qui ſub conditione. §. Sed & ſi. ff.
de condit. inſtitu. dicens talem reſciſ-
ſorem alternarium etiam eſſe periurũ,
quem ſequitur Feli, in c. Inter cęteras,
29 de reſcript. vbi dicitur, quod qui iura
uit, nec legem, nec principẽ debet ex-
pectare ſibi fore authorem periurij. l.
Prima. C. Si maior factus, &c. Secun-
do quęritur, Si minor deceptus vltra
dimidium iuſti precij iuraſſet ſe con-
tractui non contrauenturum, an pro-
pter iuramentum, talem iuratum con
tractum poſtea reſcindere poterit. Ad
30 hanc quæſtionem reſpondendum cen
ſeo affirmatiuè, quod poterit reſcinde
re. Nam cõtra iuramentum ſuum iuua
bitur remedio. l. 2. & quod minor ſit,
& quod deceptus ſit vltra dimidium
iuſti precij, quibus patrocinatur ius cõ
mune, quod propter ſpecialia quædã
non eſt violandum. Ideoque licet Au-
tentic. Sacramenta puberum. C. Si ad
uerſus vendit, dicat Sacramenta pube
rum ſponte facta ſuper contractibus
non retractandis inuiolabiliter cuſto-
diantur, ea tamen Autentica non ha-
bet locum in caſu legis. 2. Nec in mi-
nori ætate. Nam quamuis iuramentũ
minorem maiori comparet id tantũ
fit ad actionem deceptionis vltra di-
midium, ſ. vt minor ad exemplum ma
ioris poſſet agere ſuper deceptione vl
tra dimidiũ iuſti precij. Et ideo ſi for-
31 tè cum iuramento addidiſſet, & iuraſ-
ſet ſe non contrauenturum cõtractui,
neque ratione minoris ætatis, neq; ra-
tione minoris precij, neq; ratione cu-
iuſquam alterius rei, eo certè caſu non
prodeſſet ipſi remedium. l. 2. vti ferè
omnes Doctores cenſent in eadem. l.
Ra. & Odof. & alij in d. Autentica. Sa
cramenta puberum. Neque noſtræ ſen
tẽtiæ etiam refragatur. c. Quod bene.

32 4.q.5.vbi tex.dicit. Quod bene definitum eſt, & interpoſito iuramento bene deliberatum eſt, nulla debet iteratione retractari, quia ibi additur, niſi fortaſsis vbi acceſſerit maior authoritas, quæ in noſtro prædicto caſu accidit, ſcilicet authoritas legis, deinde in noſtro caſu ætas minor, & deceptio vltra iuſtum precium, indicant contractum neque bene definitum, neq; bene deliberatum fuiſſe, quod de minori precio non videatur ſemel cogitaſſe, & iuramentū nō extenditur ad nō ꝓcogitata.l. Finali. C.de nō nu. pecu.

CAPVT XLIX.

De Actionibus cedendis alteri.

Summæ.

1 *Cedere actionem, & tranſportare actionem, quomodo differant.*

2 *Ceduntur actiones aliquando* { *Teſtamento.* & *Inter viuos* { *Ante inſtitutum proceſſum.* & *Poſt inſtitutum proceſſum.* } }

3 *Ceſsio actionis teſtamentariæ crudæ, non habet locum, niſi poſt mortem teſtatoris.*

4 *Ceſsio inter viuos facta, quod potentior ſit, eſt inualida.*

5 *Ceſsio potentior facta quæ ſit.*

6 *Ceſsio inter viuos facta impotentior eſt inualida niſi, &c.*

7 *Ceſsio inter viuos ſine lite firma eſt, modo vera, & non ſimulata.*

8 *Ceſsio vera, & non ſimulata, quæ ſit.*

9 *Ceſsio ſimulata contingit multis modis.*

10 *Ceſsio patris facta filio in Academiis ſtudenti, ſi magna, eſt illicita.*

11 *De ceſsione non licet aduocatis contractare cum partibus.*

12 *Aduocatus contractans de ceſsione cum partium alterutro priuandus eſt officio.*

ACturus hic de actiõis ceſsiõe hoc velim lectori eſſe præmonitum, vt intelligat quid ſit propriè alicui actionem cedere, pro quo notandū eſt, quod multū differant actionem cede-
1 re, & rem alteri tradere. Nam alicui actionem ſuam cedere, eſt ius aliquod incorporale, quod habet in alium trāſferre. Sicut tradere eſt rem corporalē in alium actum transferre. Quomodo autem actiones transferantur nunc
2 monſtrandum eſt. Ceduntur enim actiones aliquando teſtamento, aliquādo inter viuos, & aliquando ante, & nonnunquā poſt inſtitutum ſiue intētatum iudiciū, ſeu proceſſum. Ceſsio itaq; actionis teſtamentariæ crudę, &
3 nōdū intētatę, nō habet locū, niſi poſt mortē teſtatoris. Et poſt mortem teſtatoris ipſe hæres ad commodum legatarij proceſſum proſequitur cum ſuis expenſis, ad cōmodum legatarij, ita vt legatario etiā dare debeat emolumētū quod ex eo ꝓceſſu ꝓueniet, q, ſi nullū ꝓuenerit, eo etiā legatarius carebit, q, ſi nō fecerit, legatarius actionē legatiōis intētabit cōtra hęredē, aut cōtra teſtamētarios. Porrò ſi legatarius timeat aliquā colluſionē futurā, poterit ſe adiūgere hæredi, vt certior ſit actio, &

 ne hæ-

4 ne hæres ipſe colludat. Ceſsio autem
inter viuos facta, in manum fortioré,
admodum inualida eſt, & infirma. Et
intelligitur ceſsio facta in manum po-
tentiorem, ſiue facta potentiori, duo-
bus modis. Primo quando is, cui ceſ-
ſio fit, aut facta eſt, in tali dignitate
aut officio eſt conſtitutus, vt parti ad-
uerſæ hoc nomine terrori eſſe poſsit,
metumque de ſuccumbendo iniiciat.
l. ſingulari & notabili. Si per oppreſ-
ſionem, & .l. Finali. C. de his quæ vi.
met. cauſ. geſt. ſunt, & c. Super eo, cū
gloſ. parua. ſuper verbo oppreſsioné,
extra, de renunciat. Secundo intelligi-
tur ceſsio facta potentiori, quando
5 facta eſt vni, qui bonis aut opibus aut
amicis eſt potentior. Et eo caſu is in
cuius præiudicium ceſsio facta eſt ha-
bet actionem ad intereſſe contra ce-
dentem. l. Prima, & Secunda. ff. de a-
lienat. iudic. mutam. cauſ. facta. Hinc
eſt quod laici dicant ſeſe habere du-
riorem partem aduerſam, quando a-
6 ctio eſt ceſſa Eccleſiæ. Ceſsio verò a-
ctionum inter viuos facta impoten-
tiori, in iudicio exiſtenti, nihil valet,
ideoque talis cedens committit vi-
tium litigioſi, ſuumque ius meritò a-
mittit. l. lite pendente. C. de litigioſ.
Ceſsio rerum litigioſarum firma eſt
in. 4. aut. 5. caſibus, ſcilicet quando cō
cernit donatiões ante, vel propter nup
tias, aut traſactiones, aut diuiſiones hę
reditatum, aut donationes teſtamen-
tarias. Ceſsio actionum inter viuos in
7 litigio ſeu proceſſu non exiſtentium,
ea eſt firma, dummodo vera, & nō ſi-
mulata ſit, & abſque ſuſpitione doli,
& ſi ipſa non veniat in manum po-
tentiorem. Et intelligitur autem ve-
ra & non ſimulata ceſsio, quando ce-
8 dens eſt pauper, egenus, inops, ac im-
potens ad litem proſequendam, aut
ſi grauioribus occupationibus præpe-
ditus fuerit, quam vt litibus vacare,
aut ſeſe proceſsibus tradere poſsit.
Aut ſi ipſam ceſsionem publicè fa-
ceret, & pro iuſta rationabilique
compenſatione actioni ſuæ prope-
modum æquiualente, aut ſi pars
aduerſa ſit multo potentior, ita vt ab
ea dignam compenſationem acci-
pere malit, quàm cum potentiori
contendere. Dicitur præterea ceſsio
ipſa vera & non ſimulata, quando
aliquis actionem ſuam cedit hæredi-
bus ſuis, aut quando hæres cedit ſuo
cohæredi, aut debitor ſuo creditori
in ſolutionem ſui debiti, & ſic de a-
liis ſimilibus, hæc omnia probantur
per ſingularem. l. Diuerſas. C. Man-
dati. Si ego aliquam rem poſsiderem,
ad quam tamen, duo alij ius preten-
derent, tunc ius alterius mihi licebit
emere, vt fortius contra alterum me
9 defendere poſsim. Simulata ceſsio
variis modis contingere dicitur, ſcili-
cet quando actio magni momenti,
ceditur pro exigua ſumma, aut quan-
do ipſa partim eſt donata, & partim
vendita, aut quando cauſa ceſsionis in
contractu non eſt expreſſa, aut non
dictum quo titulo ipſa facta ſit. Aut
quando is qui ceſsioné recipit tribula
tor aut vexator eſt, aut quando nō ap
paret alia ratio, ob quam facta ſit ceſ-
ſio, quam ad partem aduerſam vexan-
dam. Quando dubitatur an ceſsio ſit
vera, an ſimulata, ſemper præſumitur
ſimulata, quæ nullius eſt momēti, nec
quicquam operatur. Si pater filio ope
10 ram nauanti literis in aliqua priuile-
giata vniuerſitate cederet actionem
alicuius magnæ ſummæ, ea actio præ-
ſumeretur fraudulenta & in potētio-
rem collata. Nā clericus, propter pri-
uilegiū vniuerſitatis, cēſetur potētior
laico,

Laico,ratione officij:cuius ratione ſortitur priuilegium.c.Si diligenti.extra de for.competen. Sed ſi prædicta ceſſio eſſet minoris ſiue exiguæ ſummæ, tunc ea diceretur bona, & quod facta fuiſſet legitimè & cum bona fide tantum ad ſuſtentationem, alimentationem,& ad ſumptus ſtudiorũ ferendos & nullo modo in alicuius fraudem.

11 Partibꝰ cõtrouerſis,nec ante nec poſt inſtitutionem cauſæ licet contractare de ceſſione cum aduocatis,nec cõtra, imò nec trãſportare aliquam tertiam, ſextam,decimã,aut aliam partem competentem,aut dare de iure quidquam eorum,aut quietare de illis, præcipuè ſi aduocatus poſcendo, vel exigendo deprædaret & grauaret partem litigatoris ſui,cum graui damno .l. Si qui C.de poſtulã.Sic etiam nec licet partibus contractare aut paciſci cum iu-
12 dicibus.Et ſi pactum ſiue contractum inirent, is contractus eſſet nullus, eſſetq́; aduocatus ſuo officio priuandus & prętereà arbitrariè puniendus,gloſ. in verbo.Arceantur,in d. l.Si quis dicit,quod tales priuandi ſint ſuo officio , ipſo Iure, vbi complures allegationes in medium adferuntur. Ratio autem cur non valeat huiuſmodi pactum,eſt,quod ipſum aduocatũ irritat & prouocat ad delictum.Nam aduocatus qui ſperaret, aut in animo ſciret ſe habiturum partem eius quam proſequitur,metuendum eſſet ne calumnioſè aduocaret. Quocirca ſiue faciat pactũ de quota litis: ſiue de certa ſpecie ſeu quantitate litis, eadem ſemper eſt ratio,ergo &c.Hanc rationẽ habet additio gloſſæ,in verbo immenſa poſt finem,in d.l.Si qui.

CAPVT L.

De Releuamento,aut Reſtitutione in integrum.

Summæ.

1 *Releuamenta petuntur aliquando* { *Ante proceſſum intentatum.* / *aliquando* / *Poſt proceſſum intentatum.*

2 *Releuamenta impetraturo* { *Ante proceſſum,quid commonſtrandum.* / *&* /
3 *In proceſſu ipſo quid probandum.*

4 *Releuamenta concedunt* { *Solus Princeps.* / *Cancellarius,* / *Parlamentum.* / *Omnis Iudex ordinarius,cognita cauſa.*

1 REuelamenta (vt vulgo loquar) ſiue reſtitutiones in integrum aut Requeſtæ ciuiles impetrãdæ ſunt nõnunquam antè, & aliquando poſt Iudicium ſiue proceſſum inſtitutũ. Hæc autem Releuamenta, vt aliqyis impetrare

trare velit, primò fundata eſſe debent ſuper æquitate .l. Prima ff. de minorib. 25. annis. Danturq; ſolum in ſubſidium alijs remedijs communibus & ordinarijs deficientibus .l. In cauſæ 2. ff. eo. titu. de minorib. 25. annis. Requirũtur etiam in eis legitimæ cauſarũ cognitiones .l. Omnes ff. de reſtitu. in integ. l. Verum §. Sciendum, & l. Minor autem Magiſtratus .ff. de minorib. 25. annis. Item cauſæ allegatæ debent prius comprobari. l. Nam poſtea

2 §. Si minor ff. de iureiuran. Antè iudicium itaque inſtitutum Releuamentum obtẽturi dicent quod obliuione, indiligentia, incuria, lapſu temporis, aut per ſimiles cauſas effecti ſint inhabiles, aut nondũ fundati ſint ad agendum. §. Rurſus, & ibi Angel. Areti. & Iaſon. inſtitu. de actionib. Poſt iudi-

3 cium verò inſtitutum, qui Releuamẽtũ petet, dicet quod quando actio malè intẽtata eſt, quod concluſio malè capta, aut quod ex præmiſſis malè illata, quod nonnulla in initio omiſſa, quod aliæ cauſæ poſtea & de nouo ſint emerſę aut allegatæ, aut oblitæ. Item quod cauſa fuerit interrupta, quod cõtumacia fuerit data, vel conceſſa dari, & id genus ſimilia c. Finali. iuncta gloſ. in verbo. Nouis defenſionibus extra. de in integ. reſtitu. l. Inter minores ff. eo. titu. de reſtitu. in integr. & l. Ab eod. C. Quomodo & quando Iudex ſenten. profer. debeat. Specul. admodum latè in titu. de reſtitu. in integr. lib. 2.

4 particula. 3. Porrò hæc Releuamenta, aut reſtitutiones in integrum ſolus Princeps, aut ſuus Cãcellarius, aut ſuũ magnum conſilium Mechlinienſe expedire poſſunt. Et quamuis ſolus Princeps, vt ſupremus Iudex, eam authoritatem in integrum reſtituendi, ſibi reſeruauit, tamen omnes Iudices ordinarij poſſunt etiã de Iure in integrum reſtituere, virtute iuriſdictionum ſuarum, ſed id cum cognitione cauſæ .l. Prima & Finali. C. vbi & apud quem cognitio in integ. reſtitu. agitanda ſit. Non autem arbitris hæc reſtitutionis in integrum poteſtas competere poteſt, d. l. Finali. Specul. lib. 2. particula. 3. titu. de reſtitut. in integr. folijs 209. 210. Sed iuxta ſtylum prætereà neceſſum eſt habere gratiam Principis.

CAPVT LI.

De Lapſu temporis vel Præſcriptione.

Summæ.

1 *Preſcriptio temporis quid ſit.*
2 *Præſcriptio temporis ad lites arcendas, conſtituta eſt.*
3 *Præſcriptio pro varietate cauſarum ipſa quoque varia permittitur.*

4 Per-

No.					
4			*Perſonalis de Iure ciuili*		*Annis. 30.*
5			*Proprietaria*		*Annis. 30.*
6		*Realis*	*Hypothecaria*		*Annis. 40.*
7			*Seruitutis*		*Annis. 10. aut 20.*
8			*Conſuetudinis loci*		*Annis. 5.*
9			*Priuilegij pacifici*		*Annis. 30.*
10			*Deceptionis rei mobilis*		*Annis. 3.*
11			*Reſcindendi contractus*		*Annis. 2.*
12			*Obligationis factæ vi &c.*		*Anno. 1.*
13			*Iniuriæ verbalis*		*Anno. 1.*
14			*Doli, & malæ fidei*		*Annis. 2.*
15			*Non numeratæ pecuniæ*		*Annis. 2.*
16			*Habendæ traditionis rei emptæ*		*Annis. 6.*
17	*Actio*		*De non traditione*	*præſcribitur*	*Anno. 1.*
18			*Erroris calculi*		*nunquam.*
19			*Complentæ intentandæ*		*Anno. 1.*
20			*Hæreditatis adeundæ*		*Anno. 1.*
21			*Teſtamenti complendi*		*Anno. 1.*
22			*Appellationis faciendæ*		*Diebus. 10.*
23			*Reſtitutionis in integrum*		*Hebdom. 6.*
24			*Appellationis exequendæ*		*Hebdom. 12.*
25			*Reformationis*		*Anno. 1.*
26			*Remiſsionum Principum*		*Anno. 1.*
27			*Sententiæ exequendæ*		*Anno. 1.*
28			*Contra Tutores malæ fidei*		*Anno. 1.*
29			*Abſentium contra adminiſtratores*		*Anno. 1.*
30			*Reſciſsionum in Francia*		*Annis. 10.*

31 *Præſcriptionum omnium per figuram catalogus.*

DIcturus de lapſu ſiue de præſcriptione temporis, hoc prǽmittendum cenſui, quid propriè ſit temporis præſcriptio. Huic enim cætera tanquam fundamento innixa ſubſiſtunt.

1 Eſt igitur præſcriptio, quęlibet exceptio eſſentiã ſuam à tempore capiens, teſte Domino Rogerio in ſuo compendio ſiue ſumma, de diuerſis præ-
2 ſcriptionib᷒, cap. 1. Iura enim & cum ijs vſus ſtylus & cõſuetudo, ſicuti cauſis omnibus, ita & proceſsibus futuris certum temporis terminum præfigere voluerunt, vltra quem nulli fas eſſet (niſi is ex certa cauſa per Principis Parlamenti aut conſilij beneficium & releuamentum in integrum eſſet reſtitutus) litem aliquam de quacunq; cauſa ſuſcipere aut intentare, idque potiſsimum ob tres cauſas. Primò vt omniũ rerum, cauſarum & litium ſemel tandem conſtitueretur aliquis finis, qui lites penè immortales ſic prǽrumperent vel præfinirent, ne humanæ vitæ metas excederent, l. Properandum, in exordio. C. de indict. & l. Finali, ff. pro ſuo. Secundò ne partes ſemper de ſuo Iure hærerent in ſuſpenſo, ſed ſemel de eo redderentur ſecurę. Tertiò (vt inquit Iuſtinianus Imperator) inſti-

inſtitut. de vſucap. ad initium ne rerum dominia in incerto eſſent. & l. Prima.eod. titu.de vſucap. quæ ratio etiam repetitur & citatur, in c. Vigilanti.cum gloſſa.ſuper verbo. Segni-
3 tiem.extra.de præſcript. Præſcriptio autem naſcitur in varijs materijs, & iuxta eas varia quoque eſt temporis
4 præſcriptio. Nã omnes actiones perſonales de Iure ciuili ſemper pręſcribuntur triginta annorum ſpacio, ſiue quis cum bona, ſiue cum mala fide poſsederit l. 2. circa medium C. de conſtitut. pecu. & .l. Prima. §. Ad hæc C. de annal. Except. & l. Sicut & l. Cum notiſsimi. §. C. de præſcript. XXX. vel XL. anno. & ſecundum nõnullas con
5 ſuetudines XX. aut XXI. annorũ tempore, & nequaquam diutius. Actiones verò reales proprietariè, durant XXX. annis, & nõ diutius. Sed actio-
6 nes reales hypotecarię durant XL. annis, & minimè diutius d. l. Cum notiſsimi, & ibi Bart. & Bald. eorumque ſequaces. In reali autem ſeruitutum
7 materia, tẽpus inter præſentes decem & inter abſentes viginti annorũ conſtitutum legimus, §. Primo. inſtitut. de vſucap. & long. tempo. præſcript.
8 Ad præſcriptionem conſuetudinis localis, vſus quinque annorum eſt neceſſarius. Vt vero priuilegio alicui præ-
9 ſcribatur, requiritur vt prius fuerit poſſeſsio pacifica, vſuſq; XXX. anno-
10 rum. In deceptione rerum mobilium durat actio duntaxat triennio. Nam poſt trienniũ res mobiles vſu capiuntur. §. Primo inſtitut. de vſucap. & long. tempo. præſcript. In reſciſsione
11 contractus, vbi deceptio eſt vltra dimidiam iuſti precij, actio durat bien-
12 nio. Obligationum factarum vi, minis, vel alia cauſa, aut metu (qui poteſt in virum conſtãtem cadere) actio
13 durat anno. Ita etiã durat ad annum iniuriæ verbalis actio. Nam poſt annum intentari non poteſt. l. Si nõ con
14 uitij C. de iniur. Actio doli, malęfidei aut deceptionis debet inſtitui aut intentari infra biennium, non vltra, vel ſic actio de dolo expirat biennio, continuò à tempore doli commiſsi numerando, curritque id tempus abſenti & ignoranti. l. Vltima & ibi Salic. & A-
15 lex. C. de dolo malo. Actio ſiue querela, ſeu exceptio non numeratę pecuniæ ſolum durat biennio, quo elapſo introduci nõ poteſt, niſi ætatis vel abſentiæ beneficio. Solemni ac notabili l. In contractibus, in principio, & ibi Bald. & alij ſcrib. C. de non numer.
16 pecu. Actio ad rei ſuæ emptæ traditionem habendam, intra ſex menſes intentari debet, à die emptionis nume
17 rando. Querela de non facta traditione iuxta contractum, debet infra an-
18 num inſtitui aut intentari. Errori calculi, id eſt, computationis, nunquam præſcribitur, ſed durat eius actio perpetuò, ſecundũ nonnullorum opinionem. Sunt tamen alij dicentes pręſcribi infra triginta annorum ſpacium, ſicuti meminimus in noſtro vltimo ædito pupillorum patrocinio, titulo. De tutorum & curatorũ ratione, eiuſdem tempore, modo atque forma, folio. 75. numeris 17. 18. 19. 20. 21. & ſequentibus, vbi lectores videre pote-
19 rint. Ad complaintam intentandã requiritur annalis poſſeſsio. Quiſquis volet ſe fundare hæredẽ in aliqua domo mortuaria, hic debebit id facere intra annum, Nam ius deliberandi circa hæreditatis aditionem vel repudiationem ſolum durat anno. l. Scimus
20 §. Sin autem à locis C. de iure deliber. Executio teſtamenti, vel vltimæ voluntatis debet fieri infra annum, aut alioquin

alioquin hæredes executores ipſos ab
executione ſua repellerent, & in ſei-
pſos idem onus exequendi teſtamen-
21 ti,cum data cautiõe ſuſciperẽt. Quod
ſi tum executores teſtamentarij, tum
ipſi hæredes iuſtò negligentiores eſ-
ſent ad completionem teſtamẽti poſt
onus aſſumptum,eo caſu per Epiſco-
pum cogendi ſunt, vt teſtatoris vlti-
mam voluntatem expleant.c.Si hęres
& c.Tua nobis, & c. Ioannes extra.
de teſtament.l.In commodato.§.Si-
cut.ff.commodati l. Si quis alicui.§.
Qui ſuſcepit mandatum.ff. mandati
l.Inuitus C.de procurato. & l.Tertia
22 §.Primo.ff.de arbit. Appellandi tem-
pus eſt decem dierum conſtitutũ, vel
ita. Appellatio infra decem dies inter-
poni debet, à tempore ſententiæ nu-
merandos Autentica.Hodie C.de ap-
pellat.vt in Autentico de appellat. &
intra q̃ tẽpora,§.1. colla.4.c.Anterio-
rũ 2.q.6.c. Significauerũt extra.de te-
23 ſtib.& c. Cũ dilect⁹, in fine. extra. de
elect.Tẽpus verò reſtituẽdi in integrũ
24 erit ſex hebdomadarũ.Exequẽdæ ap-
pellationis tẽpus prorogatur ad alias
25 ſex hebdomadas.Reformationis tem
pus conſtitutũ anno & die.Nulla mã-
26 data,nullæ ſententiæ,nulla releuamen
ta,nullæ remiſsiones, nullęque aliæ li-
teræ beneficiales, aut gratiarum vel iu
ſtitiæ prouiſiones cum ſuo vigore du
rãt vltra annum. Nam ſi intra annum
ad executionem vel interinementum
non committerẽtur,nullius eſſent va-
27 loris aut momenti. Sententia Iudicis
debet exequi infra annum, à die ſen-
tentiæ latæ computando, vt ſunt te-
xt⁹ in c. Significaſti,& in c. Paſtoralis
28 extra.de offic.delega. Si per negligen
tiam,malitiam, aut imperitiam tuto-
rum aut curatorum aliqua damna,aut
grauamina illata eſſent pupillis, aut
minorẽnibus,durante tempore tutelę
aut minorennitatis, eo caſu ijſdẽ pu-
pillis, ac minorennibus poſtquam ſui
iuris erunt effecti, & extra tutelã aut
curam conſtituti, conceditur integer
annus,intra quem poterũt releuamen
tum impetrare, & petere vt in inte-
grum reſtituantur, ad agẽdum contra
ſuos tutores aut curatores, de damno
paſſo, & de non bona fide adminiſtra
29 ta tutela vel cura. Eadem quoq; ratio
eſt de abſentibus, & qui peregre ege-
rũt.Nã huiuſmodi etiã annus cõcedi-
tur à reditu, vt intra eum annũ ſeſe in
integrum reſtituerent. Sed hoc de Re
leuamentis & de reſtitutione, notan-
dum eſt. Quod quamuis olim (vti hic
dictum eſt) ab omiſsionibus releua-
rentur, & in integrum reſtituerentur
tãtum intra annum, Poſteritas tamen
illud tempus extulit ad quadriẽnium,
intra quod aliquis ſuæ cauſæ releua-
tionem, & in integrum reſtitutionem
procurare poterit, ſed non vltra, niſi
ex cauſa, iuxta gloſſam & doctores,
& pręcipuè iuxta Iaſonem in.§. Rur-
ſus,inſtitu.de actionib.gloſſa & Do-
ctor.maximè Barto.in l. Finali.ff. de
30 in integr.reſtitu.In Francia verò iſtud
tempus lõgius prorogatum fuit.Nam
ibi ab annis multis ordinatum, & con
ſtitutum fuit vt omnes contractuum
reſciſsiones, aut aliæ actiones, quę ſun
datæ ſunt ſuper dolo, circumuentio-
ne, metu ſiue timore, ſuper violentia,
aut deceptione vltra dimidiam iuſti
precij, præſcriberentur ſpacio decem
annorum, à die contractus computan
do, nullis ſtatutis, cõſuetudinibus, aut
ordinationibus cõtrarijs prædictæ or
dinationi, nonobſtantibus. Sed ea or
dinatio, & tam longinqui temporis
prolatio nunquam recepta, nec vſitata
fuit in noſtra Flandria. Præſcriptiones
autem

autem omnes, quæ ſparſim ſunt poſitæ in corpore Iuris, eas hic ſummariè, & dilucidè in tabulã ſequentem contraximus & diſtinximus.

31 Præſcriptio.

Viginti horarum eſt de marito, qui captiuauit adulterũ deprehenſum cum vxore ſua.l. Capite quinto.ff. Ad l. Iuliam de adulter.

Vnius diei, qui viua voce noluit appellare diſſoluta figura Iudicij. Quia ſi non ilico appellauerit, non erit poſteà audiendus ſine libello l.litigatoribus, C.de appellat.

Duorum dierum, ſcilicet quando aliquis vendidit equũ ſuis ornatum phaleris, ſed de eo ornamento in videndo non meminit. Quo circa ſi equum cum ſuo ornatu emptori tradidit, & intra biduum ornatum non repetat, ab actione repetendi cadit. Et ornatus cum equo empto ſequetur emptorem .l. Ædiles .§. videndi .ff. de ædil. ædict.

Trium dierũ, permittitur aduocatis, quibus licet intra triduum errorem ſuum corrigere .l. Vltima, C.de erro.aduoca.

Quinque dierum eſt illius qui promiſit hominem ſiſtere in iudicio certo die, & tamen poſt dies quinque eundem exhibere non poteſt .l. Et ſi poſt tres.ff. ſi quis cautionib.

Nouem dierũ eſt, vt non cõueniatur aliquis ob perſonã defuncti ante nouẽ dies, à morte cõnumerãdos. Autẽti. Sed neq; C.de ſepul. viol. vbi dicitur. Sed neq; ante nouẽ dies ab obitu numerãdos &c.

Decem dierũ. Auten. Hodie. C.de appellat. & in Autẽtico. de appella. & intra quæ tempora. §.1.in princip.colla. 4. conſtitu. 2. vnde d. Autẽtica deprompta eſt, quæ habet, Hodie autem cuilibet tribuitur ſpacium decem dierum, à ſententiæ reuocatione numerandum, & l. 1. ff. de itiner. actu. priua.

Quindecim dierũ, vt cũ teſtes producũtur, l. Si quãdo C.de teſti.

Viginti dierum, in eo qui vult litem conteſtari, Autẽtica, Offeratur. C.de litis conteſta. iuncto Autẽtico. de exhib. & introduct. reis §. Sancimus. colla. 5. conſtitu. 6.

Triginta dierũ, vt de creditore, qui ſcripſit ſe accepiſſe creditum, vt l. In contractibus §. Super cæteris C. de non num.pecu.

Quinquaginta dierum, quæ datur tutori ad excuſandum §. Qui autem inſtitu.de excuſa.tuto.

Duorum menſium, vt Autentica. libellum. C.de litis conteſta.

Sexaginta dierum vtilium, quæ marito datur de ſuo iure maritali vxorem accuſare volenti, vt l. Iure mariti C. Ad l. Iuli.de adulter. quæ l. canonizatur, in c. Aliquando .2. q. 4.

Alia ſexaginta dierum vtilium, cum quis aliquid emit cũ ea cõditione, vt ſi id diſpliceret, emptio eſſet inualida, & res haberetur inempta. l. Quod ſi nolit §. Si quid ita venierit .ff. de ædil.edic.

Centum dierum, ſcilicet ad petendam bonorum poſſeſsionẽ vt l. Si bonorum. C. Qui admit. ad bo. poſ. poſſunt. & §. liberis itaque inſtitu.

inſtitu.de bono. poſſeſ.

Duorum vel quatuor menſium, nempe, ſi promiſiſti te exhibiturum ſine ſcriptis, vt l. Debitoribus ff. de re iudica.

Triũ, & ſex, & nouẽ menſiũ, vt l. 1. C. de dilationib.

Quatuor menſium poſt datam ſententiam, vt vſuræ currant, vt l. 2. C. de vſur. rei iudica.

Sex menſium, vt redhibitoria l. 2. C. de ædil. ædic.

Octo menſiũ ad faciendũ inuẽtariũ, vt l. Scimus C. de Iure delib.

Annua, vt æſtimatoria & reſciſſoria & quanto minoris, vt l. Sciendum. §. Vltimo. ff. de ædil. ædict.

Olim erat annua, bima, trina, quæ hodie per exſtipulatu actionem eſt ſublata, vt l. Vnica §. cùm autem C. de rei vxor. acti.

Annua, quæ datur parẽtibus & liberis ad petendam bonorũ poſſeſsionem, vt l. Emancipata C. Qui admit. ad bo. poſſ. poſſunt.

Biennalis, vt de dolo, & de debitore, qui ſe ſcripſit accepiſſe pecuniam, vt l. In contractibus, in principio C. de non num. pecu.

Biennij vel quadriennij, qua creditores in bonorũ poſſeſsionem miſsi, ab alijs ſe defendunt, vt l. Cũ apud C. de bo. auto. iudic. poſsi.

Triẽnij in vſucapiõe mobiliũ rerũ, vt inſtit. de vſuca. in princi.

Præſcriptio Quadriennij, quæ datur ad implendam reſtitutionem poſt minorem ætatem, quæ etiam hoc tempore datur pro vtili anno, vt l. Vltima C. de temporib. in integ. reſtitu.

Quadriennij, ne aduerſus ſacrum ærarium agatur, vt l. 1. C. de quadr. præſcript.

Quinquennij, vt de inofficioſi querela. & de donatione facta ab adminiſtratore. l. Si quis filium. C. de inoffi. teſta.

Quinquennij, vt non poſt quinquẽnium de ſtatu defunctorum quæratur, vt C. de ſtatu. defunct. p. q. q.

Quinquennij ne adulter poſt quinquennium à commiſſo adulterio (qnod continuum numeratur) de eodem adulterio accuſetur, l. Adulter. C. Ad l. Iul. de adulter.

Septem annorum, cùm quæritur an fuerit infans, an non, vt proinde habeat effectum, vt l. Si infanti C. de Iure deliber.

Decem, & viginti, & triginta, & quadraginta annorum, vt C. de præſcrip. l. t. & de præſcript. XXX. annorum.

Duodecim vel quatuordecim annorum, cùm quæritur an aliquis pubes an impubes fuerit, vt proinde teſtetur l. Si frater. C. Qui teſta. fac. poſſ.

Quatuordecim annorum, vt currat præſcriptio triginta vel quadraginta annorum.

Septemdecim annorum, cùm quæritur an quis poſtulare poſsit, l. 1. §. initium autem ff. de poſtulan.

Septemdecim annorum, cùm quæritur an aliquis manumittere poſsit, vt inſtitu. quib. ex cau. manu. non lic.

Prӕſcriptio {

Octodecim annorũ, vt ſi mulier veniã ætatis impetret, vt. l. Vltima. C. de his qui ve. æta. impet.

Octodecim annorũ, cùm quęritur an quis adoptare poſsit, vt ff. de adopt.

Vigintiquinque annorũ, vt exindè maior & legitimæ ſit ætatis.

Quinquaginta anorum, vt non ordinetur Diaconiſſa. Autentica, Diaconiſſa, C. de Epiſco. & Cleri. Alia eſt in Autentica, Habita, C. ne fili. pro patre.

Sexaginta annorũ, ſcilicet de eo qui arrogatur per Principem, vt l. Tertia. ff. de adopt.

Septuaginta annorũ, quę excuſat grandæuos illos ab omni tutelari onere, & ab officijs publicis l. Maiores ſeptuaginta annis à tutelis & muneribus vacant. ff. de Iure immu. Sed qui tantum ingreſſus eſt ſeptuageſimum annum eundemq́ue nondum egreſſus, is hac excuſatione aut vacatione non vtetur: quia is nondum eſt maior ſeptuaginta annis, qui tantũ agit ſeptuageſimum annum.

Centum annorũ, quæ competit ſolum Romæ ciuitati & Eccleſiæ, & rebus Eccleſiaſticis. l. Vt inter diuinum, & Autentica. Quas actiones C. de ſacroſanct. Eccleſ. Perpetua, eſt ſine temporis præfinitione, ſcilicet in feudis in conſtitu. feudor. l. Imperialem decet ſolertiam, & c. de prohibita. feudi aliena, per Frede.

Si qui plura de præſcriptionibus deſiderabunt, hi legant Compendium ſiue ſummam de diuerſis præſcriptionibus cum dialogo & catalogo antiqui ac immemorabilis memoriæ Doctoris, D. Rogerij. Necnon tractatum præſcriptionum celeberrimi legũ Doctoris, D. Dyni de Mugilo. Item legat perutilem tractatum præclari viri V. I. D. Ioannis Franciſci Balbi de Auilliana, de præſcriptionibus. In eo enim omnes præſcriptionum materię tam canonicæ, quàm ciuiles enarrantur accuratiſsimè.

CAPVT LII.

Differentia inter Releuamentum & Requeſtam ciuilem.

Summæ.

1 *Per { Releuamentum & Requeſtam ciuilem } impetrans conſequitur { Petita ſi narrata ſint vera.*

2 *Arbitraria Iudicis.*

Item.

3 *Releuamentum & Requeſtæ ciuiles } conceduntur { in rebus reſtitutu facilibus.*

4 *in rebus reſtitutu difficilibus.*

5 *Inter-*

5 *Interinementa requæſtarum peraguntur in Flandria in Concilio Gandenſi.*
6 *Interinementa aliquando remittuntur ad Iudices inferiores.*
7 *Interinementa obligata ſunt ad expenſas proprias, & partis.*
8 *Vtrique parti Requæſtas impetrare licet.*

1 MVlti idem eſſe putant Releuamẽtum & Requęſtam ciuilem, quæ tamẽ inter ſeſe non parũ differũt. Per Releuamentum enim ipſe impetrans iuxta cauſæ cõmonſtrationẽ, & ſi ſupplicationis narratio veritati innitatur, omnino releuatur & reſtituitur, vt pe
2 tit. Et per Requęſtã verò ciuilẽ, fit ſolũ qualiſcũq; releuatio ſiue reſtitutio, vtpote quæ ex ipſius cauſæ cognitiõe depẽdeat, & vt Iudex talem gratiã faciat (parte audita) qualẽ in conſcientiã
3 Principẽ facere putaret. Præterea Releuamenta ſiue reſtitutiones in forma cõmuniter concedũtur & largiuntur cauſa taliũ rerum quæ facillimè reſtitutionẽ admittũt, quales ſunt de interruptionibus litiũ ſiue proceſſuum, de cõtumacia ſimplici, de ponẽdo ac verificando noua facta & ad nouas productiones faciendas, & ſic de nouis factis aut ponẽdis, aut verificandis, deq; nouis rerum productionibus faciẽdis & ita de ſimilibus, in quibus non admodũ diligenti ac neceſſaria opus eſt
4 perquiſitione aut probatione. Sed requęſtæ ciuiles dantur in rebus ad releuationẽ & reſtitutionẽ difficilioribus, videlicet de ſentẽtijs q̃ tranſierunt in rẽ iudicatã: in lõgi tẽporis præſcriptionibus, & de aliis rebus quibus pars aduerſa poſſet inaudita extrudi, & cade
5 re à ſuo iure. Porrò interinemẽtum requęſtæ ciuilis in Flãdria ſemper peragitur in eiuſdẽ Flandrię Cõcilio ex officio Principis. Nam ſicut Releuare, reſtituere, gratiamque facere ad ſolum ſpectant Principem, ita & interinementum ſuſcipere ad ſolum ſpectat Principem, aut eius nomine ad ipſius ad hoc deputatum Concilium, quod in Flandria Gandaui ſitum eſſe diximus. Sunt tamen nihilominus
6 nonnulli pedanei aut inferiores iudices in Flandria, quibus hoc poſtulantibus aliquãdo ex gratia cõceſſum fuit. Imò ipſi Conſiliarij prædicti Conſilij nõnunquã in admittẽdo remiſsionẽ, totũ negotium, omnemq; cauſam remittunt ad ipſos iudices pedaneos ſiue minores, cõmittẽdo ipſis requęſtæ aut releuamenti interinementũ, idque cũ conſenſu partiũ, quod tamen ipſis nequaquã confirmatũ eſt in parlamento ſiue magno Cõcilio Mechilinienſi. Fertur præterea ꝙ ab hinc multis annis, Quatuor Flãdrię mẽbra ſiue ſtat*, vel à Principe, vel ex inolita cõſuetudine obtinuerint ſe poſſe requęſtas ciuiles interinare, quo tamẽ nunquã (ſi benè memini) vſi fuerunt ſpacio XX. annorũ aut circiter, ſicut ex ſolo relatu maiorũ meorũ audiui, quo tẽpore Ciuitati Brugenſi fui à cõſilijs, ideoq; quid certi hic aſſeram nõ habeo. Hoc
7 quoq; de Requæſtis & releuamẽtis ꝑ ſupplicantẽ impe[illegible]s notandũ eſt, ꝙ omnia onerẽtur ad ſolutionẽ expẽſarũ retardati proceſſus, ad taxationẽ, & calculũ Iudicis. Sed quia propter impetrationem releuamẽti pars aduerſa multũ retardatur ab expeditione Iuſtitię, deinde quod etiã ea cauſa plures expẽſas, & dãna ſubire debeat, idcirco in Parlamẽto Pariſiẽſi ſemper vſitatũ fuit, ꝙ quotienſcunq; requęſta aliqua ciuilis, aut releuamentũ, practicatũ, preſentatum, & impetratũ fuerat, deinde poſtquam ſcripturæ exhibitæ, ſeruitæ & traditæ fuerant, ita vt pars

aduerſa quoque nouas ſcripturas aut additiones ad eaſdē facere cōpelleretur, quod tunc condēnarent illū Releuamenti impetrantē in omnes expenſas nouarū ſcripturarum, & nouarum additionum, nouarū enquæſtarū ſeu informationum, quas pars aduerſa ob talem impetrationem iterum earum cauſa tenebitur facere. Quod idem quoq; non ita nuper inceptū eſt etiam practicari in Parlamēto ac magno Cōſilio Mechilinienſi, eſtq; id ibidē nunc prorſus inolitum, & quotidianum.

8 Hoc quoque omnes reſtitutiones ſeu releuamenta & requęſtæ ciuiles in ſe annexum continent, quod pars aduerſa ſimiliter Requæſtas & reſtitutiones ſibi impetrare poterit.

CAPVT LIII.

De Competente Iudice.

Summæ.

1 *Litem intentaturus videre debet an Iudex ſit competens.*

2 *In actionibus perſonalibus actor debet ſequi forum rei.*

3 *In actionibus realibus actor ſequitur Iudicem loci, vbi res ſunt.*

4 *Reus coram alieno Iudice conueniri poteſt.*
- *In cauſa matrimoniali.*
- *In cauſis teſtamentarijs.*
- *In cauſis hæreſeos.*
- *In cauſis Simoniacis.*
- *In materia vſuraria.*
- *In adulterijs.*
- *In fornicationibus.*
- *In materia nouitatis.*

5 *In cauſa iuramēti præſtandi, laici corā Iudice eccleſiaſtico cōuenire debēt, vt ipſe aſſerit.*

6 *In contractibus, Reus conueniri poteſt coram alieno iudice.*

7 *In Maleficijs Reus conuenire poteſt apud quemuis Iudicem.*

8 *Reus qui multis iuriſdictionibus ſubeſt, vbilibet conueniri poteſt.*

9 *Studentes in Vniuerſitatibus citantur tantum vbi volunt.*

10 *Reus, aut ipſius bona in ciuitatibus priuilegiatis arreſtari poßunt.*

11 *In feudalibus omnes ſequi debent Curiam Parium.*

12 *Poßeſſorium demonſtrari debet à Principe, aut ab ipſius Conſilio.*

13 *Reus in ſucceßione vniuerſali conueniendus eſt apud Iudicem loci domus mortuariæ.*

14 *Reus citari poteſt apud eum Iudicem cui ſe ſubmiſit.*

15 *Clerici non poſſunt ſe omnibus iudicibus ſubmittere.*

16 *Clerici vniuerſitatum ſuos debitores ad ſuam vniuerſitatem citare poſſunt.*

17 *Qui certam ſedem non habent vbique conueniri poſſunt.*

18 *Viduæ, & miſeri ſuos debitores vbique conuenire poſſunt.*

19 *Cauſæ priuilegiatæ ſequuntur conſilium Principis.*

20 *Iudice Rei negante ius dicere, actor Reum coram ſuperiori conueniet.*

21 *In materia compromißi reus adire debet arbitrum.*

Quicunque

1 QVicunque iudicium,litē, ſeu pro-
ceſſum inſtituere aut intētare vo-
let,is debet prius ante inſtitutionē di-
ligenter videre an Iudex is coram quo
proceſſum inſtituere cupit,ſit compe-
tens,& ad cognoſcendum de cauſa le-
gitimus,vt ſupra dictum eſt cap. 17.
2 Pro quo ſciendū eſt quod iuxta con-
ſuetudinem,aut iura ſemper in actio-
nibus perſonalibus, actor debet ſequi
forum rei l. Aditæ.C.de ordi.iudic.ad
hoc eſt regula tradita in c. Cùm ſit
generale. de fo.cōpet.cum concordan
tiis. Quare ſi quis aliquē cōuenire aut
in iudicium citare volet,ſiue clericum
ſiue laicum,hic eum nō citabit coram
ſuo Iudice(niſi vtriuſq; ſit Iudex) ſed
3 coram IudiceRei citādi.Et in actioni-
bus realibus actor debet ſequi Iudicē
loci,ſub quo bona ſita ſunt,aut reper-
ta. Sed quamuis iſta regula ſit gene-
ralis,in multis tamen fallit caſibus, ſci
licet in quibus reus citari poteſt,nō co
ram ſuo iudice,ſcilicet in materijs ſiue
cauſis matrimonialibus c.Ex literis de
4 cōſang.& affinita.In cauſa teſtamenti
c.Tua nobis,& c.Ioannes.ex.de teſta
ment.In cauſis hæreſeos .c.Ad abolen
dam.ex.de. hæret. In Simonia. extra.
de Symonia per totum. In materia v-
ſurarum .c.pro tenore .extra. de vſur.
per vniuerſum titulum.In fornicatiōe
& in adulterio.c.1.ex.de offi. ordi. In
5 materia nouitatis & ſimiliū. Item in
cauſa iuramenti præſtādi.In hoc enim
caſu laici coram iudice eccleſiaſtico &
in curia ſpirituali poſſunt cōueniri &
cōpelli, ſicuti ipſi eccleſiaſtici fortiter
ſuſtinent,& defendunt. Item in con-
6 tractibus,aut promiſſionibus. Nam
Reus poteſt etiam conueniri corā iu-
dice non ſuo,quādo reperitur in loco
contractus,aut promiſſionis ſolutio-
7 nis,l.hæres abſens ff.de iudic. Item in
Criminibus, & maleficijs. Nam in
materia maleficiorum Reus conueni-
ri poteſt. Imò etiam apprehendi,vbi-
que locorum, & à quouis iudice vbi
repertus fuerit, ratione criminis com-
miſſi,ſub cuiuſcunq; ditione is fuerit.
Autentica. Qua in prouintia. C. vbi
de criminib. agi oport. & c. Finali.
8 de foro competent. Item. Quando
Reus pluribus ac diuerſis iuriſdictio-
nibus ſubiectus eſt, tum eſt in acto-
rum optione & electione reum con-
uenire coram ſuo iudice, aut vbi vo-
9 let. vt d. l. hæres abſens. Sed hoc fal-
lit in Studentibus in vniuerſitatibus
priuilegiatis,quia ipſimet ibi optionē
habēt vt cōueniantur vel corā ſuis iu-
dicibus,aut coram iudicibus vniuer-
10 ſitatis.In Flādria,in ciuitatibus priui-
legiatis vtūtur modo procedēdi p̄ ar-
reſtū,ſcilicet vt perſonā citandā arre-
ſtent,vel ſiſtāt,aut vt arreſtēt ipſius bo
na,donec is arreſtatus cautionē pręſti
terit,q, ibi iudicio ſeſe ſiſtet,& ſubmit
tet. Qua cautiōe facta debet tunc ibi
reus reſpōdere,tametſi nō ſit illic ſuus
11 iudex.Sic quoq; in materijs ſiue cau-
ſis feudalibus omnes rei tā ſpirituales
quàm ſeculares,reſpondere debent in
Curia feudali, ſiue parium', idque de
rebꝰ concernētibus, aut ad feudi pro-
prietatem, aut feudorum dependen-
tiam, quamuis ipſorum perſonæ ibi-
dem non ſint ſubiectæ,neque iuſticia-
12 biles.c.Cæterum.extra de iudic.Om-
nes item in poſſeſſorio debent cōpare
re coram Principe,aut corā ſuo Conſi
lio,ſcilicet quando tale poſſeſſoriū in-
ſtitutum eſt per complaintā aut manu
13 tenētiā.Reus etiā poteſt cōueniri corā
alieno,nō ſuo iudice in materia ſucceſ
ſionis vniuerſalis,ſcilicet corā eo iudi-
ce vbi domꝰ mortuaria ſita eſt.l. Vni-
ca. C. vbi fideicommiſ. peti oportet.

14 Similiter & Reus cōueniri poteſt,co-
ram alieno Iudice,quādo in alium Iu-
dicem, aut alios Iudices conſenſit, aut
quando omnibus Iudicibus & iuſti-
15 tijs ſeſe ſubmiſit.Fallit tamē hæc ſub-
miſsio in clericis,qui nequeūt ſeſe om
nibus iuſtitijs , iuriſdictionibus ſiue
iudicibus ſubmittere ac ſubiicere. c.
Significaſti. extra. de fo. competent.
16 Reus etiam poteſt cōueniri corā non
ſuo Iudice,ſi actor talis ſit qui priuile-
gium libertatis habeat , ſicuti clerici
ſtudentes & reſidentes in priuilegia-
ta vniuerſitate, quia id faciunt ratio-
ne priuilegij vniuerſitatis,poſſunt ſuū
debitorem conuenire& citare vbi re-
ſident ſine fraude. Specul. in titu. de
competen. iudic. aditione. Et certè
eo priuilegio vtuntur ſcholaſtici Lo-
uanienſes in eos qui intra duorū die-
rum iter habitant, quod priuilegium
ipſis per principes & Pōtifices ob ſtu
17 diorum fauorem eſt conceſſum.Debi
tores vagabundi,paſsim incertis ober
rantes ſedibus, & vix vſpiam certum
domicilium habentes, hi etiam vbiq;
locorum conueniri poſſunt,& coram
omni Iudice vbi reperientur, ne credi
tores indebitè fraudarentur, argumen
to l. Quod niſi §.finali ff. de oper. li-
berto.l.ait Prætor.§. Si debitorē.ff.q
in fraudem credito, vnde is vbiq; re-
ſpondere & ſatiſdare debebit. l.2. §.
18 penult.ff. de iudic.argumēto l. Ciues
deincol. lib. x. C. Vidua non ſecus,
quam miſerabilis quęque perſona pri
uilegiata poterit dotem ſuam conſue-
tudinariam,aut aliud ius proſequi, &
reum conuenire,aut coram Principe,
aut coram ſuo Cōcilio, aut corā pari-
bus curiæ ſiue vaſallis, aut etiā coram
alijs quibuſcunq; iudicibus , ad ſuam
ipſius optionem aut electionem.Atq;
ita eſt cenſendum de alijs perſonis mi
19 ſerabilibus omnibus.Item reus cōueni-
niri,& reſpondere debet in Principis
conſilio,de omnibus priuilegiatis cau
ſis,veluti de violatione publicæ fidei,
ſalueguardię ſiue ſecuritatis, de facto
ſuper facto,de geſtatis armis prohibi-
tis,de elatis armis,frumentis,deq; edu
ctis equis extra patriam, de ope allata
hoſtibus,& de alijs ſimilibus,quando
res illę annum exceſſerunt, aut quādo
princeps,aut eius conſilium de ea co-
gnitionem præuentione habent, aut
quando Princeps ob certas cauſas ibi
negotium peragi voluit,& commiſit.
20 Sic etiam reus coram actoris iudice
conueniri poteſt,quando iudex ordi-
narius rei,actori recuſauit ius reddere
aut iuſtitiam adminiſtrare, tunc enim
is Rei iudex auctori meritò ſuſpectꝰ
eſſe debet,ob quod proteſtari poterit
actor de recuſatione,&ab eo rei iudi-
ce declinare,& reum ad ſuperiorē Iu-
21 dicem citare.c. Si quis extra. de foro
competen.In materia quoque cōpro-
miſsi reus obligatur adire arbitrum,
extra de arbit.per totum , hæc omnia
& multo plura habentur in Specul.
in titu.de cōpetentis iudicis aditione.

CAPVT



CAPVT LIIII.

De Citatione.

Summæ.

1 *Citatio quid ſit, & eius variæ appellationes.*
2 *Citatio eſt omnium iudiciorum primus introitus.*
3 *Citatio fundata eſt in Iure* { *Diuino.*
4 *Naturali, vel humano.*
5 *Canonico.*

Citatio eſt triplex {
6 *Verbalis quæ fit* { *Viua voce Iudicis.* / *Per Notarium, vel tabellionem.* / *Per nunciationem partis.* / *Per ædicta publica.* / *Per nuncium verbaliter.*
7 *Literalis, in qua requiruntur multa.*
8 *Realis, vel violenta.*
9 *Citari realiter nemo poteſt in materia ciuili, & pecuniaria, niſi &c.*
10 *Magiſtratus citationem mandant verbis. Sed Princeps ſcriptis.*

OMnis proceſſuũ inſtitutio ferè ab
1 ipſa Citatione exordium ſumit.
Eſt itaq; Citatio ad Iudicis conſpectũ
iuridica vocatio. Cuius quidem plura
ſunt nomina, idẽ tamen importantia,
ſcilicet, Citatio, in ius vocatio, moni-
tio, ædictum, denunciatio, conuentio
& (quod in vulgari dicimus) adiorna-
mentum, quorum meminerunt Ioan.
Fab. in §. Finali. inſtitu. de pœna te-
mer. litigant. Docto. in c. Quoniam
contra falſam. extra. de probat. in c. Fi
nali. de elect. lib. 6. Iaſon in l. Prima ff.
de in ius vocan. Felij. in c. Cum opor
2 teat. de accuſat. Eſt autem citatio fun-
damentum & principium ordinis iu-
diciarij vel (vt volunt alij) Citatio eſt
caput, atq; ſubſtantiale ordinum iudi
ciorum, litium, ſiue proceſſuũ, vt no-
tatur per gloſ. in rub. ff. de in ius vo-
can. & l. Prima. C. eo. titu. & d. Finali
inſtitu. de pœ. temer. litigãt. Huic con
ſentit quod omne iudicium ab ea par
te, quæ eſt de in ius vocando, ſumit
exordium. l. Prolatam, & ibi ſcribent.
C. de ſentent. & interlocut. omnium
iudicum. Ideoque ipſa citatio per om
nia iura ad primum limẽ iudiciorum
3 introducta eſt. Primò iure diuino
& naturali. Deus enim (vti ſupra di-
ximus) Adam primũ noſtrum paren-
tem citauit, hoc eſt, ad ſe vocauit, nem
pe de mandati tranſgreſsione cum eo
expoſtulaturus, & pro facto nefario
pœnam irrogaturus, vt patet ex libr.
Geneſis. Capit. 3. & eſt textus in c.
Deus omnipotens. 2. q. 1. & firmat.
Barto. in Extrauaganti. Ad reprimen-
dum in verbo. ſiue figura. in 2. colum.
Ioan. de Imol. in Clementi. Sæpe in
43. colum. de verbo. ſignificat. & in
Clementi. Paſtoralis de ſenten. & re
4 iudicata. Secundò iure naturali & hu-
mano eſt citatio ad iudicij ordinẽ ne-
ceſſaria,

ceſſaria, adeò vt ipſius omiſsio, iudiciũ omne reddat nullum, iuxta notata in l. de vnoquoque ff. de re iudica. Nam parte nõ vocata & inaudita nihil legitimè ſtatui poteſt, c. Primo. extra. de cauſ. poſſ. & proprietatis. Quocirca ne per Principem quidem, quantumuis potentem citatio omitti poteſt, adeò vt ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis nec poſsit, nec debeat procedere ad vllam ſententiam, ſine citatione partis, vt eſt text. in d. Clementi. Paſtoralibus. §. Cæterum de re iudica. Vbi ſummus Pontifex idem expreſſè declarat, quod Princeps non poteſt ex certa ſcientia, citationis defectum ſupplere, imò ne quidem contra ſuum ſubditum, quia hoc eſſet in iudicio tollere defenſionem ſui, quæ tamen eſt de iure naturali, vt in iudicio alteram aurem accuſatoribus, alteram defenſoribus relinquamus. Ita adſtruunt & tenent D. Cardi. Florent. in c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. & D. Abb. in c. Cum olim, de re iudica. & notabiliter Areti. in Conſil. CLXIIII. incip. Sicut Ioannes dicit in Apocalypſi, in xiij. colum. in fine & ſequenti. Quemadmodum & etiam memini, in vltima æditione Patrocinij pupillorum, titu. de tutor. & curat. munere cap. 8. numer. 66. & 37. fo. 37.

5 Tertiò, iure canonico. c. Inter quatuor. extra. de maior. & obedient. Quartò iure ciuili. l. Arrianus Seuerus ff. de iure fiſci. Sed hic ſciendum eſt, quod Citatio eſt triplex, ſcilicet verbalis, quæ fit viua voce. Literalis, quæ fit literis, ſcripto vel inſtrumentis. Et Violẽta ſiue realis, quæ fit iniectione manus ſiue apprehenſione, ſeu captu-

6 ra. Prima verbalis fit aut viua voce per Iudicem, & quãdo iudex proprio ore citat. Hæc eſt valida, efficax, & cõpellens, ſi modo legitimè fiat, & partibus aſsignetur certus terminus comparendi & procedendi, l. Ceſſante C. quomodo & quando iudex. Vel fit p notarium ſiue tabellionem arg. 23. q. 4. c. Circuncelliones, ibi. ſed illorum notarijs, id eſt, officiarijs. Sic per notarios plærunq; citant auditores palatij Papę. Nã ſi Iudex poteſt citare per nunciũ vel pręconẽ, vt iam iam dicemus, multò magis per notarium. Vel fit per partem, vt ſæpe faciunt Iudices, actori vel reo dicentes: Dic aduerſario tuo, vt compareat tali hora, & fac vt tu quoque ſimiliter compareas eadem hora. Sed hic citãdi modus potius ad factum, quàm ad ius referendus eſt, quia pars ſic citata non tenetur credere ſuo aduerſario. Vel fit per publica ædicta. Sic minores ordinarij, & delegati à Principe, in minoribus cauſis citant p ædicta, q tamẽ nõ eſt in vſu. Vide Specul. de citatione. Vel Citant per nuncium, vt c. Prudentiam reſpon. 1. extra. de offic. & poteſta. iudic. delega. c. Cum parati. extra. de appellat. & l. magis §. Illud verſum nec tamen ff. de reb. eorũ. Secũda literalis, ſcilicet,

7 Cũ quis à iudice per literas citatorias in ius reſponſurus vocatur, & per hãc citationẽ maximè apparet & clarè demonſtratur, q omnia legitimè peragũtur, & in iudicio conſtituta ſint, ſi quis eam citationẽ negare, vel in dubium reuocare vellet. Debet autem literalis citatio cuiuſlibet iudicis ſiue ſit ordinarij, ſiue delegati, ſiue auditorũ, cõtinere nomẽ Iudicis q̃ citat, et nomẽ & cognomẽ eius q̃ citatur, & cauſam ſup qua citatur, itẽ locũ ad quẽ, & diẽ ad quẽ citatur, & perſonã ad cuius inſtantiã citat, & vt vel p ſe, vel p legitimũ, idoneũ, atq; ad cauſam ſufficiẽter inſtructũ procuratorẽ cõpareat. Vide

8 Specul. Tertia citatio Violenta ſiue realis dicitur,quę fit per perſonæ detentionem,captionem,aut arreſtationem,teſte Barto. in vulga .l.Plęrique cum l.ſeq.ff. de in ius vocand.Et cum quis in perſona propria ad iudiciũ inuitè ducitur. De qua vide Ioan.Andr. in c.Romana.§. contrahentes, de fo.
9 competen.lib. 6. Sed hic in citatione reali notãdum eſt neminem notariorum aut officiariorum poſſe ſic citare realiter in materia ciuili & pecuniaria ſine mãdato verbali aut literali Iudicis & ſine requiſitione & inſtãtia partis, vt in Autentico. de manda. princip. colla.3.§.eo non permittente, & in l.
10 Ad peremptorium ff.de iudic.Ad has trinas citandi formas omnes iudices, Bailliui, & quique officiarij Prætorij Flandrię ferè in vſu habent, vt tãtum verbaliter citandi cõſenſum prębeant. Sed in principum concilijs, datur & conceditur licentia citandi ſcripto aut per literas ſiue literaliter,quam ipſi appellant commiſsionem, aut curiæ introitum.

CAPVT LV.

De Commiſsione, ſiue de Citatione literali.

Summæ.

1 *Commiſsiones dantur iuxta ſupplicationem exhibitam.*
2 *Citandi commiſsio traditur vel per* { *Apoſtillam ſimplicem.* *vel* *Commiſsionem plenam.* }
3 *Per ſolam Apoſtillam qui citentur.*
4 *In commiſsionibus* { *Senatuum Flandriæ, præmittitur mandatum Senatorum.* *Principis &* *Parlamenti Mechili.* } *præmittitur mandatum Principis.*
5 *Commiſsionum differentia limitatur pro iuriſdictionum varietate.*
6 *Commiſsionibus inſerenda eſt cauſa citationis.*
7 *Commiſsiones iudicum diſponuntur iuxta narrationem ſupplicationis,*
8 *Citatio quando fit ſine mandato.*
9 *Citatio quando fit ex mandato iudicis.*
10 *Mandatum citandi* { *Simplex, minatorium ſolum eſt* *&* *Pœnale, valet, & pœnæ eſt obnoxium.* }
11 *Clauſis literis ad comparendum vocare, admonere potius eſt, quàm citare.*

Proximo capite diximus de citatiõe literali,quę per literas ex mandato iudicis committitur.Ideoque & eaſdem literas non impropriè etiam Commiſsiones appellamus, & Commiſsionem expedire, vel commiſsionem ſuam peragere dicimus,cùm hęc
1 de ipſis literis intelligamus. Huiuſmodi itaq;

1 di itaq; Cõmiſsio expeditur à Curia
ſup libello ſupplice p ſupplicantẽ ex-
hibito. Onus aũt ſiue mandatũ citãdi
per huiuſmodi literas commiſſorias cõ
2 ceditur & traditur, nonnunquam per
ſimplicem apoſtillam, hoc eſt per anno
tationem ſiue adiudicationem margi-
nalem, petitioni annuendo in literis
ſupplicatis, quia ſupplicantis petitio-
ni annuitur, & nonnunquam per ple-
nam commiſsionem ſuper ſupplican-
tis requeſta conceſſam, & exhibitam.
3 Per apoſtillam ſiue aſſcriptionem mar
ginalem citãtur ſuppoſiti camerę, pro-
curatores partium, & etiam omnes il-
li, qui eandem ciuitatem (vbi curia eſt)
inhabitant, in ea reſident, aut tunc ad-
ſunt. In Flandria commiſsiones parti-
cularium magiſtratuum, & etiam Cõ
4 cilij Gandenſis expediuntur nomine
conſiliariorum. At in commiſsioni-
bus Principũ & magni cõſilij Mechi-
linienſis omnes Commiſsiones expe-
diuntur, ſub nomine Principis, & ſo-
lus Princeps in eis loquens & mandãs
præmittitur. Concilium Gandenſe, et
Concilium Mechilinienſe, cum priua
to Concilio Principis ſingula ſuas ex
pediunt commiſsiones, ſed differen-
ter, ſingula pro ſua vniuſcuiuſque iu-
5 riſdictionis ac poteſtatis limitatione,
quam Princeps vnicuique pro ſuo ar-
bitrio ex cauſa dedit & conceſsit. Om
nes Commiſsiones (vulgò) curiæ in-
6 troitus, debent libellari, hoc eſt, in eis
debet inſeri & narrari caſus & cauſa
impetratæ Commiſsionis. Nam ne-
mo ſine cauſa citari poteſt, adeò vt ſi
in citatione non exprimatur cauſa, nõ
inducitur litispendentia, vt in Clemẽ
7 ti.2.vt lite penden. Prouiſiones verò
dantur per iudices diſpoſitiuè, hoc eſt,
iuxta actionis naturam, & iuxta ſup-
plicantium narrationem, & libelli ſup
plicis tenorem conceduntur, & regu-
lantur, aliæ ad citationem ſine manda-
to, aliæ ad citationẽ, poſt mandatum,
poſt oppoſitionem, aut poſt dilatio-
nem, aliæ ad probationem onerantur,
comprehendentes in ſe mandata ſiue
iuſsiones, vt progrediatur in negotio
citationis (non obſtante oppoſitione
aut appellatione) aliæ ad conſignatio-
nem (vulgò) ad nantizationem acce-
ptam mandatum cõtinent, captiuum
relaxandi, arreſtum leuãdi, cauſam cõ-
tentioſam ſequeſtrandi, atque ita aliæ
quæque commiſsiones aliter atque a-
liter diſponũtur, pro arbitrio iudicis.
8 Citatur autem aliquis omnino ſine
vllo mandato aut iuſsione iudicis, ſci-
licet in omnibus cauſis ſiue materiis
vniuerſalibus rerum mobilium debi-
torum, aut vtenſilium, vt reſpondeat
ad tales concluſiones & querelas, qua
les pars actor contra ipſum inſtituet,
& requiret, ſine litiſconteſtatione. Ita
quoq; fit etiam in materia leuium in-
iuriarum. Item in citatione partis ad
videndum adiudicari profectum de-
fectus ſiue non comparitionis, aut ad
videndum adiudicari literas executo-
riales, ad videndum interinare remiſ-
ſiones, aut alias literas graciæ, ad viden
dum facere requæſtas ſiue ſupplices
9 libellos in iudicio, ad comparendum,
& ad teſtimonium ferendum, & itẽ
ad ſimilia quæ tamen poſtrema fiunt
mãdato iudicis. Citatur etiam aliquis
ex mãdato & iuſsiõe in omnibus cau
ſis, vbi ipſemet citatus aliquid habet
agere, & præſens adeſſe debet, ſicut v-
bi ipſe debet reparare, ſoluere, tradere
10 pecuniam, & alia his ſimilia per ſemet
ipſum agere. Simplicia mandata &
iuſsiones ſine reſtrictione ſunt dunta-
xat comminatorię. Nam eæ per ſolam
oppoſitionem recedunt ac euaneſcũt,

Sed mandata pœnalia,ſiue cum reſtrictione ad certam pœnam valida ſunt & efficacia,locumq́ue tenẽt(nulla obſtante oppoſitione aut appellatione, Ideoque non ſunt duntaxat comminatoria, ſed efficacia. Nam ea pœna per fiſcum proſequenda eſſet, inquantum mandatis contrauẽniretur. Fit vt
11 partes aliquando à Iudice per literas clauſas euocentur, ad comparendum certo tempore,& loco, ſed ea euocatio non eſt propriè dicenda citatio, ſed potius amica admonitio.

CAPVT LVI.
De Requiſitoriis.
Summæ.

1 *Requiſitoriæ literæ petunt aliquid faciendi licentiam ab alio iudice.*
2 *Differentia inter Commiſsionem, & Requæſtam.*

1 Literæ requiſitoriæ(quas ita in iure vocamus ſunt literæ petitoriæ,vel deſideratoriæ, quibus Iudex quiſpiã ab altero iudice poſcit copiam,& poteſtatem ad citandum aliquem,qui nõ ſuæ,ſed ipſius eſt iuriſdictionis, vel ad aliquid mandandum executiõi, quod in ipſius iuriſdictione ſitum eſt,idq́ue ob fauorem, & maiorem expeditionem iuſtitiæ. Eſtq́ue differentia inter commiſsionem, & requiſitionem ſiue
2 requiſitoriam,quod commiſsiones mandatur & committantur oſtiariis aut officiariis à Principe,& requiſitiones, ſiue requiſitoriæ petuntur & requiruntur à iudice,qui non eſt ſuæ iuriſdictionis.

CAPVT LVII.
De Citatione in genere.
Summæ.

1 *Citatio, alia* { *Simplex,quæ ternis fit vicibus.*
2 *Peremptoria,fit cum* { *Prima, & vnica citatione.*
3 *Secunda citatiõe, ſi Iudex in literis hoc exprimat.*
4 *Tertia,quæ ex natura ſemper eſt peremptoria.*
5 *Citatio peremptoria fit.* { *Tantum in magnis cauſis.*
6 *In paruis, Iudice eam ex cauſa mandante.*
7 *In materiis anticipationis,Complentæ, &c.*
8 *Ad continuandum partem ſi non compareat.*
9 *Citatio* { *Generalis, in variis caſibus.*
10 *Specialis,ſcilicet* { *Ante litiſconteſtationem.*
11 *Poſt litiſconteſtationem.*
12 *Poſt ſententiam.*
13 *Citanda eſt pars, vt videat expenſas ad calculum reduci.*

Citatio

14 *Citatio generalis in quibuſdam prætoriis vſurpatur, pro ſpeciali.*

Citationum aliæ ſunt ſimplices, aliæ peremptoriæ. Simplices citatiões
1 ſunt illæ vbi plures fiunt citationes, quàm vna, & eæ quidem cum temporum interuallis ſiue interſtitiis inter vnam citationem, & aliam, quæ trinis ferè fiunt vicibus. l. Per interuallum. ff. de iudic. Peremptoriæ citationes ſunt, quæ partem ſimul, & ſemel citant, & cum ea vnica citatione vocatum præſentem ſiſtere volunt, ſic dictæ, quod poſt eam peremptoriam citationem citatio non erit expectanda alia, ſed quod alias omnes citationes ſimplices expectandas cum ſuis cauſis exceptionum perimat, abrumpat, & annihilet, ita vt ſi citatus cũ tali peremptoria citatiõe nõ cõpareat, habendus ſit contumax. c. de illicita. 24. q. 3. Per-
2 emptoriæ itaque citationes tribus modis contingunt. Primo, quando nulla ſimplex præceſſit, ſed quãdo ipſamet eſt prima & peremptoria. Hanc Iudex ferè ex ſuo officio expediri curat, quando partem ex cauſa ipſum monente ilico cum prima euocatione ſibi ſiſti requirit, nec plures citatio-
3 nes ſubſequi cupit. Secundo, datur Citatio peremptoria, ſi tantũ vna citatio ſimplex præceſſit, eaque poſt primam ſit ſecunda. ſ. ordine ſimplex, ſed virtute & efficacia peremptoria, quod eam Iudex expreſſis verbis declaret eſſe peremptoriam, hoc eſt, vltimam, ſed hæc ſecunda tunc tantum temporis debet continere, quantum tres citationes ſimplices continerent. d. c. de illicita. 24. q. 3. circa medium, verſic. Quicunque, & in Autentico. De litigioſis. §. Si verò cauſam, colla. 8. Trita ac vulgata. l. Cõtumacia. ff. de re iudica. l. Ad peremptorium, & l. Nonnunquam. ff. de iudic. Quod autem Iudex ſic ſecundam velit eſſe peremptoriam, & vltimam, quodq́; tertiam perimat, non præter rationem id facit, ſed pro ſuo arbitrio, & prudentia iuxta conſiderationem rerum, perſonarum, temporum, & locorum diſtantiæ partem cum ſecundis literis peremptoriè citat. c. Cũ ſit Romana, extra. de appellat, & d. l. Nonnunquã, Tertiam enim citationem Iudex non tam facilè poſſet abrumpere, & ſecundam peremptoriam conſtituere, niſi vrgeret neceſſitas, & ratio ita faciendum ipſi ſuaderet. c. Primo extra. de dilatione, vide ibi bonam gloſſam. Talis enim peremptoria citatio ſecunda vim habet trinæ citationis. l. Tres denunciationes. C. quomodo & quando Iudex. Tertio, citatio omnis dici-
4 tur peremptoria, quæ in citationibus ſimplicibus fuit tertia. Ea enim tertia citatio ſimplex ex ſua natura, & per ſe eſt peremptoria, ſiue ſic exprimatur, ſiue non exprimatur peremptoria. Cæterum de peremptoriis citationibus
5 hoc ſciendum eſt, quod in omni negotio graui ſiue magni momenti, debet peremptoria citatio interuenire, & expediri. Quocirca, prima citatio nunquam eſſe debet perẽptoria in crudis, perſonalibus, aut realibus cauſis. l. Conſentaneum, & Autentica. Qui ſemel. C. quomodo & quando Iudex. Aug. in. l. Ad peremptorium. ff. de iudic. Attamen citatio perem-
6 ptoria in cauſis parui momenti ſeu leuis damni, poterit eſſe peremptoria ſi in cauſa proceditur ſimpliciter &
7 de plano. Vel quando (vt dixi) Iudex ex cauſa perſonarum, locorum, & aliarum rerum, ita iubet. In materiis

materiis verò anticipationis,deſertionis,appellationis,ſecuritatis,complaintæ,manutenentiæ, prima citatio ſemper & per ſe eſt peremptoria, quemadmodum eſt etiam citatio ad ius au-
8 diendum peremptoria. Porrò in omnibus citationibus peremptoriis, & cum intimatione, citatur pars, ſi non compareat,habetur (vt dixi) cōtumax & procedetur in cauſa quantum de iure decebit,& licebit, hoc eſt, niſi citatus venerit & comparuerit,Iudex procedet condemnando reum, vel abſoluendo actorem. Omnes citationes ſunt aut generales,aut ſpeciales. Generales ſunt illæ, quæ fiunt cum generali
9 ædicto,vel cum ſono tubę,aut per proclamantem præconem oſtiarium vel notariū publicum in curiis,in conſiſtoriis ſeu(vulgò) *Vierſcharis*, in eccleſiis, aut in aliis publicis locis, ad feuda,fundos,aut domos vendendas, aut ad videndum decretare, euincere, aut ſaltem poſſe inſcribere ad vendendū domos mortuarias,aut ad videndū procedere,ad eas purgādas&ſimilia poſſe p-agere. Ad has enim citatiões,debēt citari ſpecialiter omnes quorū intereſt, & quādo omnes (quorū ſpecialiter intereſſe debet) ignorantur, tunc citantur omnes per generalem citationem, vti dictum eſt, per publicum pręconem, oſtiarium,notarium,aut per ſonum tubæ vel cāpanæ, vel affixis literis ad valuas templi, vel portæ Curiæ,vel Ciuitatis,gloſſa,in.l. Hæc autem. ff. Quib. ex cauſ.in poſſeſſ.eatur. Sic cum clericus recedit ab vniuerſitate,poteſt compellere omnes & ſingulos citatiōe generali, habentes aliquas actiones contra eum, quod incipiant agere tali die gloſ.penult.in fine,in vulgata & communi.l.diffamari. C. de ingenuis manumiſ. Speciales citationes fiūt ſuper caſibus particularibus & perſonis ſingularibus, quarū citationū nonnullę ante, aliæ poſt litiſconteſtationem, &
10 aliæ poſt ſententiam fiunt. Ante litiſconteſtationem citatur pars,vt coram iudice compareat,vt videat adiudicari profectum defectus ſiue non comparitionis,vt videat purgari defectus ſiue non comparitiones. Item vt videat præſentari, aut interinari releuamenta,requæſtas ciuiles, aut alias gratias. Item vt videat cōſignationes ſiue (vulgò) nantiſationes ſeu nantiſamēta deponi aut leuari. Vt videat ſigna manualia, ſigilla, aut ſchedulas confiteri aut negari. Item fideiuſsiones conſtituere(vulgò) Guarandationes, Videre facere loci inſpectionem, & id genus
11 alia permulta. Poſt litiſconteſtationē autem citatio fit ad contradicendum ſcripturis exhibitis, aut ad iis conſentiendum, aut ad ſuper illas reſpondendum per credit vel non credit, vel ad videndum iurare teſtes, vel ad videndum facere productiōes, vel ad audiendum ius,aut ad his ſimilia. Poſt ſen-
12 tentiam verò citatur pars vt videat exhiberi expenſas, vt videat illas diminuere, aut vt illis acquieſcat ſiue conſentiat, aut vt videat alteri adiudicatos fructus, expenſas, aut intereſſe taxari,aut arbitrari, aut vt videat ſententiam obſcuram interpretari, aut vt ſententiam latam plus anno videat adiudicari executorialem,aut vt videat proponere errorem,& alia his ſimilia. Sūt
13 tamen iam dictis nō obſtantibus, qui dicant & ſuſtinent,quod de Iuris rigore non requiratur neque quod neceſſaria ſit citatio partis ad expenſas diminuendas, aut ad videndum taxari fructus, quod illæ ſint actiones omnino purę & nudæ,dependentes ex officio, volūtate, & ex arbitrio iudicis,quæq; aut per

aut per partis præſentiã, aut per ipſius
abſentiam impediri nequeũt. Docto.
in.l. Nam ita diuus.ff.de adopti. Sed
Praxis tamen habet in contrariũ, quæ
vult partem, vel ſaltem ipſius procura
torem vocari, qui in ea cauſa deſerui-
uit, & occupatus fuit. In quibuſdam
verò Curiis ſeu Conſiſtoriis non ſem
14 per vtuntur particulari citatione, ſed
aliquando pro more habent, vt vtan-
tur ad perſonas priuatas citatione ge-
nerali, quæ pro tota cauſa, & pro om-
nibus actibus, quæ talem habet effe-
ctum ac ſi particulariter eſſet effecta,
adeo vt ſi tunc ſic citatus non compa-
ruerit, ſemper vlterius proceditur per
contumaciam vſque ad ſententiam in-

cluſiuè ſine citationis reiteratione. Sed ſi citatus interim ſemel compareat, ſiue ſe præſentet, tunc generalis citatio ſuum amittit effectum, & debet citatus deinceps recitari ad vnamquamque actionem, alioqui proceſſus non valeret. Et ita tenẽt Federi.de Sen. & Ioan.de Imol.in.c.licet cauſam, extra. de probat. Archid. in Tractatu ſuo, de ordi.iudic. Sed prædicta mihi (ſaluo ſaniori iudicio) videntur procedere, vbi iudicium longius eſt remotum à loco citati, vel quando citatus longius abeſt à Curia, quia tunc eſſet difficile ad ſingulos actus ſingulas citationes mittere.

CAPVT LVIII.

Quos oportet eſſe Citatores.

Summæ.

1 *Singulæ Curiæ ſuos habent citatores peculiares.*

2 *Citatores alij dicuntur*
- *Apparitores.*
- *Nuncij, miſſi, notarij, portarij.*
- *Miniſtri, miniſtratores.*
- *Executores.*
- *Officiales, vel Officiarij.*
- *Cæſariani.*
- *Catholiciani.*

Citatores
- 3 *In communibus Senatibus ſunt Satellites.*
- 4 *In feudalibus ſunt Prætor, & duo Pares.*
- 5 *In Concilio Flandriæ ſunt Oſtiarij eiuſdem Concilij.*
- 6 *In Parlamento Mechilinienſi ſunt oſtiarij Parlamenti.*
- 7 *In materia reſorti ſunt Satellites Regis.*
- 8 *Comitis Flandriæ fuit olim Regalis Iudex nomine Regis.*

9 *Oſtiarios oportet in executionibus baculis ſuis inſignitis eſſe inſtructos.*
10 *Iudices partes citant in Prætorium ad audiendum ius, &c.*
11 *Partes aliquando ſibi mutuò diem iuridicum conſtituunt.*
12 *Pars non tenetur credere parti citanti ex ore iudicis.*

Non

NOn eſt putādū, quod cuiuis iurato
officiario citare liceat, neque etiā
exiſtimandū quod cui licitū eſt citare
in vna Curia, eidem ſtatim liceat cita-
re in altera. Quia ſingulæ Curiæ ſingu
los habent ſuos citatores, de quibus
1 paulò poſt. Prius Citatorum appella
tiones varias, mox ipſorum officia ex-
2 plicabimus. Officiarij itaque citato-
res quique citationes faciunt, habent
in iure multa nomina, nonnulli appel-
lātur apparitores, quia citāt partes, &
eas apparere faciūt in iudicio, aut quia
ipſimet apparent ad eorum relationē
faciendam. l. Apparitores. C. de exa-
cto, tributo .l. Prima. C. de ſportul.
& l. Cum clericis. C. de epiſco. & cle-
ri. Alij dicuntur nuncij, miſsi, notarij
& portarij, ſicuti notatur in l. Prima.
§. nunciatio, & ibi Barto. & nouiſsi-
mi. ff. de oper. no. nunciat. per canones
in c. Cum parati, extra. de appella. Alij
verò dicuntur miniſtri, vel miniſtra-
tores. §. maximè, in Autentico. dè
quæſtore. collat. 6. Alij dicuntur Exe-
cutores vt notatur in. l. Ait prætor. §.
Si executor. ff. de nego. geſt. l. Si pigno
ra. ff. de euictionib. l. 2. C. de ſportu.
Alij dicuntur Officiales, de quibus ha
betur textus, in. l. Prohibitum. C. de
iure fiſc. Sunt alij qui dicuntur Cæſa-
riani (ſicut in Euangelio Herodiani)
vt habetur in. l. Defenſionis facultas.
C. eo. titu. de iure fiſc. Alij poſtremo
dicuntur Catholiciani. ſicuti notat te-
xtus in. l. Penulti. §. finali. C. de bo. dā
nato. Sed de his Latius meminit. D.
Barthol. à Cheſſeneo in ſuis commen
tariis conſuetudinum Ducatus Bur-
gundię, in titu. *des iuſtices*. §. 6. in ver.
Meſſiers & ſergens, nu. 1. fol. 60. In Cō
ſiſtoriis, quæ (vulgò) *Vierſcharias* voca
3 mus citant ſatellites ad hoc munus
4 propriè conſtituti. In Conſiſtoriis ſiue
Curiis feudalibus, citant Bailliui, &
duo pares curiæ ſiue vaſalli, iuxta vni-
uſcuiuſque Curiæ cōſuetudinem. In
5 Camera ſiue Conſilio Flandriæ citāt
ſoli oſtiarij Flandriæ, quando manda-
ta ex ipſo eodem conſilio, aut camera
6 conſiliaria ſunt profecta, Sed quando
ipſa mandata emittuntur ex ſupremo
conſilio, tunc, quoq; eiuſdem ſupremi
conſilij oſtiarij, ſiue ſint ordinarij, ſiue
ſint extraordinarij, illa eadem manda
ta exequuntur, & citationes commiſ-
ſas peragunt. Et ſi ea mandata emitte-
rentur (quod aliquando fit) ad omnes,
& quoſuis officiarios, tunc quoq; ab
omnibus officiariis deſeruiri poſſent.
7 In materia reſſorti ipſius Regis ſatelli-
tes & accenſi citant. Hi quique ſecum
geſtant ſuos baculos caduceos, aut (vt
vulgò) maſſas inſignitas Regis inſig-
niis, quas in executionibus expeditas
& in manibus erectas habent. Sine his
enim illuſoria, & inualida eſſet ipſo-
rum executio, imò ſine his nihil exe-
8 qui nilq́; executioni mādari licet. Rex
franciæ olim (cū Flandria coronę Fran
cicæ paruit) citabat Comitem Flādriæ
apertis literis, quas appellabant Man-
damenta, aut Pariatus. Et per alias lite
ras, aut Mandamenta ordinat ipſe &
conſtituit vnum ex ſuis iudicibus re-
galibus, cui mādat vt eam inſinuatio-
nē Comiti faciāt, aut ipſimet aut id per
alium faciēdum curent, & ad Regem
ipſum citent. Et ratio eſt, quia pares
coronę nequaquam ſunt ſubiecti iudi
cibus regalibus, ſed tamen ipſi Regi.
Omnes itaque oſtiarios in ſuis execu-
9 tionibus faciendis, aut in literis ſiue
mandatis ſuis ad executionem man-
dandis oportet ſemper ſuos baculos,
aut alia officij ſtatuſq; inſignia in prō-
tu, atque adeo in manibus habere, ſi-
gillata aut inſignita ſigillo, armis, aut
inſigniis

10 inſigniis ſui Principis, aut aliis ſignis ad tales actus haberi conſuetis. Iudices ordinarij ſæpè etiam per citatores præfigunt partibus diem, in cōſiſtoriis, aut *Vierſchariis*, aut in feudorum curiis, ad ius audiendum, aut quicquam aliud faciendum. Quæ citatio aliquando fit

11 etiam viua voce Iudicis, Contingit quod partes aliquādo ſibi mutuo diē cōparitionis corā Iudice conſtituant, ſed hoc tantum cum aſsignant diem, vt ad iudicem compareant, cum conſenſu vtriuſque. Verùm iſta mutuæ comparationis conſtitutio non cenſetur propriè citatio, in iudicis ſententiā ſubmiſsio. Ideoque ob talem diei per

12 partes aſsignationem Iudex nullam contumaciā decerneret. Si Iudex verbis dicat aut mādet actori, dic aut inſinua parti tuæ aduerſæ, vt die lunæ compareat, pars credere non debet, ſi velit, niſi oſtendat ſuum mandatum per inſtrumenta, aut per acta. Sed hoc potius retorquetur ad factum, quàm ad ius, non enim tenetur credere ſuo aduerſario, niſi velit.

CAPVT LIX.

De Citandi modo.

Summæ.

Citatio in ciuilib. facienda eſt
1 *Ad perſonam principalem, ſi inueniri poſſit, Si nō inueniri poſſit.*
2 *Ad domum ipſius principalem.*
3 *Ad officinam, vel tabernam.*
4 *Ad domum, vbi vxor, & familia ſunt conſtitutæ.*
5 *Ante domum, ſi in feneſtra iaceat, &c.*
6 *Ante domum ſi doloſe ſe abſentet.*

7 *Vagabundi, & qui extra patriam ſunt citantur per proclamationes.*
8 *Citatio non debet fieri in cœmiterio.*
9 *Praxis tamen admittit citationem fieri in cœmiteriis.*
10 *Citatori non licet intrare in domum citandi, ipſo inuito.*
11 *Citatio fieri poteſt poſt litiſconteſtationem ad perſonam procuratoris.*
12 *In Flandria poſt litiſconteſtationem citantur procurator & principalis.*
13 *In parlamento, ſi cum vnica non comparitione caderet cauſa, citatio fiet corā teſtibus.*

In materia reali
14 *Proprietaria, citatio fit per Bailliuum.*
&
15 *Poſſeſſoria, citatio fit in loco rerum.*

In appellationib.
16 *Citantur prætor, & magiſtratus.*
17 *Citantur Prætor & magiſtratus ſingulatim ſi non fuerint cōgregati.*
18 *Franci citant ſolum Conſulem.*
19 *Citatur magiſtratus, ſi iuxta conſuetudines patriæ iudicant.*
20 *Citatur victor litis, ſi ſecundum iura iudicatum fuerit.*

Capitulum

21 *Capitulum, aut Conuentus abbatialis quomodo citandus.*
22 *Capitulo, aut Conuentu non congregato, citatio fiet ad Decanum, aut Abbatem.*
23 *Societatum citantur ſoli gubernatores.*
24 *Communitas ciuitatis citatur ad perſonam magiſtratus, &c.*
25 *Amentium, pupillorum, &c. citantur ipſorum rectores.*
26 *In reductione arbitraria citatur pars victoris.*
27 *In materia nouitatis, binæ faciendæ ſunt citationes.*
28 *Differentia inter Citationem, & Intimationem.*

1 OMnes citationes in materia ciuili debent fieri ante litiſconteſtationem, & perſonaliter ad perſonā principalem, ſi inueniri poteſt, & in loco ſuæ habitationis. Et ſi perſona citanda inueniri non poteſt, tunc citatio fiet ad domum citandi, & narrabitur pub blicè vxori aut aliis de familia. Quod ſi nullus ſit domi, tunc citatio declarabitur vicinis, ſic vt citatio talis ad ipſius citati noticiam peruenire poſsit.

2 Et ſi citandus plures domos habeat, quas diuerſis temporibus, animi recre andi gratia, aut ob alias cauſas inhabitare conſueuit, tunc ſufficit citationē fieri ad illam domum, quam pro maiori parte anni inhabitat, vel in qua habeat maiorem partem vtenſilium, aut familiæ, vel certè vbi tunc tempore citationis habitat, & moratur. Nā citatio quæ fit ad domum, & ad vicinos, tantum eſt vltimum refugium, vt notat Hoſtienſ. in.c. Cauſam qui, extra. de dol. & cōtu. De quo notatur in l. Plèriſque. ff. de in ius vocando, & facit q, habetur in .l. dies. §. Prætor ait. ff. de dam. infect. Vbi in cauſa dāni infecti libellus citationis ad domum applicatur, & ibi per Barto. qui dicit Quod ſufficit citationem ad domum fieri, quādo agitur de re reali: & de tali realitate, quæ domum illam concerne

3 ret. Vbi plenius materia citationis ad domum explicatur. Quod ſi citandus vnam domum habitatiōis habeat intra, et alteram extra ciuitatē, aut ſi vnā duntaxat habitationis domum, & cū ea alibi vnam tabernam vel officinam tunc eſt citandus ad habitationis domum in qua ſuam habet & alit familiam. Et ſi ſuæ familiæ domus, & domus ſuæ tabernæ ferè ſint æquales, tūc citatur ad vtramque domum. Pro cla

4 riori huius rei intelligentia ſciendum eſt quod Pariſiis hanc teneāt opinionem, quod domicilium alicuius citati vel citandi ſit eo loco, quo ſua vxor (quæ ab eo non ſit ſeparata ſiue diuor tiata, aut repudiata, domum & familiam teneat & alat, quia communiter dicitur. Quod vxor facit domicilium (vt aiunt) Et domicilium eſt vbi quis larem, rerumque ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit .l. Ciues, de incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, lib. 10. C. iuncta gloſſa. in verbo. Summā, quæ dicit. Sic ergo ſufficit alterum iſtorum, ſcilicet vel larem. id eſt ſedes & tabulas & res ſuas conſtituere, aut ſi habeat ibi animum habitandi perpetuò, & tunc actu habitet: Nam facto opus eſt. l. domicilium ff. Ad municipal. & de incol. Vel ſummam rerum habere, facit. l. Sed & ſi ſuſceperit. §. Si ea res. ff. de iudic. l. Tertia, de his qui ſponte publica munera ſubeunt, lib. 10. C. & l. In lege. ff. de verbo. ſignifica. & .l. Prima. §. Do-

5 mum. ff. de liber. agnoſcen. Sed ſi citandus iaceret in feneſtra aut ſtaret in anteriori

teriori parte domûs, in introitu, vel veſtibulo, vbi executor cõmodè & honeſte poſsit citandum alloqui, ipſe bene poſſet citationem longiuſculè facere,
6 & ad ipſum audientem referre. Et ita ad ſuam perſonã citatio fuiſſet facta. Secundum ius, ſi is qui litigat ſe doloſè abſentet, aut alioqui impediat citationẽ, quominus ad ſuam notitiã perueniat, is de facto habendus eſt talis, ac ſi ad ſuã perſonã citatio facta fuiſſet quæ tantũ domi ſuæ facta fuit, ſed hoc tantum in ciuilibus cauſis, fictione iuris. Et ita volũt Docto. in c. Finali, extra. de eo qui mittitur, in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. Sed hæc fictio non habet locum in criminalibus, per notata in l. Abſentem. ff. de pœnis. Nam reus criminis perſonaliter eſt citandus. Va-
7 gabundi & qui nuſquam habent certum domicilium, vel proprium, vel cõductum, vel gratis conceſſum, citantur per publicas proclamationes, aut per ædicta publica, aut cum autoriſatione. Sic etiam citantur, qui patriam planè deſeruerunt & in alienas regiones ſeſe moraturos transtulerunt, ſed ea citatio per authoriſationẽ conuenit fieri in loco vbi vltimè habitarunt, aut frequentarunt, debetq; illis dies cõpariti õis inſinuari in finibus patriç, & in loco quoq; fieri poterit ipſis maximè vicino. Iaſon in. §. Rurſus, inſtitu. de a-
8 ctionib. Si debitor quiſpiam fugeret ad cœmiterium, aut ad templum, aut ad monaſterium, aut ad alium locum ſacrum, executor nequaquam poſſet in eccleſia aut cœmiterio, aut in alio loco ſacro ipſum citare, nec mandatum ſuum exequi. Quia nullus poteſt citari tempore, aut die feſto. l. Prima. ff. de feriis, & l. Finali. C. eo. titu. de feriis, ergo nec etiam in loco ſacro citatio fieri poteſt, cõſequentia probatur, quia valet argumentum à tempore ad locum & contra. l. Viuum, & ibi Barto. & Doctor. id notant. ff. ſi certum peta. & bonus text. in. l. Finali, & ibi etiam Barto. ff. de tritica. Plura videte de hoc apud D. Nicol. Euerardi à Middelburgo, in ſuo libello Topicorum, in d. loco, à tempore ad locũ, & e contrario, & per Claudium Cantiunculã ſimili libro & loco. Sed (vt nonnulli dicunt) citator tunc poterit citationẽ ſuam à loco ſacro retrahere, & eandẽ peragere, & inſinuare ad domum ipſius, ipſiq; tunc citationem factam renunciare, ſed hoc friuolum videtur, quia ſi in loco ſacro exiſtentem citare non liceat, neque eidẽ citationẽ factã
9 nunciare licebit. Sed tamen praxis & cõſuetudo habent & admittũt citationẽ fieri in eccleſia parochiali, aut in eius cœmiterio, potiſsimũ in pagis, pro-
10 pter cõmoditatem parochianorum lõgius habitãtium. Citationis executor neque durè, neque violenter intrabit alicuius domũ, vt ipſum perſonaliter in materia ciuili tantum citet, quia ſufficit ſi ad ſuã habitationis domum citetur, dũmodo non facilè inueniri poterit (vt dictum eſt) Nam ſi executionis gratia ſeuerè, ac violenter in citandi ædes irrueret, faceret citato iniuriã. l. Plęrique. ff. de in ius vocã. vbi dicitur. Quod citans non debet intrare domum citandi ipſo inuito & nolente, vt ipſum è domo ſua extrahat, quia domus vnicuique tutiſsimum eſſe debet receptaculum, & ideo ſi ſic intret, actio iniuriarum in citãtem naſcitur, etiamſi tantum intraret cauſa eum vocandi in ius. l. Is qui in domum. ff. de iniur. & famoſ. libel. l. nemo. ff. de Regu. iur. de quo in Speculatore. titu. de Citatione. §. Sequitur, verſic. Sed an reo inuito, fiat ergo (inquit) denuncia-

11 tio ſiue citatio ante fores. Diximus ante litiſconteſtationé neceſſum eſſe parté ipſam citare pſonaliter, ſiue ad ipſam pſoná, ſiue ad ipſi⁹ domiciliũ, (vti prędictũ eſt) pręcipuè ſi citet ad cõparendũ in iudicio. c. 1. de procuratorib. Sed poſt litiſconteſtationem ſufficit citationem fieri ad perſonam procuratoris, qui in cauſa occupatus fuit. l. Si dictum. §. Si præſente. ff. de euictionib. quia poſt litem conteſtatam ipſe tunc eſt magiſter & dominus cauſæ ſiue litis effectus, per expreſſam l. Ab executore. §. Si procurator. ff. de appellat. et l. Procuratoribus. C. de procuratorib. & c. Primo. §. licet autem, de procuratorib. lib. 6. quod intelligendum eſt, niſi principalis ipſe pręſens adeſſet, tũc enim ambo, & Dominus & procurator eſſent citandi, non quidem ex omnimoda neceſsitate, ſed quia hoc vtile videtur & expediens. In Flandria praxis habet, vt poſt litiſconteſtationem citantur ambæ principales partes per-
12 ſonaliter, ad hoc vt ambo videát procedi cum informatione (vulgò) enquęſta, dummodo ambæ partes erunt præſentes. Nam ſi eſſent abſentes extra patriam, eo caſu fieret citatio cum authoriſatione Iudicis. In Parlaméto ſta-
13 tutum eſt, quod in cauſis vbi impetrans per vnicum defectum, ſiue per vnicam non comparitionem partis ſimul euinceret omnem cauſam, quod tunc executor tenetur citationem facere ad perſonam citandi coram duobus teſtibus præſentibus, aut ſaltem coram vno teſte ad minus pręſente. In
14 materia reali proprietaria citationes fiũt, per Bailliuos, per magiſtratus, per pares curiæ, per Satellites, & alios officiarios, ſecundum vniuſcuiuſque loci conſuetudinem, vt prædictum eſt in
15 præcedenti capite. In materia reali poſſeſſoria, quando eſt quæſtio de re immobili ſuper proprietate (quá ſimplicem ſaiſiná appellát) fit citatio in loco ipſius rei vel vbi fund⁹ ſitus eſt, & ea citatio poſtea parti inſinuanda erit. Et non poterit Dñs illius loci in quo talis citatio fit authoritate Comitis Flãdriæ, aut ex authoritate ſui conſilij vllomodo eá impedire, ſi modo ipſe Comes ibi præcipuus ſouuerenic⁹ ſit Dominus, quia huiuſmodi citatiões quæ ſunt duntaxat verbales, ad iudiciũ præparandum, nullum adferunt pręiudiciũ prædicto Domino, nec ſuæ iuriſdictioni. Sed ſi dictus Comes, ibidem non eſſet præcipuus, aut ſi citatio de facto fieret in præiudicium ditionis, dominatus, ſiue principatus dicti domini, ipſe de illo poſſet proteſtari, appellare, aut de eo facto requęſtam ſuã exhibere. In materia reformatiõis aut
16 appellationis executor ſuam citationem, aut ſuam commiſsiõem exequitur in Curiis ſenatoriis, prætoriis aut in conſiſtoriis ad perſonam monitoris (vulgò) *maenheere*, & ad perſonas magiſtratuum, aut parium curiæ, aut ad eos iudices qui ſententiam à qua fit appellatio protulerũt, quia ipſi ſuam ſententiam latam ſuſtinere debent. Et poſtea eandem intimationem dirigit & facit ad perſonam aut ad domicilium illius ad cuius profectum ſententia lata fuit. Quod ſi executor tales bailli-
17 uos, magiſtratus, pares curiæ, aut alios iudices nequaquá reperiat ſimul congregatos, nec eoſdem ſimul congregare poterit in cõſiſtoriis, curiis, aut (vulgò) *Vierſchariis*, tum poterit executor illos citare ante domum ſenatoriam, aut in plateis particulariter, aut alio in loco, vbi illos aut ſeparatim, aut coniunctim, binos aut ternos reperiet per nomina & cognomina. In Francia vſurpa-

18 ſurpatum eſt iuxta quorundam loco-
rum conſuetudines, vt executor in ap
pellationis materia, ipſum iudicem ci-
tet ſolum, ſcilicet ipſum Conſulem,
& eam citationem parti aut partibus
poſta inſinuet. In regionib⁹ verò, & in
locis in quib⁹ iure ſcripto proceditur
Executor in materia appellationis pri
mò citat ipſam partem, deinde eam ci
tationem intimat Iudici. Et huius cau
ſa eſt, quia Iudices ſuas ſentẽtias latas
iuxta receptas patriæ conſuetudines
verificare, approbare, & ſuſtinere, de-
20 bent, ſub periculo certæ pœnæ & emẽ
dæ ad hoc conſtitutæ. Sed ſententias
ſuas latas ſecundum iura ſcripta nõ ſic
ſuſtinere debent. Ideoque talis appel-
lationis citatio facienda eſt parti, cui⁹
periculo tunc appellatio ad reforma-
tionem inſtituitur. Ad ſimilitudinem
citationis magiſtratus apparet quomo
do citandum erit Capitulum aut Con
uentus, aut ſimilis cõſocietas, pro quo
ſciendum eſt, quod Capitulum cita-
tur ad perſonas capitulantium, in Ca-
pitulo ſimul congregatas, & exiſten-
tes. Et ſimili modo etiam citantur re-
ligioſi, Abbas, & conuentus, inquãtũ
executor illos cõgregatos reperiat. Vel
ſic nũcius citat Capitulũ aut vniuerſita
tem, ſimul congregatã ſi haberi ſimul
poſsit. Aut citat ſingulos non ſingula-
tim pro maiori parte, non tamen vt
ſingulas perſonas, ſcilicet vt Ioannem,
Petrũ, &c. ſed vt partes & mẽbra Ca-
pituli, cum reliquis vniuerſis totũ Ca-
pitulum conſtituentes. c. Bonæ, extra
de elect. Aliter enim talis citatio ſi fie
ret, non valeret. Nam quod Capitulo
vel Conuentui, aut alicui multitudini
21 ſimul faciendum eſt, id non ſingulos
ſingulariter, ſed toti Capitulo, totique
multitudini ſimul faciendum eſt, con-
iunctim, vel diuiſim, non quidem per
ſe, ſed vt coniunctæ multitudinis mẽ-
bris, vti copioſe meminit Specula. lib.
2. par. 1. titulo de Citatione. Vel ſi exe-
cutor ſic ſingulatim Capitulum citare
nolit, nec eos congregare poſſet ſimul,
congregabit eos per ſonum alicuius
22 campanulæ. Quod ſi neque hoc mo-
do cõuenire capitulantes, aut conuen-
tuales velint in Capitulum, tunc exe-
cutor ſuam citationem exequetur in
perſonam abbatis, præpoſiti, prioris,
aut decani, abbatiſſæ, prioriſſæ, vbicun
que eos repererit, ſiue in templo, ſiue
in ipſorum cubiculo, aut cella, ſed id
modeſtè, & cum modo honeſto, cum
reſpectu perſonarum & locorum. At-
que hoc modo citantur ſinguli, non
tanquam ſinguli, ſed tanquam mẽbra
capituli, ex quibus totum capitulum
conſtituitur, niſi enim ita citaret, ſcili-
cet vt capitulantes, citatio non valeret
(vti dixi) quia cauſa capituli, non eſt
cauſa ſingulorum, nec contra, vt in d.
c. Bonæ, extra de electio. Communita
tes, & particulares ſocietates, & con-
23 tubernia citantur ad perſonas guber-
natorum & regentium. Cõmunitas
verò totius ciuitatis (quòd raro fit) ci-
24 tatio dirigitur ad perſonam Prætoris,
Præfecti, & magiſtratus eiuſdem ciui
tatis. Citatio verò pupilli fit ad perſo-
nas ſuorum tutorum. Sicuti ſi citandi
eſſent amentes, furioſi, muti, aut pro-
25 digi, citatio facienda erit in perſonam
ſuorum curatorũ, et ita de ſimilibus.
26 Porrò in materia reductionis ad arbi
trium boni viri, citatur is ad cuius pro
fectum ſententia arbitralis lata fuit, et
arbitris tantum intimatur citatio,
non fit executio, quia arbitri non ſunt
iudices ordinarij, & ideo non obli-
gantur ſuam ſententiam ſuſtinere. In

27 materia verò nouitatis fiunt duæ citationes, vna ante executionem ad comparendum in loco contentioſo, & altera poſt executionem, vt veniat ad reſpondendum & procedendum ſuper oppoſitione, & ad reſpondendum ad cauſam oppoſitionis, & ad confirmationem defectuum ſiue nõ comparitionũ, datorum per executorẽ eodem loco, quo defectus datus eſt. Quæ omnia vt clarius intelligantur, ſubmittã hic modũ, & ſtylũ quibus complainta in materia nouitatis executioni mãdetur, ad inſtructiones iuuenum ſiue oſtiariorum nouiciorum. Ex iam dictis colligitur differentia inter Citare
28 & Intimare, quod Citatio fit ſimpliciter, & Intimatio fit cõditionaliter, ſcilicet, quatenus ſibi actori id ſic expedire videatur, & quatenus putabit ſe ex iis aliquod damnum conſecuturum.

CAPVT LX.

De Competenti die.

Summæ.

1 *Citator debet parti conſtituere certum & competentem diem.*

Dies competens
2 *In communibus cauſis, eſt dies ſeptimus.*
3 *In complaintis ſunt tres dies in loco contentioſo.*
4 *In Complaintis ſuper oppoſitione ſunt dies. 7. aut. 14.*
5 *In materia reali coram Iudice ſunt dies 14.*
6 *In actione perſonali ſunt dies. 5. aut. 6.*

Citatio
7 *Facta ad diem non iuridicum* — *eſt nulla.*
8 *Facta ad diem feſtum eccleſiæ* — *eſt nulla.*

9 *Citatus ciuiliter, & non peremptoriè, tertiam citationem expectare poteſt.*
10 *Error in citatione commiſſus purgatur proter ignorantiam comparentis.*
11 *Nimis longum terminum Iudex breuiare poteſt.*
12 *De abbreuiatione, & temporis longitudine pars appellare poteſt.*

1 VT igitur Oſtiarij nouelli certius ſuas executiões peragant hęc illos præſcire volui. Quod in omni citatione obligãtur executores aſsignare parti cõpetentẽ diẽ, breuẽ aut longũ, ſecũdum cauſæ exigentiam, & qualitatem perſonæ citatæ, ac ſecundũ diſtantiam
2 loci. Secundũ ſtylum Flandriæ, in cõmunibus cauſis, competens dies terminus ſeptẽ dierum, ſed ordinarius dies eſt decimus quartus. In materia Com
3 plaintæ tres dies ſunt competentes ad comparendum in loco cõtentioſo vt dictũ eſt, ſed ſuper oppoſitione debẽt eſſe & aſsignari ſeptẽ aut quatuordecim dies, iuxta diſtãtiam loci. In materia reali dies conſtituti ad cõparendũ
5 coram magiſtratu, aut coram parib' cu
6 rię ſunt quatuordecim dies, & in actione perſonali, ſunt quinq; dies, aut plures, aut pauciores, ſecũdũ vniuſcuiuſq; loci cõſuetudinẽ. Si executor aſsignet
7 diem ad ſeruiendũ, ſuper die nõ iuridica id eſt, quo ius nõ dicitur, citatio eſt nulla, iuxta aliquarum curiarũ ſtylum, & etiam ſecundũ iura. Et tũc cõparẽs poterit poſtulare licentiam curiæ, & expenſas. Attamen ſecundum ſtylum

Cameræ

Cameræ ſiue Conſilij Flandriæ,ac etiã magni Conſilij,is dies ſeipſum continuat vſque ad proximum diem iuridicum, ita vt ſi dies iuridicus conſtitutus fuerit die indebito.dies debitus erit illi proximus. Quod ſi executor omnino citaſſet, ſine diei aſsignatiõe, citatio eſt bona & valida, ſecundum opinionem nonnullorum, quia intelligitur quod citatus ſit citatus ad comparendum,quam primum poteſt. Sed talis citatio non valet, ad hoc, vt per contumaciam partem remoueat & cõ
8 demnet. Citationes factæ, diebus feſtis eccleſiæ nullius ſunt momenti.l.1. ff.de fer.& l.Finali. C.eo.titu. & c.Finali.eo.Titu.& ibi.Ioan.And. & Panor. Iſta eſt ſententia Oldradi, quã ſequitur Bart. in.l. Prima.§. nunciatio. ff.de oper. no. nunciat. Sed ipſa citatio eſt valida, quæ facta eſt diebus feſtis particularibus inſtitutis non ab eccleſia vniuerſali, ſed à primorib' quarundam ciuitatum,ob certas quaſdam neceſsitates,ſcilicet tempore peſtis, famis, ſterilitatis, belli, aut tempeſtatis,
9 &c. Si Executor aliquem ciuiliter & non peremptoriè citauit ad comparendum intra duos aut tres dies, citatus non tenetur cum ſecunda citatione comparere, quia poterit tertiam citationem expectare,quæ tota eſt ipſius. Vltimus enim dies in citatione expreſſus cedit pro dilatione.l. Eum qui kalendis.ff. de verbo, obliga. Nam licet ſit appellandum infra decem dies, vltima tamen in hoc numero comprehenditur, vt notatur.2. q. 6. quaſi per
10 totum. Et hic ſciẽdum eſt, quod defectus aut errata in citatione commiſſa purgantur,ſi citatus cõpareat, & eos defectus aut errata neſciat, aut ſaltem in iudicio non incuſat, aut pro facto crimine deponat,& conqueratur,priuſquam aliquid reſpondere incipiat.
11 Si executor diem nimis longum conſtituiſſet, quodque partes ea de cauſa conquererentur, Iudex ex cauſa eum abbreuiare poterit. Sed de talibus ab-
12 breuiatis diebus poterit citatus appellare, ſicut etiam appellare poterit de termino dierum nimis longo,ſi modo ex eo termino nimis longo, aliquid damni conſequeretur.

CAPVT LXI.

Quando Executor ceſſat à Citatione.

Summa.

1 *Executio non fit ante oppoſitionem vel contradictionem.*
2 *In cauſa defectus lucroſi,citatur pars obediens ad locum Curiæ.*
3 *Commiſſio non mandatur executioni ſi* { *Commiſſio annalis fuerit.*
4 *Cõmiſſio ante mortem partis nõ executa ſit.*
5 *Releuamentum poſt tertiũ menſem dilatũ ſit.* }
6 *Citatio non eſt neceſſaria,ſi pars vltrò,comparere velit.*
7 *Citatio non eſt neceſſaria,ſi pars in iudicio prius fuerit.*
8 *In iudicio exiſtens non citatus,diem deliberationis petere poteſt.*
9 *Pars non citata,comparere non debet.*

1 IN mãdatis (vulgò mãdamentis) Cu-
riæ exequendis, Oſtiarius executor
non citat partem ad locum contentio
ſum, vel Curiæ, ſi ea prius citationem
præueniat, & dicat ſe velle obedire, &
dicat quod ſe non opponat, nec con-
tradicat, nec neget, nec obedire recu-
ſet. Sed quod ilico executoris iuſsis
ſiue mandatis obedire velit, tunc enim
à citando abſtinet, & eam obedientiã
in ſuæ relationis dorſo inſerit, & de il
la obedientia, creditur nuncio. In cau
ſis tamen vnde defectus adferret lucrũ
2 cauſæ, cõſueuerunt nõnulli executo-
res ad maiorem ſecuritatem citare par
tem ad illam obedientiam declaran-
dam in iudicio, ſed hoc expenſis impe
trãtis. Executor vel Oſtiarius nullam
3 commiſsionem, aut citationem annua-
lem ad executionem parat, nec exequi
poteſt, quia omnis cõmiſsio poſt an-
num ſeruata, & non executa, eſt nulla,
4 & extincta. Sic etiam nulla, & extin-
cta eſt ea cõmiſsio, quã aliquis à Prin-
cipe impetrauit, & ſi pars exequenda,
aut citanda, ante executionem factam
moriatur. Ideoq; nec executor talem
commiſsionem in mortuum exequi
poteſt. Sed hic notandum eſt, quod de
ſtylo omnia reſcripta ſunt annalia, iu-
xta Theoricam. c. Plerumq;, extra, de
reſcript. & contra Theoricam. l. Falſò.
5 C. de diuerſ. reſcript. Reſtitutiones in
integrum, aut releuamenta, in caſu ap
pellationis non mandantur etiam exe-
cutioni, quando tres menſes à die rele
uamenti impetrati effluxerunt. Sic e-
tiam commiſsiones in cauſa ſiue caſu
reformationis, quũ annus elapſus eſt,
exequi non poſſunt, quod earũ vis cũ
6 prædicto tempore euanuerit. Quod ſi
contingeret, vt aliquis ſuapte ſpõte cõ
pareret, aut cõparere vellet in iudicio
& coram iudice, citatio præuia tunc
non eſſet neceſſaria, quia per compa-
ritionem & præſentiam citandi, habe
tur finis & effectus citationis, ſcilicet
ipſa comparitio. Citatio enim eſt cau-
ſa comparitionis, & comparitio eſt ci
tationis effectus, ſicuti tenent Bald. &
7 Aug. in .l. Prima. ff. de in ius vocan.
Sunt etiam nihilominus cauſæ, in qui
bus aliquis ſuam partem cogere po-
teſt, ad ſeſe præſentandam ſine citatio
ne, nempe quando pars ſuum aduerſa
rium reperit in Conſiſtorio, aut in vel
iuxta *Vierſcharium*, & ſi tunc ſit cauſa
talis, quæ celeritatem deſideret, aut ta-
lis, quæ ſecuritatem vel certificationẽ
poſcat, nempe ſi aut crimen, aut iniu-
riam, aut arreſtum bonorum, quæ pe-
rire poſsint, aut detẽtionem perſona-
rum. aut exceſſum vel erratum in offi-
8 cio, & id genus alia concerneret, argu.
c. Abbatem extra de reſcriptis. Sed ſi
ea pars, ſic inpræmeditate coacta, dicat
quod nondum parata ſit ad reſpon-
dendum, quodque diem requirat ad
deliberandum, tunc debet ipſi ad hoc
dari certus dies deliberationis, quod
eſt æquiſsimum vt d. in. l. Prima. ff. de
9 in ius vocan. In omnib' aũt aliis cauſis
non tenetur pars non citata compare-
re, ſed habet ius reuocandi domum,
poteſtque dicere, quod ibi ipſi non ſit
aſsignatus dies, neque comparitionis
terminus. c. Expoſuit, extra de dilatio
nib. l. 2. ff. de iudi. c. Finali, extra de fo.
competen. Et reuocare domum
eſt allegare & dicere ſe non poſſe com
pelli eo loco, cũ & vbi cõuenitur, ad li
tẽ ſuſcipiendã, ſed debere remitti ad lo
cũ vbi domiciliũ habet, vt habetur in
d. c. Expoſuit, extra de dilationib.

CAPVT LXII.

De informatione Præcedente.

Summæ.

1 *Executor commiſſa exequi non poteſt, ſine informatione præuia.*
2 *Executor & informationem & executionem ſtatim ad Curiam mittere debet.*
3 *Ad informationem præparatoriam, & ad teſtium iuramenta pars vocari non debet.*
4 *Ad informationes quibus proceditur ad condemnationem citari debet pars.*

1 QVando mandatum, aut (vulgò) mādamentum oneratum eſt cum articulo probationis faciendę, executori non licet illud mandatum executioni committere, neq; etiam aliquas iuſsiones, neque citationes vllas facere, ſine debita informatiōe pręuia ſiue præcedēte, Præterea niſi per talē informationem ipſi ſic de pręmiſsis veritas conſtiterit. Nam tūc demum ſuam commiſsionem cum citatione & miſsione exequetur. Et ſuam informationem ha-
2 bitam, ſimul cum ſua executione facta tranſmittet ad Curiam, probè ſigillatam (vt decet) & in tanto tempore, vt nec partes, nec Iuſtitia ob hæc, vel per ipſius incuriam, vel negligentiam aliquod damnum, vel intereſſe accipiant. Et talem informationē (ſi quæ fuerit) non poterit diu apud ſe retinere, ſed eā ſtatim debebit portare aut mittere ad manus graphiarij vt tempori adſit ad conſtitutum diem, ei cauſæ ſeruientem. Sed hoc iſto loco de informatione præcedenti habenda ſciendū
3 eſt, quod pars nō debeat citari ad hoc vt videat talē informationē fieri, aut vt videat teſtes iurare, quia ſtylus eſt, & regula generalis habet, quod in omni inquiſitione, quam Iudex facit aut iubet facere ex officio, non ſit neceſſe
4 partem vocare. Atque ita etiam habet vſus & Conſuetudo, quia in præcedēte informatiōe nō ꝓceditur, niſi ad inquiſitionē veritatis, ſed in informationibus ſequētibus, per quas ꝓcederetur ad cōdemnationē, in iis eſſet neceſſaria partis citatio. l. Si quando. C. de teſtib.

CAPVT LXIII.

De Relationibus.

Summæ.

1 *Relatio commiſſionis apertis verbis eſt pronuncianda.*
2 *Relatio commiſſionis narratæ parti requirenti eſt permittenda.*
3 *Relatione facta executori notandi omnes dies ſuæ executionis.*
4 *Relatio informationis ſpecificatim eſt notanda.*
5 *Executoris eſt fideiuſſionem ſufficientem accipere.*
6 *Executoris eſt nomina, & cognomina citatorum in relatione facta exprimere.*
7 *Citatus ad actum non conformem cum citatione, vt citatus habetur.*

1 EXecutor tenetur Commiſsionem ſuam non ſcripto exhibere, ſed apertis verbis pronunciare, referre, aut (vt ita dicā) per relationem facere, & de tali commiſsione, relatione, & executione in ciuilibus cauſis obligatur dare copiam, ſed non prius quam ſua executio perfecta, & executioni mandata, & plenè peracta fuerit, nec eam requiſitus vllo modo recuſare poterit, dūmodo ſuū ſalariū ad hoc conſtitutū & ordinatū offeratur, quod tunc etiā accipere poterit. Executor ꝑterea poſt factā ſuæ cōmiſsiōis relationē tenetur
3 diligēter, iuſtè, & diſtinctè ſcribere in dorſo commiſsionis, vel in alia ſche-

dula annexa, omnes dies quos in commiſsionis ſuæ executione impēdit, ſcilicet eundo, reuertendo, aut aliquid agendo, etiam annotando locum, à quo executurus ſuam commiſsionem abceſsit, & ad quem locum poſt executionem factam ſit reuerſus. Hæc enim facere tenetur, vt taxatio ſui ſalarij æquius, melius & rationabilius fieri poſſit, cum exhibenda omnium expenſarum ſchedula, & ne magis vel minus pars taxetur in expenſis, quàm æquū
4 eſt. Et quando Executoris commiſsio onerata eſt ad probationem, officium ipſius tunc erit poſt informationem habitam, non ſimpliciter, ſed diligenter referre, & narrare, quomodo promiſſa ipſi conſtiterint, an per literas, an per inſtrumenta, an per alia quædam monimenta, aut aperta teſtimonia. Atque hanc ſuam notitiam ad literas ſuæ relationis adiunget. Officium quoq;
5 executoris eſt expreſſè referre fideiuſſionem aut cautionem, quam accepit ad perſonam relaxandam, aut ad auferendam ſuam manum de bonis. Atq; illa bene ſpecificare, cum bona declaratione & intelligentia. Item affirmare, illos fideiuſſores eſſe dignos, & ſoluēdo ſufficientes. Quod niſi faceret, is qui damnum & intereſſe pateretur, poſſet tandem illud damnum optimo iure ab eo executore repoſcere & recuperare, ſecundum inſtitutionē Ducis Philippi, anni milleſimi, quadrin-
6 genteſimi ſexageſimi tertij. Obligatur etiam executor ſpecificatim pōnere in ſua relatione nomina, cognomina, & qualitates illorum, quos citauit, ſcilicet an ſint magiſtratus, ſenatores, an pares curiæ, an collegia, an hæredes, an tutores, ſiue curatores, an ædiles, an magiſtri fabricæ, an menſæ ſancti ſpiritus prouiſores, an hoſpitalium rectores, & ita de reliquis. Neque hic ſufficit ſi dicat, citaui decuriones ſiue (vulgò) ſcabinos Brugenſes, aut Hyprenſes, aut pares curiæ caſtri Gandenſis, aut citaui capitulum ſancti Donatiani Brugenſis, aut hæredes Ioannis Damhouderij. Sed nominatim & expreſſe debet dicere. Ego citaui Ioannem, aut Petrū de Smet, burgimagiſtrū ciuitatis Brugenſis, cum ſuis conſenatoribus, conſortibus, & conſodalibus, etiam admonitis, &c. Ita etiam nominatim & clarè debet citatio fieri, vt in illa, nulla oriatur obſcuritas .l. Aut qui aliter, in principio .ff. Quod vi aut clam. Quāquidem legem ait Bartol⁹ debere ſcribi literis aureis, ad hunc potiſsimum
7 effectum. Quod vbi aliquis citatur, ad aliquem actum, ſi ille actus aliter agatur, vel in qualitate, vel in ſubſtantia, quàm fuerat dictum in citatione, ea citatio non valet, & is actus cenſetur factus tanquam parte non citata. Speculator expreſſè ponit formam inſtrumenti, de iſto, in titu. Citatio qualiter ſit per literas facta vel facienda, quem per ocium lector conſulere poterit.



CAPVT LXIIII.

De Citatione reali, id eſt, Captura.

Summæ.

1 *Officiario non licet ſemper quemuis capere.*

2 *Ad capturæ ciuilis executionem prænotanda ſunt quatuor*
- *Debitum arreſtandi.*
- *Perſonæ qualitas.*
- *Executoris officium.*
- *Locus.*

3 *Debitum debet eſſe certum & liquidum.*

4 *Perſonarum qualitates in arreſto ciuili quæ obſeruandæ.*

Nec capi, nec arreſtari ciuiliter poſſunt.
- 5 *Pupilli, Prodigi, Filij familias.*
- 6 *Doctores, Medici, Profeſſores.*
- 7 *Nulli pro debito crudo.*
- 8 *Qui ſoluendo ſunt potentes.*
- 9 *Fideiuſſor ante principalem.*
- 10 *Vlla mulier honeſta, & nupta.*
- 11 *Attamen pro debito fiſcali, &c.*
- 12 *tutela prolium, &c. capi poteſt.*
- 13 *Mulier nupta, licet inhoneſta.*

Ciuiliter capi poteſt
- 14 *Maritata inhoneſta, quæ à marito defecit, vt ad maritum reducatur, non ad carcerem.*
- *&*
- 15 *Quæuis mulier improba & meretricula.*

16 *Ciuiliter arreſtantur (in ciuitatibus Flandriæ) aut perſonæ, aut bona,*

17 *In conſilio Flandriæ non arreſtantur perſonæ niſi*
- *Inſufficientes*
- *aut*
- *De fuga ſuſpecti.*

Executori officiario ante capturam debent conſtare ſex
- 18 *An debitum certum ſit, ob quod aliquem caperet.*
- 19 *An debitor ſit de fuga ſuſpectus.*
- 20 *An ea ſuſpitio ſit recens nata.*
- 21 *An debitor nulla bona immobilia habeat in Flandria.*
- 22 *An ſuſpectus de fuga, poſt contractum extra Flandriam migrauit.*
- 23 *An tempore debiti cōtracti, fuerat pauper, an ſoluēdo.*

24 *Creditor captiuum debitorem vſque ad ſolutionem, vel ceſſionem bonorum in carcere ſeruare poteſt.*

25 *Captum ex manibus Officiarij extorquens*
26 *Executor captum ſimulāter effugere ſinens* } *pro liberati debito reſpondere debet.*

27 *Creditor debitorem fugientem apprehendere poteſt.*

28 *Nemo debiti cauſa ex ædibus ſuis, aut à loco ſacro extrahi debet.*

29 *Debitores Principum, Reip. & Bancarotæ nuſquam tuti eſſe debent.*

Hoc

HOc loco de captiuitate præmittendum eſt, & notandum, quod
1 Officiario prætorio non ſtatim liceat quamuis perſonam pro ſuo arbitrio, vel ad requiſitionem partis capere aut arreſtare, & per talem capturam, vel arreſtatiõem, cuiuis viro bono (quod fieri ſolet) infamiæ notam inurere.
2 Sed antequam capiat, vel arreſtet, inter multa ipſi potiſsimũ, quatuor ſunt obſeruanda, ſcilicet debitum, perſonæ capiendæ qualitas, & ſuum officium,
3 & locus. Pro quibus omnibus ſciendũ eſt. Primò de debito, ſcilicet quod primo omnium officiario prætorio qui ad executionem pro debito pecuniario requiritur, debeat certo conſtare de debito, ſcilicet quod debitum tale ſit clarum, liquidum, & indubita-
4 tum. Secundò, de qualitate perſonarum conſideranda ſunt multa, ſcilicet an vir, an mulier ſit. Si vir, an in dignitate conſtitutus, an diues, an pauper, an ſui iuris, an alieni iuris, an extraneus an incola, an ciuis, an fugitiuus, an de fuga ſuſpectus. Si mulier, an honeſta, an inhoneſta, nupta, an innupta, &c. de qua perſonarum qualitate hoc obſeruandum erit, quod pupilli & pro-
5 digi capi nõ poſsint. Filij quoque familias capi non poſſunt, niſi ad ætatẽ peruenerint virilem, qua bonorum ceſsionem facere poſsint, tunc enim (licet ſint in poteſtate parentum) capi poterunt. l. Cum & filij familias. C. Qui bo. cede poſſunt. Hi & capi, &
6 incarcerari poſſunt. Doctores quoq; Medici, & profeſſores de iure capi nõ poſſunt pro ciuilibus aut pecuniarijs debitis, ſed puto hæc iura non obſeruari, ſed per conſuetudinem paſsim
7 eſſe infracta. Nemo etiam pro crudo inuicto, aut (vt ita dicam) pro iniuſtitiato debito capi aut incarcerari poteſt, ſed tantum poſt ſentẽtiam latam, aut poſt expiratum tempus obligationis, ſi iuſticiaria aliqua præceſſerit obligatio, aut huic æquiualens ſchedula obligatoria manu ipſius capiendi tanquam iuridica ſubſignata, & actui iudiciario cõformis, potiſsimum cum ſit conciuis, aut incola. Nam de exteris ſecus habet, vti infra dicetur. l. Con
8 ſentaneum. C. Quomodo & quando iudex. Nemo etiam qui potens eſt ſoluendo, quique talis eſt, vt dignam cautionem conſtituere poſsit, eamque offerat, capi aut incarcerari debet, teſte Iaſone in §. Si quis in fraudem. inſtitu. de actionib. Niſi is eſſet extraneus impotens, aut intraneus de fuga ſuſpectus, quo caſu capi poterit, donec dignam cautionem conſtituerit. Porrò ſi bonis tum mobilibus tum immobilibus in eadem iuriſdictione potens eſſet, non is primo eſſet apprehendendus, ſed prius bonorum ſuorum excuſſio, & apprehenſio fieri deberet, antequam perueniretur ad ipſius perſonæ capturam, aut incarcerationem, teſte Barto. in l. 3. §. Tutores. numero. 3.
9 ff. de ſuſpect. tutorib. Nullus enim fideiuſſor capi poteſt, nec executari aut etiam conueniri, niſi poſt principalem inſufficientem factum, per vulgatam & omnibus notam Autenticam. Pręſente. C. de fideiuſſorib. Item niſi is fideiuſſor ſe ſimul conſtituiſſet, & fideiuſſorem, & principalem, quo caſu etiam vt principalis capi poſſet, ſi eſſet exterus impotens, aut incola de fuga ſuſpectus. Quæ addenda ſunt non temere. Nam ſi & fideiuſſor & principalis eſſet exterus potens, illius bona prius arreſtari poſsint donec cautionem couſtituiſſet.

Si incola

Si incola probus, & de fuga nõ ſuſpe-
ctus, ipſius perſona prius conueni-
ri deberet, & non caperetur, niſi poſt
10 ſententiam, vt dictũ eſt. Mulier quo-
que honeſta nõ debet incarcerari pro
debito ciuili ſiue pecuniario, quantũ-
uis etiam magno, & etiam ſi nulla bo-
na haberet, ſed debet fieri in bonis eiꝰ
miſsio, vt in Autentica. Hodie nouo
iure. C. de cuſtod. reor. qui eſt textus
formalis, & ibi Bald. & hæc eadẽ Au-
tentica ponitur in titulo de offic. di-
uerſo. iudic. C. Et in Autentico. vt nul
li iudicum. §. Neceſſariũ. colla. 9. con-
ſtitu. 9. vndè dictæ Autenticæ deprõ-
ptæ ſunt. Vbi textus dicit. Hodie no-
uo iure, nullam mulierem pro pecu-
nia fiſcali, ſeu pro priuata cauſa: aut e-
tiam pro crimine quolibet modo in
carcerem mitti, aut includi, aut cuſto-
11 diri concedimus. Sed ſi pro fiſcali aut
priuato debito pulſetur, per virum
ſuum, aut quẽ alium legitimè reſpon-
deat. Quod ſi noluerit vel reſpondere
vel proſequi litem ſuam legitimè in
12 rebꝰ ſuis, executio procedat. Sic quo-
que ſi honeſta mulier ſuarũ prolium
tutelam aſſumpſiſſet, & ſic obligata eſ
ſet pro adminiſtratione tutelæ earun-
dem, & ſi in ea aſſumptiõe tutelæ re-
nunciaſſet omnibus priuilegijs, exce-
ptionibus, & iuribus pro ſeſe conſti-
tutis, vt l. Si quis in conſcribendo. C.
de pact. & l. Si quis in conſcribendo
C. de Epiſc. & cleri. quæ leges verbo-
tenus eædem ſunt, eo certè caſu aut
ſimili poſſet apprehendi & incarcera-
ri, vt ſuis pupillis dignè ſatiſfaciat, vti
notat Barto. in Autentica. Matri & a-
uiæ C. quando mulier tutel. offic.
fungat. & in l. Si quis ſub conditione
& ibi etiam Barto. ff. de Teſtamenta.
13 tutel. Sed & prædicta de mulieribus
honeſtis non capiẽdis etiam vera ſunt
de inhoneſtis mulieribus nuptis. Nã ſi
mulier quæpiam maritata inhoneſtè
viueret, propter honorem tamen ma-
trimonij cẽſetur honeſta, & ob id in-
carcerari nõ debet, vt nota. voluit Io-
an. And. in titu. de iniur. in princip. in
Addit. Specul. Arg. l. Si vxor. in §. Di-
uus. ff. Ad l. Iul. de adult. notat. Rom.
in l. Si verò. §. de viro. in. 2. fallẽtia. ff.
Solut. matrimo. Alexan. in d. l. Plęriq;
14 ff. de in ius vocan. Sed fallit hæc liber-
tatis ratio, ſi ea mulier tam ſit libidi-
noſa, aut etiam tam procax, & mala,
vt maritum deſerat, & ad ipſum redi-
re recuſet, eo enim caſu capi, & ex ædi
bus extrahi poteſt, non quidem vt in-
carceretur, ſed vt ad maritum ſuũ vel
hoc modo reducatur, vt notabiliter
tradit Abb. poſt Cardi. in c. literas. co
lum. fi. ext. de reſtit. ſpolia. Horum &
ſimilium etiam meminit D. Philippus
Decius in. l. ſiue regula. Fœminę, in ſua
lectura ſuper titulo. ff. de regul. iur.
Et tunc Maritus pro vxoris receptæ
15 debitis conueniri poterit. Meretrices
verò innuptæ quæque nullũ maritum
habent, ſed quæ libidinoſę ſunt & in-
fames, illæ pro debito ciuili in carce-
rem duci & ſeruari poſſunt, vt notat.
Aug. poſt Pet. in l. Quoniam. C. de
Cuſtod. reor. & idem not. Bald. in. l.
Conſentaneum col. Fin. C. quomodo
& quando iudex. allega. text. in argu.
in §. Finali. in Autentico. de Reſtitut.
& ea quæ parit in XI. mẽſe poſt mor-
tem viri. His ſeruit ratio legis. C. Ad
l. Iul. de adult. Sed pro his & hactenus
dictis, de iure capiendi vel arreſtandi.
16 Hoc vnicuique notandum eſt, quod
ius eſt in Flandria, & conſuetudo re-
cepta, potiſsimum in ciuitatibus arre-
ſtorum, vt procedatur contra extra-
neum, nempe nõ ciuem per arreſtum,
aut perſonæ aut per arreſtũ bonorum
ſuo-

fuorũ, q̃ in ea ciuitate actor reperiet. Et hoc modo ad iuſtitiã primũ introitũ ſiue ingreſſum actor parat, tenẽs illã perſonã aut ipſius bona in arreſtũ, donec & quouſque is arreſtatus cautionem de ſe in iudicium ſiſtendi, & de iudicato ſoluendo dederit & præ-
17 ſtiterit. Sed in Concilio Flandriæ non amplius vtuntur arreſtis, niſi in vno duntaxat caſu, ſcilicet quando pars de fuga habetur ſuſpecta, & præterea quando nihil bonorum immobilium poſsidet in Flandria. In hoc enim ſolo caſu expediuntur commiſsiones in alicuius perſonam capiendam, aut arreſtandã, donec cautionẽ conſtituerit de ſe ſiſtendo in iudicium, & de ſol-
18 uendo iudicandis. Quantum verò ad officiũ executoris ſpectat (quanquam dicta omnia prænouiſſe debet) ſex tamen ſunt quæ ipſi in hoc negotio poſtremò competere debent, antequam aliquem capiat. Primò (vt dictum eſt) certitudo debiti, ſcilicet vt ante apprænhenſionem illi debitum appareat, & conſtet eſſe certum & liquidum, cuius cauſa aliquem apprænhenderet. Se-
19 cundò, debet ipſi conſtare quod debitor ſit de fuga ſuſpectus, ad quod ipſi opus eſt habere ad minus duos teſtes, quia in ea captura ſæpe nomen & bona fama perſonæ perit, quę cum pecunia non eſt conferenda, ideoque multæ pecuniæ quàm famæ diſpendium pati mallent. Et certe ob pecuniam nõ citò alicui viro bono inurenda eſt nota infamiæ, quę capturã conſequitur, teſte Iacob. Butriga. & Bald.
20 & Barto. in d. l. Conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Tertiò nouiſſe debet, quod iſta ſuſpitio fugæ iam recenter ſit orta, ſcilicet poſt debitum, vel propter debitum, quia ſi ipſa ſuſpitio de fuga fuiſſet aut tẽpore debiti aut ante debitum, ipſa non eſſet eſtimanda, neq; in conſideratione huius rei habenda. Iſtud tamẽ limitat notabiliter. Paul. de caſt. In l. Eum. §. Pri-
21 mo. ff. Solu. matrimonio. Quartò, executori conſtare debet, quod debitor nulla bona immobilia in Flandria ha-
22 beat aut poſsideat. Quintò prænoſſe debet, quod debitor ſit tũc extraneus, quodque ideo de fuga ſit ſuſpectus, quod à tempore contractus aut obligationis tranſmigrauerit in aliam patriam, ſiue ditionem, & extra cameræ ſiue conſilij Flãdriæ iuriſdictionẽ. Se-
23 xtò, ipſi cõſtare debet, q, debitor tẽpore debiti cõtracti optimè fuerat ſoluẽdo, & q, nunc demum pauper & egenus effectus eſt. Nam ſi tempore debiti contracti tam egenus fuerat, vt nũc eſt, ſuſpitio de fuga eſſet nulla, & non veniret in huius rei conſiderationem, Dic igitur de iſtis vt habetur apud Angel. de Aret. in Repetitione. l. Nemo carcerem. C. de exacto. tribu. lib. 10.
24 Quod ſi iuxta prædictos modos aliquis creditor ſuum debitorem in carcere captiuum habeat, illi licitum eſt debitorem ſuum captiuũ tam diu detinere captiuum ſeu incarceratũ, pro cauſa aut debito ciuili, donec & quouſque debitor ipſi ſatisfecerit, aut certè donec mortem obierit, vel ſaltẽ miſerabilem bonorum ceſsionem fecerit. l. Prima. C. Qui bo. ced. poſſ. idque expenſis ſui creditoris, dummodo captiuus tantũ non habeat, quo ſeipſum alat aut ſuſtentet. Sed hæc immititas viro chriſtiano an digna ſit commonſtrat Euangelium, & chriſtiana charitas, quã nobis Chriſtus toties, & tam diligenter vbique commendauit. Sed
25 iſtud de iure diuino. Quiſquis autem ab executore aliquẽ ciuiliter captum vi eripit, is capi poteſt, pro illo ipſo debito

debito,pro quo ille captus fuerat,non
26 ſecus, quã ſi ipſius fideiuſſor eſſet. Sic etiam executor ipſe capi poterit,ſi captiuum ſuum quem in manibus habet,ipſiuſq; potens ſit,ſimulanter, aut aſtute,aut muneribus corruptus ſinat aufugere.Eo enim facto, eidem debito capti,ſit obnoxius.Idem quoq; dicendum eſt de Carcerario, qui ſimu-
27 lanter captiuum effugere ſinit. Cæterùm hoc loco notãdum vel potius repetendũ eſt,quod ſupra diximus, cap. 14.ſcilicet,Quod creditor ipſe aliquãdo capere poteſt.Nã ſi hic videret debitorem ſuum fugere poterit tũc eũdem propria manu apprehendere. Et eo facto propria authoritate ſibiipſi iuſtitiæ vices attribuit, quod in prædicto caſu eſſe licitum ſuperius quoque diximus.Sed quamuis liceat eum apprehendere, non tamen licet eundem fugientem vulnerare,nec malè tractare.Nam ſic puniẽdus eſſet, non ſolum de illato vulnere,ſed etiam de indebitè apprehendendi audacia,& interim captus relaxaretur & in priſtinã ſuam libertatem,tanquam malè captus reſtitueretur,arg.L. Extat.& ibi Barto. nu
28 mero.6.ff.de eo quod met.cauſ.De loco autem hoc ſciendum eſt,quod nemo in ſua domo,aut in naui ſua,aut in molendino,aut in taberna,aut in officina ſua capi aut etiam extrahi debet pro ciuili cauſa, aut pro debito pecuniario,vt ita extractus carceri mancipetur, aut conijciatur in carcerem .l. Nemo de domo.ff. de regu. iur. & l. Sed & ſi is.ff. de in ius vocan. cum bona gloſ.in Clementi. Cauſam, ſuper verbo.in domo,de elect.quia domus, nauis,aut molendinum vnicuique tutiſsimum refugium & receptaculum eſſe debet,iuxta vulgatam l. Plærique & ibi Bald.& Ludo. Roma. & poſt eos Iaſon.ff.de in ius vocã.Sic etiã debitores ex templis aut ab alijs locis ſacris extrahendi non ſunt,ſed ibi tute-
29 la loci ſacri protegũtur. Verùm iſthæc intelligenda ſunt de debito priuato,& non debito Principis aut Reipub. ob quod nec dom⁹,nec templum, nec nauis &c. talibus debitoribus præſidio eſſe poſſunt. Sicut etiam nec domus, nec tẽplum,nec vllus locus ſacer præſidio eſſe debet malicioſis illis fraudatoribus,imò verius furibus illis rapaciſſimis quos (vulgo) bancarotas vocamus,qui non ex voluntate Dei,aut ex infortunio verè depauperantur, ſed mendaciter ſeſe fractos, ac planè perditos eſſe ſimulant,& ad aliquot menſes domi latitant,donec cum creditoribus doloſè tranſegerint,& poſtea nõ minus ſplendidè,ac pompoſe prodeũt quàm prius, & ad intermiſſam negotiationem denuò ita fraudatis,& illuſis creditorib⁹ multò audacius redeũt. Hi profectò digni ſunt in quos iuſtitiæ rigor & ſeueritas acerrimè animaduertat,ipſos vndecunq; locorum (qui nuſquam tuti eſſe debent) ocius extrahat,& in exemplum aliorum ſine diſsimulatione ſeueriſsimè puniat iuxta decretum Caroli Impera. V.anno 1531. in Octobri,& anno 1540. etiam in Octobri. Sed de his fortaſsis aliquando latius.



CAPVT LXV.

De Carceris effractione in materia ciuili.

Summæ.

1 *Carceris effractor mulctandus 10. lib. Pariſ.*
2 *Carcerem placidè exiens ſine vi, non eſt obnoxius culpæ.*
3 *Carcerarius debitorem negligenter cuſtodiens, eiuſdem debitô fit obnoxius.*

QVicunque captus fuiſſet pro debitò incognito ſiue inconfeſſo, & interim ante probationem debiti, violentè carcere effugeret, aut carcerem effringeret, tunc is ſuam cauſam deteriorem redderet. Nam debitum prius inconfeſſum perfugam, haberetur pro confeſſo, & certo, & prætereà is erumpens aut effugiens punitur ob carceris effractionem decem librarum Pariſienſium, vel exilio ſiue banno, aut alias iuxta iudicis diſcretionem, Bart. in l. Finali. ff. de cuſtod. & exhibit. reo. & notabili. l. Quotiês. de exacto.
2 tributo. 10. lib. C. Sed prædicta intelligenda ſunt ſi violenter fugiſſet vel erupiſſet. Nam ſi carcerem apertum inueniſſet, eumq; exiiſſet ſine vi, aut violentia, aut ſine vlla effractione, aut ſine limatione ferramentorũ, aut compedum, aut ſimilium inſtrumẽtorum, quibus in carcere continetur, aut quibus pedes aut manus ipſius incarcerati ligabantur, eo caſu indemnis eſſet, ſecundum Bald. in l. Succurritur. ff. ex
3 quib. cauſ. maior. Sed tũc Carcerarius ſiue Commentarienſis, hoc eſt, carcerum cuſtos, cuius malitia aut negligentia, aut incuria ſic placidè exiuiſſet incarceratus, ſtaret in periculo ipſemet ſoluendi debitum, textus eſt literalis in. l. Ad Commentarienſem. C. de cuſtod. reor. l. Milites. ff. eo. titu. de cuſtod. reor. d. notabili. l. Quotiens, de exacto. tributo. 10. lib. C. Facit textus in ſimili. in. l. Finali. C. de oper. libert. adde textum in. l. Conſiliarios. C. de aſſeſſoribus.



CAPVT LXVI.

De Relaxatione carceratorum in matéria ciuili.

Summæ.

1 *Captus pro debito inconfeſſo relaxandus eſt ſub cautela.*
2 *Captus pro re iudicata non relaxatur niſi per ſolutionem.*
3 *Mulier honeſta ciuiliter capta ſtatim eſt relaxanda.*

1 QVicunque captus ſiue incarceratus eſt pro crudo (vt aiũt) ſiue inconfeſſo debito, is eſt relaxandus ſub cautiõe, & nequaquam poteſt illi relaxatio recuſari iuxta ea quæ notátur in.l.Si fideiuſſor.§.fi.ff. qui. ſatiſ. coguntur. 2 Sed quicunque captus eſt pro re iudicata, non eſt relaxãdus, niſi con ſignando ſeu (vulgo) nantiſando, aut ceſsionem faciendo.l.Prima, & ibi notatur per Cynum.C.Qui bo.ced.poſ. 3 Pudicæ & honeſtæ mulieres, quæ ciuiliter captæ ſiue incarceratæ ſunt pro cauſa aut cauſis ciuilibus, illæ ſtatim ſunt relaxandæ ſine vlla cautione, aut fideiuſsione, quia illæ capi nequeunt, vt (prædictum eſt) capite 64.

CAPVT LXVII.

De Fideiuſsione & Cautione in re ſiue materia ciuili.

Summæ.

1 *Captiui relaxantur, aut* { *Sub cautione fideiuſſoria.* / *Sub cautione iuratoria.* / *Promiſsis verborum.* / *Sub certa pœna.* }
2 *Cautiones dantur, aut de* { *Siſtendo ſe coram iudicio, ſimpliciter.* / *aut de* / *Siſtendo ſe iudicio, & de ſoluendo iudicato.* }
3 *Fidem iubere de ſoluendo iudicato intelligitur de ſumma controuerſiæ.*
4 *Soluere indicato tantum intelligitur de re de qua eſt quæſtio.*
5 *Diuites de iure non conſtituunt fideiuſſores, ſed ex praxi.*
6 *Fiſcus neminem pro mulcta captiuare poteſt.*
7 *In pœnalibus fideiuſſores non inueniens, iuramento laxandus eſt.*

8 *Coactè iurans redire ad carceres, non obligatur.*
9 *Nemo ſeipſum obligare poteſt ad carceres.*

1 Contingit vt capti aliquando relaxentur, nonnunquam ſub cautione fideiuſſoria, hoc eſt, cũ fideiuſsione aliquando ſub cautione iuratoria, hoc eſt, cum præſtito iuraměto, & aliquando ſub ſola promiſsiõe ſimplici, et in-
2 terdum etiam ſub pœna. Cautiones dantur aliquando ſimpliciter de ſe ſiſtendo coram iudicio, et non amplius. Aliquando verò cautiones dantur ſimul & de iudicio ſiſtendo, & de iudicato ſoluendo, de qua. ff. iudica. ſolui.
3 per totum titulum. Quãdo aliquis eſt fideiuſſor de ſoluendo iudicato, hoc ſolum intelligitur de illo iudicato, aut iudicando, quod iudex iudicabit de ea re, de qua eſt quæſtio, & non de alijs iudicandis, videlicet de emendis, aut alijs oneribus, niſi is fideiuſſor ſeſe generaliter obligaſſet ad omnia iudicanda, & ad quoſuis actus ſingulares, l. Cùm apud Sempronium, & ibi Bar
4 to. ff. iudic. ſolui. Similiter etiam ſatisfacere iudicato, intelligitur duntaxat de illo iudicato, quod Iudex parti adiudicabit, & minimè de illo, quod fiſco adiudicabit, ſcilicet de eměda ſeu mulcta abuſu appellationis orta, aut ex attentato, aut de ſimilibus, niſi aliter prælocutum largiuſq; obligatum fuiſſet. Ioan. And. in addit. ad Specu.
5 titu. de fideiuſſorib. Qui aut pecunia, aut ſupellectile, aut agris, aut pecore diues eſt, is de Iure non tenetur conſtituere fideiuſſores. Specu. de inſtru. ædit. §. 14. verſicul. Quid ſi hæres. l. Sciendum. ff. Qui ſatiſd. cogan. Sed vſus et conſuetudo eſt in contrarium.
6 Fiſcus neminem capere, neque captiuum detinere poteſt, pro emendis aut mulctis ciuilibus ortis ex appellationis abuſu, vel ex attentato, aut ex ſimilibus, ſed ſtatim prouidet ſibi de illa adiudicata mulcta ex bonis eõdem nati, ſi quæ fuerint, & ſi nulla bona reperiantur, eo caſu etiam nihil habebit, iuxta illud vulgatum. Qui nihil habet nihil dabit. Ideoque nec ipſum ea cau
7 ſa captiuare poteſt. In materijs pœnalibus, ſi captus iuraret ſe non poſſe cautionem fideiuſſoriam præſtare pro mulcta, aut pro expenſis iudicandis, tunc is relaxandus eſſet ſub cautione
8 iuratoria. Si captiuus violenter detineretur, ne relaxaretur, & interim ſic coactus promiſiſſet, imò etiam iuraſſet ſe rediturũ certo die ad carcerem, & eo die non rediret, is nequaquam cenſeretur periurus. Violentia enim eum à periurij labe excuſat. Gloſ. eſt notabilis, in verb. per violentiam, in Clementina Paſtoralis, de ſentent. & re iudic. quam dicit Brixi. in ſuo dictiona. ſingularem in ſua opinione. De captiuo. Et certè quicquid de hac
9 re eſt, hoc verum eſt, quod nemo poteſt ſemetipſum obligare ad redeundum in carcerem ſub pœna vitæ, ſiue corporis ſui & membrorum ſuorum, quoniam nemo eſt dominus ſuæ vitæ, ſiue ſui proprij corporis, aut ſuorum membrorum. l. Liber homo, prima, in princip. ff. ad. l. Aquil. concord. textus in c. Si non licet. 23. q. 5. & l. Omne delictum. §. Qui ſe vulnerauerit. ff. de re milita. & l. Si quis aliquid, ſecunda. §. fina. ff. de pœnis.

CAPVT LXVIII.

De varia Cautione præſtanda.

Summæ.

1 *Cautionum aliæ ſunt* { *Fideiuſſoriæ.* / *Iuratoriæ.* / *Simplices,nudæ.* / *Pignoratoriæ.* / *In rem propriam.* }

Cautio {
2 *Simplex fit ſimplici promiſſione.*
3 *Pignoratoria fit depoſitione pignoris.*
4 *In rem propriam fit in propria cauſa.* }

5 *Arreſtatus pro cautione præſtanda annulum oppignorare poteſt.*

1 VAriæ ſunt cautionum ſpecies,aliæ enim(vti proximè præcedenti ca pite dixim⁹)ſunt cautiones fideiuſſoriæ,aliæ iuratoriæ.Rurſus alię ſunt ſim plices,& nudæ,aliæ pignoratorię,aliæ
2 in rem propriam.Cautio ſimplex aut eſt quę verbo ſimplici, aut cum ſimpli ci promiſsione peragitur,ſine vllo iuraměto,aut pignore,vt .l. Prima cum iuncta gloſſa.in verbo. Cautio. C. de Procuratorib. Vel certe. Cautio nuda eſt cùm aliquis tantam mihi fidem adhibet , vt contentus ſit ſola nudaque promiſsione mea. Et hæc propriè dicitur pollicitatio,vel pollicita conuen
3 tio. Cautio pignoratitia ſiue hypothecaria eſt cùm pignus traditur aut hypotheca ſupportatur, quæ fit fundis,terris,domibus,aut alijs immobilibus rebus. Sunt præterea multæ res & cauſæ,in quibus cautio conſtitui & dari debet, potiſsimum quando pars eam cautionem exigit, videlicet,de ſiſtendo iudicio.Item de lite perſequenda in finem vſque. Item, de iudicato ſoluendo.Item, Cautio euictionis, ſiue de euictione.Item, Rati ſiue de rato.Item,de damno infecto , de opere moliendo , ne vſufructuarius re ma-
4 lè vtatur, & ſimiles. Eſt etiam fideiuſsio ſiue fideiuſſor in rem ſuã propriam,ſcilicet,quando aliquis fide iubet pro aliqua re,& in ea cauſa,qua eadem res futura eſt ſua,verbi gratia,dedi aut conſtitui procuratorem ad defendendum aliquid in cauſa mea : & fideiuſsi pro eo procuratore quod indicatum ſoluerem,hoc caſu fideiuſſor in rem propriam dicor, vt .l. Si defunctus.ff.de procuratorib.vt communiter fit in omnibus procuratorijs. Si
5 eſſem arreſtatus ad cautionem præſtandam, eaque carerem, & ſi eam in promptu non haberem, poſſem tunc annulum digiti mei detrahere,eumq; pignoris loco dare aut tradere, quod certam cautionem efficit , quatenus id pignus debitò ſufficiat, & ſuper ea pignoris cautione relaxationem petere, quoniam lapis precioſus æquiparatur rei immobili, teſte gloſſa. in verbo tractatu. in c. Tua ext. de his quæ fiunt à præla. ſine conſencapit. & ibi Abb. Panor. quod bona im-

na immobilia & mobilia quæque precioſa, quæ ſeruari poſſunt æquiparantur, quod ad ſolemnitatem adhibendam, ad eorum alienationem, & vide gloſſam.in c.Primo.de reb. eccleſiæ non alienam.lib.6. & in c.Is cui de elect.lib.6.

CAPVT LXIX.

De Captiuorum aggrauatione.

Summæ.

1 *Captus à*
- *Fiſco aggrauari poteſt vel à*
  - *Creditore Principis*
  - *vel*
  - *Creditore priuato.*
- *Creditore, grauari poteſt à*
  - *Fiſco*
  - *vel*
  - *Creditore*
    - *Principis*
    - *vel*
    - *Priuato.*

2 *Captum qui aggrauat vnicuique ſuus in ſolutione accipienda, ſeruatur ordo.*

Sicut captus criminaliter ſæpè aggra
uatur acceſsione & innoteſcentia
nouorum criminum, ita & is qui ca-
1 ptus eſt ciuiliter. Capitur autem ali-
quis primò ciuiliter, aut à fiſco, aut ab
alio creditore, idque dupliciter, ſcilicet
ob debitum Principis, aut ob debitum
priuatū. Si quis igitur captus fuerit à
fiſco propter certas mulctas ex crimi-
nibus natas, et ipſi adiudicatas, is quo-
que eodem tempore, dum adhuc car-
cere includitur grauari poterit ab ali-
quo alio creditore, aut à multis credi-
toribus. Inter quos ſiquis ipſum ita in
carcere arreſtet ob debitum Principis,
hic omnibus alijs creditoribus in ſolu
tione præferendus erit. Reliqui ſuum
2 ſeruabunt ordinem. Si nullus aggra-
uantium debitum Principis prætendat, ſed ſinguli tantum debita priuata, hi omnes in arreſtatione aut grauamine ſuum tuebuntur ordinem, ſic vt qui prius vel cępit, vel arreſtauit, prius etiam ſolutionem accipiat. Et ſicut captus à fiſco aggrauari poteſt à creditoribus, ita quoque qui captus fuit à creditoribus, aggrauari poterit à fiſco pro criminalibus amēdis, & mulctis, quatenus bona ipſius & fiſci mulctis ſoluendis ſufficere poſsint. Item & grauari poterit ab aliis creditoribus priuatis. Sed ſi creditor accedat cum debito Principis, hic (vt dictum eſt) omnibus præferendus eſt. Ob hæc prædicta natum eſt illud vulgare dictum. Qui carceri cōmittitur ob vnam cauſam, facilè in eodē retinetur ob aliam cauſam. Quod retineri nihil aliud eſt, quàm iterum aggrauari, & arreſtari ob nouas emergentes cauſas.

CAPVT LXX.

De miſerabili bonorum Ceſsione.

Summæ.

1 *In hominum duritiam qui nulla fraterna commiſeratione tanguntur deteſtatio.*
2 *Bonorum ceſsio remedium eſt aduerſus carceres perpetuos.*
3 *Bonorum ceſsionem iura pro ſolutione acceptant.*
4 *Bonorum ceſsio valida eſt, etiam ſi quis iuraſſet ſe non ceſſurum.*

Ceſsionem facturus
5 *Debet omnia debita ſua iuridicè confiteri.*
6 *Debet omnibus creditoribus coniunctim omnia ſua cedere, ſeruatis tantum ijs, vnde viuat.*
7 *Debet iurare ſe perſoluturum reliqua, quando fortuna fauebit.*

8 *Bonorum ceſsio captum liberat a carcere, non a debito.*

Bonorum ceſsio
9 *Locum non habet contra fiſcum, & Remp.*
10 *Locum non habet in ijs, qui in fraudem creditorum ſua abliguriunt.*
11 *Locum non habet in ijs, qui ad aliquod opus conficiendum obligãtur.*
12 *Locum non habet in multis Flandriæ ciuitatibus.*
13 *Nulli hominum recuſanda.*
14 *Et in iudicio, & extra iudicium, & per nuncios peragitur.*
15 *In Francia non fit, niſi in iudicio, & contumelioſè.*
16 *Secundum reg. leon. fiebat affricatione culi ad leonem lapideum.*
17 *Non eſſet tam frequens, ſi eſset contumelioſa.*

1 DOlendum profectò magnopere, quod paſsim locorum reperiãtur homines, qui titulo tenus tantum ſint homines, vtpote in quibus vix quicquam hominis præter titulum & formam reperias, qui tã inhumano, tamque duro ſunt pectore pręditi, vt nullis affectibus humanis, nulliſque erga proximi infortunia tangantur cōmiſerationibus, adeò vt ſi quem habeant debitorem, qui ob aduerſas fortunas ipſi perſoluere nequeat, hũc protinus ſine vlla commiſeratione in carcerem conijciant, eundemque ibi computreſcere, ſqualloribus, pedorib', ac mœroribus perire ac mori potius ſinant, quã vt miſericordiæ viſceribus apertis eũdem vel ex carcere relaxent, vel debitum non ſoluturo remittant, & miſerum in Chriſto confratrem vitę libertati reddant, cùm tamen ſciant eũ debitorem non ſua culpa, neque ob ignauiam, aut ob prodigalitatẽ, in tale incidiſſe debitum, ſed voluntate, ac diſpoſitiōe diuina. Vide quęſo an huiuſmodi homines ob mẽtitum fidei chriſtianæ titulũ mẽbra ſint corporis Chriſti? quod eſt Eccleſia. Cùm vnum membrum eiuſdem corporis commiſereri ſoleat, & debeat alterius eiuſdem corporis membri, à qua commiſeratione ſunt alieniſsimi. Certè parũ memores ſunt illius dicti Dominici. Serue nequam, Omne debitum dimiſi tibi,

bi,quoniam rogaſti me. Nonne ergo & te oportuit commiſereri conſerui tui,ſicut & ego tui miſertus ſum? Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus quouſq; redderet vniuerſum debitum.Sic & pater meus cæleſtis faciet vobis,ſi nõ remiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo de cordib⁹ veſtris, Math.18. Quæ licet de offenſis humanis dicta ſint,de debitis nihilominus etiam intelligenda creduntur,cùm ob paupertatem debitor ſoluere nequeat. Sed quando homines immitiores ſunt q̃ vt confratrum eos commiſereſcat,ipſa iura reperta ſunt,quæ plus habẽt commiſerationis, quá tales homines, imò quæ talium adamantina pectora lenitate,& clementia vincerent,& retun-
2 derent.Inuentum eſt inquam dictę tyrannidi aptum remedium, quod vocatur in Iure. Bonorum ceſsio, aut Bonorũ miſerabilis ceſsio,quę eſt,quoddam iuris beneficium, quod conceditur ijs,qui ſuis debitis ſoluendi facti ſunt impotentes,nempe tot,tantiſque obærati,& grauati debitis,vt non habeant vnde ſuis creditoribus ſoluant & ſatisfaciant.Attamen ne perpetuis carceris enecarentur moleſtijs , malunt omnia,quàm libertatem ,aut vitam perdere. Id igitur quod poſſunt faciunt. Omibus atque vniuerſis ſuis bonis cedunt,& renunciant, ad vtili-
3 tatem creditorũ.Atq; hanc ceſsionem iura pro ſolutione acceptant,quod nolunt quenquam pro pecuniario debito vinculis perpetuis contineri, cõſtrictum.l.Incredibile .C.de pœnis, & in l.Aut damnum.§. Solent .ff. eo. titu. ita intelligitur textus admodum notabilis,qui quotidie, & in ſcholis , & in iudicijs allegatur,in .l. Nemo carcerem.C.de exacto.tribut. lib. 10. & .l. Prima.§.Finali.ff.de aleæ luſ. & alea-
4 to.Prædicta quoq; procedunt & habent locum,etiam in eo caſu, quo debitores prius promiſiſſent & iuraſſent ſe nunquã bonorum ceſsionẽ facturos.Sed ad hanc ceſsionẽ bonorum faciendã,certè prius iuris aliquot ſolẽnitates ſunt requiſitæ , imò neceſſariæ, quas qui bonis cedere volet, omnino facere,& obſeruare debet, aliter enim ipſorũ ceſsio nõ recipietur, nec admittetur(quantũuis l.In omni.C. qui bo. ced.poſſ.dicat,& bonorũ ceſsionẽ ſolo verbo,ſi neq; aliqua ſolẽnitate fieri poſſe cõtineat,ſcilicet in fine,ibi in omni ceſsiõe ſufficit volũtatis ſola profeſsio,id eſt,gloſſa teſte ibidẽ,in verbo profeſsio, ꝙ ſolum dicat,cedo bonis.) Solẽnitates igitur ſiue conditiones requiſitę ante ceſsionẽ bonorũ ſunt iſtę.
5 Primò,vt ceſſurus in iudicio, & extra iudiciũ,omnia debita ſua expreſſè cognoſcat,& iuridicè deponat, aut ꝑ ſe, aut per condẽnationem ad eá depoſitionẽ debitorũ coact⁹,quod enim niſi fecerit in iudicio, audiẽdus non eſt .l. Qui ced.ff.de ceſ.bo.cũ optima ibidẽ
6 gloſſa.iuncta,in verbo.non debet.Secundò,requiritur,vt poſt eá cõfeſsionẽ,& depoſitionẽ etiam omnibus creditoribus ſuis coniũctim cedat,renũciet, & iuridicè tradat, oĩa ſua bona, mobilia& immobilia,vbicũq; locorũ ſita,& reperta fuerint , ipſiſq; ea indicet,& ſine fraude cõmonſtret. Saluo tamẽ,ꝙ ex ijs bonis tãtũ reſeruet,quo ſeipſum alere poſsit,arg.l.Finalis.§. licẽtia,& ibi not.C.de iure.delib. &.l. Qui bo.ibi nec enim fraudãdus eſt ali-
7 mẽtis quotidianis.ff.de ceſ.bo.Tertiò requiritur vt iuret ſe reliqua perſoluturũ,poſtquam ad pinguiorẽ ſiue vberiorem fortunã áduenerit.l.Prima.C. Qui bo.ce.poſ.&.l.Is q bo.ff.eo.ti.de ceſ.bo.Has cõditiones meritò etiã ob

ſeruare deberent furaces noſtri ban-
caroti,qui fraudulenter cum credito-
ribus tranſigunt, & poſt annum di-
tiores ſunt,quàm prius,reliqua tamen
8 non perſoluunt. Quando igitur ali-
quis incarceratus iuxta modos prædi-
ctos,ſuis omnibus cædit bonis, is ſta-
tim debet abſolutè relaxari & liber
extra vincula remitti,argumẽto.l.Pri-
mæ.C.Qui bo.ced.poſſunt,liber qui-
dem à vinculis dimittitur, ſed nõdum
liber à debito, quia adhuc manet in
multo ære alieno. Ideoque quamuis
ea ceſsio bonorum eum liberat à car-
cere,non tamen à debito .l. Prima &
ibi Barto.C.Qui bo.ced.poſ.& l. hæ-
res.§.Quod ſi ſtipulator. & ibi Alex.
ff.de fideiuſſor.Sed hic notandum eſt,
quod ſi is cedens prius ante ceſsionem
conſtituiſſet cautionem fideiuſſoriam
id eſt,fideiuſſorem dediſſet, is fideiuſ-
ſor,per dictam ceſsionem bonorũ ne-
quaquam abſolueretur neque relaxa-
9 retur. Hic præterea notandũ eſt,quod
bonorũ ceſsio,non in omnibus locum
habeat. Non enim habet locum cõtra
fiſcum,nec cõtra Remp.Nam fiſci vel
Reipublicæ debitoribus non licet ce-
dere bonis,teſtibus Baldo & Saliceto
in.l.Propter honorem C.Qui bo.ced.
poſ.vbi tenent. Quod ciues ſubditi,
qui bonis cedere volunt, ne publicis
fungantur muneribus,vel vt collectas
euitent municipales (quæ debent im-
poni vnicuique pro modo ſubſtantiæ
hoc eſt,vt vulgus loquitur) ſecundum
ſolidum & libram,hi ad ceſsionẽ bo-
norum non ſunt recipiendi, neq; ad-
mittendi,imò ne audiendi quidem.
Huic ſimile tenet Barto.in l. Is qui.ff.
de ceſſ.bono.quamuis tamen alibi vi-
deatur tenere oppoſitum, in l. Tertia
iuncta gloſſa .C. eodem.Qui bo.ced.
poſſunt. Plura huic materię ſeruientia
videre licet, in deciſionib. Cappellæ
Tholoſanæ .q. C. XXXIIII. in Ad-
10 dit. eiuſdem .q. Neque etiam bono-
rum ceſsio locum habet in his, qui in
fraudem creditorum ſua bona diſsi-
pant & abliguriunt. Neque etiam lo-
cum habet in diuitibus,& ſoluẽdi po
11 tentibus. Sed ne illi quidem bonis
cedere poſſunt qui præciſe obligati
ſunt ad aliquod factum, aut ad opus
aliquod extruendũ, & abſoluendum.
12 Prædicta quoque bonorum ceſsione
in paucis Flandriæ locis vtimur,quod
ea mercaturæ plurimum officeret, ſi
quiſpiam ea fraudulenter vti vellet.
Eſt tamen permiſsibilis, potiſsimum
eo loco vbi vſitata fuit, aut vti pote-
rit citra damnum Reipub.ob id quod
ipſa ſit iuris ſingulare beneficium, vti
13 prædictum eſt.Bonorum ceſsio(quod
in iure fundata ſit) nulli recuſare de-
bet. Neque etiam tali ceſsionis bo-
norum beneficio renunciari poteſt,
ſecundum Barto. in l. Alia cauſa.§.e-
leganter ff. ſolut. matrimonio. Licet
Cynus videatur tenere contrarium in
l. Prima.C. Qui bo. ced. poſſunt.
Dicta autem bonorum ceſsio, nõ tan
14 tum in iudicio: ſed etiam extra iudi-
cium fieri poteſt, ſufficitq́ue eam vel
per nuncium,vel per epiſtolam decla-
rari,præcipuè ſi tres prædictæ condi-
tiones obſeruentur, ſcilicet aut per ſe
aut per procuratorem .l. Finali .ff. de
ceſsi. bono. quam quidem legem A-
lexander ibi in apoſtillis ad Barto-
lum reputat ſingularem ad hoc,quod
15 confeſsio poteſt fieri per nuncium. In
Regno verò Franciæ, nemo per procu
ratorem,nec per nuncium,nec per epi
ſtolam,ad bonorũ ceſsionem admitti-
tur & recipitur,ſed debet ipſemet ceſ-
ſurus eam ceſsionem perſonaliter, &
in iudicio,ſiue in conſiſtorio publico
facere

facere diſcinctus,& nudato vel diſcooperto capite, idque ad maius dedec᷑, & ad maiorẽ ſui infamiã. Sunt enim multi, qui dicant omnem ceſsionem bonorum debere fieri per actum aliquem infamem & vituperoſum, etiã ſecundum aliquam formam ſtatuti, qualis exprimitur ſeruanda in capitu
16 lo de regula leoni danda,hoc eſt,de ponendo nudum culum ſuum,ſuper leonem marmoreũ, ante capitolij ianuã. Doct.in d.l.In omni. C. Qui bo.ced. poſ.His nõ admodum diſsimiles modos,& infames in bonorum ceſsionibus obſeruari quondam ſolebant in hiſce noſtris regionibus, quæ multos ab indignis ceſsionibus terruerãt. Sed
17 poſtquam huiuſmodi ſolennitates infames aboleuerunt, pauci ſunt qui à talibus bonorum ceſsionibus abhorreant,imò(proh dolor)res eo deuenta eſt, vt bonorum ceſsio multis ludus ſit, & vt ſibi potius laudi quàm vitio huiuſmodi ceſsiones vertant.De quibus permulta exempla hic conferre poſſem,ſed ad alia pergo.

CAPVT LXXI.

De Conſignatione (vulgò) Nantiſatione.

Summæ.

1 *Qui ciuiliter capi nolit,pignora deponat oportet.*
2 *Conſignatio non eſt iuris, ſed conſuetudinis contra perfidos.*
3 *Conſignationes* { *Fieri debent, cum Auro vel Argento, &c.*
ſed
4 *Fieri non debent cum rebus immobilibus.* }

1 QVi ſquis recuſabit capi, ſuique capturæ & præuilegiatæ arreſtationi ſe opponere volet, huic iſtud vnicum datur remedium, vt tantum pecuniæ in iudicio conſignet & deponat, quantum controuerſia poſcit. Atque idem etiam dicendum eſt de eo qui capiendus eſſet ob debita priuilegiata, qualia ſunt debita Principis & Reipub.ab illa enim captiuitate ſeipſum liberabit ſola conſignatione, vel nantiſatione.
2 De hac autem conſignatione aut depoſitione (vulgo) nantiſatione iura nihil prorſus loquuntur,ſed conſignare ſeu nantiſare tantum ex cauſa,ſtylo, & cõſuetudine introductum eſt,cõtra perfidos fraudatores & doloſos impoſtores inuite numerantes,ac male ſoluentes, quorunque verbis aut promiſsis, aut perfidis cautionibus,& fucatis blãdiciis,non eſt fidendum, nec innitendum.
3 Omnes conſignationes ſiue nantiſationes, ſiue nantiſamenta debent fieri in auro aut in argento,ſiue monetato, ſiue non monetato, in margaritis,in monilibus, aut in aliis lapidibus precioſis,& non in vtenſilibus ſiue bonis mobilibus, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, niſi pars talium bonorum
4 depoſitione contenta eſſet. Neque etiam legitima cõſignatio fieri poteſt, fundis, terris aut aliis bonis immobilibus, niſi id permiſſum eſſet ex Principis gratia. Similiter non fit nantiſatio per

tio per vtẽſilia, aut per alia mobilia, niſi (vt dictum eſt, pars iis contenta eſſet, aut niſi per Principis aperta dyploma ta ſiue per ſuas apertas literas ita permiſſum eſſe conſtaret.

CAPVT LXXII.

De Sequæſtratione,

Summæ.

1 *Sequæſtratio quid ſit.*

2 *Sequæſtratio fit* { *à multis.* / *aut* / *ab vno, Mandante iudice.* }

3 *Sequæſtrationes in Iure ſunt prohibitæ.*

4 *Nemo à ſua poſſeſſione ſequæſtrandus ante ſententiam.*

5 *Sequæſtratio eſt triplex* {
Caſualis, quæ ob certos tantum permittitur caſus.
Neceſſaria vel { *animo priuandi* / *vel* / *animo non priuandi* } *ſcilicet à iudice.*
Voluntaria, ſcilicet per conſenſum partium. }

12 *Sequæſtratio caſualis permittitur in multis caſibus.* {
6 *Quando timetur dilapidatio bonorum.*
7 *Quando poſſeſſor ſuſpectus eſt de fuga.*
8 *In rebus mobilib. appellante parte de executione.*
9 *Quãdo maritus depauperatur, ſequæſtratur dos vxoris.*
10 *Quando poſſeſſor citatus non comparet.*
11 *Quando timentur pugnæ, & cædes partium.*
12 *Hæ. 6. cõditiones ſeruantur in nouitatib. & manutenentiis.*
13 *Iura tantũ permittunt ſequæſtrationem in bonis ſine poſſeſſore.*
14 *Quando vxor à marito diſiuncta diuortiari cupit.*
15 *Quando Dominus cum vaſallo de feudo contendit.*
16 *Quando pars ſequæſtrationi futuræ conſenſit.*
17 *Quando villicus proprietatem agri ſibi arrogat.*
18 *Quãdo cohæredes non poſſunt conſtituere cautionem dandi, & accipiendi.* }

19 *In ſequæſtratione bonorum quæ cito pereunt, vendũtur bona, & ſequæſtratur pecunia.*

20 *Sequæſtratio ſæpe præpeditur per cautionem fideiuſſoriam, ſed ante ſententiam.*

21 *Neceſſaria ſequæſtratio fit à iudice ex officio animo priuandi.*

22 *Voluntaria ſequæſtratio fit à partibus, & poſſeſſione priuat.*

23 *Quamuis bonorum ſequæſtratio ſit prohibita, conſcriptio tamen eorum nõ eſt prohibita.*

Sequæſtra-

1 Sequęſtratio eſt rei, de qua agitur vel controuerſia eſt, ſeparatio, vel depoſitio, vel poſſeſsionis interdictio. Interim enim dũ res apud ſequæſtrũ depoſita manet, eã nec actor, nec reus poſsidet. l. libertus. ff. de ſta. homi. Nõ poteſt autẽ illa depoſitio, quæ ſequæſtratio dicitur, fieri niſi à pluribus, quãuis
2 aliquando, & vnus, & plures deponere poſsint, vt. l. licet. ff. de poſ. Nam plures rẽ litigioſam deponunt: quãdo id cũ volũtate partiũ fit. Etiã vnus deponere poteſt, quando hoc ex mãdato iudicis facit, vt in gloſ. c. Examinata, de
3 iudic. & ibi per docto. Omnes autem ſequæſtrationes ante ſententiam ſunt odioſæ. Imò quod magis eſt, tã iure ciuili, quã canonico, omnes ſunt prohibitæ. l. Vnica. C. de prohibi. ſequæſt. pecu. & ibi clara & expræſſa gloſſa, in verbo. Sequæſtrationis. Et extra, de ſequęſtra. poſſeſ. & fruct. iuncta etiã bona gloſſa in verbo. Sequęſtrari, in quibus duabus gloſsis ponuntur caſus in quibus ſequęſtratio fieri cõſueuit. Sed
4 poſſeſſor lite pendente non debet remoueri à poſſeſsione, nec ab ea ſequæſtrari, vt c. 1. extra, de ſequæſtra. poſſ. & fruct. c. Volumus. 16. q. 4. c. Nõne. 8. q. 4. l. 2. C. de probat. & toto titulo, extra, vt lite pẽden. nihil innoue. et d. l. Vnica. Imò nemo aliter ſua poſſeſsione priuari debet, quàm per ſententiã, niſi fortaſsis caſualiter, & ſic ſequæſtratio cauſetur permiſſa caſualiter, vt in caſibus ſpecialibus ſubſequentibus. Pro quibus prius notandum eſt, quod
5 triplex ſit ſequæſtratio, ſcilicet caſualis, neceſſaria & voluntaria. Caſualis eſt quæ tantum permiſſa eſt in certis caſibus mox ſequentibus, de qua caſuali ſequæſtratione Bartolus non meminit, quod ea in iure parum fundata ſit, ſed quod tantum in quibuſdam ca-
6 ſibus à iudice permittatur, Primò quãdo ex probabili ſuſpitione timetur, ne poſſeſſor bona aut mobilia, aut immobilia (de quibus lis eſt & contentio) delapidabit, aut diſsipabit, ſimul cum ipſorum fructibus, ob id quod ſit homo non admodum frugi, ſed prodig⁹, aut aleator, & c. c. Dilect⁹ & c. ſeq. extra, de ſequęſt. poſſ. & fruct. l. Si cum dotẽ. §. Sin autem. ff. Solut. matri. & l. Imperatores, in fine ff. de appella. &
7 l. Ab executione. C. Quor. appel. non recip. Secundò, quando poſſeſſor ſuſpectus eſt de fuga. l. Si fideiuſſor. §. Finali. ff. Qui ſatiſda. cogan. l. Senatuſconſulto. §. Finali. ff. de offic. præſid. & l. litibus. C. de agri. & cenſit. lib. xj. Intelligitur autem aliquis de fuga ſuſpectus, quando in ea iuriſdictione vel circa domum ſuam nulla bona immobilia poſsidet, aut ſi quæ habet, ea non
8 ſunt paria, aut æquiualentia cum bonis de quibus lis eſt & contentio. Tertiò, quando quæſtio, & lis orta eſt, de rebus mobilib⁹, aut de vtẽſilibus, atq; executus captus, vel arreſtatus appellat ab ea executione. Nam in eo caſu, illa bona litigioſa ac contentioſa ſequæſtrantur. d. l. Ab executione. ff.
9 Quor. appel. non recip. Quartò. Si maritus aut malo regimine, aut per aleam vel per infortunia ſua culpa nata, paulatim deſcendit ad miſeriam, aut inopiam, tunc in gratiam vxoris ſequæſtrantur bona, ad conſeruationem dotis vxoriæ, vt vel ipſi relinquatur vnde tandem viuat, ſicut clare docet. d. l. Si cum dotem. §. Si autem. ff. Solut. matri. & l. In rebus in fine. C. de iure dot. & in Autem. de ęqua, dot. §. Illud quoq;, colla. 7. Sic etiã ſequæſtrantur mariti bona, quando maritus demens
10 & furioſus eſt. Quintò, Quando poſſeſſor in ius vocatur, & ſe ipſum contu-

contumaciter ab eo abſentando remo
uet, hoc eſt, quando per contumaciam
recuſat conſtituere cautionem, de col-
latione, vel importatione facienda, tūc
illa bona, de quibus oritur quęſtio, &
recuſatur cautio, ſequęſtranda ſunt. l.
11 Prima. §. Si frater. ff. de collat. bono. Se
xtò, quando timetur periculum contē
tionis, ſcilicet ne partes eorum bono-
rum cauſa rixentur, aut ne in graues
inimicitias peruenire, aut ad arma, aut
ad cædes concurrere poſsint, vt in Spe.
eo. titu. verſic. Sed nūquid, de ſequęſt.
poſſ. & fructu. Et. l. Aequiſsimum, in
principio ibi. Cur enim inquit Iulia-
nus ad arma & rixam procedere patia
tur prætor: quos poteſt iuriſdictione
ſua compeſcere, &c. ff. de vſufructu,
concord. textus in c. Placuit, & in c. Si
quis, & in. c. Finali 90. diſtinct. Adde
Aul. Geli. 13. c. 3. Item etiam cōcordat
text. & ibi gloſſa. in. c. Primo, extra, de
mutius petit, & . l. Communi diuidun
do. §. Cum de vſufruc. ff. communi
diuidun. & l. In vēditione. § .1. ff. de
bo. auto. iudi. poſsid. Multa enim fiūt
cauſa ſedandi tumultus partium. l. Or
dinata. ff. de liber. cauſ. & l. lite. C. eo-
dem, & ne partes perueniant ad rixas
12 & ad arma. d. l. Aequiſsimū. Quæ ſex
rationes hactenus dictæ ſunt funda-
mentum ſequęſtrationum, quæ fiunt
in materia nouitatis & manutenen-
tiæ, ſecundum ſtylum ac Franciæ pra-
xim, quantumuis tamen ipſa parum
firmiter fundata eſſe videtur. Nam v-
nuſquiſque facilè poſſet ſe ſimulare, et
fingere ſe velle rixari, aut ad arma con-
uolare, vt hoc figmento ſuum aduerſa
rium ſua poſſeſsione, ſuiſque fructi-
bus & emolumentis lepide priuaret.
Et ideo iura volunt duntaxat ſequæ-
13 ſtrationes fieri de bonis quæ nullum
poſſeſſorem certum habent, & de quo
rum poſſeſsione ambæ partes conten-
dunt, eorumque fructus ambo colli-
gere volunt. l. Si vſufr. legatus. §. Fina
li, & . l. Aequiſsimū. ff. de vſufru. Sed
quando vnus eſt in poſſeſsione, & al-
ter non, tunc non poteſt Iudex illam
poſſeſsionem ſequęſtrare, etiamſi eui-
denter videret, quod partes ea de gra-
tia mox eſſent pugnaturæ, & ad ar-
ma prouolaturæ. d. l. Aequiſsimum, in
14 exordio. Septimò, quādo vxor ob ma
riti intolerabilem ſeuitiam maritum
ipſum deſerit, & ad eūdem vt redeat
nullo modo perſuaderi poteſt, ſed po
tius diuortium quærit, & rem litigio-
ſam facit de non amplius redeundo
ad maritum, cuius ſeuitiam exper-
ta nimium timet, nullamque emenda
tionem ſperat. In eo caſu talis vxor ſe
quæſtratur, & apud ſuos parentes &
amicos collocatur, quod mulieri tre-
pidanti non poſsit ſufficiens ſecuritas
prouideri. c. literas, extra de reſtit. ſpo
liato. Ad hunc modum etiam ſequę-
ſtratur ſponſa, quando metus eſt, ne ip
ſa abducatur, rapiatur, vel corrumpa-
tur. c. Cum locum, extra, de ſponſalib.
Octauò, Quando Dominus feudi ſuū
15 vaſallum, pro vaſallo non vult agnoſ-
cere, eo enim caſu feudum ipſum ſe-
quæſtratur. Nonò, quando pars in ſe-
16 quæſtrationē ſub conditione conſen
ſit, dicēs hoc modo. Si tibi tali die nō
ſoluero aut ſatisfecero, placet, & in
hoc conſentio, quod bona ſequæſtren
17 tur. Decimò, quando villicus, colonus,
agricola, cēſuarius, aut alij vſufructua-
rij ad ſe trahere, ſibique arrogare volūt
& nituntur ipſam fundi proprietatē,
ita vt ea de cauſa, lis & controuerſia
oriatur, tunc fructus illi ſequęſtrātur.
18 Vndecimò, quando cohæredes in ſuc-
ceſsione aut hæreditate ſiue in domo
aliqua mortuaria, non poſſunt conſti-
tuere

tuere cautionem ad partem vnam acceptandam, & ad partem alteram dandam, vel relinquendam, eo caſu bona eadem ſequęſtrantur. Si ſequęſtratio
19 facta ſit bonorum, quæ cito pereūt, veluti pomorum, pirorum, aut aliorum fructuum vel bonorum, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, tum Iudex facit & iubet illa vendi, & pecuniam ex iis collectam ſequęſtrari mãdat. Alios autem plures caſus in quibus ſequęſtratio fieri conſueuit, videre licebit, titu. de prohibit. ſequęſtra. pecu. apud Ioan. Fabrum, in ſuo breuiario, ſuper. C. ſatis ſuccinctè. In multis caſibus ſequęſtratio aufertur & præoccupatur
20 per cautionem fideiuſſoriam, ſed id ante ſententiam latam. Poſt ſententiam verò latam, minimè. Sed hactenus de caſuali ſequęſtratione, qua Iudex neminem ſua poſſeſsione priuat, nec ſuam poſſeſsionem amittit aliquis per
21 iudicem aut per ſuperiorem ſequęſtratam. Sequæſtratio verò neceſſaria eſt, quæ ex certa cauſa fit per iudicem, ex ſuo officio, hæc in multis caſibus in iure eſt permiſſa, vt. C. per totum titulum de prohibit. ſequęſt. pecuniæ. Hec ſequæſtrat. iudicis, ſi eo animo ab ipſo fiat, vt priuet aliquem ſua poſſeſsione certè ea efficax eſt, & talem poſſeſſorem ex ſua poſſeſsione eiicit. Quod nec mirum, nec inſolitum videri debet. Quia ſi Iudex aliquem ſua proprietate priuare poteſt (quod eſt omnib⁹ notiſsimum) multò magis eundem ſua poſſeſsione priuare poteſt. Sed ſi iudicis ſequęſtratio non eò tendat, vt aliquem poſſeſsione priuet, tum etiã illa ſequęſtratio neminem ſua poſſeſsione exuit, ſicuti diximus de poſſeſsione caſuali. Et ſi dubitetur de animo iudicis, an eam ſequęſtrationem priuandĳ gratia, an non priuandi cauſa faciat, tunc nec illa ſequęſtratio aliquem ſua poſſeſsione extrudit. Sequęſtratio verò voluntaria eſt, quæ fit à partibus, &
22 de voluntate partium. Et iſta ſequęſtratio in iure permiſſa eſt, quia licitũ eſt vnicuique iuri ſuo renunciare. l. Si quis in conſcribendo. C. de pact. Ideo que hæc voluntaria ſequęſtratio poſſeſſorem ſua poſſeſsione priuat, & eximit. Sed hic obſeruandum eſt, ſecun-
23 dum Barto. in. l. Vnica. C. eodem titu. de prohibi. ſequęſt. pecu. Quod licet regulariter in iure non admittatur ſequęſtratio, vt in d. l. Vnica, tamen permittitur bene permutatio & perſcriptio omnium rerum in domo exiſtentium, & omnium fructuum, qui ibi percipiuntur, de quo eſt text. notabil. (ſecunndum Bartol. in d. l. Vnica) in. l. 1. §. penult. ff. de vent. in poſſ. mittendo, vbi hoc etiam notat, quod notabiliter limitat Bald. in d. l. Vnica niſi ea deſcriptio fieret cum iniuria, vt in deſcriptione ſupellectilium. Scio multo plura ſuper hac ſequæſtrationis materia dici poſſe: ſed quia breuitati ſtudere voluimus, reliqua ſtudioſis permittimus.

CAPVT LXXIII.

De Arreſtis.

Summæ.

1 *Arreſtare quid ſit.*
2 *In proceſsibus de fundis, & feudis, non arreſtatur ante ſententiam.*
3 *In proceſsibus rerum mobilium fit arreſtatio, vſque ad cautionis conſtitutionem.*

Arreſta-

1 ARreſtare, vel purius, aliquem ſiſte-
re, eſt ipſum facere ſtare, & impe-
dire ne progrediatur vlterius. Sic ſiſte
re gradum, eſt progreſſum ſtatuere, et
manere. Siſtimus virũ, quẽ arctamus
ne progrediatur, hoc eſt, quem capi-
mus. Siſtere aliquem iudici, eſt eum
coram iudice præſentare. Arreſtare bo
2 na eſt ea capere, & poſſeſsionem eorũ
impedire. De his igitur arreſtis ſcien-
dum eſt, quod in Flãdria in omnibus
proceſsibus, quos inſtituũt ſuper fun-
dis, aut feudis, arreſtum non habet lo-
cum, nec ſequeſtratio ante ſententiam
iudicis, ideoque tunc poſſeſſor non eſt
priuandus, nec turbandus in ſua poſ-
ſeſsione, ſed remanet in ea, & ea vti-
tur, donec ea per ſententiam iudicis
priuetur aut exuatur, vti prædictũ eſt
præcedenti capite, & alibi. Sed in pro-
3 ceſsibus qui fiunt per arreſtum ſuper
vtenſilibus aut mobilibus bonis, ha-
bet locum arreſtum, donec pars cautio
nem dederit, de reſtituendo aut iudi-
cato ſoluendo, niſi eſſet ſoluendo, quia
eo caſu arreſtum poſſet releuari ac ſol-
ui, ſuper ſua fide ac promiſsione, ſine
pluribus, inquãtum iudici ita placeat.

CAPVT LXXIIII.

De Comparitione & Contumacia.

Summæ.

1 *Citatus coram iudice ordinario primum comparere debet.*
2 *Iudex ordinarius omnes ſuæ iuriſdictionis indifferenter citare poteſt.*
3 *Qui manifeſtè alterius eſt iuriſdictionis obedire non debet.*
4 *In Parlamento omnes citati comparere debent.*
5 *Citatus comparebit per ſe, aut per procuratorem.*
6 *Partibus coram iudice comparentibus, iudicium conſtituitur & proceditur.*
7 *Contra non comparente proceditur ad contumaciam, & defectum.*
8 *Si neutra partium compareat, non proceditur.*
9 *In citatione colluſoria fiſcus procedit ad defectum iuſtitiæ.*

1 QVicunque in iudicium citatus eſt,
is debet comparere coram eo iu-
dice ordinario, ſub quo, aut ſub cuius
iuriſdictione tunc reſidet, & ad quem
citatus fuit, etiamſi alterius eſſet fori.
Cõparere enim tunc debet, ſaltem ad
hoc, vt ab eo Iudice excipiat, & decli-
net, & ſuum priuilegium alterius fori
præuia prolocutione commonſtret,
2 de quo fuit dubium. Quia quilibet iu
dex ordinarius poteſt vocare, & face-
re citare coram ſe omnes qui habitant
aut reſident ſub ſua iuriſdictione, ſiue
illi extranei, ſiue ſubditi ſint. Sed quan
do clarum & omnibus notũ eſt, quod
3 citatus non ſit ſuæ iuriſdictionis cita-
tus, non obligatur comparere. Sicuti
ſacerdos citatus ad tribunal iudicis ſæ-
cularis, non tenetur illi citationi obe-
4 dire. In parlamento tamẽ Pariſienſi v-
tuntur, quod omnes citati ſub coro-
na, tam priuilegiati quàm alij debent,
& obligantur comparere in eodẽ Par
lamento, quatenus petitionis manda-
tum

tum ſiuè libellus in commiſsione cita
tionis ita ſit inſertus. Eo enim caſu de
bent comparere, & allegare ſua priui-
5 legia aut exceptiones. Et omnis cita-
tus in materia ciuili debet aut in per-
ſona propria comparere, aut per procu
ratorem, eius nomine. Quum ambæ
6 partes comparẽt, Iudex ordinat & mã
dat actorem procedere, & petitionem
facere, quia tunc iudicium fundatum
eſſe cenſetur. Sed ſi vnus compareat
7 & alter non, tunc procedit contra non
comparentem per contumaciam, ad
8 talem profectum, vt poſtea hic vide-
bitis. Ea ſi neuter compareat, tunc nul
la cẽſetur eſſe cauſa, quia Iudex ſuum
9 officium non poteſt impartiri non re
quiſitus. Si citatio cõtigiſſet, & ſi pars
non compareret per mutuam colluſio
nem factam, tantum vt fiſcum ſua e-
menda, aut alia pœna fraudaret, fiſcus
poſſet perquirere, & informare ſuper
ea colluſione, aut cauſa non compari-
tionis, & tunc poſt colluſionem cogni
tã, contra alterũ, aut contra vtrũq; pro
cedere, pro damno & intereſſe iuſtitię.

CAPVT LXXV.

De Excuſatione non comparitionis (vulgò) Exoniatione.

Summæ.

1 *Citatus ſeſe de non comparitione excuſare poteſt, per quem velit.*
2 *Exoniatio competit parti citatæ, non citanti.*

A non comparitione excuſant:
3 *Morbi, pericula mortis.*
4 *Inundationes, nuptiæ, exequiæ, pericula.*
5 *Meßis, tempus ſeminandi.*
6 *Occupatio in in Rep. aut in negotio Principis.*
7 *Studium, Mercatura, Peregrinatio.*
8 *Impregnatio, aut puerperium mulieris.*
9 *Gelu, Nix, Pluuia, Exundatio, Hyemis aſperitas.*

Exoniator debet:
10 *Cum iuramento affirmare ſuam commißionem.*
vel
11 *Cum literis probare commißionis ſuæ veritatem.*

12 *Qui citat, exoniantis probationes confutare poteſt.*
13 *Exoniatio ſine literis probationum in Francia eſt nulla.*

Iudex per ſe citatum exoniare debet:
14 *In caſibus qui per ſe excuſationem merentur.*
15 *Et contumaciam differre.*
16 *Contumaciam decernere cum clauſula Exoniationis faciẽdæ.*

17 *Non eſt opus exoniatione, vel citatione:*
In rebus afflictis, ſcilicet in bello, peſte, &c.
Quando in citatione non exprimitur cauſa citationis.
Quando citatio facta eſt die feſto,
Quando locus, citato eſt ſuſpectus, aut Iudex inimicus.
Quando citatio non eſt coram iudice compente.
Quando executor excedit commißionem.
Quando pater citatur à filio, Patronus à liberto.

18 *Ad citationem quantumuis inualidã primò comparere decet, & reſpondere vel excipere.*

1 QVi ciuiliter citatus, comparere ex
cauſis nõ poteſt. Hic ſeſe à nõ cõ
paritione excuſare (vulgò) exoniare
poteſt, per eum, quem velit, cuiq; quã
optimè fidit, ſi quidem legitima exoni
andi ſubfuerit cauſa, modo id faciat
ante conſiſtorij ſolutionem, aut diſceſ
ſum. Atque ad hanc excuſationem fa-
ciendam idonei ſunt, & admittuntur
non ſolum procuratores, ſed & qui-
uis alij, etiam procuratorio munere e-
tiam indigniſsimi, quales ſunt, vxor,
liberi infra. 25. annorum ætatem, equi
tes aurati, religioſi, & ſimiles, quos ta-
men, quorundam iudicio, eam exoniã
di cauſam habere in mandatis opor-
tet. Sunt tamen qui aſſerant hanc exo
niationis commiſsionem cum cauſa
non eſſe neceſſariam. Sed praxis & v-
ſus ipſam recepit, ſic vt per hanc exo-
niationem dicant ſe habere id in man-
datis ab abſente, idque iuramento ve-
riſsimum eſſe firmẽt. Et quamuis hæc
2 exoniatio competat parti citatæ, non
tamen competit impetranti, qui cita-
tionem fieri iuſsit, quod hic ipſe aut
perſonaliter comparere, aut procurato
res conſtituere, & ſeſe nullo modo à
non cõparitione excuſare debeat. Ca
ſus autem qui à non comparitiõe ex-
3 cuſant, ſunt morbus patris aut matris,
filij aut patrui aut auunculi, aut alio-
rum proximorum parentum ſiue ami
corum, potiſsimum quãdo timor, ſeu
metus aut periculum mortis apparet.
Item ſi vxor ſit partui proxima, aut ſi
iam iam peperiſſet, aut ſi non ita dudũ
è puerperio eſſet libera, & ita in ſimili
bus, ob quas cauſas in cauſa ciuili me-
ritò ſunt excuſabiles. Eruptio littorũ,
4 riparum, & exundatio aquarum, flu-
minum, tempeſtates, pontium effra-
ctio, metus inimicorum capitalium, ti
mor peſtis, metus carceris abſque frau
de & ſine dolo, nuptiæ propriæ, aut
ſuorum filiorum ſeu prolium ſuarum
exequię, aut hęredes parentũ exequiis
implicati, & ſimiles ob legitimas cau-
ſas facilè à comparitione excuſantur,
ſuntque tales cauſæ exoniandi digniſ-
ſimæ, ſecundum ſtylum curiæ ſecula-
ris, quãdo nulla fictio, nec dolus vllus
5 ſubeſt. Sic exoniat etiam, & ſuam ab-
ſentiam purgat, qui dicit, quod debeat
ſeminare, aut ſuum triticum ex agro
in horreum vehere, aut quod alibi, &
ad maiorem curiam ſit citatus, & in-
uitatus, aut quod ſit citatus ad teſti-
monium ferendum, & ſimilia. Quiſ-
quis abeſt in negotio Principis aut Re
6 ip. aut ob mandatum Principis, aut in
ipſius delegatione, aut commiſsioni-
bus aliis, aut in bello, is eſt exoniandꝰ
& expurgandus. Sic etiam eſt exoniã
7 dus, qui ſtudij cauſa Louanij, mer-
caturæ gratia, Antwerpiæ, Brugis,
aut Frãcoforti reſidet. Item etiam ex-
8 cuſatu r, qui religionis cauſa, aut ex vo
to, adiuit Romam, Hieruſalem, aut ad
alias longinquas peregrinationes. Sed
qui ſeſe abſentat oblectatiõis, aut pro
priæ voluptatis cauſa, aut eo animo vt
iudicium fugiat, is nequaquam eſt ex-
oniandus. Mulieres quoque inpręgnã
tæ, aut non ita dudum è puerperio le-
uatæ, non eſt quod ſe exoniandas cu-
rent, quia ad eam non tenentur, nec e-
tiam cõparere debent, quod ob eam te
neritatem, & ob periculum omnino
ſint excuſandę. L. 2. §. Si non. ff. Si quis
cautionib. Magnum item gelu, niuis
9 magna copia, dies pluuioſi, hyems aſ-
pera, fluminum exũdatio, per quæ ci-
tato faciendum eſſet iter, & his ſimi-
lia, per

lia,per ſe in cauſis ciuilibus ſatis excu-
ſant,& exoniationem efficiunt,etiam
ſi nullus eá verbis declarat, idque mul
tò magis ſiquis eam verbis declararet.
10 Exoniationis autem dictæ ſiue talis
excuſationis nuncius debet iuramen
to ſuo aſſerere, (ſi id impetranti acto-
ri placeat) quod habeat ſpeciale man-
datum à reo ad ſeſe excuſandũ, & exo
niandum,& quod teſte ſua conſciẽtia,
res excuſabilis ita ſit,& vera ſit,quem-
11 admodum excuſando pronunciat. Et
ſi exoniationis nuncius vel excuſator
id iurare recuſet,debet excuſator pede
ſtante exoniationem ſuam cõmiſſam
eſſe veram, & docere ad hunc modũ.
Si ſit propter morbum,docebit id per
literas curati aut medici, Si ſit propter
incarcerationem,docebit id per literas
commentarienſis ſiue cuſtodis carce-
ris,aut rectius domini officiarij vel iu
ſtitię aut iuſticiariorum.Si ſit propter
belli ſeruitium,docebit per literas Ca
pitanei ſui. Et ſi excuſatio ſit ob alias
neceſſarias excuſationes, ſcilicet infor
tunij,aut homicidij : illæ probandę e-
rũt per Iuſtitiæ certificationes, vbi res
contigit.Si maritus ſit abſens extra pa
triam,vxor poteſt eum exoniare, dicẽ
do ipſum eſſe abſentem,& tunc petet
dilationem trium quindenarum , &
ſupra has vnam dilationem quatuor-
decim dierum ſuperabundantem, iu-
xta ſtylum quarundam Curiarum.At
que ita obſeruatur in Francia. Sed ſi
12 impetrans, hoc eſt, ſi citatus velit im-
pugnare exoniantis probationes, &
offerre & præſentare probationes in
contrarium , tunc iudex decernet, &
dabit contumaciam,ſalua exoniatiõe.
Et ſi poſtmodum reperiatur exonia-
tionem nõ eſſe veram, cõtumacia pro
cedit, & effectum ſortitur, ad profe-
13 ctũ talis reprobantis,vti decet. In Frá
cia, quando exoniationis nũcius , ſiue
exonians literas adfert, aut aliam pro-
bationẽ,Iudex nõ decernit,ſiue nõ dat
defectum ſiue cõtumaciam.Sed ſi lite
ras nõ adferat tũc defectus ſiue con-
tumacia decernitur & datur, ſed ſalua
exoniatione facienda. Eodem etiam
modo decernitur contumacia in ma-
14 gno conſilio. Et ſicut omnes citatum
cũ commiſſione de nõ comparitione
excuſare poſſunt,ita & Iudex ipſe, ex
ſeipſo,& ex ſuo officio,partẽ citatam
exoniare,& excuſare debet, etiãſi nul
lus eam exoniationem faciendã in mã
datis accepiſſet,præcipuè quando inci
dunt tales caſus,ob quos citatus opti-
ma cũ ratione excuſari debet, ſcilicet
quando Iudex videt & cõſiderat aëris
intemperiem , aut viarum incommo-
ditatẽ,aut quod itinera nõ ſint tuta,et
ſecura,Si videat intentiſsimũ gelu,ni-
uis copiã,hyemis aſperitatẽ, & his ſi-
milia, tametſi nemo compareat , qui
exoniet. Quocirca Iudex in dictis &
ſimilibus caſibus abſentẽ citatum ex
ſuo officio excuſabit,& nullam cõtu-
maciam decernet,ſed cauſam diſsimu
lanter cõtinuabit,& extendet, Et quã
uis hyemis aſperitas excuſet, nõ tamẽ
ſimili ratione excuſat æſtatis intenſus
15 calor. Iudex præterea poteſt ex æqui-
tate, & pro ſuo arbitrio cõtumaciam
ſiue defectũ decernendũ nõ decernere
ſed differre vſque in proximũ diẽ iuri
dicum,quãdo ad hoc cauſam habet ip
ſum mouentem, Aut certè poterit da-
re defectũ cũ adiuncto,ſcilicet, ſaluo
quod citatus certo die cõſtituto eum
defectum purgare poterit, ſine cauſæ
præcipitatione. Atq; iſtud totũ in ſua
iudicis diſcretione conſiſtit. Quin etiã
ſunt nonnulli iudices adeò prudentes
16 & diſcreti vt etiam in commiſsione
ſecundæ citationis ponant & addant

hanc clauſulam, ſaluis ſuis legitimis
17 excuſationibus. In omnibus quoque cauſis, vbi citatio in ſeipſa eſt nulla, in iis etiam nulla opus eſt exoniatione, aut etiam comparitione partis citatæ. Sicuti quando citatio facta eſt infœlicibus temporibus, & rebus afflictis, vtpote tempore belli, aut peſtilētiæ in loco citati. Huiuſmodi enim afflictiones meritò vnumquēq; excuſant, teſte D. Matthęo de afflictis in ſuis deciſionibus Neapolitanis, deciſione 50. numeris 2. & 4. c. ex parte primo, & ibi Doctores Bald. Alber. & Philip. extra, de appellat. Aut quando in cōmiſſione citationis non exprimitur cauſa citationis. Itē quando facta eſt ſolennibus ac feſtis diebus. Itē ſi dies ſit conſtituta ad cōparendū alio loco, quàm eo loco in quo cōſuetus eſt Iudex ſuū conſiſtoriū (vulgò) Vierſchariam tenere. Aut ſi locus ſit citato ſuſpectus. Aut quādo omnibus manifeſtū eſt, & notorium, quod Iudex ſit parti citatæ inimicus. Item quādo Iudex non eſt competens. Item quando executor exceſſit ſuam commiſſionē, & non obſeruauit normam & ordinem ſuæ cōmiſſiōis. Item quādo pater citatus eſt ad filij ſui requiſitionem. Aut patronus ad liberti ſui requiſitionem. Poſtremò in omnibus caſibus, & cauſis in quibus citatus cū debita & euidenti ratione à tali iuriſdictione ſeſe eximere & excuſare poteſt, Sed ſi dubiū eſſet de excuſationis cauſa, tunc citatus obligaretur comparere, aut alium eo mittere, qui ſuū priuilegiū aut exceptionem allegaret. Sed hic ſciendū
18 eſt, quod quamuis citatio (vt dictum eſt) in ſeipſa ſit nulla. Iudex tamen nihilominus procedet vlterius, quando citatus aut non cōparet, aut ſe non facit defendi, vbi defenſio requiritur, & ſeruit. Sicuti de his quoque memini in mea rerum criminaliū praxi recognita. Cap. 25. De Exoniando in materia criminum per totum.

CAPVT LXXVI.

De Defectibus & Contumaciis.

Summæ.

1 *Contumacia decernitur vel*
- *Ob non comparitionem.*
- *Ob non reſponſionem.*
- *Ob non reſtitutionem.*
- *Ob non reparationem.*
- *Ob non exhibitionem.*
- *Ob id quod iuſtitiam retardat.*

2 *Contumacia punitur multis modis.*

1 Contumacia ob multas cauſas decernitur, datur enim nonnunquā & decernitur ob id quod non compareat. Aliquando ob id quod non reſpōdeat, nonnunquam ob non reſtitutionē, Aliquando ob nō factā reparationē, nonnunquā propter nō exhibitionē. Aliquando ob id quod iuſtitiam impediat, aut retardet. Contumacia
2 autem quomodo in praxi puniatur multis ac diuerſis modis, infra declaratum reperietis.

CAPVT

CAPVT LXXVII.

Defectus contra impetrantem in non veniendo.

Summæ.

1 *Reus habet licentiam curiæ, & expenſas.*
2 *Contumacia Actoris grauior eſt quàm Rei.*
3 *In actione perſonali Reus habet licentiam curiæ & expenſas, & citans perdit omnes ſuas prouiſiones.*
4 *In materia nouitatis cadit ab impetratione, poſseſſione, cauſa, & damnatur in expenſis & intereſſe.*
5 *In manutenentiis reiicitur, & citatus comparens manutenetur.*
6 *In Simplici Saiſina citatus habet licentiam curiæ & expenſas.*
7 *In euocationib. perdit ius euocationis, & cauſa remittitur ad locum vnde venit euocata.*
8 *In reformationib. Citatus habet licentiam Curiæ, expenſas, & ſententiam.*
9 *Appellans damnatur 60. lib. & Reo comparenti confirmatur ſententia cum expenſis.*
10 *Quando actor citator non cōparet.* — *In appellationib. nec etiam compareat citatus, decernitur defectus, cōtra appellantem, finitur proceſſus, cum expenſis pro citato.*
11 *In appellationib. cum proceſſu ſcripto. perdit appellationem cum expenſis.*
12 *In anticipationib. citatus appellans, habet licentiam Curiæ, expenſas, & ſua fatalia.*
13 *In deſertionib. appellationis, appellans habet licentiam Curiæ, & expenſas, ſed fiſco ſoluere debet.*
14 *In euictionib. perdit euictionis litem, & expenſas.*
15 *In inſpectione loci, perdit cauſam, & expenſas.*
16 *In arramentis, perdit litem, & expenſas.*
17 *In remiſsionib. perdit cauſam, litem, & expenſas.*
18 *In taxatione expenſarum perdit Curiæ licentiam & expenſas.*
19 *In executione, & decreto, perdit actum executionis, & expenſas.*

20 *Si actor poſt litiſconteſtationem in aliquo actu deſit, ab eodem detruditur.*
21 *Actor qui in cauſa concludere debet, ſi non compareat, nihil amplius probare poterit.*

1 IN Flandria, & etiam in ſupremò cõ
ſilio Mechilinienſi, quando ipſe im-
petrans nõ cõparet, tum ſecundũ ſty-
lum reus cõparens habet licẽtiam Cu
riæ, ſiue à Curia, & expẽſas, in quantũ
doceat citatione aut de citatiõe, & de
copia exploti in ſe facti. Et intelligi-
tur, quod in eo caſu licentia Curiæ cũ
expẽſis ſit abſolutio ab inſtãtia. Quod
ſi re⁹ hoc nõ doceat, tũ habet ipſe ver-
bũ (cõparuit) & cõmiſsionẽ ad actorẽ
citari faciẽdum cũ intimatiõe, & vidẽ
dũ ſibi adiudicari dictã licentiã & ex-
pẽſas, etſi tũ actor nõ cõpareat, tũc ad
iudicantur ipſi reo ipſa Curię licentia,
& expẽſæ, & etiã expẽſæ defectus ſi-
ue non cõparitionis. Aut poteſt Reus
petere actorẽ citari cũ intimatione, ad
videndũ & audiendũ petitionẽ ſibi fa
ciẽdã, ſiue ad actionẽ ſibi intẽtandã in
principali. Quod ſi præfixo die ita cita
tus nõ cõpareat, tũc vlterius ꝓceditur
per defectũ, aut alio modo, vt decet, et
neceſſum eſt. Cõtumacia in Actore lõ
2 ge grauior eſt, quã in Reo, & oẽs cõtu
maciæ interprætantur & decernuntur
ad grauius onus cõtumacis effecti. In
materia quoq; perſonali ciuili, ſi impe
3 trans nõ cõpareat, citatus habet & nã-
ciſcitur licentiã curiæ & expenſas (vt
dictum eſt) & prætereà reuocantur et
pereunt omnes prouiſiones, quas per
ſuã impetrationẽ nactus fuerat, ſicuti
prouiſiones cõſignationis faciẽdæ (vul
gò) nantiſamenti, prouiſio poſſe face-
re arreſtũ bonorũ, prouiſio manus gar
nitæ, prouiſio mãdatorum efficatium,
& locum tenentium, & ſimiles, & ſu-
per hæc impetrans cõdemnatur in o-
mnibus expenſis, dãnis, & intereſſe. In
4 materia item nouitatis ſi impetrãs nõ
compareat, cadit à ſua impetratione,
& à poſſeſsione, quam prætendebat,
& quodammodo remouet manum
ſuam à cauſa contentioſa, vt nõ ad ſuũ,
ſed ad commodum & profectũ citati
comparentis, ea non cõparitio, decer-
natur. Et is impetrãs deficiẽs ſiue non
cõparens cõdemnatur in omnibus ex
penſis, dãnis, & intereſſe. Idem quoq;
5 contingit in materia manutenentiæ,
& citatus cõparens manutenetur, do-
cendo ſuũ titulum & inſtitutionẽ ca-
nonicã. Et citans nõ comparens reiici
tur. In materia verò ſimplicis ſaiſinæ,
6 ſi citat⁹ nõ compareat, citato concedi-
tur licentia curiæ, & eidẽ expenſæ ad-
iudicantur. Sic etiam contingit in ma-
7 teria euocationis, citante non con-
parente, euocatio perit & reuocatur,
& cauſa remittitur ad locum, vel quo
euocata deuenerat. In materia autẽ re-
8 formationis ſi citans non compareat,
tunc citatus comparens obtinet & im
petrat licentiam curiæ, & expenſas. Et
etiam ſortitur prior ſententia ſuum ef
9 fectum ad commodum & vtilitatem
intimati comparentis. In materia ap-
pellationis ſi appellans nõ compareat,
appellatio declaratur deſerta, & prior
ſententia confirmatur, & appellãs de-
ficiens condemnatur in emenda ſiue
mulcta ſexaginta librarum, & in ex-
penſis. In materia verò appellationis,
10 ſi nec appellans ex vna parte, nec ci-
tatus ex altera parte comparerent,
Curia tanquam ad inſtantiam &
requiſitionem intimati comparentis
daret & decerneret defectum contra
appellantem, & declararet appellatio-
nem deſertam per minus ſufficien-
tem proſequutionem, & confirmaret
iudicatum ſiue priorem ſententiam
latam, deinde condemnaret appel-
lantem in mulcta ſexaginta libra-
rum, & in expenſis ipſius intimati, li-
temque finit, ſine vlteriore proceſſu,
idque ex ſuo officio, quod ibi non
adſint

11 adſint partes, quæ defectum peterent.
Quum appellans aut reformans eſt in
defectu, aut negligit adferri ad curiam
die ipſi præfixo, & ordinato totũ pro
ceſſum, qui ſcripto receptus fuerat,
tunc d. curia per eum defectum ius di
cit, & confirmat, approbatque ſenten
tiam exhibitam & porrectam per in-
12 timatum, ſine vlteriori expectatione
proceſſus. In materia anticipationis, ſi
ipſemet anticipans non compareat, ha
bet & obtinet licentiam curiæ, & ex-
penſas, & ſuis vtitur fatalibus, id eſt,
trium menſium tempore, quos curia
ordinariè ad releuandum, & ad exe-
quendum permittere ſolet. In mate-
13 ria ſimiliter deſertionis appellationis,
ſi ipſe anticipans non compareat, ap-
pellans habet licentiam curiæ & ex-
penſas, ſed obligatur reſpondere, &
ſoluere procuratori generali, quãtum
ſpectat ad emẽdam ſeu mulctam de-
ſertionis. In materia euictionis (vul-
14 gò) guarandæ, ſi actor ipſe non com-
pareat, citatus habet licentiam curiæ
cum expenſis, & poſtea citatus non te
netur ad euictionem, aut vt (vulgò)
15 ad guarandam faciendam. In materia
inſpectionis loci, ſi actor, qui eandem
inſpectionem fieri popoſcit, non com
16 pareat, ipſe decidit à principali, & ſol-
uit expenſas. In materia arramento-
rum, hoc eſt, quando hæredes debent
ſuſcipere, & producere proceſſum re-
lictum, & non conſummatum à mor
tuo, ſi impetrans contra citatos hære-
des non compareat, reus hæres vel hæ
redes habent & obtinent licentiam
curiæ & expenſas: ſic etiam facit, quã-
do impetrans ſuo tempore ac die com
pareat, ſed minimè inſtructus, aut pa-
ratus oſtendere ſuos contractus. Si a-
17 ctor obligatus reſpondere in materia
remiſsionis non compareat, nec reſpõ
deat, is decidit ab inſtantia, & cauſa re
mittitur, & deficiens condemnatur in
18 expenſis. In materia taxationis expen
ſarum ſi actor ipſe non compareat, ci-
tatus habet licentiam Curiæ & expen
ſas, & principales expenſæ non taxa-
19 buntur, ſine noua citatione. In mate-
ria executionis, & etiam decreti, ſi a-
ctor permittat ſe contumacem redde
re, executio & quicquid actum fuit re
uocatur, perit & annihilatur, & actor
in omnibus condemnatur expenſis,
ſententia tamen manente in ſuo vigo
re, vt ipſa de nouo ad executionem
mandandam committatur, inquantũ
non fuerit renouata, nec annalis, nec
20 diei. Si actor poſt litiſconteſtationem
in aliquo actu deficiat, ipſe detruditur
ab eo, quod illo eodem die ipſi agen-
dum fuerat, & non ab aliis, ſicut reiici
tur aut à replicando, aut à ſcripturas
ſeruiendo, aut informationes aut pro
ductiones faciendo, aut à cõtradictio-
nes & ſaluationes faciendo, & ſic à ſi-
21 milibus. Si actor debeat concludere
in cauſa, & non compareat proceſſus
ob defectum retinetur, & poſtea defi
ciens non poterit aliquid amplius ſer-
uire aut exhibere in ipſo eodem pro-
ceſſu.

CAPVT LXXVIII.

De Defectibus & Contumaciis contra citatum.

Summæ.

1 *Citatus non condemnatur contumax, niſi de citatione facta conſtet.*
2 *In Flandria literæ citatoriæ leguntur per graphiarium.*
3 *In Parlamẽto Mechiliniẽſi poſt duos dies à viſis literis citatoriis cõtumacia decernitur.*
4 *In perſonalibus & realibus petitoriis non comparens, cum defectu.*
- *Primò, reiicitur à declinatoria, & damnatur expenſis.*
- *Secundò, reiicitur à declinatoria, & damnatur expenſis.*
- *Tertiò, reiicitur à perẽptoria, excep. & defen. et dam. expẽ.*

5 *In Parlamento citatus non comparens tantum exoluit expenſas.*
6 *In aliis Curiis citatus non comparens repellitur ab omnibus exceptionibus.*
7 *Citatus*
- *Perſonaliter & non comparens, ſoluet expenſas antequam audiatur.*
- *Ad domum ſuam* / *Ad procuratorem* — *licet compareat, expenſæ differuntur ad diffinitiuam.*

Citato non comparente.
8 *Ante litiſconteſtationem Actor aſſeritur in poſſeſſione.*
9 *Poſt litiſconteſtationem Actor contumacem repellit ab actione eiuſdem diei.*
10 *In poſſeſſione ſimplicis ſaiſinæ, poſſeſſio adiudicatur actori cum tertio defectu.*
11 *In nouitatib. impetrans manutenetur in poſſeſſ.*
12 *In curia poſt explotum ipſe cadit à principali, & damnatur decem lib.*
13 *In manutenentia ipſe damnatur expenſis, & actor manutenetur.*
14 *Pragmatica ſanctio nullum locum obtinet in Flandria.*
15 *In manutenentia anticipationis, vel deſertionis, appellans quomodo puniatur.*
16 *In feudalib. ipſe reiicitur cum tertio defectu.*
17 *Ad taxationem expenſarum ipſe reiicitur à diminutione.*
18 *Ad arramenta, proceſſus habetur ipſe pro aſſumpto.*
19 *In euictionibus quomodo ipſe puniendus.*
20 *In remiſſione proſequenda ipſe remiſſionis ius perdit.*
21 *In inſpectionib. ad locum cõtentioſum damnatur ipſe in principali, & in expenſis.*
22 *Ad videndum iudicari ſchedulam executorialem, damnatur ipſe expenſis, & executoria decernitur.*
23 *Ad diem ab ipſo acceptum, habetur is plene contumax.*

24 *Citatus perſonaliter ſi neget ſe non obediturum, declaratur plene contumax.*
25. 29 *Contumacia eſt triplex.*
- *Vera.*
- *Ficta.*
- *Præſumptitia.*

contumax dicitur
26 *Verè* — *Qui ſe vẽturũ negat, vel veniẽs recedit ſine licẽtia.*
27 *Fictè* — *Qui non eſt citatus perſonaliter, ſed tantũ ad domũ.*
28 *Præſumptè* — *Qui ad executorẽ aut nihil reſpõdet, aut ſe venturũ dicit, quod non facit.*

30 *Verè contumax in appellationibus eſt audiendus.*
31 *Fictè contumax in appellationibus eſt audiendus.*

Ter ci-

32 *Ter citatus contumax, plene contumax habetur, & in omnibus actibus repellitur.*
33 *In materia perſonali citatus decidit à defenſione cum ſecundo defectu.*
34 *Citato non comparente.* *Ad chirographum fatendum vel negandum, damnatur in* *Parlamẽto nãtiſationẽ, poſtea traditione.*
35 *Flandria poſt. 3. citationẽ.*
36 *Ad chirographum patris agnoſcendum, damnatur expẽſis & defectu.*
37 *Ad iurandum de veritate, iuramentum defertur actori.*
38 *In euocationibus, euocatio interinatur, &c.*
39 *In reformationibus & appellationibus, quid decernatur.*
40 *In magno conſilio citati non ſuſtinent ſuam ſententiam.*
41 *Bailliuus ſi velit, extra iudicium permanet.*
42 *In indicatiõe decreti ſi opponẽtes nõ cõpareant, primo dãnãtur expẽſis, ſecũdo repellũtur.*

SIcuti monſtrauimus citantem non
rarò à iudiciis abeſſe, & deficere. Ita
quoque & Citatus aliquando non
compareat, vel ex comtemptu, vel
ex negligentia, vel per obliuionem. Et
tunc de non comparitione, & con-
1 tumacia comdemnatur. Sed hoc præ-
mittendũ eſt. Quod nemo citatus de-
clarãdus ſit cõtumax, niſi prius cõſtet
citationẽ fuiſſe factã, hæc autẽ conſta-
bit per commiſsionẽ, relationẽ, & ex-
ecutionem ipſius executionis citantis,
propterea ne quis dolus, aut iniquitas
ſuboriri poſsit. In Flandria pro more,
2 & conſuetudine obſeruatũ eſt vt Iu-
dex per graphiarium legi iubeat rela-
tionẽ executoris, priuſquã cõtumaciã
3 decernat & iudicet. Sed in magno cõ-
ſilio Mechilinienſi, vt tẽpori parcere-
tur, non iubẽt legi relationẽ executio-
nis, quia ipſis ſufficit eaſdem literas vi-
diſſe, quas tunc pro lectis habẽt, et ta-
mẽ defectũ nõ ſtatim decernũt, ſed de
eo adiudicãdo ad duos dies differunt,
4 quibus expletis defectũ, & cõtumaci-
am decernunt. In Flãdria, & in Conci
lio Flãdriæ, & etiã in Parlamẽto Me-
chilinienſi, ſi citat⁹ in materia ciuili per-
ſonali, ac etiã in materia reali petitoria
non cõpareat, ipſe cum primo defectu
detruditur et repellitur à declinatoria,
& ſoluit expẽſas. Itẽ cũ ſecundo defe-
ctu, ſiue cum ſecunda nõ comparitio-
ne etiã repellitur à declinatoria, & ſol
uit expẽſas. Sed cũ tertio defectu de-
truditur & repellitur à peremptoria,
& ab omnibus exceptionib⁹ ac defen
ſionib⁹, ſoluitq; pręterea expẽſas. De-
inde mãdatur actori, vt ſuã petitionẽ
exhibeat per intendit, ſiue per modũ
& formã intendit, atq; vt illud inten-
dit verificet, parte aut partibus, cũ de-
bita intimatione ad eã verificationem
5 vocatis. In aliis autem curiis, ſicut etiã
in Parlamento citatus non comparens
ſolas ſoluit expẽſas, & non amplius,
quas vbi perſoluerit, auditur in omni
6 bus ſuis exceptionibus. Sed in aliis cu
riis particularibus citatus non compa
rens, ſed deficiens, repellitur ab omni-
bus exceptionibus, ſed expenſæ reſer-
uantur vſque ad definitiuam. Atq; ita
olim in Flãdria vti ſolebant. Sed pau-
cis ab hinc annis ibi introductũ eſt, vt
ad vnumquemq; defectũ expẽſas ſol-
7 uere cogantur. Nonnulli iudices ante
decernendum defectum, primo vtun
tur hac duplici diſtinctione, & conſi-
deratiõe, aut ex literis, aut ex relatione
executoris, quia ſi ex iis literis reperiãt
citatum, eſſe citatum perſonaliter, tũc
iubent eum exoluere expẽſas, antequã
vlterius audiatur. Et ſi reperiant eum
duntaxat ad domicilium citatum fuiſ

ſe, aut ad perſonam ſui procuratoris,
tunc differunt & poſtponunt expen-
ſas vſque ad definitiuam. Secundum
8 iura pœna citati non comparentis an-
te litem conteſtatam in actione aut in
actiõibus perſonalibus, hæc eſt. Quod
actor tunc mittitur & aſſeritur in poſ
ſeſsione bonorum pro rata debiti, ex
primo decreto, ſed id non eſt in praxi
vſitatum. Reus qui ſeſe dimittit decla-
9 rari cõtumacem poſt litiſconteſtatio-
nẽ, ille dũtaxat repellitur ab eo, quod
eodem die habet agere, ſcilicet à dupli
ca, à ſcripturis ſeruiendis, à productio
ne facienda, & à ſimilibus. In materia
10 reali poſſeſſoria ſimplicis ſaiſinæ, ſi ci-
tatus non compareat, tunc poſſeſsio ſe
cundum ſtylum prædictæ curiæ cum
tertio defectu ſiue cum tertia non cõ-
paratione citati, datur & adiudicatur
actori, quatenus de poſſeſsione ipſius
conſtet & appareat. In materia quoq;
11 nouitatis, ſi citatus non compareat in
loco contentioſo, impetrans ſecundũ
eundem ſtylum tenetur & manute-
netur in ſua poſſeſsione, & omnia im
pedimenta tolluntur & auferuntur.
Et ſi citatus non compareat in Curia
poſt explotum factum ad dicendum
12 & allegandum cauſam ſuæ oppoſitio
nis, tunc cum primo, & vnico defectu
ſiue cum vnica nõ comparitiõe à prin
cipali decidit, & incidit in mulctam
decem librarũ pro facto. Actiõe tamẽ
13 ſua ſemper ſalua in petitorio. In mate
ria manutenentiæ beneficialis, ſi cita-
tus non compareat, actor (docẽdo de
ſuo titulo & inſtitutiõe canonica) ma
nutenetur, & citatus cõdemnatur in
expenſis. In Flandria regulariter non
14 admittunt titulũ pragmaticæ ſanctio-
nis, quemadmodũ etiã nõ admittunt
denominationes Pariſienſiũ, quia Flã-
driæ clericus ſe tenet. exemptũ ab ec-
15 cleſia Gallicana. In manutenẽtiis antici
pationis vel deſertionis appellationũ,
vtũtur in magno cõſilio, ſi appellãs nõ
cõpareat, quod is ſoluat expenſas pro
primo defectu, & cũ ſecũdo defectu,
quod ſua appellatio iudicetur deſerta,
& ipſe cõdemnatur in emẽda & in ex
16 penſis ſimul. In Curiis feudaliũ in ma
teria reali vtuntur, vt repellant reum,
cum tertia contumacia, à poſſeſsione
rei litigioſæ, & cum quarta contuma-
cia (quã ponũt de anno & die) ipſum
in perpetuũ proprietate priuãt. In ma
17 teria taxationis expenſarum, ſi citatus
non compareat, ipſe cũ vnico defectu
ſiue cũ vnica nõ cõparitione repellitur
& detruditur à diminutiõibus, & ex-
penſæ taxantur, dummodo de cõdem
natione conſtet. Qui citatus eſt ad ca-
18 pienda aut reſumenda proceſſus arra-
menta, & non comparet, is proceſſus
cũ vnico defectu habetur pro aſſum-
pto, & deficiens iterũ citatur vt cõpa-
reat ad procedẽdũ ſecũdũ retroacta: et
ſi tũ nõ cõpareat ius redditur ſup illo,
quod in curia eſt aut quod curia ha-
bet. Vtuntur in Flandriæ conſilio ſiue
Flandria in materia arramentorũ, ſi ci
tatus nõ cõpareat, quod cũ vnico de-
fectu ab arramẽtis repellitur, & actor
requirẽs exhibet ſuũ cõmodũ per in-
tendit, & ipſius defectũ docet & ve-
rificat, ſi ſit ante informationẽ (vulgò)
enquæſtã, & ſi ſit poſt informationẽ,
tũc curat proceſſum deportari ad cu-
riã, partẽq; citari ad contradicendum,
aut ad contradictiones exhibendum.
Quod ſi nec tunc compareat cauſa ha
betur, & cẽſetur tanquã in Iuſtitia cõ-
cluſa. In materiis euictionis ſiue garan
19 diæ, aut aſsiſtentiæ ſiue adiunctionis,
ſi citatus non veniat, aut non com-
pareat, primo die (quæ citatio etiam
eſt cum intimatione partis) iuxta
Flan-

Flandriæ ſtylum, actor tunc proteſtatur, facitque eam proteſtationem poni ſuper rotula,capitq; de ea actam quam exhibeat,ac ſeruiat tempore,& loco congruis. Sed deficiens non ſoluit expenſas,quia nemo de euictione promittit,nec aſsiſtit, nec ſe adiungit, niſi velit. In magno autem conſilio vtuntur ipſi,duobus defectibus ſiue cõtumacijs in euictionis ſiue guarandiæ materia,quorum ſecundus ſemper eſt cum intimatiõe,& eſt ratio,quod defectus ſint magni momenti,contra eũ

20 qui guarãdiſare debet. In materia remiſsionis vel reuocationis (ſcilicet quando aliquis ſuam cauſam nõ vult coram alieno iudice peragi, ſed cupit eam retrahi & reuocari ad ſuum iudicem) ſi reus ſuam remiſsionem petitam nõ proſequatur,ſed eam cum ſilentio negligit, tunc cauſa eadem ob non proſecutionem mandatur hære-

21 re fixa,& non poſſe remitti. In materia inſpectionis loci, ſi reus in loco contentioſo non veniat,ſiue non compareat, à principali ſuccumbit & ſoluit expenſas. Sic etiam eandem condemnationem & mulctam ſuſtinet, quando poſt loci inſpectionẽ factam nõ venit vt in cauſa procedat vlterius.

22 Quando aliquis citatur in magno cõſilio,ꝑ aliqua ſententia annali,aut pro ſchedula aliqua obligatoria,executioni obnoxia,aut in ſe executionẽ continente,vt veniat viſurus iudicari ſententiam executoriam,tunc ſi is citatus non compareat,ſed deficiat,condẽnatur in expenſis. In Flandria tamẽ non condemnatur in illo caſu deficiens in expenſis,propter negligentiam actoris,qui cum executionem habuit,eandem tamen executionem diſtulit, ſed tantum literę ipſius executoriales confirmãtur, & ad nouam executionem decernuntur, & traduntur. Verùm poſtquam talis citatio facta eſt cõtra dominum aut contra hæredem obligati aut cõdemnati, in eo caſu debent duo defectus eſſe priuſquam executoria decernatur,& hoc ſecundũ magni conſilij ſtylum. Sed in Flandriæ conſilijs procedũt iſta cum vnico defectu,ſiue cum vnica nõ comparitione. Qui verò citatus eſt ad videndum, & ad audiẽdum interpretari aliquam ſententiam aut tranſactionem obſcuram aut dubiam,& ſi non veniat, aut non compareat,illa interpętatio fit rata cum vnico ipſius citati defectu, ſiue cum vnica non comparitione, &

23 citatus condemnatur in expẽſis. Reus poſtquam petitiõem actoris audiuit, & deinde accepit diem & terminum ad reſpondẽdum ad cauſam principalem,ſi illo accepto & præfixo die non reſpondeat, declaratur cõtumax cum plena cõtumacia, ita vt cauſam principalem perdat, & reiectetur ab omni vlteriori productione, vel interpoſitione facienda. Atque ita vtuntur in Flandriæ conſilio,quod ex ipſo Parlamento proceſsit Pariſiẽſi. Sed in Parlamento Mechiliniẽſi reus cum tali defectu duntaxat repellitur ab omnibus exceptionibus & defenſionibus, & actor admittitur ad ſcribendum per intendit, & ad illud verificãdum par-

24 te vocata. Quando aliquis citatus eſt perſonaliter ſiue ad ſuam perſonã, & executori reſpondet ſe nõ venturum, & non velle venire, & ſi de tali reſponſo conſtet & appareat per executoris relationem,tunc citatus ille non comparens ſuo præfixo die, redditur & declaratur contumax, cũ plena contumacia,nõ ſecus,quàm ſi peremptoriè, & ſub pœna contumaciæ citatus fuiſſet, quia ob non comparitionem

citati, iudex cenſet relationem executoris, de citati reſponſo eſſe veram, & eandem habet pro vera. Attamen propter plurimorum oſtiariorum leuitatem, quibus aliquãdo non ſatis tutò creditur, ideo ordinatur & mãdatur in magno conſilio, vt fiat & altera
25 citatio cum intimatione. Iura ſpiritualia ſiue canonica hanc diſtinctionem contumaciarum faciunt, qua vna dicitur contumacia vera, altera ficta contumacia, & tertia contumacia prę-
26 ſumptitia. Citatus, verus contumax dicitur aliquis dupliciter, vel qui citatus executori audacter, & expreſſè reſpondet ſe ipſius executioni non obediturum, neque in iudicium, aut coram iudice venturum, neque pedem ſe eo moturum, idque re, & non comparitiõe declaret. Vel qui citatus comparet quidem, ſed ſeſe iudici nõ pręſentat, nec ipſum audit, nec obedit, ſed ſine licentia tacitè recedit. Tales autem contumaces in iure admodum ſuſpecti habentur, adeò vt contra ipſos procedatur ſine vlla alia vlteriori citatione facienda, l. Fulcinius. §. Finali, admodum notabili & frequenter allegato. ff. Quib. ex cauſ. in poſ. ſeſſ. eatur. Nec talis poteſt appellare l. Diuus. in fine, & l. ſequenti. ff. de reſtitut. in integr. in quibus tractatur & notatur, & l. Et poſt. §. Finali. ff. de iudic. & l. Ab eod. C. quomodo & quando iudex, & l. Si is quem. C. de liber. cauſ. & c. de illicita. 24. q. 3. Quæ intelligenda ſunt niſi ita reſpondens, aut recedens pœniteat, & rediens compareat, iudice adhuc pro tribunali ſedente, vt in d.
27 l. Diuus. Contumax autem fictè is dicitur, qui non fuit citatus perſonaliter, ſed ad cuius domum citatio ſolum facta fuit. Ius enim præſumit talem citationem ad noticiã citati non perueniſſe. Ideoque ad hunc etiam debet ter mitti citatio. Et poſt tertiam citationem ſi non compareat, contra ipſum tunc proceditur, tametſi nullibi appareat, & continuè abfuerit. Sed ſi poſtea comparuerit, & iuſtam abſentiæ cauſam docuerit, ſtatim abſque vlla difficultate reſtituitur. Huic ſententiæ magis accedit Specul. Titu. de
28 Contumacia. Sed citatus præſumptè contumax dicitur is, qui ad executorem aut nihil reſpondet, aut reſpõdet ſe quidem venturum, ſed tamen non comparet, nec venit. Hic cum primo defectu nõ iudicatur cũtumax. Ideoq; & ſecundo & tertio citandus erit. l. Contumacia §. Contumax. ff. de re iudic. Ius enim præſumit talẽ citatum aliquod impedimẽtum habuiſſe, & ob id venire non potuiſſe. Speculator. d. Titu. de contumacia, ſic cõtumaciam
29 diſtinguit & dicit. Quod contumacia alia ſit euidens ſiue notoria, vt cum citatus inuentus reſpondet ſe non venturum. Alia vera, vt cum citatur, & nil dicit, vel ſi dicat ſe velle venire: non tamen venit, vt in. l. Ex conſenſu. §. Finali. ff. de appellat. Et tũc maximè nota, certa, & vera citatio dicitur, ſi ne poſt ſecũdam, imò ne poſt tertiã quidẽ citationẽ veniat, aut cõpareat, neq; vllam ſuæ non comparitionis excuſationẽ proponat, aut declaret. Alia contumacia dicitur ficta ſiue interprætatiua, ſcilicet quando citatio non eſt facta in perſonam citati: Nam ſicut vera citatio dicitur, quæ facta eſt ab homine in hominem, ita facta, ſeu interprætatiua citatio dicitur, quæ nõ fit ab homine, ſed à iure, vt notatur in c. Sta-
30 tuimus de elect. lib. 6. Sed de his contumacijs ſciendũ eſt, quod ſicut is qui verè contumax eſt, non auditur appellans,

lans,ita multò minus in appellationibus audiendus eſt,qui notoriè contumax eſt,vt & ſupra monſtratum eſt.

31 Qui autem ſolum fictè,vel interpretatiuè contumax habetur,huic appellare intra decēnium licet,ſi interea temporis reſciſcat ſentētiam contra ſe fuiſſe latam.l. Ab eod. C. Quomodo & quando iudex. Sic etiam is cōtumax notorius in appellationibus audiri poterit, ſi iuſta cauſa eum venire prohibuerit, quam iudex certá eſſe cognoſcit,vel ex narratione non comparentis,vel ex aëris affectionibus,aut ex alijs periculoſis obſtaculis per d. l. Ex conſenſu.§. Eum qui. vbi de hoc.ff. de re iudica.l. Contumacia .ff.eodem c.Cum Bertoldus, extra eodem titulo.de ſenten. & re iudica. Item etiam ſi tantum ſit contumax in non exhibendo.l. Creditor.§. iuſſus.ff. de appellat. Si autem procurator quiſpiam contumax fuiſſet, adeo vt per ſententiam fuiſſet condemnatus, quæritur an tunc domino appellare nō licebit. Ad hanc quæſtionem reſpondet Spe-

32 culator.§.1.titu.de appellat. Sed ter citatus,etiam perſonaliter, & nō comparens,is certè habendus eſt magnoperè,& plenè contumax,& ab omnibus actibus,& etiam appellationibus reijciendus. Vide per eundem Speculatorem. titul. de citatione.§. Viſo.

33 ver. Quid ergo.In materia perſonali, & etiam in materia criminali ciuiliter intentata, víſitatum eſt in quibuſdam Franciæ curijs, quod quando commiſsio libellum continet, citatus decidit cum ſecundo defectu à ſua defenſione. Sed ſi commiſsio nullum libellum contineat, debent eſſe tres defectus iuxta ſtylum. Sed de his nuſquam in Flandria, nec in magno con-

34 ſilio víſitatum eſt. In magno conſilio, quando aliquis citatur ad agnoſcendum,vel fatendum,aut ad negandum ſuum chirographum,vel ſignum manuale, aut ſuum ſigillum, & ſi tunc non compareat, chirographum & ſigillum habentur pro cognitis & confeſsis,& contumax cōdemnatur cum primo defectu ad conſignandum vel ad nantiſandum pecuniam in chirographo contentam,& inſcriptam, & hoc ſi tale chirograpum ſimplex & purum fuerit, non autem conditionatum, & ſi præterea non contineat res aut cauſas maiorem cognitionem requirentes. Quod ſi ne cum ſecunda quidem citatione compareat, aut veniat conſignatum vel nantiſatum, actori traditur ſub cautione. Et contumax deficiens iterum vel ſecundò citatur,vt procedat in principali. Ad quam ſecundá citationem ſi nec tunc citatus contumax compareat,tum fideiuſſor aut cautionarius abſoluitur & exoneratur,atq; actori ſuum prin-

35 cipale cum expenſis adiudicatur. Sed in ciuitatibus Flandriæ vtuntur,quod tantum poſt tertiam cōtumaciam debeant citari chirographū aut ſigillum fateri,aut negare vel verificare, idque parte ad hoc vocata. Et quod ſuper eadem verificatione ſententiam tunc expectare debeant, ſine vlla pecuniarum conſignatione vel nantiſatione. Vtuntur etiam ibidem,vt qui citatus ad fatendum ſiue negandum ſuum chirographum aut ſigillum admittatur ad illa cū ſuis exceptionibus, quas tunc proponere poterit,ſine vlla conſignatione, niſi fortaſsis id cauſarum

36 cognitio diſſuaſerit. In Flandria, & in magno conſilio, quando aliquis citat⁹ eſt,aut ad fatendū,aut ad negandū chiro-

chirographum aut ſigillum ſui patris aut cuiuſcunque alterius, & ſi ſic citatus non compareat, impetrás obtinet notam defectus, & expenſas, & prætera alias commiſsiones, ſed nullã conſignationem ſiue nantiſatioñe. Quando autem aliquis citatur ad iurandum de veritate, aut ad referendum veritatis iuramentum, & ſi tunc nõ veniat, aut non compareat, tum cum primo vnicoque ipſius defectu, iuramentum quod is requirit defertur ad partem, vt ipſa ſuum iuramentum præſtet. In euocationis materia ſi citatus nõ compareat, euocatio interinatur, & citatus iterum citatur, vt compareat ad procedendum in cauſa, ſecundũ retro acta.
37
38
39 In materia autem reformationis, aut appellationis, ſi citatus magiſtratus nõ veniat, aut non compareat ad ſe præſentandum, nec etiam intimatus compareat, tunc curia dat, & decernit defectum contra intimatũ, & ordinat magiſtratui citato, vt ſuum iudicatum ſuſtineat, quia id ſine ſuo emendæ periculo ſemper iudicat. Et ſi quæ ſit emẽda, ea non contra magiſtratũ, ſed cõtra intimatum decernitur, niſi ipſe magiſtratus per contumaciam in emẽdam condemnetur. Sed ſi contingat, vt intimatus ſeſe præſentet, & magiſtratus citatus nõ, tunc citatus mulctatur expenſis: & cum ſecundo defectu, decidunt ipſi, ſcilicet magiſtratus, & intimatus à ſuis iudicatis, & condemnantur ratiõe ſuorum abuſuum in emenda ſiue mulcta ſexaginta librarum, & in expẽſis. Sed ſi intimatus velit proceſſum ſiue iudicium ſuſtinere, & (vt vulgò dicitur) ſi velit ſeſe manutenere quod bene fuerat pro ſe iudicatum, id quidem ipſi facere licebit. Sed ſi id ſuſtinere nolit, quiñ poti⁹ ſinat ſeſe cõtumacem declarari, tunc appellás aut reformans ſuam obtinet concluſionem. Et in contrarium ſi velint citati (nempe magiſtratus) ſuſtinere ſuum iudicatum, aut latam ſententiam, & intimatus non, intimatus primi defectus ratione ſoluit expenſas, & ſecundi defectus ratione, iudicati beneficium amittit, ita vt ex eo nullum commodũ aut emolumẽtum conſequatur, nec etiam executionem habeat, eodem iudicio ſeu proceſſu durante. Et ſi poſtea dictum ſit, bene iudicatum, & malè appellatum, appellás ſoluit emẽdam, ac ipſius magiſtratus citati expenſas. Sed intimatus, ob id quod factus eſt contumax, nihil commodi ex ea ſententia conſequitur, niſi ipſe, iudicio aut proceſſu appellationis durante & ante eiuſdem ſententiam, ſuam purgaſſet contumaciam.
40 In magno autẽ conſilio, ſiue in Parlamẽto Mechilinienſi, citati non ſuſtinẽt ſuum iudicium, ſiue à ſe latam ſententiam. Sed obligatur id facere pars intimata, dummodo in illo iudicatum obtinere velit: quia omnes Senatus, ſiue magiſtratus Hollandiæ, Zelãdiæ, Friſiæ, & reliquarum regionum, quæ ſub magno ſortiuntur conſilio (excepta ſola Flandria) nõ iudicant ab emendæ periculo liberi.
41 In Flandria Bailliuus, aut Monitor iuſticiarius ſemper ex iudicio ſiue proceſſu deletur, quoties deleri poſtulat. Et quamuis nihil aliud faciat, quã moneat, tamẽ ſi non veniret, cõtra ipſum decerneretur contumacia, ad commodum eius cui competit.
42 In materia adiudicationis decreti: ſi opponẽtes non compareant ſoluunt expenſas, cũ primo defectu, & cum ſecundo defectu repelluntur à ſuis oppoſitionibus, & decretum contra ipſos interponitur. Tamen poſſunt & ipſi, & omnes alij venire & comparere ad emptionis

precium

precium augendum, donec & quouſque ſigillum decreti literis appoſitum & appenſum à cera detractum fuerit. In Flandria verò ſiue in Flandriæ conſilio, decreti interpoſitio adiudicatur, cum vnico defectu, ſed abſque cõdemnatione partis in expenſis. Tamẽ poſſunt deficiẽtes ad inuicem augere precium, iuxta præcedentem articulum.

CAPVT LXXIX.

Alij Defectus contra vnam aut alteram partium.

Summæ.

1 *Citatus non comparẽs coram* { *Commiſſario* / 2 *Curijs* / 3 *Parlamento* } *ad fatendum, vel negandũ, articuli habentur* { *Confeſsi cũ 2. defectu* / *Negati* / *Negati* } *cũ primo defectu.*

4 *Citato non comparente.* { *In Francia ad reſponſiua articula habentur negati.*
5 *In Flandria ad reſponſiua, cõmiſsarius procedit cum informatione.*
6 *Coram commiſsario per rurſum (licet per præſentiam) decernitur defectus, &c.*
7 *Coram commiſsario, ad iuramenta teſtium, ipſe à confutatione repellitur.*
8 *Ad videndum product. titul. tituli procedunt, & is à refutando repellitur.*
9 *Ad concludendum in cauſa proceſſus habetur pro concluſo.*
10 *Ad acceptum diem prouiſionis impetrandæ ab altera parte prouiſio conceditur.*
11 *Ad videndum relaxationem fieri, captiuus cũ ſolutione demittitur.* }

12 *Defectus commoda perdit, qui* { *Ea non petens, ſilenter procedit.*
13 *Eá ſibi intra annum adiudicari negligit.*
14 *Aut alia, aut maiora commoda petit.* }

15 *Iudex alium actum, quam qui citationi ſeruit inſerens, perperam facit.*

1 QVando vna aut altera partium, ſcilicet aut actor aut reus, citatur coram commiſſario ad reſpondendum per credit vel non credit, ſi ea pars nõ compareat, ipſa ob defectum ſiue ob non comparitionem, ſoluit expenſas illius diei, & tunc eadem denuo citatur, & ſi tunc adhuc non compareat ſic articuli factorum ſecũdum iura ha-
2 bentur tanquam confeſsi. In omnibus autem Curijs cum vnico defectu, ſiue cum vnica non comparitione, articuli habentur vt negati, ob denegationem in fine ſcripturarum poſitam. Et hoc modo vtuntur in Flandriæ conſilio.
3 Sic in magno quoque conſilio tenentur, & habentur etiam articuli tanquam negati cum vnico defectu, ſiue non

non cõparitione, ſed producẽs poteſt
proteſtari,q, ſi in viſitatione proceſſus
poſtmodũ reperiatur,q, ob defectum
reſponſionis,coactus fuerit facere ſu-
perfluas probationes, aut exigere ex-
penſas à deficiente, iuxta taxationem
curiæ, etiam ſi amitteret principale.
Sed ab huiuſmodi proteſtatiõe parũ
4 commodi naſcitur. Vtuntur in Fran-
cia,quod quãdo citatus ſuper reſpon
ſiuis,non comparet, quod tunc articu
li factorum habeantur pro negatis,&
commiſſarij ſummariè talibus leuibus
probationibus contenti eſſe debent,
qualis productor facere poterit,ob id
quod cum tali defectu, deficiens re-
pellatur ab omnibus contradictioni-
5 bus producendis.In Flandria verò per
talem detruſionem, à reſponſiuis ob
non comparitionem producens, nihil
aliud commodi cõſequitur, quã quod
commiſſarij procedant vlterius cũ in-
formatione facienda,quia in Flandria
pars (licet repulſa) manet tamen inte-
gra in ſuo iure,& non repellitur à con
tradictionib⁹ & ſaluationibus facien
dis,quas facere poterit quando ipſi cõ
6 modum videbitur. Vtuntur quoq; in
Flandria,quod quando ipſa pars cita-
ta corã cõmiſſario præſens adeſt,& ta
men reſpondere non vult, quod tunc
commiſſarius det,& decernat defectũ
in ſua citati præſentia,ipſumque pro-
ceſſum verbalem de hoc confectum
tranſmittat,& ſeruet,& ſine vlteriori
informatione ſiue enquæſta facienda
procedat. Deinde & Curia, viſo eo
proceſſu verbali,iudicat ſuper illo de-
fectu ad principale, aut condemnãdo
aut abſoluendo. Quum vna aut altera
7 partium citata eſt coram commiſſario
ad videndũ teſtes iurare,& ſi nõ com-
pareat, teſtes nihilominus audiuntur
& examinãtur, in ipſius partis abſen-
tia,& deficiẽs repellitur à confutatio-
nib⁹ ſiue à cõtradictionibus, niſi par-
tes eſſent de ijs teſtibus audiendis con
8 cordes. Idem quoq; dici poſſet, quod
quando pars citata eſt,ad videndũ fie-
ri productiones titulorũ,quia ſi is cita
tus nõ cõpareat,productio procedit,et
peragitur,& literæ titulorum cõferun
tur(vulgo)collationãtur in ipſius cita
ti abſentia, & is ob defectũ à contradi
cendo repellitur, niſi fortaſsis partes
procedẽdo eſſent cõcordes. Cæterum
hic ſciendum eſt,quod neq; in Curiis
Flãdriæ,neq; etiã in magno cõſilio co
rã cõmiſſarijs concedũtur confutatio-
nes ſiue cõtradictiones teſtiũ, neq; ali
quis à teſtimonio ferẽdo reijcitur,ni-
ſi is apertè in proceſſu cõtineretur eſ-
9 ſe pars aduerſa. Quãdo alterutra par-
tium citata eſt, ad concludendũ in cau
ſa,& ipſe non cõpareat, proceſſus ha-
betur pro cõcluſo, vt eum Curia con-
cludat ad ſuam ipſius commoditatem
quãdo maximè erit cõmodum. Quan
10 do vna aut altera partium, deſiderauit
aut petijt in iudicio aliquã prouiſionẽ
& ſi pars aduerſa acceptaſſet diem cer
tum ad reſpondẽdum tali prouiſioni,
eodẽ tamen die accepto, & cõſtituto
non cõpareret,prouiſio talis petita,vt
decet,ſupplicanti adiudicatur, vel ab-
iudicatur cũ vnico defectu,ſine vlla ci
11 tatione ampliori facienda. Quando ca
ptus in ciuili cauſa facit citari partem
ſuam ad videndũ ſe relaxari, & ſi pars
eadẽ non compareat,captiu⁹ quidẽ cũ
expenſarũ carceris,relaxabitur,ſed de
primo citati defectu & cũ p ſolutiõe
ſuis expẽſis,dãnis,& intereſſe nihil cõ
queri,nihilq; cõſequi poterit,niſi poſt
12 tres defectus. Sed ſciendũ eſt actori,q,
qui defectum aut non cõparitionem
nactus eſt,& nõ facit ſibi ſtatim illius
defectus cõmoda, & quod vtilitatem
ſibi

ſibi adiudicari,antequã vlterius procedat,is actor negligens ſtatim cum ſua productione,& ſilentio, ipſum vtilitatis effectum,& rem perdit,quia per hoc quod ſilẽter procedit, videtur ab eo commodo velle recedere, niſi cum proteſtatione ſui iuris,& cõmodi non
13 perdendi ſe procedere declaraſſet. Similiter amittitur,& perditur commodum defectus ſiue non cõparitionis,
14 quãdo illud impetrans ſibi adiudicari intra annum& diem negligit. Similiter is,qui petit aut aliud aut maius cõmodum defectus,ſiue non comparitionis,quã quod iuxtà ſtylum habere debet,is male petendo ſuũ cõmodum perdit. Et ideo ſemper prudentes aduocati conſulunt vt tale commodum defectus adiudicetur,quale de iure & ſtylo cõuenit,ſine illius commodi cer
15 ta ſpecificatione. Sed hic ſciendum eſt quod in omnibus prædictis contumaciis,ſi iudex aliquem alium actum inſerat,quàm ad quem citatus fuerat, is actus eſſet inualidus,verbi gratia. Si citatus,fuiſſet citãtus ad vidẽdum teſtes produci,aut ad vidẽdum iurare teſtes, &c.iudexq; recepiſſet literarum productiones,aut ſimiles,illa acta productionũ eſſent inualida & nulla, quod iudex ea facit,non vt iuſtitiæ ratio & ordo poſtulat,quia ea alia hora alioq́; loco, quàm dies præfixus fuit, producit.

CAPVT LXXX.

De tempore dandi defectum.

Summæ.

1 *Iudex defectus iudicationem in tertium vſque diem deferre poteſt.*

2 *Citatus ad præfixum tempus non comparens,declarari poteſt contumax.*

Defectus in
3 *Parlamento* }
4 *Flandriæ* } *decernuntur poſt euocationem rotulæ.*
&
5 *Vierſcharis.* }
& } *decernuntur* { *ante prandium ante 12.*
6 *Feudorum curijs.* } { *Poſt prandium ante* { *Veſperas vel Occaſum ſolis.*

1 IVdex ſecuudum iura nõ tenetur ſtatĩ dare,decernere,aut adiudicare defectũ ſi nolit. Imò ſi velit, poterit pro ſua prudentia de eo decernendo expectare ad duos aut tres dies, vt videat, certiuſq́; diiudicet,an deficiẽs ſiue contumax in ſua cõtumacia perſeuerabit. Sed non poteſt talis contumax declaratus arripere ad ſuum commodũ q defectus, contra ipſum nõn datus ſit in termino, quia id factũ eſt in ſuum
2 fauorem,& gratiã ſui. Quocirca quando in citatione continetur vt certa & præfixa hora cõpareat, ſi hora eadem adueniente non compareat, defectus ſtatim dari,& adiudicari poterit. Sed ſi hora non ſit præfixa,tum deberet iudex expectare totum diem , de iure, & de gratia vſque ad alterum ſiue in
3 tertium diem vſque. In magno conſilio , conſuetudinis & ſtyli eſt, vt ſtatim defectus decernatur, poſtquam perſona ſiue cauſa iuxta turnum ſiue ordinem rotulæ vocata fuit,

& proclamatum fuerit (defectus) ſi
dies ſit adpoſitus,ſiquidem is dies fue
rit iuridicus & debitus. Tamē ſi pars
veniret ſeſeque præſentaret (vt ſupra
diximus)ante Curiæ deceſſum, defe-
ctus reuocaretur, ſed poſt diſceſſum
minimè, niſi fortaſsis cum cauſæ co-
4 gnitione. In Flandria quoque dant e-
tiam defectum poſt perſonam vel cau
ſam vocatam ad turnum ſiue iuxta or
dinem rotulæ,& poſt executoris rela
5 tionem lectam. In vierſcharijs verò,
& in feudalium curijs variè decernū-
tur defectus, varioq; tempore. Nam
6 vbi litigatur ante prandium defectus
datur ante horā duodecimam, & vbi
à prandio litigatur in materia pecu-
niaria defectus datur à veſperis, & in
materia reali poſt occaſum ſolis. Atq;
ita ſingulæ Curiæ pro ſuo modo &
conſuetudine.

CAPVT LXXXI.

De Contumacia purganda.

Summæ.

1 *Contumacia purgatur ante litiſconteſtationem, proximo die iuridico,ſi &c.*
2 *Contumacia data contra excuſatum per morbum,bellum,periculum,eſt reuocanda.*
3 *Contumacia poſt litem conteſtatam,non reuocatur,niſi per Releuamentum.*
4 *Contumacia orta procuratoris culpa in ipſum procuratorem redundat.*
5 *Contumacia auferens lucrum cauſæ difficulter reuocatur.*

1 QViſquis contumax factus eſt ante
litis conteſtationem,per eam con
tumaciam, quæ nullum lucrum cauſæ
auferre poteſt, ſed potius lucrum ad-
fert is contumax proximo die iuridi-
co,ſuam purgare contumaciam pote-
rit,ſiquidem ad eam purgationem ſa-
tis iuſtam,& rationabilē cauſam præ-
2 tendere poterit. Quocirca ea contu-
macia,quæ data eſt contra incarceratū
aut contra non audentem venire pro-
pter bella,peſtilentias, graues morbos
& periculoſos &c.(vti dictum eſt ſu-
pra)ea omnino reuocanda eſt, ſine vl-
la reſtitutione in integrum, aut abſq;
vllo releuamēto neceſſario. Sic etiam
contumacia reuocatur,quæ datur con
tra noctu incarceratum, aut qui die-
bus dominicis, & feſtis, aut in ferijs
ſeu(vulgo)vacantijs, quando ius non
redditur,citatus fuit,aut ad eū locum
aut iudicem,ad quem locum au iudi-
cem citari non conſueuit, nec debuit.
3 Poſt litem verò conteſtatam non ad-
mittitur contumaciarum purgatio, ni
ſi ex certa, & legitima cauſa, & niſi p
reſtitutionem in integrum,aut per re
uelamentum, aut requęſtam ciuilem,
idque propter varias cauſas, & præci-
pue propter procuratorum mutatio-
nes,quibus omnibus res defendendæ
debent eſſe notiſsimæ. Et cōtingit vt
partes procuratores conſtituant,& il-
li procuratores vlterius ſubſtitutos
conſtituant,qui omnes lite conteſtata
effecti ſunt cauſarum magiſtri, & ta-
men cauſarum cognitiones non ęque
4 perſpectas habeant,vti primi. Nihil-
ominus

ominus ſi eorundem procuratorum
aut inſcitia, aut iniuria, vel negligen-
tia vlla decreta eſſet contumacia, imò
ſi quid peccatum, erratũ, aut delictum
eſſet, id minimè præiudicaret ipſis ma
giſtris, ſed id omne redundaret in ca-
pita procuratorum, qui talis contuma
ciæ, errati aut delicti pœnam ſufferre
5 debebunt. Sed illæ contumaciæ quæ
auferunt lucrum cauſarum, ſunt diffi-
cilis reuocationis, præcipuè, ſi ſint con
fortatæ aut confirmatæ per ſenten-
tiam, quæ tranſiuit in rem iudica-
tam.

CAPVT LXXXII.

De ſe præſentando in Rotula.

Summæ.

Actor debet cauſam ſuam præſentare
1 *In Parlamento pridiè diei iuridici.*
2 *In Flandria eodem die, quo ſeruit.*
3 *Contra omnes citatos nominatim.*
4 *In ſuis Curijs, & eandem continuare in rotulis.*

5 *Vnaquæque cauſa debet præſentari ſeorſum.*
6 *Præſentare ſeipſum, & recedere, eſt non præſentare.*
7 *Quando aut actor, aut reus, cauſæ progreſſum deſiderat, nulla oritur interruptio.*
8 *Quando vtraque pars ſuam cauſam præſentat, reiicitur præſentatio non neceſſaria.*
9 *Reus ſeſe repræſentat, ſed ipſius comparitio notatur.*

1 IN magno Conſilio debet actor ſei-
pſum præſentare pridie diei iuridici
coram graphiario, & curare, vt eadem
ſua præſentatio inſcribatur in rotula,
id enim niſi faceret, cauſa ſua poſtri-
die non ſeruiretur; neque ipſe voca-
retur. Sed ipſe citatus haberet & ob-
tineret licentiam Curiæ, & expen-
2 ſas. In Flandria ſufficit, quod impe-
trans præſentet ſuam cauſam in rotu-
la, non pridie, ſed eodem die ſeruien-
te, ſic vt ipſe ante receſſum curiæ e-
3 uocetur. Actor debet ſeipſum præ-
ſentare contra omnes, quos fecit ci-
tari, & eoſdem ſingulatim per nomi-
na & cognomina euocare, & com-
pellare, alioqui enim illi quos non no
minando omitteret, haberent & ob-
tinerent licentiam Curiæ & expen-
ſas, & ſententia ſortiretur effectum,
& appellans condemnaretur in emen
4 da, & in expenſis. In Flandria mo-
ris eſt, & praxis habet, quod ipſe a-
ctor ſemper cauſam repræſentet, &
eandem ſemper in rotula continuet,
in quocunque ea ſit ſtatu. Alioqui
enim ipſa decideret interrupta, ſi
reus vellet, ob quam interruptionem
ipſe actor non poſſet amplius quic-
quam rotulæ inſerere, niſi prius in in-
tegrum eſſet reſtitutus per Parlamen-
5 tum, aut per partis conſenſum. Sed
hic notandum eſt, quod vnaquæque
cauſa debeat per ſe ſeorſum præſenta-

6 ri, diſtinctè & ſeparatim. Verùm ſi vna partium ſe præſentaſſet in perſona ſeu perſonaliter, & tum recederet antequam cauſa vocaretur ſine licentia curiæ, ea perinde faceret ac ſi ſeipſam non præſentaſſet, niſi fortaſſis is ipſe ibidem reliquiſſet procuratorem ad ſuam cauſam cuſtodiendam & tuendam.
7 In magno conſilio, ſi actor cauſam prima vice, aut cum prima inſtantia repræſentet, & poſtea præſentet eam, illa partium, quæ cauſæ progreſſum deſiderat, ſiue ea ſit actor, ſiue reus, ſic non cadet ob defectum præſentationis vlla interruptio, niſi ea ipſa, eadem cauſa, toto anno quieuiſſet abſque vllius perſonæ præſentatione.
8 Quando vtraque partium cauſam præſentat, aut exhibere facit, curia tunc illius præſentationem iubet deleri, qui ea opus non habet, & tranſigit ſuper altera præſentatione, quando ita ſuo ordine euenit.
9 Reus non facit ſe præſentare ſuper rotula. Sed cùm cauſa vocata eſt, & poſtquam ſe præſentauit graphiarius, ipſius cōparitionem connotat.

CAPVT LXXXIII.

De cauſa vocanda coram Iudice.

Summæ.

1 *In cauſarum vel perſonarum vocatione vocantur* { *Primò, cauſæ procuratoris generalis.* / *Secundò, cauſæ miſerabilium.* / *Tertiò, cauſæ citatorum perſonaliter.* / *Quartò, partium cauſæ præſentatæ per rotulam.* }

2 *Citati præſentant ſe ſub ea qualitate perſonæ, qua citati fuerunt.*

1 Diximus ſupra nullam contumaciam eſſe decernendam ante euocationem cauſæ, aut perſonæ, iuxta ordinem rotulæ. Quomodo autem talis euocatio fiat, quóue ordine peragatur, nunc accipe. In vocanda itaq; cauſa ad rotulæ ordinem, principio præferuntur cauſæ procuratoris generalis, ſeu fiſci, poſtea cauſæ miſerabilium, deinde cauſæ illorum, quibus dies perſonaliter comparendi conſtitutus & aſsignatus fuit, aut qui eam ob cauſam citati, in propria perſona comparuerunt, & poſtremò aliarum partium cauſæ omnes, ſicuti præſentatæ fuerunt in rotula, ſine ordinis perturbatione, niſi fortaſsis curia ob certas rationes, de eo rotulæ ordine aliter ordinaret, & peculiares cauſas contra ordinem rotulæ in iudicijs
2 præferret. Et omnes citati & vocati poſſunt ſe ipſos præſentare tales, quales ſunt, neque ſuas perſonas in iudiciis formare debent (hoc eſt, an per ſe, an nomine procuratorio, an loco hæredum, &c. compareant) ſed ſunt formati cum eo ipſo, quod ſunt citati ſub certa quadam perſonarum quali-

qualitate, iuxta quam ipſimet tunc reſpondere, & ſic ſeſe, aut ſuam cauſam defendere poſſunt.

CAPVT LXXXIIII.

De ſeipſo præſentando per Procuratores.

Summæ.

1 *Partes præſentant ſe per ſe, aut per procuratores.*
2 *Iudex partibus procuratorem, & aduocatum attribuere debet.*
3 *Mulieres, pupilli &c. præſentant ſe per procuratores.*
4 *In Parlamento Franciæ olim nulli licuit ſe præſentare per procuratorem.*
5 *Turingiæ anno 1484. conſtitutum fuit, vt comparerent omnes per procuratores.*

1 IN ciuilib⁹ cauſis vtralibet partium, nempe tam actor quàm reus, poteſt ſeſe præſentare in iudicijs per ſe (vt dictum eſt) aut per procuratorem.
2 Quod ſi alterutra procuratorem non habeat, aut neutra habeat, Iudex tunc ex officio ipſi deficienti procuratorem conſtituere & dare debet, dummodo eum petet. Similiter & ipſi adiungere aduocatum vnum debet, ſi quidem eum velit. Atque idem faciet etiam alteri parti, ſi nec ea procuratorem, aut aduocatum habeat. Sed procuratores & aduocati ab eo onere ſuſcipiendo ſeſe purgare poſſunt, & illud onus detrectare, ſi iurent, quod teſte conſcientia, ipſorum cauſa non videa-
3 tur ipſis defenſibilis. Mulieribus item pupillis, minoribus, prodigis, dementibus, furioſis, mutis, & alijs miſerabilibus, dantur procuratores & aduocati per diſtributionem conſilij. Item etiam ijs, qui ex timore partis aduerſæ nullum conſilium conſequi
4 aut habere poſſunt. In Francia in Parlamento olim non admiſerunt, vt actor in iudicijs compareret per procuratorem, niſi ad hoc ſpeciales haberet literas gratiæ ab ipſo Rege. Atque iſtud peculiari quadam ex cauſa ſic à Rege tunc inſtitutum fuiſſe ferunt. Videbat enim Rex quod plærique ſuorum nobiliũ quotidie multa haberent agẽda in Curia Parlamenti, quodq́; cauſarum ſuarum defenſiones omnes cõmitterent procuratoribus, & ipſi interim à Curia manerent abſentes, ob quod Parlamentum ferè nobilibus relinquebatur vacuũ, quod Rex Pipinus in prima Parlamẽti inſtitutione (ſcilicet anno Chriſti 757.) fieri noluit, ſed illud potius quotidie frequẽtari, et exornari voluit multitudine nobilium, Ducum, Comitum, Baronum, & ſimilium, qui ibi ſuas cauſas habebant agendas, quoſque ob id volebat ibidem adeſſe præſentes, & cauſas proprias ſine procuratore defendere, aut ſaltẽ ꝓcuratori defendẽti coram aſtare iuſsit. Sed illa inſtitutio poſtea abrogata, reuocata, & extinctæ fuit

fuit per aliam inſtitutionem factam
per ſtatus & Comitia Franciæ habita
5 Turigiæ, anno M.CCCC.LXXXIII.
vbi tunc ordinatum, & decretum fuit
quod omnes actores in materijs ciuilibus poſsint occupare & comparere per procuratores, abſque gratia Regia ad hoc impetranda.

CAPVT LXXXV.

De Procuratoribus.

Summæ.

1 *Procuratores qui dicantur.*

2 *Differentia inter procuratorem & adminiſtratorem.*

3 *Procuratores* { *Ad lites proceſſum aſſumunt, proſequuntur, & ſententiam expectant.* *&* *Ad negotia, pecuniam accipiunt, dant quietanciã, exagrant, obligãt &c.*

Item.

4 *Procuratores* { *Ad lites poſſunt ſubſtinere ante litiſconteſtationem.* *&* *Ad negotia ſemper licet ſubſtituere.*

5 *Procuratores* { *Ad lites debent eſſe maiores .25. annis.* *&* *Ad negotia debent eſſe maiores .17. annis.*

Item.

6 *Procuratores* { *Ad negotia agunt, exercent, & omnibus ſe immiſcent.* *ſed* *Ad lites iſta efficere non poſſunt.*

7 *Procurator conſtitutus ad agendum, cenſetur etiam conſtitutus ad defendendum, non contra.*

1 OMnes adminiſtratores in cauſis alienis dicũtur procuratores, procurator enim eſt nomen generale ad quemlibet adminiſtratorem .c. Sal-
2 uator .1. q. 3. Et nulla eſt alia differentia, aut diſcrimen, inter procuratorem & negotiorum geſtorem ſiue adminiſtratorem, quam quod procurator nõ ex ſe, ſed ex mandato domini ſui cauſam adminiſtret, l. Prima. ff. de procuratorib. & c. quia epiſcopus .5. q. 3. & l. 3. §. Negotiorum ff. de nego. geſt. Negotiorum autem alienorum geſtor ſiue adminiſtrator, ſine mandato cauſam aſſumptam adminiſtrat & tractat. §. Primo. inſtitut. de obligat. quę ex quaſi delict. naſcunt.
3 Procuratorum duæ ſunt ſpecies, nempe ad lites ſiue iudicia, & ad negotia, vel cauſas. Procuratores, ad lites, ſiue ad negotia, aſſumuntur ad occupandum in iudicio, ad iudicium (vulgo) proceſſum proſequendum, & inſtruendum, & ad iudicium, ſiue

ſiue ſententiam ſuper illo expectan-
dum. Procuratores ad negotia inſti-
tuuntur ad pecuniam recipiendam,ad
liberationem,ſiue quietanciā dandam,
ad ſe diſueſtiendum,ad ſe obligādum
4 & ad eius generis ſimilia.Eſt præterea
differentia inter iſtas duas ſpecies pro-
curatorum,quia procuratori ad lites,
ſiue ad iudicia non licet ſubſtituere a-
lios procuratores, niſi poſt litem con-
teſtatam.Nam prius is procurator nō
cenſetur eſſe magiſter cauſæ.c. Primo
.§. Licet,de procuratorib. lib. 6. Sed
procuratori ad negotia licet ſemper et
quandocunque volet liberè aliū de-
putare & ſubſtituere.d. c. Primo. §.
Procurator.de procurat.eodem lib.6.
5 Item procurator ad lites, ſiue ad iudi-
cia,debet eſſe maior .25.annis,hoc eſt,
non datur niſi maior ſit. 25. annis.Et
procuratori ad negotia ſufficit, quod
17. excedat annum, id eſt, iſte poteſt
dari poſt 17.annum.c. Generaliter de
6 procurato.lib. 6.Præterea qui genera-
liter conſtitutus eſt procurator ād ne-
gotia,is poteſt agere ac experiri, & ſe
omnib' cauſis immiſcere, exceptis his
caſibus,qui mādatum exigunt ſpecia-
le.d.c.Generaliter de procurat.lib. 6.
Sed id procurator ad iudicia ſiue ad li
7 tes efficere non poteſt.Procurator qui
conſtitutus eſt ad agendum, intelligi-
tur etiam conſtitutus ad defendēdum.
ſed minimè contra.

CAPVT LXXXVI.

De Procuratoribus in proprijs cauſis.

Summæ.

1 *Procuratores in rem ſuam,qui dicantur.*
2 *Procuratores in rem ſuam in quibus locum habeant.*
Procuratio in rem ſuam non valet.
3 *In ceſsionibus actionum litigioſarum.*
4 *In rebus partim venditis, partim donatis.*
5 *In ceſsionibus factis potentioribus.*
6 *In ceſsionibus factis ab ijs qui ſunt inhabiles.*
7 *In ceſsionibus ſimulatis.*
8 *In ceſsionibus tutori factis contra pupillum,&c.*
9 *In ceſsionibus ſine titulo.*
10 *Procurator in rem ſuam poteſt facere quiduis,& etiam ſe obligare.*
11 *Procurator in rem ſuam,an propriè dicatur procurator.*

1 SIcuti Procuratores aliorum cauſas defendunt, ita & ſuas quoque priuatas cauſas per ſe defendere poſſunt, et dicuntur tunc procuratores in cauſa propria, vel procuratores in rē ſuā, vt habet .l.Procuratorum.ff.de procuratorib.& l.Iuſiurandum in fine.ff.de iureiurā. Cauſa aūt ipſis propria dicitur,quæ prouenit ipſis,vel ex proprijs bonis, vel ex alienis bonis ipſis ceſſis, aut tranſlatis, quæ tuenda aſſumpſerunt, vel quando ipſi ſunt procura-

ratores conſtituti ad litem ſiue ad iu-
dicia nominibus proprijs,& ad ſuum
proprium commodum & vtilitatem
2 proſequendam. Et huiuſmodi pro-
curatoria,ſiue procurationes,aut lite-
ræ procuratoriæ ſunt validæ,obtinét-
que locum in omnibus ceſsionibus,
tranſlationibus,vel vt(vulgò)in tranſ
portis,quæ de iure fieri poſſunt,quæ-
3 que prout decet,factæ ſunt. Sed in a-
ctionum litigioſarum ceſsionibus,
quando actiones ceſſæ,ſunt debitæ,id
eſt,in iudicium deductæ,ceſsiones nō
tenent.l.2.& finali.C.de litigioſ.c.2.
ext. de aliena. iudic. mutan.cau.facta
& ibi bona & ampli⁹ gloſ.in verb.Sā-
4 ctiones.Itē nec valēt procurationes in
rebus partim vēditis,& partim dona-
tis,vulgata l. Ab Anaſtaſio .C. man-
5 dat. Item nec valent in actionum ceſ-
ſionibus,quæ in potentiorum manus
ceduntur. Ratione enim potentiæ,
vel dignitatis,cenſentur terribiles,ca-
renrque ob id tales procurationes vel
ceſsiones ſuo debito effectu,vt l.Pri-
ma.§.1.& l.fina.C.ne lice.potent.pa
tro. litigant. præſta. d. c. ſecund. ext.
de aliena. iudic. mutan. cauſ. facta.
6 Item nec valent ceſsiones factæ, ab
iis qui eas faciendi ſunt inhabiles, vel
impotentes.Prohibentur autem mi-
nores cedere ſine tutorum vel cura-
torum authoritate. Item tutores &
curatores nihil præſtare poſſunt ſine
pupillis,aut minoribus, niſi iſti abſen
tes ſint,vel fari non poſsint.l.Reſtitu-
ta. §.Pupillus.ff. Ad S. C. Trebel.
Item,Furioſis & prodigis,prohibitur
ceſsio vt.l. Is cui .ff. de verbo. obli-
gat.. Item patres filijs cedere nō poſ-
ſunt .l.ſecūd. ff. de contrahend.empt.
Sic quoque nec Brugis Flandriæ , nec
in alijs locis tutores,curatores, pupil-
li, minores , prodigi vel furioſi quic-
quam abſque ſuperiorum tutorum,
nempe magiſtratuū authoritate præ-
7 ſtare valent. Item prohibitæ ſunt, ro-
boreque carent omnes ceſsiones ſi-
mulatæ .C. plus valere quod agitur,
per totum,& c. per tuas.ext. Qui fi-
8 lij ſunt legit. Item,Nec valent ceſsio-
nes factæ tutori vel curatori contra
minorem adminiſtratione durante.
Autent. Minoris .C. Qui dare tuto.
vel cura. poſſ. In prædictis enim om-
nibus nullæ procurationes in rem
ſuam vllum locum habere poſſunt,
9 quemadmodum nec locum habent,
quando in procuratorio nullus inſe-
ritur titulus, vel ceſsionis cauſa,qua-
re ipſa facta ſit. Nam nuda traditio,
& ſine cauſa facta , in rebus corpora-
libus transfert dominium .l. Nun-
quam nuda.ff. de acquirend. rer. do-
10 min. Sed hoc loco notandum eſt
Procuratorem in rem ſuam poſſe fa-
cere quæcunque volet. Item ſe obli-
gare poſſe , ad quod actionem habet.
11 Sed an procurator in rem ſuam , pro-
priè dicendus ſit procurator , vide
gloſſam, in l. Prima, in verbo aliena.
ff. de procuratorib. quam Baldus ſe-
quitur & commendat. Prædictæ e-
nim & ſimiles exceptiones poſſunt
obijci & opponi contra procurato-
rem in rem ſuam conſtitutum. Vide-
te latius Speculat. lib. Primo, par. 3.
titulo de procuratore in rem ſuā con
ſtituto. qui aliqua pulchra dubia re-
ſoluit circa hanc materiam , & bonas
deſcribit annotationes.

CAPVT.

CAPVT LXXXVII.

De Procurationibus generalibus.

Summæ.

1 *Omne procuratorium continet*
- *Nomen conſtituentis.*
- *Nomina conſtitutorum.*
- *Nomen Iudicis, Notarij, vel ſcribæ.*
- *Cauſam procuratorij facti.*
- *Obligationem ad ſolutionem iudicati.*
- *Diem conſtitutionis.*

2 *Omnia procuratoria ad lites ſunt generalia ad quoſuis actus.*

3 *Procuratoria generalia tam ſunt de futuris, quam de præſentibus.*

4 *Procuratoria generalia non extendunt ſuam generalitatem ad criminalia.*

5 *Procuratoria ad negotia dicuntur ſpecialia.*

6 *Contra procuratorem in rem ſuam opponitur*
- *Ratio ſui, & cauſæ.*
- *Ratio conſtituentis.*
- *Ratio formæ conſtitutionis.*

1 OMnia procuratoria continét com muniter ſex puncta, ſcilicet, nomen conſtituentis, nomina cóſtitutorum, nomen iudicis, nomé tabellionis aut eius notarij, qui procuratoriũ recipit & conficit, & ad quas cauſas procuratorium conſtituatur literis mandat. Item obligatorium ad ſoluẽdum aut adimplẽdum iudicanda, et poſtremò conſtitutionis diem. 2 Omnia procuratoria ad lites ſiue ad iudicia, ſunt generalia, ſcilicet ad iudicia ſiue proceſſus, tam ſpirituales quàm ſeculares ſuſtinendos, proſequendos, & ad faciendum in eis omne id, quod conſtituens ipſe poſſet facere, ſi ipſemet coram & præſens adeſſet. Pro cauſa ſpirituali eſt, c. cum veniſſent ext. de in integ. reſtit. Pro pecuniaria & ciuili eſt l. licet. C. de procuratorib. & vbicunque non prohibetur. Et conſtituitur in omnibus cauſis, & in vna, & præſentialiter, & abſens per nũcium, vel per epiſtolam, dum tamẽ certus ſit ad litem præſentem & futurã, in die, & vſque ad diem, & ſub conditione, & in perpetuum, & ad generales cauſſas & ſpeciales. l. 1. 2. & 3. ff. de procuratorib. & l. Prima. ff. mãdat. Quãdo procuratorium eſt generale ad omnes cauſas, id intelligitur æquè benè de futuris, 3 quàm præſentibus, quãuis etiam in procuratorio de futuris non ſit facta 4 mentio. Sed hoc notandum eſt, quod quamuis dixerim, quod procuratoria ad lites ſint generalia ad omnia, aut ad omnes cauſas, ſine vlla exceptione, tamen id non vlterius intelligẽdum eſt, quã ad ciuiles cauſas, quia ad proponẽda criminalia, etiãſi eſſent ad excipiendum, procurator debet ad hoc habere 5 ſpeciale mandatũ, & permiſſum. Procuratoria autem ad negotia ſunt ſpecialia, quia ad cauſas ſpeciales, ſcilicet in procuratorio expreſſas pertinent. 6 Contra procuratorem autem conſtitutum in rem ſeu cauſam alienam opponitur trifariam, ſcilicet ratione et ſui, & cauſſæ. Secundò ratione cõnſtituentis. Tertiò, ratione formæ conſtitutio-

tutionis. Videte latius Specula. lib. 1. par.3. Titulo. de procuratore. Hæc autem vt omnia clariora euadant nō temere me factùrum putaui, ſi hic generalis procuratorij formale exēplar tibi præſcripſero, quale erit iſtud.

Procurationis generalis ſub ſigillo ad cauſas forma communis.

NOs Burgimagiſtri, Senatores, & conſiliarij ciuitatis Brugenſis notum facim᷒ omnibus, et ſingulis, quod hodie ſub data iſtarum, coram nobis perſonaliter conſtitutus comparuit N. qui authoriſauit, cōſtituit, & in locum ſuum poſuit, & per has præſentes literas authoritatem præbet, conſtituit, & in locum ſuum ponit veluti procuratores generales, & vicarios ſuos ſpeciales. N. N. N. & ipſorum quemlibet, & præcipuè præſentium literarum exhibitorem, in omnibus negotijs, quæſtionibus, querelis, cauſis, & actionibus, quas hic cōparens nunc habet, et poſtea ſe habiturum putabit, tam agendo quàm defendēdo, & contra in omnibus Curijs, corā omnibus, iudicibus & prætorijs, tā ſpiritualib᷒ quā ſecularib᷒. Præterea tam exigēdo, recipiendo, proſequēdo, quàm reſtaurando, aut recolligendo vbicunq; decebit, & opus erit, omnia credita, omneſq; ſummas pecuniarias quę huic cōparenti nunc debentur, et poſt hāc debebuntur, ſiue ea ex reditibus, ſiue ex cenſib᷒ fundorum, ſiue ex domorum locationibus, ſiue ex mercimonijs, aut ex negotiationib᷒, ſiue ex mutuata pecunia, vel ex quacunq; alia occaſione, & cauſa iam præſente, præterita, aut futura, vt ipſi in his omnibus liceat appointementum, ſiue tanſactionem conficere, pecuniam ex dictis cauſis profectam recipere, de ijs apochas tradere, rationis, demonſtrationis, & reliqua exhibendi iure ſemper ſaluo. Atque ideo, ſi opus erit, contra eum in quem id competet, & res poſcet, iuridicè procedere, proceſſum inſtituere, eundemq́ue ad finem vſque producere. Quaſuis actiones reales, perſonales & mixtas, atque etiam complētas in cauſa nouitatis inſtituere, intentare, & ad locum contentionis comparere, reſtabliſare, reſtabliſationem videre. Præterea dilationes, proceſſuū remiſsiones, defectus, licentiam curiæ, & quaſuis alias iudiciales cauſas aut petere aut refellere. Omnes citationes efficere, eaſdem notare, petitiones conficere, expetere, & aduerſariorum petitiones iuridicè reſpondere, eaſq; refellere, inceſſere, ledere, & deſtruere. Quaſuis iudiciales arreſtationes, & quæ ad eas pertinebunt, facere, aut ijs obſiſtere. In replicis, duplicis, triplicis, quadruplicis &c. omnia quæ opus erunt peragere, eas perſequi, & finire. Item iuramentū omne offerre, & pręſtare quod ius, & rationis æquitas expoſcet. Quaſuis probationes producere, & probationes ab aduerſario factas audire, & videre. Cōfutationes & ſaluationes recipere, eaſq; exhibere. Sententias audire, à ſententijs appellare, appellationes aſſumere, appellationes inſinuare, eaſdemq; producere, & ijſdem (ſi ipſi id expedire videatur) iterum renunciare. Alios procuratores, vnum aut plures in locū ſuum ſubſtituere, qui aut eandem, aut limitatam

tatam poteſtatem habebunt. Et generaliter, & ſpecialiter in omnibus iam prædictis, cum omnibus ipſorum appendentiis facere omnia quæ præſens conſtituens, & cōparens ipſe cōſtituere, & per ſe facere poſſet quādocunq; & vbicunque is præſens adeſſet, etiam ſi cauſa ſpecialiorem poteſtatem quā iſthæc eſt, expoſceret. Promittens ſe perpetuò ſeruaturum bonum, firmum, & ratum, quicquid per prædictos ſuos procuratores, aut per ipſorum ſubſtitutos, aut per vnumquemque ipſorum, præcipuè in dictis cauſis, & in eorum appendentiis faciendum & factū erit, abſq; eo quod vnquam his contradicturus, aut vllo modo obſtiturus erit. Et præterea quod iudicata, ſi opus erit, exoluet. In ſignū veritatis nos ſigillum ad cauſas ciuitatis noſtræ Brugenſis his appenſum iri iuſsimus, Datum, & ſic factum Brugis, anno Domini 1566. primo Iulij.

CAPVT LXXXVIII

De Procurationibus ſpecialibus.

Summæ.

1 *Procuratorium ſpeciale eſt, quod ad cauſas proprias conceditur.*

Procuratorium ſpeciale requiritur

2 *Ad compoſitiones, & tranſactiones faciendas.*
3 *Ad contractus ratificandos.*
4 *Ad iuramentum acceptandum, & ſe ſubmittendum arbitris.*
5 *Ad matrimonium tractandum, & concludendum. Sic de ſponſalib.*
6 *Ad aliquid fatendum contra praiudicium Domini ſui.*
7 *Ad vetuſtas literas reſtituendas.*
8 *Ad iuramentum de calumnia, & veritate.*
9 *Ad exceptionem proponendam contra aduerſarium.*
10 *Ad reſtitutionem in integrum petendam.*
11 *Ad petendum remiſsionem, & à iudice declinationem.*

12 *Vbicunque procuratorium ſeruit, illic procurator ſibi de rato cauere debet.*
13 *Quādo duo procuratores in vna cauſa cōſtituuntur, alter ſine altero nihil efficere poteſt.*

1 PRocuratorium ſpeciale eſſe diximus, quod ad cauſas ſpeciales tantum conſtituitur. Cauſæ autem illæ, ad quas ſpeciale procuratorium requiritur ſunt variæ. Primò enim procurato
2 rium ſpeciale habendum eſt, ad cōpoſitionem vel tranſactionem faciendā, quia continet in ſe remiſsionem & alienationem, quæ requirit ſpeciale mādatum. l. mandato generali. ff. de procuratorib. & c. Qui ad agendum in fine, extra, de procurat. lib. 6. & l. Tranſigentis placitum. C. de tranſactio, & Specu. in titulo de procurat. §. Ratione igitur, verſic. quint⁹, & Ioan. à Graſſis in ſuo tractatu excellentiſsimo de ſubſtantialibus procuratorij: & de his quæ contra eum obiici poſſunt, folio lib. meo 82. in verbo, tranſigentes, nu. 2. Quæ intelligenda ſunt, niſi procura

 tor ipſe

tor ipſe prius habere procuratorium generale ad omnium bonorum generalem diſpoſitionem & adminiſtrationem. Sic etiam oportet habere procu-
3 ratorium ſpeciale, vt aliquis contractus factos, iuridicè confirmandos curet coram magiſtratu, aut paſſandos coram conſiliariis. Et eo caſu debet iſtud ſpeciale procuratorium inſeri literis contractus, aut cōdemnationis, de verbo ad verbum, vel ſaltem ſigillo an
4 necti. Requiritur etiã procuratorium ſpeciale ad iuramentum acceptandũ, aut ad referendum, quemadmodum etiam requiritur ad ſe ſubmittẽdum
5 arbitris. Item, requiritur ſpeciale procuratorium, aut ſpeciale mãdatum ad matrimonium aliquod tractandũ aut concludendum, aut ad ſponſalia faciẽda.c.Accedens, extra de procuratorib. & ibi Scrib. & c. Procurator de procuratorib.lib.6. Item, ad aliquid faten
6 dum, quod ſuum magiſtrum aut Dominum obligaret, quodque ipſi præiudicaret, debet eſſe procuratorium ſpeciale, quod idem etiã requiritur in pa
7 ce facienda, ſeu ineunda. Ad antiquas quoque, vetuſtas, & penè extritas literas renouandas & reſtituendas, requi-
8 ritur ſpeciale mandatum. Ad Iurandũ item de calumnia requiritur procuratorium ſpeciale, quod idem etiam requiritur ad iurandum de veritate.c.fi. extra, de iuramen.calum.lib.6. & c.1. extra de confeſ.eo.lib.6.quæ iuramenta procuratorum referũtur ad animas dominorum.c.Querelam & c. in noſtra de procura. & l.Finali.C.de feriis.
9 Ad proponendam, & allegandam exceptionem famoſam criminalem, contra aduerſam partem, requiritur etiam procuratorium ſpeciale. Aut ſaltẽ tale procuratoriũ, quod ſine ſpeciali mandato ex ſeſe quis egit, debet is curare, vt id per partem, cui ſeruit, confirme-
10 tur, approbetur, ratumq́ue habeatur, quod barbari auoiare dicunt. Debet quoque eſſe procuratorium ſpeciale, vt aliquis petat reſtitutionem in integrum.l.Illud.§.Si talis.ff.de minorib.
11 c.Corã, extra de in integ.reſti. Item vt aliquis petat remiſsionem, & à iudice declinandi poteſtatẽ, requiritur vt pro
12 curator procuratoriũ ſpeciale habeat. Sed in his omnibus ſciendũ eſt, quod vbicunq; ſpeciale procuratoriũ ſeruit, illic procurator poteſt cauere de rato, id eſt, curare, vt Dominus cui ſeruit, ſit habiturus ratum, quicquid per tale ſpeciale mandatũ acturus erit. Quan-
13 do autem contingit, vt duo procuratores in vna cauſa generaliter conſtituantur, tunc non poteſt vnus ſine altero quicquam exigere, ſine ſpeciali mandato, ad hoc ipſi vni conceſſo. l. Cum alicuius.ff.de negot.geſt. Sed quia pręcedenti capite lectori præſcripſeram formale exemplar procuratorij generalis, ideo viciſsim & hoc loco exemplar procuratorij ſpecialis tibi ob oculos ſcriptum, exhibere volui.

Forma Procurationis ſpecialis ſub ſigillo ad cauſas.

NOs Burgimagiſtri, ſenatores, et cõſiliarij ciuitatis Brugẽſis notũ facimus omnibꝰ, & ſingulis, quod hodie, ſub data pręſentiũ, corã nobis perſonaliter conſtitutus cõparuit. N. qui autoriſauit, conſtituit, & denominauit. N. N. N. & vnumquẽlibet ipſorũ, & præcipuè iſtarũ exhibitorẽ tribuẽdo ipſis, & vnicuiq; ipſorũ plenã poteſtatẽ, expreſſum & abſolutũ mandatũ & cõmiſsio-

miſsionē irreuocabilē ſine alia latiori
cōmiſsione ab iis per verbū, aut p ſcri
tū, quā hāc præſentē expectāda, vt ipſi,
& ipſorū quilibet pro præſente conſti
tuente, & ipſi⁹ nomine reſignēt & tra
dāt dominiū, ac verā proprietatē, verā
que poſſeſsionē vnius domus cū ſuis
adhærētiis, ſitæ in platea lapidea, profe
rētiſq; ſignū cerui volantis. Itē, vt ipſi⁹
cōſtituētis nomine ꝓprietatē agri triū
iugerū ſiti, &c. & onuſti, &c. vēdāt, di
ctorū emptori, vel emptorib⁹ iuridice
tradāt, & in verū dominiū, verāq; poſ
ſeſsionē ac proprietatē iuridicè cōſti-
tuāt, & iuridicā traditionē cōferāt, &
vt horū effectū corā eo iudice aut iudi
cibus, cū opus erit, & vt decebit cōpa-
reant, ſub cuius territorio dicta dom⁹,
dictuſq; ager ſita ſunt, aut corā aliis iu
dicib⁹ vbi erit neceſſariū, & vt corā iis
iudicibus, aut iudice has literas procu
ratorias primò exhibeāt, deinde vt co
rā ipſis cōfiteatur, ꝙ virtute eius procu
ratorij exhibiti talē domū talēq; fun-
dū, tali loco ſitum, talique onere graua
tū, vēdiderint. N. quod eiuſdē domus,
ac fundi verū dominiū, veramq; pro-
prietatē ac poſſeſsionē eidē. N. tradāt,
& trāſportēt, iuxta cauſarū & appen-
dentiū exigentiā, cū cautione guaran-
diæ, cumq; reliquis omnibus ſolēnita
tibus ad hæc neceſſariis, vt de his ap-
pellāt, tranſactionē faciāt, pecunias ex
hac venditione natas recipiāt, apochas
tradant, rationis, & reliqua præſtandi
iure ſemper ſaluo. Et generaliter, &c.
Promittendo, &c. vt in exēplari præce
dentis capitis. Sed in his prędictis duo
bus procuratoriis, hoc vnū tibi cādide
lector obſeruatū iri cupio, illud procu
ratoriorū, vltimū ſcilicet. In ſignū veri
tatis nos ſigillū ad cauſas ciuitatis no-
ſtræ Brugēſis, &c. Hoc enim ſigillum
(quod vocatur ibidē ſigillū ad cauſas)
nunquā appēditur procuratoriis, aut
aliis cauſarū literis, niſi illa procurato-
ria, illæq; cauſæ aliæ exhibitæ, cognitę,
& in pleno magiſtratus collegio ꝓmiſ
ſę fuerit. Eis enim ſolis literis ſigillū ad
cauſſas appēditur, & nō aliis, valetq; il
lud ſigillū, & cognitū eſt per totā Eu-
ropā, adeò vt quiſquis literas eo ad cau
ſas ſigillo obſignatas exhibuerit, non
opus habebit vlteriorē probationē ac
certificationem de eo ſigillo produce-
re, quin id ipſum ſit verū, ratū, cogni-
tū, & probatū ſigillū ciuitatis Brugen
ſis. Idcirco quicquid in iis literis conti
netur per ratificationē eius ſigilli, pari
ter certū, & ratū habetur. Cæterū ſunt
Brugis alia ſigilla, quæ non vocātur ſi-
gillū ad cauſas, ſed tantū ſigilla ſenato
ria. Ea quoq; omnibus procuratoriis
tā generalibus quā ſpecialibus, omni-
umq; cauſarū literis bina apponūtur,
ſeruata prædictorū procuratoriorum
expreſſa formula, mutatis dūtaxat mu
tādis, tū in principio, tū in fine. In prin
cipio enim nō habēt huiuſmodi ꝓcura
toria cū ſigillis ſenatoriis. Nos Burgi-
magiſtri, ſenatores, & cōſiliarij ciuita-
tis Brugēſis, &c. Sed tātū ſic habēt. Nos
Ioānes Dāhouderius, & Iaſpar VVin-
kelmānus, ſenatores hoc tēpore Bru-
gēſes, notū facimus omnibus iſtas lite
ras lecturis, quod hodie corā nobis cō
paruit. N. qui authoriſauit et cōſtituit
&c. Porrò in medio cōueniunt, vt ex
ꝑdictis exēplaribus. In fine verò diffe
rūt, vt in principio. Procuratoria enim
ad cauſas in fine habēt. In ſignū verita
tis nos ſigillū ad cauſas ciuitatis noſtræ
Brugēſis his appēſū iri iuſsimus, &c.
Procuratoria verò ſenatoria in fine ſic
habent. In ſignū veritatis Nos (ſcilicet
Ioānes Dāhouderi⁹, & Iaſpar V Vinkel
mānus) ſigilla noſtra his appēſa iri iuſ-
ſimus, &c. In illis procuratoriis vnum
ſigillum

ſigillum totius ciuitatis, quod ſemper idem eſt, apponitur, & in ſe totum totius magiſtratus conſenſum refert. Ad hæc procuratoria ſenatoria appendun tur duo minuta ſigilla, ſcilicet duorũ ſenatorũ, qui ea procuratoria ſub ſuis propriis ſigillis expediunt. Verùm hic quiſquam interrogauerit, an ambo huiuſmodi procuratoria, ſcilicet, cum ſigillo ad cauſas, & cum ſigillis ſenatoriis vbiq; parem efficaciam obtineāt. Ad quod ſic reſpõdeo, quod ambo eãdem efficaciam, quantum in ſe eſt, habeant. Verùm quia per principium, finem, & ſigillum ſummopere differũt, ideo non pariter vbique noſcuntur, nec etiam pariter vbique recipiuntur, nec parem efficaciam vbique cum prima exhibitione præferunt. Sigillum enim & ad cauſas, quia per vniuerſam Europam (vt diximus) cognitum et ratum eſt & validum, ideo & per conſequens procuratorium quod eo ſigillo munitũ eſt, vbiq; etiã notũ eſt & ratũ, et vlteriori probatione ſui tale ſigillũ non indiget. Sed quia ſigilla ſenatoria propria ſunt & quotannis variantur, ideo extra territorium vix etiam innoteſcunt, ideoque etiam procuratoria cum ſigillis ſenatoriis munita non vbique parem fidem faciunt, adeo vt vix alibi noſcantur, aut recipiantur, quàm in ipſa ciuitate Brugenſi, aut in ipſius territorio. In quibus ſolis parem cum illis procuratoriis authoritatem & efficaciam habent, ſic vt ſui probatione & verificatione in eo territorio Brugenſi non opus habeant. Extra verò territorium Brugenſe, ſi huiuſmodi ſenatoria procuratoria exhibeantur, & à parte negentur, egẽt noua probatione, qua probetur & verificetur quod ea appenſa bina ſigilla, ſint ſigilla tunc ſenatorum Brugenſium, nõ ſecus quã inſtrumenta notariorum extra ſui notitiã indigẽt noua certificatione, quod talis notarius legitimus fuerit notarius, probatus, & admiſſus, cuiuſmodi inſtrumentorum formale exemplar mox ſubiecero. Quocirca ſuaſerim omnib⁹, qui aliquid in cauſa procuratorij, aut in aliis cauſis coram magiſtratibus expeditum cupiunt, aut Brugis, aut alibi, vt id expediri curent coram vniuerſo ſenatu, & ſub ſigillo ad cauſas alicuius ciuitatis celebris, id enim procuratoriũ vbiq; erit ratum, & validum, & nuſquam ampliori certificatione ſui indiguerit. Sed nunc accipe formale exemplar inſtrumẽti notariorum, quum formale exemplar procuratorij ſenatorij particularis ex ſuperioribus ſatis elici poſsit.

Forma procuratorij ſpecialis per Notarium.

IN nomine Domini. Amen. Anno à Natiuitate domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſexto, die verò decima quinta menſis nouembris. Cõſtitutus coram me Ioanne le Begghe notario publico & teſtibus infraſcriptis, prouidus ac diſcretus Dominus Magiſter Nicolaus de Lengaigne Clericus Cameracẽſis dioceſis. Qui omnibus melioribus modo, via, iure, cauſa & forma, quibus melius & efficacius potuit & debuit, poteſtque & debet per præſentes conſtituit, creauit, nominauit, ac deputauit ſuos veros,

certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque infraſcriptorum geſtores, ac nuncios ſpeciales & generales ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec contra, videlicet dominos, ac magiſtros Guilhelmum Goutier, Petrũ le Pipre, & Ioannẽ Mouſcron. Abſentes tanquam præſentes, & eorum quamlibet inſolidum, præcipue & ſpecialiter ad accipiendum ipſius Domini conſtituentis nomine, & pro eo, corporalem, realem, & actualem poſſeſsionem parochialis eccleſiæ beati Petri in Rusbroucq Morinenſis diœceſis, & ad in eandem poſſeſsionẽ intrandum, & in eadem manendum, adhibitis ad hæc ſolennitatibus ſolitis & conſuetis. Deinde ad ſibi de fructibus, reditibus, prouentibus & emolumentis reſpondere, ac ab aliis reſpõderi facere, & mandare, prędictamq; parochialem eccleſiam in diuinis deſeruiri faciendum & procurandũ, nec non ad fructus, reditus, prouentus, & emolumenta eiuſdem parochialis eccleſiæ arrendandum, ac in firmam ac annuam penſionem ſeu canonem dandum, & ad tantum tempus, ac pro tali precio, ſicuti ſuis procuratoribus, aut ipſorum alicui expediens videbitur. Saluo computu, ratione, & reliqua. Promittens præfatus Dominus conſtituens in, ſeu ad manus mei notarij ritè ſtipulantis, & ad prædicta ſeſe obligãs in forma debita. Sic actum Bruxellæ dictæ Cameracẽſis diœceſis, anno, mẽſe & die præſcriptis. Præſentib⁹ honeſtis ac diſcretis perſonis Magiſtro Andrea vã VVeſemboke. V.I. Licentiato ac aduocato conſilij Brabañ. & Laurẽtio Vereycken clerico dictæ Cameracenſis diœceſis, teſtibus ad præmiſſa vocatis atq; rogatis.

Ita eſt le Begghe Notarius Apoſtolicus & Imperialis, per conſilium Brabañ. authoriſatus, ac Capituli eccleſiæ collegiatæ diuæ Gudilæ Bruxellenſis ſcriba iuratus, ad præmiſſa requiſitus.

CAPVT LXXXIX.

De Subſtitutionibus.

Summæ.

1 *Subſtitutio fieri non poteſt* { *Niſi in procuratorio exprimatur.* & *niſi* *Ante litem conteſtatam.* }

2 *Subſtitutio fieri poteſt* { *Poſt litis conteſtationem.* & *Ad negotia, ſemper, & liberè.* }

3 *Subſtitutio non extenditur vltra curiam primi procuratoris.*

4 *Subſtituti*

4 *Subſtitutio omnis inſcribi debet*
- *In dorſo principalis procuratorij.*
- *In noua membrana procuratorio annexa.*
- *In noua membrana continente principale procuratorium.*

5 *Qui ſemel ſubſtituit is eam ſubſtitutionem reuocare non poteſt.*

1 QVando cõſtituta procuratoria ad lites tam ſunt ſimplicia, vt in ſe nõ contineát hanc particulã (cũ ſubſtitutione) hoc eſt, quod non contineát expreſſam poteſtatem ſubſtituẽdi alios vlteriores procuratores in ſuum locũ, tunc is prior procurator nõ poterit alios procuratores ſubſtituere ante litiſ conteſtationem, quod ad hoc ipſi tantum cõpetat ſpeciale mandatum. Verùm id ipſi licitum erit poſt litiſconteſtationẽ, quod tunc is procurator et dicatur, & ſit factus magiſter cauſæ. c. 2. de procuratorib. lib. 6. Idẽ quoque ꝓcurator alios in locũ ſuũ ſubſtituere poterit, quando factus eſt procurator ad negotia, aut procurator in rem ſuã. Huiuſmodi enim procuratores quouis tẽpore ſubſtituere poſſunt, & liberè. c. Primò. §. licet autem de procuratorib. lib. 6. & poteſt dari procurator ad negotia, poſt. 17. annos. Verùm hoc

3 ſciendum eſt, quod prædicta procuratorum ſubſtitutio non extendat ſe vlterius quã in ea Curia, in qua ipſe procurator conſtitutus fuit. Ideoque ſubſtitutio, quã procuratorum aliquis facit in magiſtratibus, aut Curiis Flandriæ, ea nõ admittitur in magno Cõ-

4 cilio, nec contra. Omnis autem procurationis ſubſtitutio debet inſcribi in dorſo principalis procuratorij. Aut debet inſcribi in noua membrana, eaque annecti, imò & transfigi per procuratoriũ principale. Aut certè ipſum principale ꝓcuratoriũ debet totũ ad verbũ inſcribi in nouis literis ſubſtitutionis, alioq inualida haberetur ſubſtitutio, et in nulla Curia foret acceptanda. Neq;

5 igitur valẽt illa ꝓcuratoria generalia aut ſpecialia, in quib⁹ relinqui ſolẽt loca vacua, vt in iis poſtea inſcribãtur alij ſubſtituẽdi ꝓcuratores. Nã huiuſmodi ꝓcuratoria ſuſpecta habẽtur, & dolo cõmittẽdo ſunt accõmodatiſsima, quod repertũ ſit ſæpe in talib⁹ locis vacuis inſertos fuiſſe ꝓcuratores partiales, & impoſtores, qui ſuæ ꝓcuratiõis vi multis honeſtis viris ex ſimultate, aut malitia negotiũ faceſſerũt, eoſq; apprehẽderunt, & multũ diſpẽdij intulerũt. Sũt igitur in ꝓcuratoriis generalibus aut ſpecialibus omnia, & ſingula nomina inſcribẽda, q̃ quis volet, et nullũ locũ relinquẽdũ vacuũ. Quod ſi ſubſtitutio faciẽda fuerit, ea fiet iuxta modũ prædictũ. Quiſquis p̄tereà talẽ ſubſtitutionẽ ſemel fecit, is eandẽ nullo modo poſtea reuocare poterit, niſi ad hoc ſpecialẽ cõmiſsionẽ, & peculiare mãdatũ impetrauerit, iurib. præallegatis. Nõnulla huic materię ſeruiẽtia videbitis per D. Ioan. à Graſsis in ſuo excellẽtiſsimo tractatu. De ſubſtãtialib⁹ procuratorij: & de his q̃ cõtra eũ obiici poſſunt, folio lib. meo. 86. colum. 1.

CAPVT XC.

Quæ Procuratoria ſint ſufficiẽtia in Iudiciis

Summæ.

1 *In Iudiciis requiruntur procuratoria digna, & ſufficientia.*

2 *In procuratorio dubio cauendum eſt de rato.*

3 *Si procuratiões ſint indebita, omnis productio erit nulla, & ſentẽtia illuſoria.*

4 *Prin-*

4 *Princeps, Prælati, nobiles, &c. ſub ſuo ſigillo procuratores conſtituunt.*
5 *In feudalibus conſtituuntur procurationes per ſigilla Parium.*
6 *Procuratio ſenatoria vbique eſt valida.*
7 *Procuratio coram notario non æque ſemper eſt valida.*
8 *In Parlamento Mechilinienſi procurationes conſtituuntur ſub ſolo ſecretario.*
9 *Procuratio per teſtes verificatur per iuramentum de calumnia.*
10 *Parlamentum Pariſ. non admittit procuratoria laicorum in Curia ſpirituali conſtituta*
11 *Procuratoria data ab Abbate & conuentu, in Parlamento valent.*
12 *Procuratorium à minorenni datum eſt inualidum.*
13 *Procuratio morientis ante concluſionem in iudicio, etiam eſt mortua.*
14 *Procuratio noua in arramentis non eſt neceſſaria poſt concluſionem in iudicio.*

1 QViſquis ſeſe præſentare, vti procu
rator, volet, aut in iudiciis tanquã
procurator occupare ſtudebit, is pri-
mò oſtendere debebit dignum, legiti-
mũ, & ſufficiens procuratoriũ, aut ſeſe
obligabit ad ſolutionẽ iudicãdi. Quod
ſi de ſufficientia procurationis dubite
2 tur, cauere debet de rato. l. Nõ ſolum.
§. Qui alieno nomine. ff. de ꝓcurato.
Debet itaq; omnis Iudex in principio
inchoandi proceſſus diligenter obſer-
uare, & curare, vt procurationes vtrũ-
3 que ſint ſufficientes. Nam ſi hac in par
te aliquid omiſſum, aut neglectum eſ-
ſet, quominus procurationes eſſent de
bitæ, parumq́ue ſufficientes, oẽs pro-
ductiones eſſent nullæ, & ſua iudicis
ſententia haberetur illuſoria. Procura
4 toria ſub Principis ſigillo alicui data
non egẽt atteſtatione Senatorum, ſed
ſunt per ſe ſufficientia. Item, quando
conſtituentes ſunt Prælati, Epiſco-
pi, aut præclari nobiles, aut in ea digni
tate aut officio conſtituti, vt ſua ſigilla
omnibus ſint cognita, rata, & approba
ta, eorum quoque procuratoria data
& ſigillata habẽtur rata & valida, ſine
5 vlla cognitione Magiſtratuum. In Cu
riis feudalibus conſtituuntur procura
tiones ſub priuatis ſigillis eorundẽ Pa
rium feudalium, quorum arma, nomi
na, & ſigilla in eadem Curia ſunt co-
6 gnita. Procuratio autẽ tranſacta corã
noto magiſtratu habente autenticũ ſi-
gillum, vbique eſt valida, & admitten
da in Curiis, præcipuè ſecularibus. Sic
quoq; validiſſima eſt procuratio, quæ
conſtituitur in Graphiaria ad ſigillum
cauſarũ apud acta, & coram magiſtra-
7 tibus. Verùm procuratio cõſtituta co-
rã ſolo notario, & teſtibus, egrè ad-
mittitur in Curiis ſecularibus, potiſſi-
mum quando is procurator in ea Cu-
ria non eſt perſpectè cognitus, & quã
do pars aduerſa eam procurationẽ nõ
admittit, ſed reiectat, & refellit. In ma
8 gno Concilio, ſiue in Parlamento Me
chilinienſi praxis habet, vt procuratio
nes validę cõſtituãtur ſub vno ſecreta
rio. Verùm quis huiuſmodi ſecretariis
eã authoritatẽ attribuerit, neſcio, quod
ipſi ex ſe nullã perſonã publicã conſti-
tuant. Si procurator quiſpiã literas ſuę
9 procurationis per teſtes verificare, ac
ratificare vellet, id quidem ipſi permit
teretur, dummodo prius iuramentũ
10 præſtitiſſet de calumnia. In Parlamẽto
Pariſienſi non admittuntur procura-
tiones conſtitutæ in Curia ſpirituali
inter duos ſeculares, & quæ ſunt de re
bus prophanis. Sed ibidem admittun
tur eæ procurationes ſi ſint de perſo-
nis eccleſiaſticis, in beneficialibus, aut
in aliis rebus eccleſiaſticis. Sic quoq;
11 in eodẽ Parlamẽto admittuntur pro-
curatiões datę & cõſtitutę, ab Abbate
& conuen-

conuentu. Atque ad hunc conuentum dicunt ad minus debere eſſe quatuor religioſos, qui diuinas laudes quotidie
13 in choro decantent. Procuratio à minorenni, hoc eſt, ab eo qui nõdum annum. 25. exceſsit, conſtituta, citra authoritatem ſui curatoris (ſi quem habeat) nuſquam Curiarum admittitur l. minor. in prid. ff. de procuratorib. l. Exigendi, in medio legis. C. eo. l. 1. & 2. C. Qui legiti. perſo. hab. ſtan. in iudicio vel non. Sic nec illius qui nullum curatorem habet, niſi is minorennis ad ſanctum euangelium ſacrè iuraſſet ſeſe habere, & perpetuò habiturum firmum, & ratum, quicquid is procurator in eo procurationis negotio pro ſeſe acturus eſſet d. l. Minor.
13 & ibi Barto. aliique ſcribentes. Quando autem contingit vt procurationẽ conſtituens moriatur antequam concludatur in iudicio, ipſa quoque ipſius conſtituta procuratio ſimul commoritur, in quoquo etiam ſtatu ex res conſtitutæ ſint. Et hæres ſucceſſor qui tunc arramenta aſſumpturus eſt, debebit nouam conſtituere procurationẽ, ad progreſſum litis interruptæ, & à mortuo relictæ, idque intra annum et diem, alioqui omne negotium caderet interruptum, & extra iudicium. Sed ſi contingeret ipſum conſtituentem mori poſt concluſionem in iudi-
14 cio, non eſt neceſſe procurationem renouare, quia tunc reſtat expectanda ſententia. Si Procurator quiſpiam acceptaſſet procurationẽ, & ex ſuo proprio nomine promiſiſſet exoluere iudicanda, is quoque eo nomine poſt litiſconteſtationem poſſet proceſſum proſequi, & producere, & inſtruere vſque ad definitiuam, non obſtante, quod Dominus, cui ſeruiuit, obierit.

CAPVT XCI.

De Procuratione reuocanda.

Summæ.

1 *Procuratio reuocatur ante litiſconteſtationem.*

2 *Procurationem reuocant* { *Contumeliæ.* / *Morbus procuratoris.* / *Amicitia procuratoris alterius.* / *Negligentia prioris procuratoris.* / *Nimia iuuentus.* / *Si ipſe Dominus litem proſequi velit.* / *Conſenſus procuratoris.* }

3 *Reuocatio procuratoris ad quem vel ad quos peruenire dicatur.*

1 ANte litiſconteſtationem vnicuiq; fas eſt reuocare procurationẽ datã, ſicuti ipſi placet, abſq; cauſa ad hoc denominanda. l. Ante litem. ff. de procuratorib. huic ſeruiunt notata in. c. In cauſis, in gloſ. in verb. Cum res non eſſet integra. extra, de elec. Verùm id poſt litem conteſtatam ipſi minimè eſt lici-

eſt licitum. l. Mutari, & ibi Bart. ff. de procu. niſi certè cum cognitione cauſæ, & ex ratione notabili id ſuadente, ante litem, & l. Mutari prææallegatis. Huiuſmodi autem rationes, quę pro-
2 curationis reuocationem poſt litiſcōteſtationem magnopere ſuadent, ſunt contumeliæ, morbi procuratoris, ob quos is procurator cauſæ aſſumptæ non ſatis diligenter inuigilare poteſt. Aut ſi ſumma, cum alio procuratore aſſumendo, interceſſerit amicitiæ coniunctio, cui magis tunc fideret. Aut ſi res per priorem illum procuratorem non ſatis diligenter, ſed negligenter productæ fuerint. Item procuratio à procuratore conſtituto reuocari poteſt ob ipſius procuratoris iuuentutem. Item, quando Dominus litis ipſemet ſuum proceſſum proſequi velit. Aut quando ipſe procurator, in eā reuocationem conſentit, aut ſi non cōtradicat. Nam quoties Dominus litis ſiue ante, ſiue poſt litiſconteſtationem in præſentia ſui procuratoris cauſam ſuam proſequitur, & defendit, actaque confici iubet ſub ſuo nomine, tum apparet quod tacitè, & facto ipſo procurationē procuratori datā reuocet, et remittatur potiſsimū, ſi nullā proteſtationē faciat in cōtrariū, & cōtra Domini ſui facta. Reuocatio autē
3 procuratoris debet peruenire ad aduerſarium, vel ad iudicem, quod ſi non fiat, valet nihilominus quod poſtea fit cum eo. Sec⁹ ſi perueniat. c. Ex inſinuatione, & c. in noſtra pręſentia, extra de procuratorib. & c. Ex parte de reſcript. Et hoc poſt litem conteſtatā. Nam ſi ante, non eſt neceſſe quod perueniat ad aduerſariū vel iudicem, dū tamen proueniat ad ipſum procuratorem. Vide Specula. cui non ex æquo omnia hæc placent.

CAPVT XCII.

De Falſo Procuratore.

Summæ.

1 *Procurator ſine ſufficienti procuratione, pro falſo procuratore habendus eſt.*
2 *Dominus procuratoris facta approbare poteſt vſque ad concluſionem in iudicium.*
3 *Domini ratificatio poſt ſententiam eſt inualida.*
4 *Ratificatio poſt factum eſt ſera.*
5 *Si Iudex declaret procurationem eſſe inſufficientem, ratificatio eſt inualida.*
6 *Procurator ſine procuratione cauere debet de rato, & ſoluendo iudicatis.*
7 *Procuratorem oportet de cauſis eſſe probè inſtructum.*

1 DIximus procuratorē, qui in iudicio occupare volet, ſufficiēti ꝓcuratione debere eſſe inſtructum. Nam quiſquis procurator ſeſe in iudicium præſentare velit, & pro alio occupare ſine debita & ſufficienti procuratione, & authoritate, is non eſt admittendus, ſed pro falſo procuratore habendus, eoque facto ſeipſum exponit iudicato ſoluēdi periculo c. Ex inſumatione c. In noſtra, extra de procurato. niſi certè Dominus ſuus, cui ſer-

tuit, ipſius facta, & facienda approbaret, & ratificaret. c. Ratihabitionem, de reg.iur.lib.6. Dominus autem pro
2 curatoris talis facta ratificare, & approbare poterit, vſque ad concluſione in iudicium, ſicuti nunc vſitatur, & hactenus vſitatum fuit in magno Con-
3 cilio Mechilinienſi. Verùm poſt ſententiam latam eam approbationem Dominus non poteſt efficere, niſi in proprium damnũ id facere, ſibiq; ipſi ita præiudicare vellet. Omnis enim
4 ratificatio quæ poſt factum euenit, ea ſera eſt, & inutilis. Attamen iuxta ſtylum quarundam Curiarum talis ratificatio etiam poſt ſententiam admittitur, ex quadam æquitate, cui ſeruire videtur. Verùm ſi Iudex ipſe declara-
5 ret aliquam procurationem eſſe inualidam & inſufficientem, tunc Dominus non poſſet contra decretum Iudicis ratificare aut approbare, quicquid procurator ſub titulo & vi illius inualidæ procurationis tẽtaſſet, & egiſſet.
6 Quando procurator pro actore occupare vult, eoque tempore nondũ procuratione ſuam expeditam, aut paratam habeat, is de rato cauere poteſt. l. 1. C. de procuratorib. atque tunc etiã promittere ſe ſoluturum iudicandis,
7 & rem eam aſſumere pro ſua. Nullus procurator debet aſſumere procurationem ad alterius cauſam defendendam, niſi prius inſtruct⁹ fuerit de cauſa aſſumpta, vel per memorialia, vel per inſtructionem verbalem, aut ſcripto exceptam, ita vt ſi interrogaretur in iudicio, facile ad rem, & ad cauſam aſſumptam appoſitè, & ex tempore ſine receſſu reſpondere poſſet. Nam ſi interrogatus de rebus præcipuis ad cauſam pertinentibus, pertinenter reſpondere neſciret, is tunc condemnandus eſſet in expenſis, idque de iure.

CAPVT XCIII.

De exhibendis Procuratoriis.

Summæ.

Procuratoria exhibentur
1 *Olim in magno concilio poſt litiſconteſtationem.*
2 *Pòſt in magno concilio ſtatim in principio proceſſus.*
3 *Hodie in magno cõcilio, quando concludendũ eſt in cauſa.*
4 *In Flandria, quando Iudex, aut partes requirunt.*
5 *In Parlamento Pariſienſi ſtatim graphiario.*

1 POſt tempora Caroli Ducis Burgũdionis parum diligẽter fuit obſeruata ipſius conſtitutio, qua cõſtituit, vt procuratores in magno ipſius tunc inſtituto Mechiliniæ Concilio ſtatim poſt litiſconteſtationem deberent exhibere autenticam copiam ſui procuratorij, ſub chirographo ipſius graphiarij, & poſtea vbi res concluſa eſſet in iudicio, originale, atque adeo principale procuratorium exhibere debebant. Poſtea verò anno 1513. in
2 Nouembri inſtitutum fuit in magno Concilio Mechilinienſi, quod nullus pro-

procurator ibidem in iudiciis pro aliquo occupare poterit, niſi prius ac ſtatim commonſtret, & exhibeat ſuam procurationem. Et tunc parti ſtatim mandatur, vt à graphiario autenticam copiā ex ea excipiat, ſub pœna.20.ſol. ſcilicet toties quoties contigerit, vt ea copia in iudicio exhibeatur, quoties pars aduerſa permiſerit ſe reiici per exclusionem, aut per defectum omniū productionum. Hæc enim ni fierent, ſententia inualido innitteretur fundamento, ob id quod condemnatus tunc facilè poſſet ipſius procuratoriū
3 negare. Hoc autē noſtro tempore in magno prædicto Concilio vſurpatur vt principale procuratorium, aut ſaltem ex eo autenticam copiam exhibeant, quādo concludunt in indicio.
4 Sed in Curiis Flandriæ nuſquam exhibentur procuratoria, niſi aut Iudex aut partes ea videre vellent, ſed ſufficit ipſas procurationes eſſe inſcriptas, & conſignatas ad Acta.in rotula, aut
5 in regiſtro graphiario. Sic quoque ex inſtitutione Regis Franciæ Ludouici. 12.anno 1499. procuratores in Parlamento exhibere debent ſua procuratoria in Graphiaria, vbi ipſe graphiarius, eadem regiſtrare debet, ſiquidem procuratores ſuas eaſdem procurationes ab ipſo recipere vellent. Quod ſi tale procuratorium omnino recipere nollent, ſed illic potius relinquere, ſeruabitur quidem tunc apud Graphiarium, vt expediatur ad cauſas vbi, & quando requiretur, & vbi opus eſſet.

CAPVT XCIIII.

De iis qui procuratores eſſe non poſſunt.

Summæ.

1 *Procuratores eſſe nō poſſunt* — *Amentes, pupilli, &c.*
2 *Exules, excommunicati, crimino ſi.*
3 *Monachi, Epiſcopi, Sacerdotes, &c.*
4 *Medici, Baccalaurei.*
5 *Equites aurati, &c.*
6 *Vxores, ſine authoritate mariti, aut Iudicis.*
7 *Mulier procuratrix eſſe poteſt.* — *In Cauſis propriis, pro marito, filiis, &c.*
8 *In rem ſuam.*
9 *In tutela ſuarum prolium.*
10 *Pro liberatione prolium, parentum, &c.*

1 SVnt varię perſonæ, quæ procuratores eſſe non poſſunt, quales ſunt pupilli.l.Prima in fine.ff.de poſtulan. Amentes l.2. ff. de procurat. & d.l.1.in fine.ff. de poſtulan. muti, & ſurdi. l. mutus & ſurdus. ff. de procuratorib. furioſi.l.2.ff.de procuratorib. & d.l.1. in fi.ff.de poſtulan. Quoſq; aut ætas, aut naturæ vitiū, ab eo officio arcet. Item. Excōmunicati.c. poſt ceſsionē & ibi Bald.extra de probat.c.Prudentiam.§.Sexta, extra, de offic. delega. & c. Intelleximus. extra de iudic.
2 extra de probat. Exules ſiue banniti:

vt vocāt)l. Seruū quoq;.ff.de procurato. videte Speculatoré. Pręterea infames.c.Infamis.3.q.7.&c.Quia Epiſcopus.5.q.3. Et quiuis alij crimināſi, cū ipſorum ſimilibus.l.Reum.C. de procuratorib.&l.Qui iudicio publico.ff. de accuſat. Item monachi, Canonici,
3 aut regulares, non poſſunt in iudiciis vllis procurare, aut occupare ſine conſenſu, & authoritate ſuorum ſuperiorum, niſi fortaſsis pro perſonis miſerabilibus.c.3.extra, ne cleri. vel mona. et c.2.extra, de poſtulan. & c. Non dicatis.12.q.1. Specula. lib. primò part. 4. titu. de aduocato. numero. 2. Sic nec Epiſc. nec ſacerdotes ſeculares, nec vlli clerici in ſacris conſtituti occupare poſſunt in vllis curiis ſecularibus, niſi etiam pro perſonis miſerabilibus, aut pro ſua eccleſia, aut pro ſuis beneficiis.l.Placet. C.de epiſc. & cleri. & c.Sacerdotibus, extra ne cleri. vel monachi. ſecularib. negociis ſe immiſceant. Medici ſeu parabolani quoq; &
4 Baccalaurei in iudiciis occupare non poſſunt d.l. Placet. C. de epiſ. & cleri. Equites præterea aurati ſecundum iu
5 ra non poſſunt eſſe procuratores propter ſui ſtatus & dignitatem, & nobilitatem, niſi id faceret in rem ſuā, aut niſi cum ipſis fuiſſet lis.l. Si militem. C.de cōd.ob cau. dato.l.militē. C. de procura.& l.neque ff.eo. titu. conteſtata l.fili' fami.§.veterani.ff.de pro-
6 curatorib. Mulieres etiam coniugatæ in iudiciis nec ſtare, neque occuparē poſſunt, ſine authoritate mariti. Quod ſi maritus diu abeſſet ipſe iudex, vxori occupandi authoritatem largiri poſ-
7 ſet. Sed mulierib' permittitur vt ſint procuratrices, ſiue cauſidicæ in cauſis propriis, & pro perſonis miſerabilibus, pro ſuis maritis captiuis, pro ſuis ſenibus, & debilibus parentibus, pro ſuis prolibus, & pauperibus amiculis, potiſsimum, quando alij procuratores haberi non poſſunt. l. Quia abſente te. C.de procurato.l. Neque fœmina.ff.eodem titu. Item mulieres occupare poſſunt in iudiciis, & eſſe pro
8 curatrices in cauſis propriis, aut in rē ſuam, hoc eſt, quando ipſis tranſporta ta, & ceſſa eſt aliqua bonorū actio proſequenda, ad ſuum ipſarum profectū d.l. Quia abſente te. C.de procurato.
9 Mulieres item occupare in iudiciis poſſunt, quando tutelam ſuarum prolium aſſumpſerunt.c. Ex parte minus extra de appel. & l.Fina. & Auten. i-
10 bi poſita. C.quādo mul.tute. off.fun. poteſt. Item, quando agitur pro libertate ſui filij, ſui patris, mariti, fratris, aut alteri' propinqui, aut cōſanguinei l.Tertia.ff. de liberali cauſſa. Itē quando ſuus filius cōdemnatus eſt per ſententiā. Tunc enim ab ea ſententia appellare, & eam appellationē proſequi poteſt.l.Prima.§.finali. ff. de appella. recip. vel non.

CAPVT XCV.

De ſe præſentando per alium ſine procuratorio.

Summæ.

Sine

1 *Conſanguinei, & affines* } *cauentes de rato.*
2 *Conſortes eiuſdem litis*
3 *Sine procuratorio ſe pro aliis præſentare poſſunt* — *Aduocati, & procuratores* } *ſed tunc* { *cauentes de rato.*
4 *Sollicitatores cauſæ alienæ* } *ſolentes iudicata.*
5 *Tutores, Curatores, &c.* } *ſine* { *cautione de rato.*
6 *Factores mercatorum, &c.* } *obligatione ſoluendi iudicata.*

1 SVnt quædam perſonæ quæ in iudiciis occupare poſſunt, non quidem pro ſe, ſed pro aliis, quales ſunt parentes, pater, mater, frater, amici, propinqui, conſanguinei, cognati, patrueles, conſobrini, affines, liberti, cum ſimilibus, qui ſeſe præſentare poſſunt, & in iudiciis occupare ꝑ ſuis liberis, fratribus, cõſanguineis, propinquis, & coaffinibus, quando pro ipſis agere, petere, aut defendere volunt, idque ſine vllo procuratorio, ſed cauentes de rato. Bald. in l. Exigendi, in fine, & ibi Barto. in prima colum. ver. An coniuncta C. de procurat. Ioan. de Pra. in l. minor. xxv. annis, eo. titu. Doct. & Bart. in l. Tutores qui poſt, in principio, & ibi gloſ. in ver. Inferre. ff. de adminiſt. tutor. & in l. Sed & hæ. vbi Bartol. in principio. ff. de procura. Barto. in l. Si actor, in fine, & ibidẽ Pe. de ſu. C. de appellat. Idẽ quoque efficere licet eiuſ-
2 dem litis conſortibus. Bart. in d. l. exigendi, nu. 12. C. de procuratorib. Ve-
3 rùm id nullis aduocatis, nullis cauſidicis, aut procuratoribus, nulliſque patronis aliis permiſſum eſt, nempe vt ſe in iudiciis pro aliis ſiſtant, & occupent ſine debito procuratorio. Attamen ſi id tentare vellent, ij tunc non tantum cauere deberent de rato, verùmetiam deberent ſe obligare ad ſoluendum
4 iudicanda. Quod idem quoque præſtandũ erit omnibus ſollicitatoribus, & curatoribus cauſarum alienarum. Verùm Tutores, Curatores, prouiſo-
5 res, fabricæ magiſtri, hoſpitalium, menſæque ſancti ſpiritus rectores ſeu gubernatores, caſtellani, domorum cuſtodes, prætores, executores teſtamentarij, & ſimiles in iudiciis ex cauſſa ſuorũ officiorũ occupare, & ſeſe præſentare poſſunt, ſine vllo procuratorio ad hoc impetrãdo, & ſine cautione de rato, & ſine obligatione ad ſoluendum
6 iudicanda. Item pro ſuis Dominis occupare poſſunt ſine procuratorio, ſine cautione de rato, & ſine obligatione ſoluẽdi iudicãda, oẽs famuli, factores mercatorũ, curatores vel magiſtri nauiũ, gubernatores, naucleri, & ſimiles, quos iura inſtitores vel exercitatores appellitant.

CAPVT XCVI.

De Aduocatis.

Summæ.

1 *Aduocati in iure vocantur poſtulantes.*
2 *Aduocati nouelli, dicuntur aduocati auſcultantes.*
3 *Aduocatorum praxis non ſtudio, ſed experientia paratur.*

M 3 Aduoca-

4 *Aduocatus ſine gradu in Parlamento aduocare non poteſt.*

5 *Aduocati practici ſine gradu in Concilio prouinciali Flandriæ aduocare poſſunt.*

Aduocati eſſe non poßunt
6 *Mulieres,pueri ,excommunicati, &c.*
7 *Procuratores , nec contra.*
8 *Epiſcopi,in nullis curiis, & cauſis.*
9 *Sacerdotes,niſi in Curia ſpirituali.*
10 *Clerici , in ſacris conſtituti.*
11 *Monachi,canonici,niſi cum conſenſu prælati.*

Aduocatis obſeruanda ſunt nouem
12 *Vt partium cauſas perfectè cognoſcant.*
13 *Vt in officio gratioſè ſe gerant.*
14 *Vt ſtatuta mercede contenti ſint.*
15 *Ne cum partibus paciſcantur.*
16 *Vt ſint in dicendo,& ſcribendo pauciloqui.*
17 *Vt ſint in omnibus veridici.*
18 *Ne falſa pro veris protrudant.*
19 *Hoc fit* { *ſi dicat Principi non licere ea iura condere.* / *ſi dicat homines taliũ legũ cõditores eſſe iniuſtos.* / *ſi ſpernit pœnas in iure ſtatutas.* }
20 *Ne alia proponat,quàm quæ materiæ ſeruiunt.*
21 *Ne ſua concluſione iudici præiudicet.*

22 *In malos aduocatos breuis expoſtulatio.*

1 ADuocati in iure vocantur poſtulá
tes. Nam poſtulare in iure eſt ali-
cuius ius,& legitimam cauſam expreſ
ſis demonſtrationibus oſtẽdere,firmis
rationibus,authoritatibus cõprobare,
& ſtatutis legib' in iudicio corã iudice
tueri,& defendere,quod omniũ aduo
catorũ debet eſſe ꝓpriũ.l.1.§.Poſtula-
re.ff.de poſtulãdo. Et aduocare & po
ſtulare,& aduocati & poſtulãtes in iu
re dicuntur eſſe paria.d.l.1.§.Poſtula-
re.Huic accedit canõ. Infames,verſic.
eſt aũt poſtulare.3.q.7.Prædictis Gre
gorij noni cõſtitutionẽ ſubiũgens, in
canone.Cum ſacerdotis,extra,de po-
ſtulãdo. Horũ etiã memini in meo pa
trocinio Pupillorũ. Titu.de tuto. &
curato.munere.Cap.2.folio.4.nu.21.
in Poſtrema æditione. Et in meo En-
chiridio pariũ,ſimiliũ aut æquiparato
rum,ſub verbo. Aduocare & ſub ver
2 bo.Poſtulare, Sũt nihilominus quidã
aduocati, nomine verius quã officio,
quos paſsim in Flãdria,in Cõcilio Gã
dẽſi,& in Parlamẽto cõſpicim', quoſ
ꝗue aduocatos auſcultãtes vocamus,
nẽpe qui nullas partiũ cauſſas defen-
dunt,neutri partiũ ſeruiũt,nihil in iu-
diciis orãt,nihilq́; loquũtur, nilq́; ſcri
ptis corroborant,ob id q, ad hoc mu-
nus ob ætatẽ nondũ ſint aſſumpti.Nã
quãuis ſæpenumero tales iuuenes ſint
Docti,& iuriſprudẽtia plurimũ vale-
ant,ſtylũ tamẽ fori,experientiã,& pra
xim nondũ ſunt conſecuti , ac proce-
dendi modũ non ſatis tenẽt,quẽ quo-
tidiana obſeruatione & vſu,paulatim
tandẽ aſſequũtur.Praxis enim nõ ſtu-
dio,ſed exercitio , eoq́; proprio para-
3 tur,ſicuti etiã praxim, & habitũ in o-
mnib' opificiis ꝑ propria exercitia cõ-
parari videmus,& ab exercitio naſci-
tur experientia rerũ omniũ (vt dici ſo
let)magiſtra, ſicut habet eleganter te-
xtus in c.Quã ſit,in principio,de elec,
lib. 6. quod experiẽtia eſt efficax rerũ
omnium

omniū magiſtra. & ibi vide bonā gloſ ſam. Nullus autē practicus, quātumuis peritus, & exercitatus in prædicto
4 Parlamēto aduocare poteſt, niſi is fuerit aut Doctor, aut licētiatus iuris, vel ciuilis, vel canonici, de quo vide infra. cap. 129. Verū in Cōcilio Flādrenſi i-
5 ſtos titulos nō tā rigoroſè morantur, vtpote in quib9 etiā alij viri docti practici conſuetudinarij, & lōga peritia, & praxi in iure exercitatiſsimi admittuntur, etiā ſi nullo promotionis gradu inſigniti fuerint, dūmodo iuris notitia, & praxi alioqui cōmendati fuerint. Sicut ſupra diximus multos eſſe
6 quibus procuratores eſſe nō licet, ita quoq; multi ſunt, quos aduocare non licet, quales ſunt. Mulieres. l. Prima. §. Sexū. ff. de Poſtulā. Pueri. d. l. 1. §. Initium. ff. de poſtulā. mancipia, vel ſerui. Specu. lib. 1. de Actore. §. 1. numero. 17. Muti. & Surdi. l. Prima. §. Propter caſum, ſurdū. ff. de poſtulā. iamiā bis allegata. Cęci. d. l. Prima. §. Caſum dū cæcū. ff. de poſtulā. Excōmunicati vel Pagani, Hæretici, Schiſmatici, apoſtatæ, Iudęi, Sarraceni, vel alius infidelis. Aduocati enim debent eſſe chriſtiani & ſacroſanctis catholicę religionis imbuti myſteriis. Sacroſancta & catholica l. finali, & ibi Barto. C. de poſtulan. Cardi. in Cle. Sæpe. in fi. principij de verbo. ſignifica. c. Primo. 4. q. 1. c. Vergētis & c. Excommunicamus, extra de hæretic. & D. Iaſon May. in Rubrica. ff. de iuſtic. & iure, in. 1. col. inquantū dicit. Quod Iudęus nō poteſt eſſe aduocatus. Infames, iam ſæpe allegata. l. Prima. §. hoc ædicto. ff. de Poſtulan. & ibi quaſi per totū, & ſimi-
7 les. Nullus item procurator, aduocat9 eſſe poteſt, ſicut nec cōtra. Quia nemo poteſt ſimul eſſe & aduocatus & procurator. Sed vterq; debet eſſe contentus ſuo officio, quod vtroque munere nemo ſimul perfungi, nec vtrumq; ſimul exercere poſsit, iuxta cōſtitutiones Caroli Ducis Burgūdiæ, quæ diligentiſsimè obſeruantur in Parlamēto Mechiliniēſi ab ipſo inſtituto, anno
8 1473. vti ſupra diximus. cap. 5. Epiſc. itē corā, nullo iudice poſtulare debent qualiſcunq; etiā is ſit, ſiue eccleſiaſtic9, ſiue ſecularis. c. Te quidē 2. q. 1. c. quia epiſc. 3. q. 3. & c. prælatū. 88. diſtinct. Sacerdotibus quoq; nō licet poſtula-
9 re, neq; in Curiis ſecularibus, neq; in curiis eccleſiaſticis, niſi (vt dictū eſt ſupra de ꝓcuratorib9) in cauſa ꝓpria, aut pro ſua eccleſia, aut pro amicis, aut ꝓ perſonis miſerabilibus, aut pro aliis rebus admodū neceſſariis. Vide latius ꝑ Specula. titu. de aduocato. lib. primo,
10 particula. 4. Clerici itē in ſacris conſtituti nō poſſunt aduocare corā iudice ſeculari, niſi etiam pro cauſis propriis, pro ſuis eccleſiis, pro pſonis miſerabilibus. c. Primo, in principio, extra, de poſtulā. Sed in curia ſpirituali poſtulare poſſunt pro reb9 & perſonis quibuſlibet. Monachi tamē, canonici, &
11 regulares poſtulare nō poſſunt, nec in curiis ſpiritualibus, ſiue foro eccleſiaſtico, niſi in cauſis q̄ ſpectāt ad cōmodū ſiue vtilitatē ſuorū Monaſteriorū, & cū authoritate ſui plati. c. monachi
12 eſt. 16. q. 1. & l. Repetita C. de epiſco. & cler. Sed hic aduocatorū officia, & ornamēta pcipua q̄ bonos aduocatos plurimū cōmendāt, queq; neceſſario ipſi obſeruare debēt, ſi dignè ſuo munere defungi velint, explicare oportet, quæ nouenario numero hic complexi ſumus. Primum eſt, vt partium cauſas exactè cognoſcere curent, ſcilicet, vt cuius cauſa ipſis videbitur potior, & in iure, & ratione iuſtior, eam amplectantur, & tuendam

ſuſcipiant. Cuius verò cauſa ipſis videbitur iniquior, & à iure, ac ratione remotior, illam quoque deſerát, & nullo modo contra iurium ęquitaté protegendam ſuſcipiant. Imò tunc huic parti diligenter perſuadeant, ne litem incœptent, & vt inceptam deſerant potius, quam cõtra iura dimicare pergant. l. Aduocati. C. de Aduoca. diuerſo. iudiciorum.
13 Secũdum, vt gratioſè ſe gerant in verbis, & ſermonibus, ne falſa pro veris allegent, ſed vt tum verbis, tum ſcriptis ſint veraciſsimi.
14 Tertium, vt in ſtipendio, aut mercede recipienda ſint æqui, honeſti, ſic vt conſtitutam mercedem non excedant, neq; improba petacitate partes vrgeát, aut ſollicitent ad indebitã laboris mercedem.
15 Quartum ne ante inſtitutioné litis vllã conuentionem cum partibus ineant, aut paciſcantur cum illis, de vlla bonorum participatione ex eo proceſſu conſequenda. l. Si qui aduocatorum. C. de poſtulan. Hæc quatuor aduocatorum inſignia longè ornatiſsima, omnibus aduocatis & procuratoribus ex animo præcor, quæ ipſas ſic cohoneſtabunt, & nobilitabunt, non minus apud Deum quàm apud homines, vt nulla res eos in tali officio præclarius decere poſſet.
16 Aduocatus præterea qui aut cauſam in iudiciis verbo agit, aut qui libellum conſcribit, tria obſeruare debet. Primò, vt ſit pauciloquus. Nam ob multiloquium aduocatus quiſque diffamatur, & reiectari poteſt. Et certè præſtat pauca bene & pertinenter dicere, quàm multa indebitè coaceruare, & impertinentibus logis aſtantium aures offendere. l. Tãta. §. Contrarium. verſ. Deinde. C. de veter. iure enucleando, & c. Cũ ſit ars, extra de æta. & quali. & ordi. proficiend. Specu. lib. 4. de libello concept. §. 15. nu. 16. folio. 28. qui horum ibidẽ in parte meminit.
17 Secundò, vt ſit veriloquus, ex ore enim aduocati nihil meritò prodire debet, quàm quod verum, quodque in iure fundatum eſſe probatur. Et ſi ſua allegata & cauſas in iure ſcripto fundare velit, ſat illi fuerit, ſi citet legem aliquã pertinéter ſuo propoſito ſeruientem. Si autem propoſito ſuo, ſuæque cauſæ nullã certam & pertinenter ſeruienté legé habeat, tunc allegare poterit gloſſam ordinariam, aut Doctoré aliqué in iure probatum, & receptum. Aut ſeipſum iuuare poterit textibus, gloſsis, ac doctoribus iurium canonicorũ, aut per authoritates ſacræ ſcripturę, ad maioré corroborationé eorundé iurium canonicorum.
18 Tertiò ipſi in hoc diligentiſſimè obſeruãdum erit, ne falſas allegationes doloſè pro veris protrudat, neue vlla falſa iura fraudulenter commiſcatur. Nã quiſquis hæc patrauerit, is ſicuti falſarius acerrime puniendus erit.
19 In tribus auté modis aduocatus deprehenditur in citandis iurib' commiſiſſe dolum & fraudé. Primò. Quãdo dicit Imperatori aut Principi ea iura non licuiſſe aut potuiſſe cõdere, Atque eo caſu puniendus eſſet de crimine leſæ maieſtatis. Secundò, quãdo dicit homines eſſe iniquos, & iniuſtos, atque eo caſu puniretur vt ſacrilegus. Tertiò, quãdo per propriã atq; innatã ſimplicitaté, & ignorantiã vilipédit, cõtẽnit, & nõ obſeruat pœnas ab iiſdem iuribus cõſtitutas. Nã eo caſu puniend' eſſet extraordinariè. Quartò, ne alia
20 proponat, quã quæ propoſito & materiæ ſeruiunt, ſic vt ſi ipſius propoſita poſtea à iudice, vel ab aduerſario examinarentur aut probarétur, ea à ſubiecta materia cõperirentur iuxta ipſi' ſententiã, nec eſſe abſurda, nec aliena,

ſed

ſed in ea potius pertinenter fundata. Poſtremò, & quintò aduocatus dili-
21 genter obſeruare debet ne Concluſionem ſuam tam præcisè ſtatuat, vt iudici non liceat hanc excedere, aut aliter quàm iuxta ipſius concluſionem decernere, aut iudicare, ſiquidem tamen ratio ipſum ad hoc faciẽdum admonuerit. Sed (quod dolen-
22 dum eſt) videmus hæc ornamenta tam appetibilia in multis locis tam raro appeti, vt potius neglectui habeantur, dum & aduocati & procuratores paſsim quaſcunque cauſas etiam iniquiſsimas quoquo modo defendunt, & partes inter ſe longis proceſsibus committunt, & falſa pro veris defendunt, & longis procraſtinationibus cuncta producunt, in mercede digna difficiles, & cum partibus in paciſcendo lucri cauſa admodum faciles, qui digni ſunt in quos magiſtratus ſeuerisſimè animaduertat, ne quid addam amplius, quia hũc patentiſsimum de veritate dicenda campum altius ingredi non libet.

CAPVT XCVII.

De portãte ac exhibẽte literas obligatorias.

Summæ.

1 *Portator literarum nulla procuratione indiget.*
2 *Portatorem literarum nullus niſi principalis aut fiſcus accuſare poteſt.*
3 *Portator literarum totius cauſæ Dominus eſt.*
4 *Portator literas exhibitas apud clericum ſuum deponet.*
5 *Portatoris literæ manent firmæ principali mortuo.*

1 NVlla procuratio eſt neceſſaria illi, qui ſchedulam obligatoriam adfert, quę expreſsè hunc articulum continet (vel, iſtarum literarũ portatori) niſi fortaſsis ſuſpitio eſſet, ipſum allatorem eas literas non iuſtè impetraſſe. Quo caſu ipſi probandum eſſet quomodo eas literas habuiſſet ac impetraſſet, aut ſimul cum ijs procurationem
2 oſtendere deberet. De hac iniuſta impetratione nemo allatorem coarguere debet, niſi ſolus fiſcus, aut earũdem literarũ proprietarius, aut ipſius procurator, vel cauſidicus, aut ipſius cauſam aut actionem habens. Nam iſtud ad debitorem minimè competere po-
3 teſt. Huiuſmodi autem literarum portator (qui eas literas apud ſeſe habet) is totius rei & cauſæ Dominus eſt, & cum ijs literis efficere quæcunque volet, poterit: adeò vt ipſe principalis ea nec reuocare, nec vllo modo contrauenire poterit. Et quicquid per allatorẽ inceptum erit, idipſum per eundem fi-
4 niendum & abſoluendum erit. Quidam iudices in principio proceſſus mandant huiuſmodi literarum allatoribus, vt eas ſtatim deponant in manus graphiarij, aut ſui clerici, ne eædẽ literæ in alterius manus deueniant, qui eaſdem denuò adferre poſsit. Abſurdũ enim eſſet, ſi in iudicio vnarum earundemque literarum bini ſeſe alla-
5 tores profiterentur. Et quamuis contingeret principalem mori, nõ tamen literarum prædictarum vis cum ipſo commoritur, ſed manet integra, & efficax, ita vt earum allator in iudicio

ſit acceptabilis,ad agẽdum contra obligatum vi ſuę allationis,nempe quod talium literarum ſit allator, ideoque ipſum obligatus reiectare non poteſt, ſed ſoli principalis hæredes, & fiſcus. Qui ſi commonſtrare vellent ipſum (vt dixi)nõ iuſto titulo has impetraſſe literas, hi ſoli in iudicio audiendi eſſent.

CAPVT XCVIII.

De ſeſe adiungendo & immiſcendo proceſſui.

Summæ.

1 *Proceſſui ſe immiſcere poteſt,qui intereſſe patitur.*
2 *Adiunctus pro ſe admittit,quæ pars,cui adhæret præmiſit.*
3 *Adiunctus ſuam partem in omnibus coadiuuat.*
4 *Adiunctus proceſſum producit,quando partem de colluſione ſuſpectum habet.*
5 *Adiuncti nomen in proceſsibus non exprimitur.*
6 *Adiunctus cum ſua parte aut lucri,aut damni particeps erit.*
7 *Poſt ſententiam ſera erit adiunctio, niſi &c.*
8 *Poſt ſecundam ſententiam ignarus tertiæ appellationi ſe immiſcere poterit.*
9 *Fiſcus ex officio ſe alterutri partium adiungit,quando,& vbi volet.*

IN Principio libri diximus in omni
iudicio requiri tres perſonas,ſcilicet
actorem,reum,& iudicem. Sed contingit vt alterutri priorum ſeſe adiungat & altera perſona, non quidem alia iuxta cauſam,ſed tantum ſecũdum
1 numerum. Quiſquis igitur damnum
aliquod,aut intereſſe ex cauſa proceſſus pretendere volet, is cum alterutra partium in iudicio ſeſe coniũgere poterit,ad damnum ſuum, & intereſſe recuperandum,aut repellendum,qualiſcunque is proceſſus etiam fuerit, in qua materia,ſub quo iudice, & etiam
2 poſt ſentẽtiam latam. Quod ſi ſe parti
coniũxerit ſiue ante,ſiue poſt litiſconteſtationem,is impendit omnia, & rata habet,& pro ſe dicta factaq; putat, quæ pars,cui adhæret, reſpondit & egit,abſque eo quod ad principalẽ cauſam nullã defenſionẽ paret, ſed quod
3 tãtũ teſtimonia producat. Iuuat quoque partem ſuſtinere ſuã æquitatem, idq; ad maiorem confirmationem ſui dãni aut intereſſe,aut reiiciẽdi,ſiquod metueret,aut recuperandi,ſi quod paſ-
4 ſus fuiſſet. Aut ipſemet cauſam producit veluti cõiunctus,potiſſimũ quãdo ipſa eadẽ pars eſt ſuſpecta,aut quando obſeruat quaſdã colluſiões, aut etiam quando partẽ eandem nõ ſatis debitè & dignè cauſam producere cõſpicit.
5 Sed quamuis adiũctus ita tunc proceſ-
ſum producit & peragit, in nullis tamen locis,aut actibus,de eo adiuncto mentionẽ facturus erit, ſed ne in principali quidẽ ſententia,quia hic principalis non eſt. Deinde ipſa ſentẽtia debet eſſe conformis cũ libello,& cũ nominibus partium,in principio proceſ-
ſus

ſus præmiſſarum, vt habet text. in. c. Licet Heli. de ſimonia.l. Vt fundus ff. communi diuidun.l. Si præſes, cũ ibi notatis. ff. de pœnis.l. finali. C. de fidei commiſſa. liberta. quibus text. probatur. Quod ſententia debet eſſe conformis libello. Vide Socinum in tractatu ſuo fallentiarum, in regula. 357. incip.
6 Sententia, folio. 161. Nihilomin⁹ quãuis ipſius adhęrentis nomen in ſententia non exprimatur, eadem tamen ſententia per conſequentiã ipſi adhærenti aut profuerit, aut ipſi pręiudicio, vel
7 damno erit. Si autem is tandem venerit, ſeſe adiuncturus poſt ſententiam latam, quæ tranſiuit in rem iudicatam is ſerò venerit, dũ prius de eo proceſſu intentato conſcius fuerit. Verùm ſi de eo non prænouiſſet, is tunc à ſẽtẽtia
8 appellare poterit. Sed ſi ſententia illa à parte ſuſpenſa fuerit per appellationem, tunc tempori venit vt ſeſe adiungat, etiam ſi duæ ſententiæ ſucceſsiue fuiſſent prolatæ, dũmodo nec de proceſſu, nec de ſẽtẽtijs prius quicquam prænouiſſet. Procurator generalis nũc
9 vni, nunc alteri partium ſeſe adiungit, propter emendam & intereſſe iuſtitię in quocunque ſtatu etiam cauſæ fuerint. Aliquando autem ſic ſe adiungit, & cauſam aſſumit, quãdo materia ad hoc ipſi videtur diſpoſita, aliquando verò ſe adiungit, quando ipſi hoc ad efficiendum ab Aula commiſſum, & mandatum fuerit.

CAPVT XCIX.

De Satiſdatione, aut Cautione facienda.

Summæ.

1 *Actor conſtituet cautionem* { *Fideiuſſoriam de lite proſequenda, ſi poteſt.*
&
2 *Iuratoriam de lite proſequenda, ſi alteram non poteſt.* }

ſic

3 *Reus cautionem conſtituet* { *Fideiuſſoriam de lite perſequenda, ſi poteſt.*
&
4 *Iuratoriam, de lite perſequenda, ſi alteram non poteſt.* }

5 *Actoris cautio conſtituenda deſiit, quia nunc proceditur per ipſius defectum.*
6 *Actor extraneus, ſine agris & domicilijs, cautionem conſtituere debet.*
7 *Reus extraneus, & arreſtatus tenetur ad cautionem, niſi agros ibidem habeat.*
8 *Partes quæ fideiuſſoriam cautionem præſtare non poſſunt, cum iuratoria ſatisfaciunt.*
9 *Mercatores de quibus nulla eſt ſuſpitio fugæ, à cautione ſunt liberi.*
10 *Quando ante litiſconteſtationem definitiua obtineri poteſt, cautio non eſt neceſſaria.*
11 *Cautio ante litiſconteſtationem facienda, niſi &c.*
12 *In Curiis feudalibus, nihil ante cautionem agere licet.*

13 OLim Iuris, & receptæ conſuetudinis fuit, vt actor qui agere, et proceſſum inſtituere vellet, primo cautionem fideiuſſoriam conſtitueret, quod litem incipiendam producturus eſſet ad finem. Autẽtica. Generaliter. C. de epiſcop. & cleri. & in Autentico. vnd. d. autentica deſumpta eſt, de litigioſis §. Ad

§. Ad excludendas colla. 8. conſtitu. 7. Ita tenet D. And. Alcia. in ſuo cōpendio iudiciarij proceſſus, titulo de ſatiſdatiōe, ſub ver. Satiſdatio actoris conſiſtit in multis, in initio. nu. 1. Et ſi poſtea cōpertum eſſet ipſum malè eum inſtituiſſe proceſſum, & iniquam fouiſſe cauſam, debebat reo cedere decimam aut minimam partem cauſæ litigioſæ. D. Andre. Alciat. Loco iàiam
2 citato. nu. 2. Verùm ſi actor iuramento comprobaſſet ſe prędictam cautionem fideiuſſoriam inuenire aut conſtituere non poſſe, tunc ſufficiebat, ſi per cautionem iuratoriam affirmaret ſe iuſtam ſuam cauſam ad finem vſq; producturum, idque etiam placet D. Andre. Alciat. loco ſupra allegato. nu.
3 3. Similiter reus poſt acceptum libellum debebat conſtituere cautionem fideiuſſoriam de continuãdo ſuam defenſionem vſque ad finem. §. Sed hodie, inſtitu. de ſatiſdationib. huic ſubſcribit etiam D. And. Alcia. libro & loco præallegatis, ſub ver. Satiſdatio rei circa quam multa conſiderantur, in e-
4 xordio. nu. 1. Sed ſi fortaſsis hic habuiſſet agros, aut fundos, aut poſſediſſet immobilia ſub iuriſdictione eiuſdem Iudicis. l. Sciendum in principio. ff. Qui ſatiſda. cogantur, hoc modo ſuſtinet D. And. Alciat. paſſu immediatè allegato. nu. 2. Aut ſi iuramento aſſeueraſſet ſe nō poſſe præſtare cautionem fideiuſſoriam, his duobus caſibus ſufficiebat ſola cōſtitutio cautionis iuratoriæ. l. 1. §. Super peculio. ver. omnes, & verſ. ſin verò. C. de aſſertione tollenda. Veruntamen ſi reus de fuga fuiſſet ſuſpectus, debebat tria præſtare, ſcilicet, aut omnimodam & ſufficientem dare cautionem, aut tradere pignora, aut permittere ſequæſtrationem bonorum, de quibus lis intenta-
5 ta fuit. Sed de hac cautione præſtanda potiſsimum de cautione actoris deſijt illa cōſuetudo. Quia ſi actor litem intermittat, & non producat vlterius, proceditur contra ipſum, per defectũ, & contumaciam, ſicuti ſupra abundè ſatis commonſtrauimus. Attamen ſi
6 actor eſſet extraneus aut peregrinus, aut vagis inerrans ſedibus, nullum certum habens domicilium, nullumque fundum proprium in eadem iudicis iuriſdictione poſsidens, tunc reus citatus petere ab eo poterit ſufficientem cautionem fideiuſſoriam, qua ſe ſubmittet, & ſtatuet iudicio, deinde vt in eadem iuriſdictiōe eligat certum quaſi habitationis domicilium. Quæ omnia tunc iudex ipſi denegare non poterit, ſed potius conſentire debebit, niſi ibidem condignos agros, aut fundos poſsideat, quos tunc pro cautione op-
7 pignorare poterit. Sic etiam reus extraneus, & arreſtatus, cogi poterit ad ſufficientem cautionē fideiuſſoriam, & ad domicilium eligendum in loco, vbi aut citatus, aut arreſtatus fuerit, niſi & hic quoque in eodem loco ſuffi-
8 cientes agros, aut fundos habeat. Sed quoties alteruter iurat ſeſe cautionē fideiuſſoriam præſtare non poſſe, tunc ab ea liberatur per cautionem iuratoriam, quæ tunc ſufficiens habetur, ne ſcilicet ob defectum vllius cautionis conſtituendæ, à ſuo iure indignè reiectetur, aut repellatur. d. l. Prima. §. Super peculio. verſ. omnes, & verſ. Sin verò. C. de aſſertione tollēda, cautio enim iuratoria ſuccedit loco fideiuſſorię cautionis. Bald. in Autentica. Generaliter, nu. 4. C. de epiſto. & cle-
9 ri. A ſimili quoque, ſi mercator extraneus, qui in eadem iuriſdictione, aut etiam in regione eadem ſuas merces, eaſque plurimas, & bonorum mobilium

lium ingentem copiam, & debitores
multos, per quæ apparenter conſtat, et
colligitur ipſum non libenter eaſdem
merces, bona mobilia, aut debitores
ſuos deſerturum, tunc eo caſu non tenetur cautionem cõſtituere de ſe iudicio ſiſtendo, neque de iudicato ſoluendo. Ita tenet D. Ioan. Baptiſta Caccialupus in ſuo vtili tractatu, de debitore ſuſpecto & fugitiuo, ſub primo quęſito, numero. 10. poſt alios Scribentes, quem per ocium videte, ibi enim tractat. Mercator quis de iudicio ſiſti &
10 ſatiſdare teneatur, & quis non. Item in quibuſdam cauſis, in quibus procedi, aut definitiua obtineri poteſt, ſine vlla litiſconteſtatiõe, in ijs quoq; neutra partium compelli debet ad cautio
11 nem præſtandam. Quia omnis iſthæc cautio aut ſatiſdatio debet ſecundum praxim peti, & conſtitui ante omnem litiſconteſtationem, quæ ſi non fuerit neceſſaria, neque etiam ipſa cautio aut ſatiſdatio quoq; neceſſaria fuerit. Sed iſtud intelligendum erit, ſi qui incola fuit, iam non ſit factus extraneus, & vagabũdus poſtea euaſerit, in eo enim caſu, etiam poſt litiſconteſtationẽ cautio ſiue ſatiſdatio peti poterit, ſatiſdari enim poteſt in quacunque parte iudicij, teſte D. Iohanne Berthachino in ſuo ſingulariſsimo tractatu Gabellarum, Tributorum atque Vectigalium in tertio membro octauæ partis prin
12 cipalis, folio. 72. numero. 38. In Curijs autem feudalibus praxi & iure conſuetudinario receptum eſt, vt nulli loqui liceat, aut agendo, aut defendẽdo, niſi prius cautionem debitã conſtituiſſet, ad arbitrium, & voluntatem Domini, & pro iudicato parium ſoluendo, proque ſoluendis mulctis, & expenſis iuridicis, niſi is haberet aut feuda, aut alia ſufficiẽtia bona eidem Curiæ feudali ſubiecta.

CAPVT C.

De Actoris petitione.


Summæ.

1 *Petitiones in iudicijs fiunt* { *Verbis, ſic dicuntur petitiones.* / *aut* / *Scriptis, ſic dicuntur libellus.* }
2 *In iudiciis practicis, ferè cauſæ verbis aguntur.*
3 *In iudiciis ordinariis & proceſſibus, requiruntur libelli.*
4 *Libellus tradendus eſt reo cum actoris ſumptibus.*
5 *In Parlamento procuratores reo exponunt libelli contenta.*

1 Actorum petitiones in iudicijs duobus modis peraguntur, ſcilicet; Aut oratione verbali, quæ verè petitio dicitur. Aut ſcripto exhibentur,
2 quod tunc libellus appellatur. In iudicijs practicis ferè lites inſtituunt, & producũt ore, aut verbis, priuſquã ſcripta attẽtent, vt Iudex clarius, & cõmodius intelligat, & aſſequatur, quomodo partibus diſtinctius ordinabit, & ſtatuet

ſtatuet ſuas productiones faciendas, aut (quod ſæpe contingit) controuerſias ſuper certo pede, & actione ter-
3 minandas. Secundum iura in omnibus proceſsibus ordinarijs requiritur libellus, hoc eſt, petitio debet exhiberi ſcripto. Sed in proceſsibus ſummarijs ſufficit ſola petitio verbalis, niſi iudex
4 aliter ordinaret. Libelli autem omnes, aut ipſorum copiæ traduntur reo cum ipſius actoris ſumptibus, & citra vllam rei requiſitionē, vt reus habeat ſuper quo ſibi conſulere poſſet, an cedere, vel contendere velit. Autentica, Offeratur. C. de litis conteſta. & in Autentico. de exhibend. & introdu. reis. §. Sancimus. colla. v. conſtitut. VI. Vnde d. Autentica deſumpta eſt, quæ Autentica. Canoniſata etiam eſt in c. Induciæ. §. Offeratur. 3. q. 3. In
5 Concilio magno Mechilinienſi vſurpant, vt procuratores Reo tradāt ſuos defectus, & ſimul ipſi exponant quid in libello exhibito contineatur.

CAPVT


IVDEX

CAPVT CI.

De Petitione formanda.

Summæ.

1 *Omnis petitio debet formari breuis, & clara.*

2 *Petitio clara continet quinque* { *Quis* / *Quid* / *Pro quo* / *Quomodo* / *A quo* } *Petat.*

3 *Petitio omnis* { *Alternatiua* / *Generalis* / *Conditionalis* } *eſt inualida, quia obſcura.*

4 *Quicunque plus petierit* { *Tempore, duplo ſoluendi tempore & expenſis damnatur.*
5 *Loco* / *Cauſa* / *Re* } *reiicitur, & in expenſis damnatur.*

6 *Petitiones aliæ ſunt* { *Trimembres .ſ. libellatæ.*
7 *Bimembres .ſ. ſummariæ*
8 *Vnimembres .ſ. ſine forma iudicij* } *verbales.*

MVltum refert quomodo, quibuſ-
que verbis, & formis actoris pe-
titio ſit verbis enarrata, aut libellata, et
1 exhibita. Debet enim omnis petitio
exhiberi breuis, clara, & dilucida, dein
de ex præmiſsis pertinens erit colligen
da concluſio, vt reus ex iis ſtatim, &
perſpicuè intelligere poſsit, quid a-
ctor velit, & prætendat, vt hoc cogni-
to videat quid ad petita reſpondere
debeat, aut an à proceſſu inchoando
abſtinere conueniat. Autentica Offe-
ratur. C. de litis conſta. quæ Autenti-
ca (vti prædixi) canoniſata eſt, in c. In-
2 duciæ. §. Offeratur. 3. q. 3. Claræ au-
tem petitiones habētur illæ, quę quin
que punctis aut articulis conſtant .ſ.
quæ continet perſonā petentem, quid
petat, pro quo petat, quomodo petat,
3 & à quo petat. Nullæ petitiones al-
ternatiuæ, nullæ generales, neq; etiam
vllæ conditionales, ſunt validę, q; om
nes huiuſmodi magnā obſcuritatē pa
riāt. Videte multas allegationes per d.
Franciſcū Curtiū in ſuo Tractatu Po
ſitionū & interrogationum, & in Tra
ctatu de iuramento calumniæ nume-
ro .22. incip. Octauū breuiloquiū eſt.
4 Quiſquis plura tempore petit, hoc eſt,
qui petit ante tempus lapſum, hic du-
plicatione temporis ſoluendi punitur
ſic, vt ſolutionis tēpus conſtitutū fuiſ
ſet paſchę, & ante paſcha ſolutionem
iuridicè peteret, ipſe eo caſu à ſolutio-
ne recipienda reiicitur, & ſolutio fa-
cienda duplo tempore protrahitur, et
in ſequentis anni paſcha extēſa conſti
tuitur, & præter hoc omnibus expen
ſis

ſis ſoluendis condemnatur. §. Si quis agens,cum §.ſeq.inſtitu.de actionib.
5 Si quis autem plura petat aliis tribus modis,ſcilicet vel loco, vel cauſa, vel re,is declaratur nō admiſsibilis,ſed & reiicitur,& expenſas exoluit. Intelligitur autem aliquis petere plura loco, quādo petit ſolutionem ſibi dari alio loco,quàm debito,& ad ſolutionē faciendam conſtituto, veluti cum quis id quod certo loco ſibi dari ſtipulatus eſt,alio loco petit, ſine commemoratione illius loci,in quo ſibi dari ſtipulatus eſt,verbi gratia,ſi is qui ita ſtipulatus fuerit.Epheſi dare ſpondes? Romæ purè intendat dari ſibi oportere, &c.Sic plura cauſa petit,quando ſolutionem exigit ob aliam cauſam,quàm ſchedula obligatoria loquitur. Re verò plura quis petit, quando maiorem ſummam,quàm ipſi debitam, exigit, veluti ſi quis pro.10. aureis,qui ei de-
6 bebantur.20.petierit. Petitiones autem libellatę,hoc eſt,ſcripto exhibitę, plærunque ſunt trimēbres, continent enim ferè,Maiorem,Minorē, & Concluſionem.Narratio particulariū debiti habetur pro maiori, Cauſa autē ex qua debitum oritur, cum eo medio quod ad concluſionem perducit, habetur pro minori. Pro concluſione verò habetur ipſa ſumma,& intentio ipſius petitoris,et ideo Ioan. de Lig. dicit.Quod petitio ſiue libellus ſit iuriſ-
7 conſultorum ſyllogiſmus. In petitionibus autem verbalibus,quando proceditur ſummariè, ſufficiunt duo mēbra,ſcilicet,Narratio,& Concluſio.
8 In petitionibus verò verbalibus,quando proceditur ſine vlla figura proceſſus,ſufficit vnicū membrum, ſcilicet, clara narratio. Sicuti reperitur in iudicio Salomonis, in quo Salomon ſententiam tulit ex ſolis mulierum narrationibus, quarum vna dixit, filius tuus mortuus eſt, & filius meus viuit,&c. 3. Reg. 3. & c. Afferte mihi gladium. extra. de Præſumptionib. Quia ex iſtarum mulierculatum enarratione Salomon conſtitutus Iudex,facilè intellexit quid partes petebant. In petitione quoq; verbali non ſeruatur formalis ordo, qualis requiritur in exhibendo libello.

CAPVT CII.

De Concluſione facienda.

Summæ.

1 *Actoris eſt* { *Iudici exhibere ſuam concluſionem.*
2 *Concludere pertinenter ex præmiſsis.* }
3 *Actor qui impertinenter concludit, impertinentem ſententiam expectet.*
4 *Reo non eſt neceſſaria concluſio,ſecundum iura.*
5 *Qui pro poſſeſſione agit*
6 *In materia criminali nemo* } *ſecundum iura concluſione non indiget.*
7 *Qui libellum præſentat Principi*
8 *Concluſio formanda iuxta ſtylum vniuſcuiuſque Curiæ.*
9 *Concluſionis formale apud conſilium Fland.& in Parla.*

N 10 *Iudicij*

10 *Iudicij vis in Concluſione verſatur.*
11 *Concluſio præpoſtera non curanda modo pertinens & clara.*
12 *Concluſio ſecundum* { *Iura non poteſt* / *Praxim poteſt* } *præmiſſa præcedere.*
13 *Gerundia an in Concluſione ponenda.*

1 IN omni iudicio, actoris eſt ſuā for-
matam exhibere concluſionē, ſi ve-
lit iudicem pronunciare ex æquo ſen-
tentiam. Quia iudex ſuam ſentētiam
interponere non poteſt, niſi res ab a-
ctore prius per concluſionē petita fue
2 rit. Actoris quoque eſt diligenter ob-
ſeruare, vt concluſio debitè concludat
& pertinenter ex præmiſsis deduca-
tur, quia cōcluſio in ſe virtualiter præ-
miſſa continet, ſic vt quæ prius ample
& lōgis narrationibus præmiſſa ſunt,
ea contractius in concluſione tegan-
tur. Vnde & iure concluſio vocatur,
quod ſcilicet præmiſſa in ſe ſtrictè cō-
3 cludat. Quocirca ſi actor aliter narra-
ret in præmiſsis, & aliter & imperti-
nenter concluderet, iudex poſſet ſe re-
gulare, accommodare, & ſententiam
pronunciare ſecundum tenorem con-
cluſionis, & non iuxta tenorem præ-
4 miſſorum. Reo autē in ſua defenſiōe,
non eſt in iure vſque adeò neceſſaria
concluſionis obſeruatio, ſicut eſt acto
ris, quia Reo ſufficere debent actoris
præmiſſa, prænarrata, & petita facto-
rum, vt contra ea ſuas exceptiones for
mare, & allegare poſsit. Attamen pra-
xis habet, & mandat, vt & Reus ſuam
quoque concluſionem ex defenſionis
5 præmiſsis formet. Actor qui agit poſ-
ſeſſoriæ retinendæ, hoc eſt, ad retinen
dam ſuam poſſeſsionem, hic nullam
concluſionem ſecundum iura format,
idque in odium violenti perturbato-
6 ris vel inuaſoris. Sed vſus, & praxis,
habet contrarium. In materia quoque
criminali non eſt opus vlla concluſio-
ne, ſecundum iura. Sed praxis, & con
7 ſuetudo etiam eſt in contrarium. Item
quando actor petitionis libellū præ-
ſentat perſonæ Principis, tunc ſatis eſt
ipſi cauſam & facta narrare, & ſuper
iiſdem narratis prouiſionem quādam
implorare, ſine vlla particulari conclu
8 ſione ſuper iis formanda. Libelli, &
concluſiones formandæ ſunt ſecundū
varietatem regionum & conſuetudi-
nem loci, vbi quæſtio, & lis contro-
uertitur. Ideoque nō poteſt de his cer
ta præſcribi forma. Sed iuxta curiarū
diuerſitatem ſinguli ſuam peculiarem
conſuetudinem ſeruent & ſtylum.
Nos autem hanc rem, ne eam prorſus
neglexiſſe videamur paucis authorita
tibus explicatam dabimus. Nam de ea
primo videre licebit Speculato. lib. 4.
par. 4. titu. de libel. conceptio. §. Iam
nunc videndum, vbi aliquot conclu-
ſionis formandæ formulas præſcribit,
tametſi illæ in omnibus non conue-
niant. Et propterea actoris aduocatus
ſemper debet eſſe cautus, et prouidus,
vt ſecundum regionis morem, in qua
degit, libellos cōponat, teſte D. Andr.
Alcia. in ſua vtriuſque iuris praxi, De
cautelis circa libellum adhibendis, nu
9 mero. 1. In Concilio verò Flandriæ, &
etiā in ſupremo Cōcilio Mechiliniēſi
aduocati vtūtur modo & forma qua-
dam ſolenni, qua plærunq; ſolēniter
concludunt, hoc modo. Ad eū autem
finem actor concludit, vt per te exi-
mium, nobilem, potentem dominum
& iu-

& iudicem æquiſsimum &c. tandem dicatur, declaretur, & iudicetur hunc ſe actorem bona & iuſta cauſa conquę ſtum eſſe, bonaque et iuſta cauſa ſuam impetrationē nactum fuiſſe, quodq; mandata in ea contenta legitimè fieri curauerit. Et quod cōtra reus mala ex cauſa ſeſe contra actorem oppoſuerit, quodque ob id ab omnibus ſuis cauſis ac propoſitionib⁹ meritò decidere debeat, & vt veſtra domini Iudicis ſententia definitiua reum condemnet, actori prædictā ſummam ſoluere, aut iſtud aut illud facere &c. Quę quidem forma mirificè probanda, & imitāda

10 eſt. Tota enim vis iudicij ac cauſſæ cōſiſtit in eo, vt libelli benè & debitè cōficiantur, et vt concluſiones benè aptè & pertinenter formentur. Quocirca pauci aduocati reperiūtur, qui hîc non impingant, quique in his non aliquando fallantur, niſi admodum in his periti fuerint, & cauti. Quod ſi actor vel

11 per incuriam, vel per errorem, concluſionem ſuā inuertiſſet, ordineq; prępoſtero exhibuiſſet, ſcilicet, pręponendo poſtponendo & contrà, iudex ad eum errorem non acutè intenderet, neque eum magni æſtimaret, dummodo ipſa concluſio alioqui appoſitè, clarè, & pertinenter eſſet concepta. Veluti, ſi quis ſic diceret. Ego contēdo, ſuſtineo & requiro, vt Nicolaus Tiletanus cōpellatur mihi exoluere centum libras groſſorum monetæ Flandriæ, & vt in hoc condemnetur. Hæc concluſio eſt præpoſtera, et inuerſa, quia in ea petitur & exigitur executio ante condēnationem. Iudex tamen eam præpoſteritatem non obſeruare debet, ſed negligere, & ad illam non animaduertere, quandoquidem ipſa concluſio perti-

12 nens ſit, & euidens. De iure autē concluſio non poteſt præcedere præmiſſa, ſed contra, quia ex præmiſsis ſemper elicitur concluſio. In praxi verò iſtud non obſeruatur. Nam in ea concluſio antè aut pòſt ponitur, ſicuti aduocato

13 placet, & expedire videtur. Sunt nonnulli aduocati qui dicāt. Quod in concluſionibus, non ſit vtendum gerūdiis, veluti, ſi quis ſic diceret. Ego contendo ad reſtitutionem togæ meæ, quam ipſe reus latrocinando, & deprædando mihi eripuit &c. Nam gerundia (vt aiunt) nihil ponunt. Alij verò contrarium ſuſtinent, & dicunt rectius, quod gerūdia maximè ponant, quodque idem ſit dicere. Is latrocinando & deprædādo mihi meam eripuit togam, et is togam mihi eripuit latrociniter, & deprædatoriè, vel togam meam mihi deprædatus eſt. De gerundiis videre gloſſam & Doctores in Rubric. ff. & C. de ædendo, & de in ius vocando. Bald. in .l. Si ex cautione 5. q. C. de non numer. pecu. Iacob. Butrig. & Sali. in .l. Prima. C. de his qui latro. occulta. Speculat. de libell. concept. §. Iam nunc videndum. in exordio. & D. Iaſo. May in Rubri. de actionibus inſtitut. numero .27. cum ſeq. Sed de his omnium optimè iudicant Grammatici, & potiſsimum doctiſsimus Auguſt. Saturnius in ſuo Mercurio maiori.

CAPVT CIII.

De Prouiſione petenda.

Summæ.

1	*Vidua vſufructuaria*	*prouiſionem petere poteſt*	*alimentorum, & pecuniæ ad litem.*
2	*Filius hæreditarius*		*alimentorum, & pecuniæ ad litem.*
3	*Soror pauper, à fratre*		*alimentorum.*
4	*Teſtamentarius*		*pecuniæ ad lites proſequendas.*
5	*Vxor à marito exacta*		*alimentorum ſuper bona mariti.*
6	*Spoliatus à ſuis*		*vt reſtituatur.*
7	*In vendicatione arreſtorum*		*ad manus remotionem.*
8	*In vendicatione proprietatis*		*ad manendum in poſſeſſorio.*
9	*In attentatis actori licet*		*vt attentata reparentur.*
10	*In Complenta nouitatis*		*vt ante omnia fiat reſtabilitio.*
11	*In nantizato duplicato*		*vt ſibi adiudicetur recredentia.*
12	*In nantizato priuilegiato*		*vt a reo fiat conſignatio.*

13 *In omnibus prouiſionibus actoris, eſt procedere ſummariè*

IN multis cauſis ac litibus, actori lici-
1 tum eſt ſuam petitionem ſiue libellum formare in cauſa principali, & ſimul etiam petere prouiſionem, verbi gratia, vt exemplis commonſtremus. Si vidua in proceſſu petat ſuum vſufructum, ea ſimul quoque petere poteſt prouiſionem ſuorũ alimentorum, & etiam prouiſionem pecuniæ ad eandem litem proſequendam. Sic etiam.
2 Si filius petat hæreditatem, & ſucceſſionem ſui patris, is quoque ſimul petere poterit prouiſionem ſuorum alimentorum, dum is proceſſus durabit & præterea petere pecuniam ad hunc eundem ſuum proceſſum (qui eſt de hæreditate obtinenda) proſequẽdum
3 & continuandum. Soror item paupercula contendens cum fratre ſuo de hæreditatis diuiſiõe, aut de feudorum aſſecutiõe, poteſt petere prouiſionem alimentorum à fratre, ſiquidem ambo ab vno eodemque patre progeniti fuerint, nempe, vt is frater qui patris bona, & feuda ferè omnia ſolus obtinuerit, ſuę ſorori, quę nihil aut admodum parum hæreditatis paternæ conſecuta ſit, prouideat de honeſta alimentatione, qua honeſtè, & iuxta ſtatum paternæ originis viuat, dummodo ſine hac prouiſione, alioqui honeſtè viuere non poſſet. Atque ita dicendum eſt in ſimilibus caſibus. Sed hanc poſtremam clauſulam (dummodo &c.) non temerè addidi, quia nullæ perſonæ quibus aut vſusfructus, aut alimenta ex diſpoſitione iuris, ſtatuti, conſuetudinis, aut ex officio iudicis aliquo modo debentur, petere poſſunt prouiſionem prędictam, imò nihil ratione illorum ſtatutorum petere & exigere poſſunt, quoties ipſis aliundè ſatis prouiſum fuerit, ex quibus commodè, & honeſtè viuere poſſint. Verùm illi quibus alimenta debentur ratione cenſus, illi poſſunt prouiſionem

ab illo

ab illo cenſu petere & exigere, etiamſi alias eſſent ſatis diuites, ac opulenti.
4 Executores quoq; teſtamentorum, ſi teſtamenti cauſſa proceſſus aliquis inciderit. Hi poterunt etiã prouiſionem petere, ad eundem proceſſum proſequendũ. Vxores quoq; quę à ſuis ma-
5 ritis exactæ & profligatæ fuerint, & nondum per curiam ſpiritualem ſeu eccleſiaſticam diuortiatæ, aut ſeparatæ à ſuis maritis fuerint, iſtæ optimo iure et ratiõe naturali petere poterũt prouiſionem alimẽtorum ſuper bona ſuorum maritorum. Sed Baldus hac de re debita diſtinctione vtitur, in l. Quod in vxorem. C. de nego. geſt. ſcilicet, ſi maritus expuliſſet vxorem ex ædibus ſuis propter ſuã ipſius mariti culpam, tunc tenetur ipſam alimentare. Si verò propter culpam, & intollerabilia vxoris vitia expuliſſet, tunc nequaquã tenetur ad eiuſdem alimentationẽ ſecundum Iac. de Aret. & Cynum. Verùm ſi ob neutrius, neque mariti, neq; vxoris culpam exacta fuiſſet, ſed ob culpã alicuius tertij, ſcilicet, cauſa fratris, aut patris, vxoris, qui promiſit pro ea dotem, quam non ſoluit, atq; maritus ob hanc cauſam vxorem ablegat, & ad paternam, aut fratris domũ indignabũdè remittit, tunc maritus non tenetur eam alere ſiue alimentare, iuſtè enim talis marit⁹ vxorem propter hanc cauſam expellere cenſetur, vt innuit gloſ. in Auten. de non eligen. ſe-
6 cundo nubent. §. Pe. Qui vi ſpoliatus, aut amotus eſt à ſuo, is poteſt petere, vt ante omnia reſtituatur. Spoliatus enim ante omnia debet reſtitui, c. 2. & c. In literis, extra de reſtitu. ſpolia. & l. Si quis ad ſe fundum. C. Ad l. Iuli. de vi pub. & priua. Vide de hoc Socinũ, in regula CCCLXXIX. incip. Spoliatus, folio lib. meo CLXX. in ſuo tra-
7 ctatu fallentiarum. In materia rei vendicationis ſuper vtenſilibus arreſtatis, poteſt reus ante omnia petere manus remotionem ſiue leuationem, ſub cautione, hoc eſt, vt iudex manum arreſtantem ab arreſtatis remoueat, & vt Reus ſub cautione arreſtata leuare, &
8 ſibi arripere poſsit. In materia verò rei vendicationis proprietatis, aut rerum immobilium, is qui eſt in poſſeſsione, debet in eadem, durãte proceſſu, permanere, & cõtra talem poſſeſsionem non ſeruit prouiſio in contrarium.
9 In materia attentorum, actori licet petere & exigere, vt ante omnia attenta
10 ta reparentur. In materia nouitatis, in qua complainta non eſt confirmata neque præſtita, aut (vt Barbari) neque ſatis furnita, in ea poteſt actor petere, vt (antequam in principali procedatur) complainta firmetur, præſtetur, & furnetur, de reſtabliſamento & ſequę-
11 ſtro. In materia verò nouitatis, aut nantiſſamenti ſeu conſignationis, in qua interdictum conduplicatum eſt, vnuſquiſque tendit ad recredentiam cauſſæ contentioſæ, vt ea durãte, pro-
12 ceſſu vtatur. In materia priuilegiatorum nummorum, actor primo omnium petere poterit, vt à Reo fiat nantiſſamentum, ſeu conſignatio pecuniæ, & tunc ſuper illo petet ſibi ius
13 dici. Super iſtis ac alijs prouiſionibus, debet per actorem ius accipi ſummariè, priuſquam tendat ad principale, alioqui poſſet iudex illud tranſilire, & præterire, non dicendo aut faciendo ſuper illo ius aliquod.

CAPVT CIIII.

De fructibus, aut vſufructibus petendis. & de eorundem reſtitutione.

Summæ.

1 *Fructus generaliter qui dicantur.*

2 *Fructuum alij ſunt* { *Naturales, qui.*

3 *Induſtriales, qui.*

4 *Partim naturales, partim induſtriales.*

5 *Ciuiles, qui.* }

6 *Fructus naturales, & induſtriales alij ſunt.*
- *Percepti*
  - *A bonæ fidei poſſeſſore.* aut
  - *A malæ fidei poſſeſſore.* aut
  - *Extant vel in* { *Agro* vel *Horreo.* } aut
  - *Non extant, ſed conſumpti ſunt.*
- *Nonprecepti*
  - *Quod immaturi fuerint.* vel
  - *Quod maturi non ſunt auecti.* vel
  - *Quod per negligentiam perierint.* vel
  - *Quod auehi non potuerint.*

7 *Fructus percepti*

8 *Fructus percipiendi* } *qui dicantur.*

9 *Nullus poſſeſſor* { *Fructus naturales, vllo modo* ——— } *ſuos facere poteſt.*

10 *Fructus naturales* { *Pendentes*

11 *Remotos* { *Extantes* vel *Conſumptos* } *ſuos facere poteſt.*

12

13 *Poſſeſſor bonæ fidei* { *Cum titu. fructus naturales* —— } *ſuos facit.*

14 *Cum, & ſine titu. fructus induſt.*

15 *Ex voluntate domini poſsidens, fructus* }

16 *Si fiat poſtea malæ fidei, fructus tempore bonæ fidei perceptos, ſuos facit. (Et cōtra.*

17 *Poſſeſſor malæ fidei* { *Sine titulo* { *Extantes, & conſumptos*

18 *Item*

Quos percipere potuit } *reſtituere tenetur.*

19 *Cum titulo, excuſatur a reſtitutiōe fructuū percipiendorū propter titulū.*

Poſſeſ-

20 *Si emit ab eo, quem ſcit vendere in fraudem creditorum.*

21 *Poſſeſſor malæ fidei a fructuum percipiendorum reſti-*
22 *tutione non excuſatur propter titulum emptionis.*
- *Si emat ab eo, qui metu compulſus vendidit.*
- *Si ſciens emit contra interdicta legum.*

23 *Si emit a fiſco non vendente ſolemniter.*

24 *Vſusfructuarius moriens ante fructuum maturationem, eoſdem perdit.*
25 *Vſusfructuarius, & colonus fructus ante mortem perceptos, ſuos faciunt.*
26 *Prælatus eccleſiæ moriens, aut migrans fructus immaturos ſucceſſori relinquat.*

SEd quia præter expenſas (de quibus paulò ante diximus, & mox infra latiùs dicemus) plærumq; etiam fructus rei petitæ, imò & damnum et intereſſe eorundem non rarò petatur. Ideo de iſtis fructibus atque de ipſorum reſtitutiōe hic ſeorſum nūc quædam non inutilia præmittemus. Atq; primò de fructibus, & mox de ipſo
1 damno, & intereſſe. Fructus itaque de quibus hic loquimur, dicuntur, qui ſuperſunt deductis omnibus expenſis fructuum quęrendorum, colligendorum, & conſeruādorum gratia factis. Quæruntur autem fructus arando & ſeminando. Colliguntur metendo, ex agris euehendo. Conſeruantur verò in horrea vehendo, triturando, & debitè recondendo, idque tam à bonæ quàm à malæ fidei poſſeſſoribus, imò etiam à prædonibus, vt .l. Si à domino. §. fructus .ff. de petitio. hæred. & l. Prima. C. de fructib. & lit. expenſ. & l. Fructus ff. Solu. matri. Fructus autem hi omnes triplici ſpecie in iure diſtinguūtur. Sunt enim fructuum alij naturales, alij induſtriales, & alij ci
2 uiles. Fructus naturales ſunt, poma, pyra, nuces, pruna, ceraſa, ficus, dactyli, amigdala, orangiæ, cytrones, melones, pepones, cucurbitæ, & ſimiles. Dicti quidem naturales, quod ab ipſa natura, ſine mag[na] hominis induſtria ferè proueniant. Vel (vt alijs placet) quod ſola natura ſine hominis facto excreſcant, hos fructus nullus poſſeſſor quantumuis bonæ fidei, ſuos vnquā fecit. l. Sequitur. §. fructus .ff. de vſur. Sed & hi quoque bifariè cōſiderantur. Aut enim hi extant, aut nō extant. Si extant, tunc per rei vēdicationem iidem fructus petuntur, ſicut res ipſa aut fundus ipſe & nullus quantūuis bonæ fidei poſſeſſor eos ſuos facit, vt iā dictū eſt. Si non extant, tunc etiam non tenetur reddere eos fructus quod eos non habeat, nec dolo fecit, quo minus haberet, ſed condictione ſine cauſſa talium conſumptorum fructuum æſtimatio tantùm debetur .l.
3 Si & me. ff. Si cert. peta. Fructus induſtriales ſunt, in quibus plus operatur humana induſtria, quàm ipſa natura, quantūuis etiānū ipſa cooperetur. Vel (vt alij volunt.) Fructus induſtriales ſunt, q ſine hominis facto & induſtria nō poſſunt prouenire, neq; perpetuò aut diu excreſcere, vt vinū, oleū, ſeges, triticū, frumentū, mel, cera, auena, faba piſum, miliū, cucumer, & ſimiles fructus, gloſ. magna. in .l. Et ex diuerſo ff. de rei vend. gloſ. & doct. in l. Certum C. eo. tit. Quin et lac, pilus, lana et fœt[us] cōputantur inter fructus induſtriales, gloſ. vnica et ſola, et q̄ ſemp ad hoc allegatur, in verb. Et cura, in vulgato. §.

Si quis à non Domino. inſtitu.de rer. diuiſ.Barto.in.l. Et ex diuerſo.num. 2.ff.de rei vendic,vbi adiũgit oliuã,& D.Panor.in c. Grauis. extra. de reſtitut.ſpolia. Sunt autem & fructus de
4 quibus non poteſt dari certa doctrina,an ſint induſtriales,an naturales,veluti fructus nemorum, ligna, fœnũ et ſimiles.De fœno tamẽ,licet D.Angel. Areti.in.§.Is verò ad quem, nume. 2. inſtitu.de rer.diuiſi. per notabilem .l. Si vſufructuarius meſſem.ff. Quibus mod.vſufruct.amitta.ibi fœno ſciſſo. etc.putat quod fœnum computãdum ſit inter fructus induſtriales,q̃ probatur,primò ab authoritate,ſcilicet quia ibi ponitur inter omnes fructus induſtriales, ſecũdò,quia ſi fœnum computaretur inter fructus naturales & extantes,tunc bonæ fidei poſſeſſor nullo modo id fœnum efficeret ſuum,quod tamẽ in fœno contingit,quod tamen contingere nõ poſſet, ſi fructus eſſent naturales,& extarent,ſicuti idem Angel. dixit in d. §. Si quis à non domi
5 no.inſtitu.de rer.vendit. Fructus verò ciuiles ſunt, quos nõ natura nobis, ſed humana induſtria, labor, & diligens exercitium comparat , ſine vllo ferè naturę adminiculo,quales ſunt locationes ſeu penſiones domorum , equorum,vecturæ nauium , & reliqui fructus manuarij.Ita Barto. in d. l. Et ex diuerſo.num.1.ff.de rei vendic.textus in l. Si quis nauem.ff. eodem titu. Sed de his fructibus non erit nobis hic ſermo , quod hi in controuerſiam non cadant, ſed vnicuique poſſeſſori ſiue operario propriè debentur. Domino igitur alij fructus,ſcilicet naturales & induſtriales, & (ſub quibus etiam continentur omnia bonorum genera,quæ aliquo modo hominum vſui apta ſunt et commoda) de quibus non raro oriuntur controuerſiæ,altius conſiderandi ſunt.Hi enim aut perce-
6 pti ſunt,aut non percepti. Si percepti ſunt,percepti ſunt à bonæ fidei poſſeſſore,aut à malę fidei poſſeſſore. Item aut extant,ſcilicet,in agro, aut in horreo,aut conſumpti ſunt.Si non percepti ſunt,id accidit aut propter immaturitatem,aut non ſeparationem , aut quod perierint , aut quod auehi non
7 potuerint. Fructus igitur percepti dicuntur,qui aliquo modo à ſolo , aut fundo ſunt ſeparati,auecti,& in horreum reconditi.Item quos bonæ fidei poſſeſſor percipere potuit,non cõuentus ratione dominij , hoc eſt , ab alio quàm à domino.Nam ſi ab ipſo domino conueniretur , tunc fructus percepti dicerentur, quos actor aut petitor petere potuiſſet,non quos reus.l.Si nauis.§.Si generaliter. ff. de rei vendica. Atque hæc eſt deciſio Innocentij & Panormitani,in c.Grauis,extra de re-
8 ſtitu.ſpolia. Fructus autem percipiendi ſunt,quos bonę fidei poſſeſſor percipere debuit,aut qui nondum maturuerunt,aut ſi maturuerunt,adhuc tamen in agro hærent, & nondum ſunt recõditi.De quibus omnibus has con
9 cluſiones accipe. Prima. Fructus naturales nullus ſuos facere au lucrari poteſt,iuxta textum in l. Fructus .ff. de vſur. & fructib. Quæ concluſio verificatur,primò de poſſeſſoribus malæ fidei,qui nullo modo,nec vnquam fructus naturales ſuos facere poteſt.l. do mum.& l.Certum. C.de rei vendica. & ibi docto. & c. Grauis cum gloſſa. ſuper verbo. Fructus,ext.de reſtitut. ſpolia.Secundò,de poſſeſſore bonæ fidei, qui etiam fructus naturales ſuos non facit,iuxta gloſſam,in verbo. Fructus,& gloſ.in verbo cogitur reſtitu. in quotidiano.Si quis à non domino. inſtitu.

inſtitu.de rer.diuiſi.& text.in d.l.Fru
ctus.ff.de vſurpa. & fructib. gloſſ.in
verbo.Non habendam, quam appro-
10 bat Barto.in l.Et ex diuerſo. ff. de rei
vendica. Secunda cõcluſio, nullus poſ
ſeſſor fructus naturales pendẽtes,aut
adhuc in agro hærentes ſuos facere
poteſt, ſed per rei vendicationem eoſ
dem reſtituere tenetur.l. Fructus pen
dẽtes.ff.de rei vẽdica. Tales enim fru
ctus pendentes, fundoque adhærẽtes.
ſunt pars fundi. Ideoque ſi poſtea te-
nebitur ipſum fundum reſtituere per
rei vendicationem, etiam fructus ad-
hærentes(qui ſunt pars fundi) ſub v-
na eadẽq; rerum vẽdicatione propter
vnitatem, & coniunctionem reſtitue
re tenebitur.d.l. Fructus pendentes,
iuncta gloſſa in verbo . Pars fundi.l.
Iulianus.§.ſi fructib'. ff. de actionib.
empt. Vbi text. Si fructibus iam ma-
turis ager diſtractus aut venditus ſit,
etiam fructus (ſcilicet eiuſdem agri)
emptori cedere (niſi aliud conuenit)
exploratum eſt,&c.l.Si filius. §. Do-
minus . ff. de lega. 2. & l. Si ſer
uus communis. §.locaui, qui eſt. §.
ſollennis ſecundum Barto. ibi. ff. de
furt. Tertia concluſio,Nullus poſſeſ-
11 ſor fructus à fundo remotos, & ad-
huc extantes ſuos facere poteſt, ſed
eos reſtituere tenetur.Cynus,Bald.&
Salice.in l.Certum.C.de rei vendica.
& d.inſigni gloſſa,in verbo non habẽ
dam,in l.Et ex diuerſo.ff.de rei vendi
12 ca. Quarta concluſio,nullus poſſeſſor
fructus naturales conſumptos ſuos
facere poteſt, ſed eos quoque reſtitue
re tenetur, potiſsimum ſi ex iis locu-
pletior ſit effectus, non quidem eoſ-
dem qui aſſumpti ſunt, ſed alios, aut
precium, per condictionem ſine cauſ
ſa.l. Si & me,& Titium.ff.Si certum
peta.Intelligitur autem aliquis ex fru
ctibus locupletior factus, qui eorun-
dem pecuniam habet, aut qui eos in
vſum neceſſarium expendit,vnde di-
tatus eſt,iuxta text.in l. Pupillo, iun-
cta.l.In Pupillo.ff.de ſolut. & libera.
Vbi etiam dicitur aliquis locupletior
factus, hoc ipſo, quod non ſit per eos
factus pauperior. Quinta concluſio,
13 poſſeſſor tamen bonæ fidei cum titu-
lo fructus omnes naturales ſuos face-
re poteſt, & ratione tituli eos reſtitue
re non tenetur, iuxta text. in l. Bonæ
fidei poſſeſſor.ff.de acquir.rer. domi.
Quę quidem lex diligenter eſt notan-
da, propter Doctores ſuper ea variè
ſcribentes, quod contra eam nulla ſit
ſolutio admittenda contraria, propte
rea quod verba eius ſint aperta, & cla
14 riſsima. Sexta concluſio,Poſſeſſor bo-
næ fidei, ſiue cum titulo,ſiue ſine titu-
lo,ſcilicet,vel emptionis,vel donatio-
nis,vel hæreditatis, fructus induſtria-
les ſeparatos & perceptos ſibi lucra-
tur,ſuoſque facit,& ſibi vendicat,po-
tiſsimum vſque ad litiſconteſtationẽ,
tum ratione curæ, tum ſeminis iacti,
tum culturæ factæ cauſa . Ideoque
eos reſtituere non tenetur,iuxta gloſ.
in verb. Non habendam,in l.Et ex di
uerſo,quam Barto.ibi ſolennem aſſe-
rit. ita textus & gloſſa in verbo fru-
ctus,ibi ampliſsimè,in d.c.Grauis,ex
tra,de reſtitu.ſpoliato.Et l. Si vſufru-
ctuarius.ff. Quib.mod.vſufruc.amit-
ta,& l.4.§.poſt litem. ff. finiũ regũd.
Minus autem conſumptos reſtituere
tenetur, iuxta gloſſam in verbo. Fru-
ctus, in d.§ . Si quis à non Domino,
inſtitu.de rer. diuiſi. & gloſſa in.l. Itẽ
veniunt. §.Eos.ff.de petit.hæred.Por
rò ſi eos à fundo non abſtulerit, tunc
ipſius fundi eſſe cenſentur.l. Fructus,
de rei vẽdica.Et. §.ſi hæreditas,in ver-
bo,Si verò bonę fidei,inſtitu.de offic.

iudic. Sed huic opinioni refragatur Bartolus, qua dicit poſſeſſorem bonę fidei teneri ad reſtitutionem fructuũ induſtrialium, ex quibus factus eſt locupletior, ſed condictione ſine cauſa, per d.l.Si & mē,& Titium. Sed Bartolo aduerſatur Panor. in d.c. Grauis, & plures alij, qui aſſerunt fructus perceptos,non eſſe petitoris, ſed perceptoris,qui per conſumptionem eos ſuos fecit, & ſic potius debentur domino fundi ſiue poſſeſſori, quod patet ex eo, quod domino ſiue poſſeſſori adiudicantur per officium Iudicis. Quod autem per iudicis officium reſtituitur vel adiudicatur, id verè debitum dicitur, iuxta gloſſam & Bartol.in l. Cum poſtulaſſem. ff.de damno infer. & l. Item ſi verberatum. ff. de rei vendica. Dixi paulò antè, vſque ad litis conteſtationem, quia poſt litem cōteſtatam nullus poſſeſſor quātumuis bonæ fidei, vllos fructus perceptos, aut percipiendos ſuos facere poteſt d.l.Certũ.§.bonæ fidei. Quinimo ſi quiſpiam ante litiſconteſtationem fuerit bonæ fidei, is poſt litiſconteſtationem fit poſſeſſor malæ fidei, ſi à ſua defenſione decidat l. Prima. C. de peti.hæred.Et hic ſequenda eſt diſtinctio,quæ habetur in l. Et ex diuerſo,in principio, in gloſ. incip. Etiam perceptorum.ff.de rei vendica. Quocirca ſi poſt litiſconteſtationem adhuc in agro exiſtant, & nondum ſint ſeparati,licet eos ſuos fecerit,eoſdē tamen reſtituere tenetur iudicis officio, non rei vendica.quod tales ſint percipientis.§. Et ſi in rem,inſtitu. de offic. iudic.& l.Certũ.§.Bonæ fidei.C.de rei vendica. Si autem conſumpti fuerint non tenetur reſtituere.§,Et ſi hæredi
15 tas,in verbo,bonæ fidei,inſtitu.de offic.iudic. Vide Speculatorē. Septima cōcluſio. Poſſeſſor quoq; bonę fidei, aut qui ex domini volũtate poſſidet, ſi moriatur maturis fructibus,nondũ tamē collectis aut pceptis, ſed adhuc in agro relictis,eoſdē ſimiliter ſuos ſtatim facit, ſicuti ad ipſius mortui ſtatũ ilico ſuccedunt hæredes l. Apud antiquos. C.de furt. Et text.in d.l. Certum.C.de rei vendica.Ita Bald.in l.licet.C.de acqui.poſſeſ.Secus autē dicēdum eſt,de vſufructuario moriēte maturis fructibus, & in agro relictis, vti mox infra. Et ratio iſtius diuerſitatis eſt, quod vſusfructuari' tantũ habeat poſſeſſionem naturalem,quæ non ſatis eſt efficax vt efficiatur domin' fructuũ nō perceptorũ ante mortē,ſed opus eſt illi alio adminiculo. Poſſeſſor verò bonæ fidei habet poſſeſſionē ciuilem,qua ex volũtate domini poſſidet,& ideo eos, licet nondũ antè mor
16 tē perceptos,facit ſuos. Octaua cōcluſio,Poſſeſſor bonæ fidei,ſi poſt perceptos fructus fiat malę fidei, lucratur tamen, & ſuos facit illos fructus, quos tēpore bonę fidei percepit,& eos reſtituere non tenetur.Sic contra. Poſſeſſor malæ fidei,cui poſtea accreſcit bona fides fructus malæ fidei tempore perceptos reſtituere tenetur, iuxta gloſſ. in l. Qui ſcit. §. bonæ fidei, ff. de vſurp. & fructib. Sed hæc intellige de eo poſſeſſore, qui aliquanto tempore cum titulo poſſedit. Nam ſi perpetuò cum mala fide, & ſine titulo poſſediſſet, is tunc teneretur ad reſtitutionem. Sed hic opus eſt limitatioue, qua in iudicio vniuerſali poſſeſſor non facit fructus induſtriales ſuos l. non eſt ambiguum. C. famil. herciſcun & ibi Cy. gloſſa in l. Si & rem,& precium. ff. de peti.hæred. Et Barto.in d.l. Et ex diuerſo. & Bald. in l.2.C. de peti. hæred. Et Panor. in

Repeti.

17 Repeti.c. Cùm eſſes, extra de teſtamen. Nona concluſio. Poſſeſſor autem malæ fidei ſine titulo, fructus naturales lucrari non poteſt, ſed eos reſtituere tenetur, tam conſumptos, quàm extantes. Extantes enim reſtituere tenetur, rei vendicatione, iuxta l. Certùm. C. de rei vendica, non autem ea vendicatione, qua tenetur rem principalem, ſed alia, vt l. vnica. ff. de condic. ex lege. Conſumptos verò tenetur reſtituere condictione ſine cauſa, & officio iudicis poſt litiſconteſtationem gloſſa in l. Mala fide. C. de condict. ex lege, nam quia talium fructuum nunquam verum adeptus fuit dominium, & ob id eos dolo potius poſſedit, ideo eoſdem male poſſeſſos reſtituere tenetur per rei vendica. Et conſumptos (quod magis eſt) per condictionem furtiuam reſtituere tenetur, potiſsimum ſi eos fructus mala ex fide, & dolo, non autem ex neceſsitate, aut bona fide conſumpſiſſet, qua putaſſet eoſdem fuiſſe ſuos. Nam tunc tantum teneretur eos reſtituere condictione ſine cauſa. d. l. mala fide. C. de condict. ex lege, & ibi gloſſa. Bald. & Salicet. De percipiendis autem is poſſeſſor malæ fidei (quod verus poſſeſſor eos percipere potuiſſet) tenetur iudicis officio. l. Si nauis. ff. de rei vendica. & d. §. Et ſi hæredi-
18 tas, in verbo, Illorum autem, inſtitu. de offic. iudic. Decima concluſio, Si autem poſſeſſor malæ fidei, & ſine titulo, eos fructus percepiſſet, poterit tunc actor tendere, & concludere, vt is indignus poſſeſſor eos omnes fructus reddat, & reſtituat tam induſtriales, quàm naturales, tanque conſumptos, quàm extantes, imò etiam quos percipere potuit, & tamen per negligentiam non percepit. l. Fructus. ff. de rei vẽdica. l. Si nauis. §. Generaliter. ff. eod. titu. l. 1. Poſt litem. C. de petit. hæred. §. Et ſi hæreditas, in verbo illorum autem, inſtitu. de offic. iudic. Ad quod item facit l. Certùm. C. de rei vendica. Poſſeſſor enim malæ fidei tenetur omnes fructus reſtituere, quos mala fide ſua durante percepit, ſiquidem illi in rerum natura fuerint, per d. l. Certùm. Si autem cõſumpti fuerint, tenetur eorundem fructuum reſtituere precium, & æſtimationem. Ad commodiorem itaq; talium fructuum perceptorum reſtitutionem petendam, debet actor antè litiſconteſtationem de talium fructuum precio, & quantitate apertè docere, & ita certius petitiõem ſuam formet. Nam ſi actor fructus ablatos, & à reo perceptos ante litiſconteſtationem, aut antè proceſſus inchoationem à reo, petere negligeret, ipſe eoſdem tunc amitteret, & Iudex ex ſuo officio nullum ius irrequiſitus dicere, aut facere poſſet. Sed poſt litiſconteſtationem, & proceſſu durante, non eſt opus vllam petitionem facere de fructibus prouentis, perceptis, & extantibus, aut de prouenturis, & percipiendis, quod tunc Iudex tales fructus ſupplere, & de illis ex officio ſen tentiam pronunciare, eoſque parti triumphanti, iuſtioremque cauſam habenti adiudicare poterit. Attamen ſi poſt litiſconteſtationem actor omnino eos fructus repetere vellet, tunc ſufficit eoſdem fructus prouentos & proueniendos petere per generalem quandam petitionem omnium
19 fructuum. Vndecima concluſio, Poſſeſſor malę fidei cum aliquo titulo de fructib' cõſumptis tenetur reſtituere de cõdictione ſine cauſa. De extãtib' verò,

verò,rei vendicatione. A percipiendis
verò qui mala fide poſsidet,excuſatur
à reſtitutione eorundem fructuũ per-
cipiendorum, propter emptionis titu
lum,gloſſa in l. Et ex diuerſo.ff.de rei
vendica. & l.ſi fundum C. eodem ti-
tu.Item Ang.& Barto.in d.l.Et ex di
uerſo, & Bal.in l.Si pater. C. de vſu-
fruct.& Bald.in l. Certum. C.de rei.
vendica. Sed hæc excuſatio per titulũ
emptionis, non habet locum in qua-
20 tuor caſibus ſequentibus.Primò,quã-
do aliquis emit ab eo, quem ſcit ven-
dere in fraudem creditoris.l.Ait Præ-
tor.§.per hãc. ff. Qui in fraud.credit.
21 Secundò . Quando quis emit ab eo,
qui metu compulſus eſt.l.Sed & par-
22 tus.ff.de eo quod met. cauſ. Tertiò,
Quando aliquis ſciens emit cõtra in-
terdicta legum.l.Quemadmodum,in
fine. C.de agri,& cenſi.li.11.Ibi enim
malæ fidei,namque poſſeſſor eſſe dici-
tur, qui aliquid contra legum interdi
cta mercatur, concord.c.2.cum gloſſ.
§.ſuper verbo . Non poſt multum, in
fine, extra de his quæ fiũt à præla, ſi-
ne conſen. cap. vbi partim hæc verba
23 recitantur. Quartò, Si emit à fiſco nõ
ſolenniter vendente, vt habet expreſ-
ſa l. Prima.C.de fid.inſtr.& iure haſt.
fiſca.lib.10.Hos autem quatuor caſus,
recitat gloſ.in verbo.Cogitur reſtitue
re,in ſæpe allegato.notabili.§. Si quis
à non domino, inſtitu. de rer. diuiſi.
Eidem caſus etiam notantur,in l. Sed
& partus,cum gloſ. in verbo . Potui.
ff.de eo quod met. cauſ.& in l.Si fun
dum,iuncta gloſſa, in verbo, percepiſ
ſe.C. de rei vendic.quæ quidem gloſ-
ſa,dictis quatuor caſibus addit & hũc
quintum modũ aut cauſum , ſcilicet,
Quando aliquis ſtudio,& data opera
24 fructus maturos corrumpi patitur.
Duodecima cõcluſio, Vſufructuarius
moriens fructibus maturis , nondum
tamen collectis,ſed adhuc in agro aut
fundo relictis & extantibus,ad colle-
ctionem tamen aptis & paratis , eos
ſuos facere non poteſt , vt ſuccedãt ad
ſuos hæredes, iuxta aureum textum,
in.§.Is verò ad quem,inſtitu.de 22.di
uiſio.& tex.in l. Si vſufructuari⁹ meſ
ſem. ff. Quemadmod. vſufr. amittit.
Et text.in l.Si fur.ff.de vſufr.lega.cau
ſam habes paulò antè . Dixi (aptis,&
ad collationẽ paratis) quia ſi eos tunc
vſufructuarius non auexiſſet,eoſdem
perderet.Secus ſi fructus per pluuiam
bellum,aut per aliud obſtaculum col-
ligere non potuiſſet . Hos enim licet
morte præuentus,vt ad hærdees ſucce
derent,ſuos facere potuit.Bald.in d.l.
Si vſufructuarius meſſem. ff. Quem-
admodum vſufruc.amitta. & Floria-
nus in l.Si fur.ff.de vſufruct. Decima
tertia concluſio , vſufructuarius & co
25 lonus fructus à fundo ſeparatos, &
auectos licet in horreum nondum re
conditos,pari ratiõe ſuos faciũt, text.
gloſ.& Barto. in l. Si apes . §. primo.
ff. de furt. &. §. Is verò apud quẽ , in
fine ibi.Eadem ferè.inſtitu.de rer.di-
uiſi . Intelligitur autem iſtud de quo-
uis colono,ſcilicet,longi temporis, nẽ
pe qui nouẽ annos coluit.Item de co-
lono parui tẽporis,et de colono partia
rio.De colono longi temporis,vide.l.
2.& ibi gloſ.ff. ſi ager vectig. vel em-
phiteo,peta.& gloſ.in l.3. §. Ex con-
trario.ff.de acquir.poſſeſ. Adeo enim
hi fructus ſeparati ad colonum perti-
nent , vt ſi quiſpiam eoſdem fructus
præriperet aut auferret,ipſi colono cõ
peteret in iſtum actio condictionis
furtiuæ d.l. Si apes. De colono breui-
uſculi tẽporis datur.l.1. §. Si quis ſer-
uum.ff.depoſit.& Barto.in d.l. Si ſer
uus communis. §.Si locaui.ff.de furt.
De co-

De colono partiario, id eſt, qui cum Domino fructus annuè partitur, datur l. Merces. §.1.ff.loca, & Bart. in d. l. Si apes. ff. de furt. & l. Si paſcenda pecora. C. de pact. Decima quarta cõcluſio, Prælatus eccleſiæ ſi moriatur,
26 aut decedat, a ut alio tranſmigret fructibus immaturis, eos ſuos facere nõ poteſt, ſed eoſdem ſucceſſori relinquere debet. Ratio eſt. Quod Prælatus æquiparetur vſuario, & non vſufructuario, iuxta probabiliorem opinionẽ. Nam de fructibus & bonis eccleſiæ tantũ viuere, & veſtiri debet, non aũt eos ad hæredes trãſmittere, iuxta gloſ. in c. Vltimo, de pignorib9, & Panor. in d. Repeti. c. cum eſſes 8. colum. extra, de teſtamen.

CAPVT CV.

De petendo Damnum & Intereſſe.

Summæ.

1 *Intereſſe eſt damni paſſi, & amiſſi lucri æſtimatio.*

Intereſſe eſt triplex
- 2 *Conuentum, quod*
  - *ex contractu naſcitur.*
  - *ex contractus natura neceſſario ſequitur.*
  - *ex ſententia iudicis decernitur.*
  - *ex partis ſoluendi impotentia conſequitur.*
- 3 *Nota*
  - *Intereſſe ex contractu.* — *teſtibus.*
  - *Expenſæ extra iudiciũ* — *teſtibus.*
  - *Expenſæ in iudicio.* — *probatur* — *iuramento victoris.*
  - *Intereſſe ex delicto.* — *iuramẽto damnũ patientis.*
- 4 *Cõmune quod*
  - *in penſionibus*
  - *mercedibus*
  - *emptionibus*
  - *cõtractib. &c.*
  - *ob indebitam ſolutionem euenit.*
- 5 *Petere intereſſe non eſt vſura.*
- 6 *Singulare, quod ex ſpeciali vtilitate intercepta naſcitur.*

7 *Intereſſe optimo iure petendum eſt.*
8 *Intereſſe variis modis contingit.*
9 *Intereſſe acceſſorium non opus habet expreſſa æſtimatione.*
10 *Intereſſe in iudiciis egent certa ſpecificatione de eodem intereſſe.*
11 *Intereſſe ex mandato iudicis natum, ſoluendum eſt.*
12 *Reus intereſſe non petit, niſi*
- *In cauſſa nouitatis.*
- *&*
- *In cauſſa vbi ob proceſſum damnum patitur.*

Priuſ-

1 PRiuſquā de damni vel intereſſe petitione aliquid loquamur, primò quid & quotuplex ſit intereſſe, commonſtrandum eſt. Intereſſe itaque ſecundum Baldum, in l. Vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. eſt æſtimatio alicuius vtilitatis, non habitæ, propter alicuius factum iniuſtum, vel conceſsionem iniuſtam. Vel eſt æſtimatio damni, quod mihi iam certò accidit, vel æſtimatio lucri quod mihi certò accidere potuiſſet, non tamen accidit, ſed præpeditū fuit, ob id quod mihi nō detur aliquid, aut quod non fiat aliquid, vt debuit. Naſcitur enim intereſſe duobus modis, ſcilicet vel ex damno paſſo, vel ex lucro ceſſante, veluti cum aliquis impeditur à lucro quod conſecutus fuiſſet, ſi talis pecunia ſibi in tempore reſtituta fuiſſet, vel ſi non fuiſſet tale obſtaculum exhibitum, vel talis illata lœſio, & ſic de aliis. Cęterum huiuſmodi intereſſe Doctores ponunt trifarium, ſcilicet Intereſſe conuentum, cōmune, & ſingulare, gloſ. Barto & doctor. in l. Prima. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. & gloſſa in l. Prima. ff. de actio. empt. Innoc. in. c. Cum eccle-
2 ſiaſticæ, de except. in Specula, de fructib. & intereſſe. Intereſſe conuentū eſt quod ex certa conuentione naſcitur, veluti cùm dicitur. Si non fecero quod promitto, dabo tibi centum pro intereſſe. Vel ſi quis dicat ſimpliciter. Si non dedero, vel ſi non præſtitero, dabo tibi centum. Et hoc intereſſe, quod ſic ex pacto naſcitur, vel illud quod ſic conditionaliter promittitur, præſtandum, & ſeruandum erit, ſecūdum pactum & promiſſum, niſi in tali conuentione dolus intercideret, iuxta illud. Pacta ſeruabo. l. Iuriſgētium. §. Prætor. ff. de pact. &. c. 1. extra, de pact. Ad intereſſe conuentum etiā referri poteſt, quod Iudex per ſententiam ſoluendum iudicauit. Itē quod ex natura cōtractus omnino accidere neceſſum eſt. Et quod pars præſtabit, ob id quod rē principalem ſuo tēpore & loco ſoluere non poterat, de quorū reſtitutione mox infrà. Illud interim
3 hoc loco notandum, quod illud intereſſe, quod ſurgit ex contractu, debet probari per teſtes, aut chirographa, & ſic per conſequens etiam expenſæ factæ extra iudicium, debent per teſtes probari, &c. Quæ verò in iudicio, per ſacramentum victoris. Intereſſe verò quod ex delicto prouenit, veluti ex dolo, rapina, per iuramētum paſsi dānum. Intereſſe commune eſt æſtima-
4 tio communis damni vel lucri, quod vel euenit, vel ceſſat, vel ſic. Intereſſe commune eſt communis æſtimatio damni, quod alicui contingit ob id, quod illud quod dari vel fieri debuit, non eſt datum, vel non eſt factum. Vel ſi datum ſit, aut factum, id nō ſuo tempore, vel non ſuo loco, vel non vt debuit, datum vel factum eſt. Specu. titu. de fructib. & intereſſe. §. 4. in principio, vbi vide intereſſe communis materiam, in. §. Commune. Et in hoc communi intereſſe computantur etiam lucrum & fructus non conſecuti à re debita propter aliquā morā aut dilationem ſolutionis. Item mercedes negatæ, aut non receptæ. Item intereſſe penſionum non ſolutarum. Item intereſſe precij augmētati & amiſsi propter non ſolutionē rei debitæ ſuo loco, ſuoq; tēpore. Item intereſſe in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, & reliquis contractibus, & ita de ſimilibus. l. Precia. ff. Ad l. Falcid. l. Si ſeruum. ff. Ad l. Aqu. l. & l. Vinum. ff. Si cert. peta. Vſuræ quoque

ræ quoq; in eo computantur, ſecũdũ. ll.l.Finali.ff. de pericu. & cõmod. rei vendi.& l.Prima.C.de vſur.Secundũ canones tamen (quod per eos omnino ſint prohibitæ) nullo modo computantur vſuræ. Cum nullus ex pecunia ſit fructus.c.Eiiciens.88.diſtinct. Petere verò ipſum intereſſe alicuius
5 rei,nõ eſt vſura æſtimanda,quod talia intereſſe vel ipſum ius canonicum petere permittat,& cõcedat. Ideoque ſi tibi mutuaui.10. libras groſſorũ, quas certa fide mihi pollicitus es reddere proximo feſto paſchæ, mihique eam fidem fefelleris, dictamque ſummam pollicitam mihi tunc non reddideris, competit mihi actio, qua abs te non ſolùm principalem ſummam, ſed etiã ipſius intereſſe,& damnũ petere potero, quod ob nõ ſolutionẽ paſſus ſum. Et tale intereſſe petendo,nullam vſuram commiſero.
6 Intereſſe verò ſingulare,eſt æſtimatio,quæ venit ex ſpeciali affectu,ſicut eſt in patre libero, circa filium ſeruum, vel quæ ex ſpeciali vtilitate intercepta naſcitur, vt eſt libro vſitato.d.l. Precia,& d.l. Si ſeruum. Specu.in titu. de fructib.& intereſſe.§.Finali,vbi plene de eo.Verbi gratia. Obligaui tibi codicem meum in quo ſtudueram & memoriam meam localem ſignaueram,ſub hac cõditione, vt niſi illum intra tempus certum redimerem, eundem liceret tibi diſtrahere. Iam contigit vt ante conſtitutum tempus alteri vendidiſti. Quod ego percipiens librum meum obligatum à te ante tempus repetere & redimere volui, etiam ab ipſo emptore, ſed neuter mihi eundem tradere voluit,ob quod damnum & intereſſe patior. Certè eo caſu non debet mihi illud intereſſe adiudicari iuxta commune precium codicis, ſed etiam ad damnum, quod patior ob id quod eum codicem non habeam. l. Prima. ff. de actionib. empt.& vendi.vbi tractatur de communi & ſingulari intereſſe. Quantum autem ſit damnum illud, & quanta vtilitas fuiſſet, ſi codicem illum habuiſſem, pendet ab arbitrio
7 iudicis. Omne igitur damnum, & intereſſe, quod quis per alterum patitur, optimo iure, & ſecundum canones repeti poteſt ab eo qui talis damni, & intereſſe cauſam dederat. c. Peruenit, & c. Conſtitutus, extra de fideiuſſorib. & c. Dilecti, extra, de for. compet.
8 Petitur autem tale damnum, & intereſſe variis modis, ſcilicet. Si pars ad illud intereſſe ſeſe obligauerit (vti de intereſſe conuento diximus.) Aut ſi pars per iudicem ad ſolutionem talis damni, vel intereſſe condemnata fuiſſet. Aut ſi pars rem principalem iuxta contractum ſuo tempore, & loco tradere & præſtare non potuiſſet. Aut quando ex natura contractus vel contigerunt, vel talia ſunt, vt accidere potuiſſent.Præterea ſi fructus, mercedes, penſiones, augmentatum precium, non debitè ſoluantur. Item ſi in contractibus emptionum, venditionum, locationum, & conductionum, &c. debita & promiſſa fides non ſuo tempore, & loco præſtetur,quæ tamen in iis ſyncera requiritur, atque ob eam non ſeruatam fidem,aliquod damnum & intereſſe alicui accreſcere,certè neceſſario conſequitur talis damni,intereſſe, aut lucri remorati reſtitutio. Sed notandũ eſt,
9 quod illa damna & intereſſe quæ alicui acceſſoriè contingunt, non eſt neceſſe eorum certam quantitatem, & æſtimationem exprimere, ſed ſufficit ea in-

ea intereſſe per generalem quãdã petitiõem expoſcere, & iudici (vt dixi) committere. Verùm ea intereſſe, quæ per certam actionem in iudiciis inſtituũtur, ea omnino certa ſpecificatio-
20 ne certaque expreſsione, & æſtimatione opus habent, vt certa quantitas articulatim, & ſpeciatim exprimatur,
11 & probetur. Quoties autẽ Iudex (vt antè diximus) mandat parti alicuius rei reſtitutionem, ipſamque pars non præſtat, ſed negligenter, aut alio quoq; modo remoratur, & differendo procraſtinat, tunc ea pars propter inobedientiam tenetur ad omne intereſſe, cuius quantitatem, & æſtimationem per iuramẽtum actor damnum & intereſſe paſſus, affirmare, & probare poterit, ſiquidem dolus, aut fraus, aut malitia in d. inobedientia interceſſerit & reperta fuerit, per quã malitiam cognitam & perſpectam Iudex actori iuramentum prædictum deferre
12 poterit. Cæterùm intereſſe, aut damnum petere ſæpius eſt actoris. Nam reus damnum, & intereſſe non petit, niſi in duobus caſibus, nempe in materia nouitatis, in qua omnes petitores eſſe poſſunt. Et in cauſis in quibus ipſe reus per proceſſum aliquod damnum, & intereſſe patitur, aut pati poterit. Si quis plura de hac vtili, & quotidiana materia deſideret, is ſequentes Doctores conſulat. Speculatorem, in titu. de fructib. & intereſſe. Bartolũ. Baldum admodum latè, in l. Vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. Item Iacobum Renaldũ, qui omnium latiſsimè, in ſuo tractatu, de eo quod intereſt explicauit. Ad d. l. Vnicã. C. de ſen. quæ pro eo, quod intereſſe profer. Et D.D. Mugellanum in ſuo tractatu aureo & ſuccincto. De intereſſe.

CAPVT CVI.

De petendo Lucrum pecuniæ,

Summæ.

1 *Lucrum pecuniæ licitè petunt.* — *Mercatores, per modum intereſſe, dummodo id Lucrum fuerit certum, & nullo infortunio obnoxium.*
2
3 *Maritus, ob dotem ſibi non ſolutam.*
4 *Venditor, ob venditorum bonorum non ſolutionem.*
5 *Qui ob nõ ſolutionem, pecuniam ad vſuram accipere cogitur.*
6 *A non ſoluente, vſura loco intereſſe repeti poteſt.*
7 *Vſuræ tanquam intereſſe licitè petuntur.*
8 *Vſura alia eſt* — *Punitoria, hæc licita eſt de iure canonico.*
9 *Compenſatoria, hæc permittitur vſque ad condecentiam.*
10 *Lucratoria, hæc nullo modo conceditur.*
11 *Quæſtiones Baldi de vſura.*
12 *Vſura lucri aliquando bonæ fidei, non fructuum cauſa repetitur.*
13 *Vſuræ quædam ex æquitate verius quàm ex mora ſoluendi proueniunt.*

Quatuor

Qvatuor modis poteſt peti lucrum
pecuniæ, ſine onere ac ſcrupulo
conſcientię, & ſine vlla vſuræ macula.
Primò enim id contingit in mercato-
1 ribus, qui ex conſuetudine recepta cũ
ſuis pecuniis quæſtum & lucrum fa-
cere ſolent. Hi enim per modum inte
reſſe petere & exigere poterunt tale
ac tantum lucrum, quantum ſecundũ
communem curſum mercaturæ,(quã
faciunt & exercent)facere, ſibique cõ
parare potuiſſent, quia in talibus mer
caturæ damnis,non ſolum conſideran
dum venit ipſum damnum datum,
ſed etiam ipſum lucrum præpeditum
& amiſſum. Sic enim Paulus definit
id quod intereſt. Intereſſe (inquit)id
eſt,vel tantum eſt, quantum mihi ab-
eſt, quantumque lucrari potui. l. Si cõ
miſſa.ff.rem rat. haber. Et Vlpianus,
non ſolum damni, ſed & lucri (ſcili-
licet deperditi) habendam eſſe ratio-
nem ait, cùm de eo quod intereſt,agi
tur l.2. §. Vltimo.ff. de eo quod cert.
2 loc. Sed in eo lucro, vel in eo lucri in-
tereſſe petendo opus eſt conſyderatio
ne,ſcilicet an illud lucrum,quod peti-
tur,fuerit tale, quod veriſimiliter fuiſ
ſet euenturum, quodque multis aliis
caſibus alioqui non fuiſſet obnoxiũ,
ſicuti probat Bartolus, in l. Vnica.C.
de ſenten. quã pro eo quod intereſt
profer.ad medium numeri.25. vbi di-
cit,Si mercator conſueuit mercari, &
ex eo, quod ex alia ſua pecunia con-
ſueuit mercari, apparet quaſi pro cer-
tò, quod ex eo lucratus fuiſſet, tunc
habebitur ratio iſtus lucri, hoc eſt (vt
clarius efferam) Si certò conſtet mer-
catorem cum ſua pecunia tantum lu-
cri conſueuiſſe facere, eiuſdem pecu-
niæ, & lucri habenda erit ratio,vt ſci-
licet tantum lucrum loco intereſſe ip-
ſi mercatori compenſetur. Ita tenet
etiam D. Albertus Brunus in ſuo tra-
ctatu monetarum,prima limitatione
numero 6. folio lib. meo 196. Dicens
mercatores mercari ſolitos poſſe de
iure canonico,& in foro conſcientiæ,
petere intereſſe lucri,qui ad hoc plura
3 alia conſyderanda citat. Secundò. Ma
ritus,cui de ſuæ vxoris dote non eſt ſa
tisfactum, is eiuſdem dotis non ſolu-
tæ lucrum, intereſſe, & quaſi vſuram
per modum damni petere poteſt,quia
dotis fructus ad maritum pertinere
debere, æquitas ſuggerit, Cùm enim
ipſe maritus vniuerſa matrimonij o-
nera ſubire debeat, certè æquum eſt
ipſum etiam fructus omnes, atque a-
deo etiam dotem ipſam vxoris, aut
certè huic aliquid æquiualens,dotis lo
co petere & percipere.l.dotis fructus.
4 ff.de iure doti. Tertiò. Venditor, qui
emptori bona vendita tradidit,ex qui
bus aliqui fructus prouenire potuiſ-
ſent, & ſolutionem eorundem bono
rum conſtituto tempore non præſti-
tiſſet,tunc is venditor petere poterit
omnes fructus à die traditionis vſque
ad diem ſolutionis, aut certè eorun-
dem fructuum (ſi conſumpti fuerint,
aut de iis aliter ſit diſpoſitum) veram
æſtimationem, quæ quaſi vſuræ loco,
& pro intereſſe, aut lucro habebitur
quia venditor fructus rei vẽditæ per-
cipere,ſibique facere debet. Et hoc ca
ſu nihil à venditore accipitur tanquã
vſura, ſed tanquam intereſſe c. Quo-
niam 14.q.4.& l. Curabit. C. de actiõ
nib.empti. quod intereſſe meritò iuris
taxabitur ad quantitatem fructuum,
teſte D. Ambroſio de Vignate in ſuo
tractatu De vſuris,ſupêr.c. Salubriter
numero 265. folio lib.meo 176. co-
5 lum.4. Quartò.Quãdo aliquis ob de-
fectum ſolutionis neceſſariò compel-
litur ad capiendam pecuniam à fœno-

ratore, aut ſub reditibus, aut aliis expenſis & incommodis, vt cùm ea pecunia ſeſe explicaret & exoneraret ab ære alieno, aut ab alio onere grauante, tunc is, qui cum ſuo damno talem pecuniam accepit, poterit petere talis damni intereſſe, & vſuræ reſtitutionem, ſecundum quantitatem damni, & ſumptuum, quos eam ob cauſam pertulit, & ſuſtinuit, ſicuti & iam tertio modo prædicto præmonſtrauimus.
6 Ex iam dictis manifeſtè patet, quod quiſquis fuerit in mora ſoluendi, ab eo repeti poterunt vſuræ non tanquam vſuræ, ſed tanquam intereſſe, aut pro lucro intercepto. l. Socius qui. ff. pro ſocio, & l. Cum venditoré, & l. Fructus. C. de actionib. empt. Et tunc petuntur tales (vt ita dicam) vſuræ, non quidem iure actionis, ſed officio iudicis. Nam vnicuique licitum eſt, vt debita cuncta percipiat, & vt reddatur indemnis. c. Peruenit, extra, de fideiuſſo. c. Si quis de clericis 12. q. 2. vbi agitur ad intereſſe, qualia non ſunt cenſenda vſuræ, quod aliquando etiã de iure canonico peti poſſint. Re
7 gula eñ eſt. Quod quãdo vſuræ debẽtur vt intereſſe, & non tanquam vſuræ, tunc poſſunt peti etiam de iure canonico. Vel breuius ſic. Vſuræ de iure canonico peti poſſunt, quando non vt vſuræ, ſed vt intereſſe petuntur d. l. Curabit, iuncta gloſſa, in verbo. Ratio, & ibi Bartolus, & ita tenet etiam Azo. Sed hæc impugnat Baldus, in l. Vſuras. C. de vſur. ad hunc modum. Vſuræ de iure diuino ſunt prohibitæ, igitur in nullo foro peti poſſunt. Ius enim diuinum in omni foro ſuam perpetuam vim exercet, vt in Rub. de vſur. argo. l. Tertiæ. §. Diuus, in ratione ſui. ff. de ſepul. viola. Sed hanc obiectionem, Baldus loco præallegato ſoluit cum quadam diſtinctiuncula, nempe: Quod quædam ſunt vſuræ punitoriæ: quædam recompenſatoriȩ
8 quædam lucratoriæ. Harum primæ de iure diuino permiſſæ ſunt, ſicut ſunt hæ, quæ veniunt ex contumacia adiuncto ſibi intereſſe petẽtis: quia quãtum ad petentem non ſunt vſuræ, ſed ſors, vt c. 2. extra, de fideiuſſo. & ibi Innoc. Qui dicit. Si tu tenereris mihi ſoluere aliquam ſummam ad certum diem, eamque tali die non ſolueres, ob quod ego (qui ea ſumma carere nõ potui) eãdem ſummam ab alio ſub vſuris mutuò accepi, nempe aut propter certam vtilitatem perſpectam: aut propter omnimodam rei familiaris neceſsitatem, certè eo caſu teneris mihi reſarcire illud damnum, vel (ſi mauis) has vſuras. Qui caſus diligenter eſt notandus, & veriſsimus habendus, potiſsimum ſi talem ſummam mihi tenearis in cõtractu bonæ fidei: Nam ſi in contractu ſtricti iuris tenearis, caſus prædictus locum non habet l. Prima. C. de condict. indeb. Secun-
9 dæ item prædictæ vſuræ, ſcilicet recõpenſatoriæ ſimiliter ſunt permiſſȩ, ſed vſque ad decentem & honeſtum modum, & ſicuti mores regionum, ſtatuta, & receptæ conſuetudines poſtulant, quia tales vſuræ, talia lucra potiꝰ permutationis, quàm pœnæ loco percipiuntur, vt c. Salubriter, extra, de vſur. & l. Vſuras. C. eodem titulo, & d. l. Curabit. C. de actionib. empt. Et ſunt huiuſmodi vſuræ oneroſæ, non gratuitæ, & certè in ratione naturali, & in vera æquitate fundatæ, quæ dictat & præcipit, ne aliquis locupletetur cum iactura alterius l. Si quis mancipiis. §. Proculus. ff. de inſtitu. actio. & l. Nam hoc natura. ff. de condict.
10 indebi. Tertiæ vſuræ ſcilicet lucratoriæ de

riæ, de iure diuino ſunt prohibitæ, ideoque nullo iure humano concedi poſſunt. A quocunque enim remouetur potentia, ab eodem remouetur & actus: ſed ab iis qui vſuras ſtatuunt, remouetur ſtatuendi potentia, ergo & ab iis remouetur conſtitutionis actus & ſi quis actus cõſtitutus fuerit, is merito irritus erit, ſed Baldus, in d. l. Vſuras, mouet & aliam quæſtionẽ, ſcilicet.
11 Quid ſi res vendita eſſet ſterilis, ita vt emptor ex poſſeſsiõe ſibi tradita, nullũ fructũ cõſequeretur, vel eſſet ſylua nõ cedua, cui⁹ fruct⁹ differũtur, & expectãdi ſunt ad plures annos: nũquid interim debentur vſurę precij? Et videtur quod non, quia eo caſu nulli fructus accedunt emptori, & compenſatio omnis requirit relationem extremorum & perceptorum fructuum remunerationem. Contrarium tamẽ ſuſtinet Baldus loco præallegato, di-
12 cens quod iſtæ vſuræ non præſtantur ratione proportionis fructuum perceptorum, aut vſurarum: ſed ratione impletionis bonę fidei vtrimque. Nam venditor impleuit quidem fidẽ ſua bona tradendo, emptor verò fidẽ ſuam non pręſtitit, ſed inuenitur in perfidia, precium pollicitum non ſoluendo. Secundò idem Bald. ibidem quęrit. Quid ſi emptor non eſſet in perfidia, ſed potius venditor, nempe ſi venditor promiſiſſet emptori dare fideiuſſorem, & non dedit, vel ſi promiſiſſet emptori tradere poſſeſsionem liberam, & ſi non tradidit liberam, certè eo caſu videtur, quod emptor nõ teneatur ad vſuras, quia non poteſt ſibi aſſcribi, aut mora, aut culpa, vt l. Finali. ff. de reſcind. vẽdi. Alia tamẽ opinio huic contraria videtur veriſimilior: Quia per talẽ nõ implentẽ, nõ minuũtur vſurę rei, ergo etiam non minuitur interuſurium precij, & quia vſurę
13 iſtę veniunt potius ex quadam ęquitate, quàm ex ratione morę, vti textus ſignanter explicat in d. l. Curabit. Plures de vſuris quęſtiones idem Baldus prędicto loco mouet, & explicat, numeris. 5. & 6. quas ſtudioſis prælegendas ibidem breuitatis cauſa hic conſulimus.

CAPVT CVII.

De petendis pœnis Conuentionalibus

Summæ.

1 *Pœnæ* *Conuentionales, in quibus vſura non præſumitur, peti poſſunt.*
2 *Exemplum conuentionis non vſurariæ.*
3 *Conuentionales, in quibus vſura præſumitur, peti non poſſunt.*
4 *Exempla contractus vſurarij.*
5 *Qui feudum & fundum obligat reditibus, is pœnam feudi, fundiue vendendi creditori niſi ſoluat, permittere poteſt.*
6 *Pœnæ conuentionales, quæ non cenſentur vſurariæ.*

O 2 *A pœnis*

7 *A pœnis conuentionalibus excuſantur, qui non ſunt vltra intereſſe ſoluendo.*
8 *A pœnis iuris, & conſuetudinis excuſantur pauperes.*

1 OMnes pœnę conuentionales, in quibus nulla vſura præſumitur, peti poſſunt, & petitori per iudicem adiudicari, etiamſi tales pœnæ maiores eſſent, quam ipſum intereſſe. §. Alteri, inſtitu. de inutilib. ſtipulat, & Specula. lib. 2. partic. 3. nu. 4. titu. de fructi. & intereſ. Verbi gratia. Si faber lignarius promiſiſſet Ioanni domum perfectam & conſummatam tradere ipſo Martini, ſub pœna decem librarum groſſorum monetæ Flandriæ, & ſi hic faber lignarius eam domum conſtituto tempore non perfeciſſet, tunc dicta ſumma decem librarum ratione contractus conuicta eſſet & debita, & ideo eam Ioannes à fabro lignario tunc iure petere poſſet, quod hic nulla vſuræ labes præſumatur. Sed hæc ſanè intelligenda ſunt, ſcilicet. Si dictus Ioannes per nō ſolutionem debitam, aut per aliam cauſam, occaſionem non dediſſet, quo minus is faber lignarius opus ſuum abſoluere conſtituto tempore potuiſſet. Vel niſi ipſe faber lignari⁹ aut morbo corrept⁹, aut bello, aut aëris intēperie præpeditus, aut materiæ inopia (et tamen ad eam parandā ſummam diligentiam exhibuiſſet) remoratus, prędictum opus ſuo debito, & conſtituto tempore abſoluere nequiuiſſet. Quæ omnia in prudentia iudicis conſiſtere debent, ſi is Ioannes talem operarium ad contractus pœnam vrgere
3 vellet. Sed pœnę conuentionales, vbi aliqua vſurarum præſumptio apparet, peti non poſſunt. Exempli gratia.
4 Promitto tibi ſoluere in feſto paſchę, mille libras groſſorum monetæ Flandriæ ſub pœna ducentarum librarum ſimilium, illa pœna non poteſt peti. Ius enim in huiuſmodi contractu, vſurarum fraudem præſumeret. Si quis promiſiſſet alicui ad feſtum Ioannis Baptiſtæ ſoluere ſexaginta libras groſſorum, ſub pœna quadraginta librarum groſſorum, & præterea ſe compariturum coram ſenatu, aut coram conſilio, vt ſeſe in ea promiſſione ſolutionis permitteret condemnari, idque re non præſtaret, nec compareret, neque ſolueret, is certè abſentator in contractus mulctam, & pœnam incidit, eiuſque ſoluendæ reus fit, ſic vt ea ſumma ab ipſo iure peti poſsit, non quidem ob non ſolutionem, ſed propter non comparitionē.
5 In Flandria receptæ cōſuetudinis eſt, vt quoties debitor quiſpiam obligat aut oppignorat feudum ſuum, aut fundum ſuum in aliquo reditu, aut in aliquibus reditibus, is ſimul conſentire poteſt ſuo creditori pœnam vt illius feudi aut fundi proprietatē vendat, ſibi iure vendicet, & euincat in perpetuum, pro retrodebitis (vulgò arriragiis) illius reditus, aut illorum redituum, non obſtante quod proprietas talis feudi, aut fundi decies aut vigeſies melior & vberior ſit ipſis reditibus, aut arriragiis eorundem.
6 Et excuſant huiuſmodi contractus, quod non ſint vſurarij, quodque ſub contractibus vſurariis in iure computatis minimè contineantur, propter pœnā & euictionē, quæ eos contract⁹ excuſare vidētur, pœna enim eo tendit & ſpectat, vt iuſtius & citius ſolutio fiat, Euictio, vēditio, vel exhęredatio vt punia-

puniatur contumacia. Cæterum ſi aliqui in pœnam conuentionalem incidant, & impingãt, certè in foro cõſcientię non ſunt petendæ eædem pœnę ab iis, ſi eas ſoluẽdo non ſunt potentes, aut ſi non ſint ſufficientes vlterius ſoluẽdo, quã intereſſe ſeſe extendere, & ſufficere poſsũt. In pœnis autẽ quas
8 aut iura, & patriæ conſtitutiones ſtatuunt, excuſantur, & tolerantur pauperes nihil habentes. Quia vbi nihil eſt, ibi fiſcus ſuam mulctam perdit. Pro ampliori iſtius materię cognitione, breuitatis cauſa lectorem mitto ad D. Ioan. Franciſ. Balb. in ſuo præſcriptionum tractatu, in 13. principali quæſito, numero 6. folio lib. meo. 228. colum. 4. & Iaſ. in. §. Omnes. numero 13. colum. 3. folio lib. meo 74. qui de hac re vtilibus vtũtur diſtinctionib.

CAPVT CVIII.

De petendis expenſis.

Summæ.

1 *Expenſæ aliæ* { *Extra iudicium, de quibus nihil ad iudicem.*
Aliæ.
2 *In iudicio* { *Extraordinariæ, quæ non taxantur.* *&*
3 *Ordinariæ, quæ taxantur.* }

4 *Expenſarum petitio fit aliàs* { *Expreßè.* *aliàs* *Tacitè.* }

5 *Praxis requirit expenſarum petitionem expreſſam.*

6 *Expenſæ petũtur varijs ex cauſis.* { *Ex cauſa victoriæ litis.*
Propter contumaciam partis.
Propter retardationem proceßus.
Propter indebitam inſtitutionem proceßus.
Ex actione. ſ. in rebus mobilibus.
Ex officio iudicis, ſcilicet ante, aut poſt litiſconteſtationem. }

7 *Expenſæ quæuis* { *Ante & poſt litiſconteſt. petuntur ex officio iudicis.*
In bonis mobilib. aut immobilib. petuntur per actionem. }

1 EXpenſæ bifariàm conſiderantur. Aliæ enim expenduntur extra iudicium, veluti quæ domibus, horrëis, agris, littoribus, alimentationibus impenduntur, huiuſmodi expenſæ per
2 rationes ferè tranſiguntur. Aliæ verò in iudiciis inſumuntur, quæ item ſunt bifariæ, ſcilicet extraordinariæ & ordinariæ. Illæ ſunt gratuitæ, & liberalitatis, aut etiam onероſæ ex laboribus,

ex itineribus, ex viarum ſumptibus, & ex lucri omiſsionibus exortæ, de quibus Iudex nullam conſideratione accipit, aut ſententiã pronunciat. Iſtæ
3 verò expenſæ, ſcilicet iudiciariæ & ordinariæ, ſunt quæ proceſſui impendũtur, ſcilicet aduocatis, procuratoribus, informatoribus, & ſimilibus actibus iudiciariis. De his Iudex notitiam capit, & ſententiam pronunciat. Sed tales proceſſuum expenſæ à partibus ſunt petendæ, adeo vt niſi in libellis exhibitis petantur, Iudex de iis nullum ius diceret, aut alterutri partium
4 eas adiudicaret. Ea autem petitio iudiciaria, eſt aut expreſſa, ſcilicet quando in concluſione ſimul cum rei adiudicatione expenſæ expræſſe petuntur. Aut eſt tacita, ſcilicet quãdo nulla expenſarum in concluſione fit mentio, ſed quando pars in ſuo libello tantũ contendit, & petit vt ſibi ius dicatur, & fiat: quæ petitio tacita, ſecundum iura, tam de expenſis, quam de princi-
5 pali intelligi debet. Sed praxis tamen omnino requirit, vt de expenſis fiat
6 expreſſa petitio. Expenſæ autem iudiciariæ petũtur diuerſis ex cauſis. Nõnunquam enim ex cauſa victoriæ proceſſus. Aliquando ex cauſa contumaciarum. Nonnunquam ex cauſa retardationis proceſſus, & aliquando ex cauſa malæ inſtitutionis proceſſus petuntur. Expenſæ etiam petuntur non
7 nunquam actione, & aliquando ex iudicis officio regulariter. Omnes proceſſuum expenſæ ſiue impenſæ, ante, aut poſt litem conteſtatam petuntur ex officio iudicis. Sed expenſæ quæ fiunt in quibuſdam rebus, ſiue bonis mobilibus aut immobilibus, debent peti per actionem.

CAPVT CIX.

De clauſulis quæ vtiliter concluſionibus inſeruntur.

Summæ.

In concluſionibus
1 *Omnia commendantur diſcretioni iudicis.*
2 *Imploratur officium iudicis.*
3 *Petitur ius, ſecundum iura, ſtatuta, & conſuetudines patriæ.*
4 *Præſentatur factorum, dictorumq́ue probatio.*
5 *Addunt quidam, ſaluo iure addendi, minuendi & mutandi.*
6 *Facta ſemel exhibita mutari, aut corrigi nequeunt.*

NOn parui referre puto quomodo petitoris ſiue actoris cõcluſio formetur. Ideoque quomodo ea aptè, cõmodè, & vtiliter formetur, quæue clauſulæ in ea ponendæ conueniant, hic paucis demonſtrare ſufficiet. Prudentes itaque aduocati in omnibus con-
1 cluſionibus inſerunt hanc clauſulam (vel ſaltem in omnibus, aut ſuper omnia, iuxta prudentiam, & diſcretionẽ iudicis) Quæ quidem clauſula iudicẽ non ligat, nec coarctat, quin concluſionem liberè, & ex cauſa excedere poſsit. In concluſione
2 quoque conuenit clauſula, qua imploratur officium iudicis, quod partibus

tibus in multis cauſis vtiliter ſeruire
3 poterit. Item qua petunt ſibi ius equũ
dici, & fieri, ſecundum iura, aut ſecun
dum normam, vel dictamen ſtatuto-
rum patriæ, aut receptarum conſuetu
4 dinum, & ordinationum loci. Præſen
tant quoque in concluſionibus, dicto
rum factorumque ſuorum probatio-
nem pertinentem, non tamen ſeſe a-
ſtringentes ad probationẽ ſuperfluã.
Inſuper negant, & reiiciunt omnia fa
cta partis, de quibus nondũ ſatis ſuffi
cientẽ ſolutionẽ, aut confutationem
cõmonſtrarunt. Sunt aduocati qui in 5
cõcluſionibus addere conſuerũt. (Sal-
uo iure addendi, minuendi & mutan
di) ſed iſthæc cõcluſionis forma in pra
xi non eſt recepta, neque vſitata, vtpo
te, quæ non ſatis ſit ad cauſam perti-
6 nens, aut neceſſaria. ob id quod pars, fa
cta ſemel cõſcripta et exhibita, nec mu
tare, nec augere, nec diminuere, nec ali
ter corrigere in concluſione poteſt.
Sed de his diſtincti⁹ in ſequẽti capite.

CAPVT CX.

De cõcluſiõe mutãda, corrigẽda, & addẽda.

Summæ.

1 *Concluſiones inſcribendæ ſunt in Rotula, & in Regiſtro.*
2 *Concluſione mutata, mutandum eſt & Intendit.*
3 *Quomodo differant* { *Mutare.* *Adiicere,* *Corrigere.* }
4 *Qui in concluſione* { *Plura petiit, demendo concluſionem corrigere poteſt.*
5 *Pauciora petiit ante litiſcont. mutare poteſt.* }
6 *Concluſionem ante litiſconteſtationem vnicuique mutare permittitur.*
7 *Concluſio obſcura quouis tempore clarior declarari poteſt, non mutari.*
8 *Error in concluſionis forma reſtitui, non mutare debet.*

DIxi præcedenti capite partem ſua
ſcripta ſemel exhibita non poſſe
mutare, addere, aut corrigere, pro quo
1 notandum eſt. Primò, quod partium
concluſiones in Flandriæ conſilio, &
etiam in Parlamento Mechilinenſi
primò inſcribantur in Rotula, deinde
in Regiſtro, ad hunc finem, ne ex
concluſiones furtim & ſubdolè, ſine
alterius partis cognitione mutari, aut
2 corrigi poſſint. Et ſi fortaſsis cõtinge-
ret, vt aliquis ſuã concluſionẽ per ſua
ſcripta mutaret, tũc ipſius intendit (vt
ita loquar) vt iuxta eã corrigatur, ſiqui
dẽ id pars expeteret. Secũdò notandũ
eſt q̃, multũ inter ſe differãt cõcluſio-
3 nẽ corrigere, mutare, & aliquid adiice
re. Corrigere enim eſt defectũ, aut er-
rorem formæ ſupplere, & reſtituere.
Mutare eſt nouam aliamque cõcluſio
nem accipere, & ſemel inſtitutã actio
nem prorſus omittendo deſerere. Ad-
iicere verò aliquid, eſt ad priorem a-
ctionẽ ſemel exhibitam, aliquid cõue
4 nienter, & pertinẽter addere. Actor i-
taq; qui per inaduertẽtiã in cõcluſiõe

plura quàm res eſt, petiit, is ab eadem concluſione aliquid demere, & ſubſtrahere poteſt, atque ita quaſi concluſionem ſuam priorem corrigere, vſq; ad ſententiam excluſiuè. Verùm ſi imprudenter pauciora petiit, eum errorem ante litiſconteſtationem mutare, & corrigere debet, poſt litis verò conteſtatiõem, minimè, etiamſi in ea clauſula prius inſeruiſſet, (iure addẽdi ſemper ſaluo) niſi fortaſsis id ipſi conceſſum fuiſſet per releuamentum Principis, aut per conſenſum partis: quib⁹ ſolis caſibus, per additionem concluſionem mutare & corrigere poterit.

6 Ante verò litiſconteſtationem vnicuique citra vllam diſtinctionem licitum eſt ſuam concluſionem mutare, corrigere, ipſique aliquid addere, aut ſubſtrahere quæcunque volet, vbi vo

7 let, ſicuti ipſi expedire videbitur. Porrò tum ante, tum poſt litiſcõteſtationem, ſuam concluſionem, quæ obſcura videbatur, poterit explanatius, apertius, & clarius commonſtrare, & iudici exhibere. Atque iſtud clarius declarare, non eſt quicquam noui producere. Verum prædictam priorem concluſionem nullo modo mutare poteſt, neque etiam eiuſdem actionis ſemel inſtitutæ naturam mutare aut corrigere poteſt, niſi ab inſtantia rece-

8 dat, actis renunciet, & expenſas perſoluat. Si error, aut vitium aliquod in concluſionis debita forma fuiſſet commiſſum, ita tamen vt ea forma reſtitui, & corrigi poſſet abſque vlla actionis inſtitutæ commutatione, certè is error formæ, etiam poſt litiſconteſtationem, reſtitui poterit.

CAPVT CXI.

De actione cumulanda.

Summæ.

1 *Actio* { *Cumulatur additione rerum compatibilium.*
2 *Non cumulatur adiectione rerum, quæ cum priori actione non conſiſtunt.*
3 *Cumulatur, quando talis eſt, vt ſententia vnius non iudicet rem alteram.*

FIt, vt non rarò, qui actionem aliquam inſtituit, in ea poſtea quædã omiſſa, aut ſtrictius enarrata cõperiat,
1 eamq; tũc latius, ac fuſius exhibendam optet quod cùm fit ea: actio cumular dicitur. Eſt enim actionem aliquam cumulare, eiuſdem petitionem cumulatiorem, auctiorem, & ampliorem
2 reddere, per additamenta quædam eidem actioni compatibilia, & pertinentia, & non per ea, quæ priori actioni erunt contraria, adiungere. Quandoquidem cumulatio omnis tantum admittitur in iis ampliationibus, quæ primæ actioni ſunt conformes, compatibiles & concordes, non quæ iis
3 ſunt contrariæ, aut repugnantes. Cumulatio item ſolum admittitur in iis ampliationibus, in quibus actiones tales ſunt, vt ſententiæ in vno datæ, nõ efficiant rẽ iudicatam in altero.

CAPVT

CAPVT CXII.

De Petitione fundanda.

Summæ.

1 *Actor petitionem ſuam fundat aliquando* { *in iure.* / *in factis.* }

2 *Ius eſt triplex* { *Diuinum.* / *Naturale.* / *Ciuile.* }

3 *Ius diuinum quod ſit.*

4 *Ius naturale quod ſit.*

5 *Ius diuinum & naturale in praxi rarò citantur.*

6 *Opus regulæ, non regula operi eſt accommodanda.*

7 *Ius ciuile quod ſit.*

8 *Ciuile eſt duplex* { *Scriptum.* / *&* / *Non ſcriptum.* }

9 *Ius ſcriptum quod ſit.*

10 *Ius non ſcriptum quod ſit.*

11 *Aliæ regiones alias leges requirunt.*

12 *Conſuetudines ſunt factorum allegationes, & in probando conſiſtunt.*

13 { *Conſuetudines* / *&* / *Contractus* } *infringũt* { *iura ſcripta.* / *conſuetudines.* }

QVia in omni iudicio petitoris ſiue actoris eſt ſuam petitionem debitè formare, ſolidè fundare, & ita formatam prudenter exhibere, ideo petitori ſiue actori diligenter curandum eſt, vt ſuam petitionē aptè formet, & ſolido fundamento inſtituat, antequā
1 eam exhibeat. Quod vt apertius intelligatur, ſciendum eſt quod actor, aut petitor ſuam petitionem bifariā fundare ſolet, ſcilicet, aliquando in iure,
2 aliquando verò in factis. Iura autē de quibus loquimur ſunt trifaria, ſunt enim alia diuina, alia naturalia, alia iura
3 ciuilia. Iura diuina ſunt quæ nobis à Deo immediatè præcipiuntur, vt diuina maieſtas à nobis dignè colatur, & ipſius voluntas per omnia à nobis diligentiſsimè obſeruetur præ omnibus humanis conſtitutionibus, quæ cum iure diuino ſimul ſtare nequeũt, de his omnium certiſsimè nos docent ſacra biblia, nempe ſcripta prophetica, & apoſtolica, à quib' nulli mortalium vel latum digitũ diſcedere licet, quod ea ſcripta, ſint vnicum, certum, & firmum fundamentum, cui noſtram religionem inſiſtere cõuenit, & ad quorum normam, tanquam ad lydium lapidem totam noſtram religionem, vitam, mores, & conſtitutiones noſtras meritò (niſi perire velimus) referre, &

accommodare debemus, vt cũ ijs per
omnia ſint conformia, & ne in mini-
mo quidem ab ea regula diſcrepantia.
4 Iura naturalia ſunt,quę natura ipſa no
bis inſeuit,etiam ſi nullam diuinæ ma
ieſtatis notitiam habeamus. Hæc iura
dictãt vt vnicuiq; tribuam' quod ſuũ
eſt,vt alteri faciamus quod nobis fieri
velimus, & ne vlli hominũ faciamus
quod nobis fieri nolimus. Huiuſmo-
di iura naturalia,à natura,vel (vt verius
dicam) ab ipſo authore naturæ Deo,
& ita conſequenter à Iure diuino ſunt
profecta,& nobis naturaliter indita.
De his abundè conſcripſerunt priſci il
li Philoſophi,qui diuino quodã lumi-
ne correpti (licet non ſatis perſpectum
habuerint quid eſſet Deus) ea nobis
mille ſcriptis commendarunt, & ſer-
uanda propoſuerunt, tum propter v-
niuſcuiuſque propriam mentis quie-
tem,tum propter publicam tranquilli
tatem tuendam,poſtremò vt dijs im-
mortalibus (ſicuti illi loquebãtur) pla
ceremus,& amœnitate, poſt hanc vi-
5 tam,frueremur æterna. Sed de his ha-
ctenus obiter. Porrò nec iura diuina,
nec iura naturalia (quanquam iſtud eſ
ſet piiſsimum, & laudatiſsimum) in
iudiciis & praxi rariſsimè citantur,ſed
tantum iura ciuilia,aut certè diuina,et
humana,quatenus ad iura ciuilia con-
ferunt,eaque confirmant,& (vt iuriſ-
periti loquuntur) ipſa iura ciuilia con-
6 fortant. Sed hi non dignè id mihi aſſe
rere videntur,qui regulã operi,non o-
pus regulæ accõmodant. Iuribus enim
ciuilibus (licet ex natura rerum naſci
dicantur) non eſt applicanda regula le
gis diuinæ,aut naturalis,ſed contrà.
Omnes leges humanæ, & ciuiles ap-
plicandæ,& accomodandæ ſunt ad re
gulam,& certiſsimam normam legis
diuinæ. Sed ad ipſa iura ciuilia perga-
7 mus. Iura itaq; ciuilia ſunt,quæ prudẽ
tes legiſlatores,Philoſophi,& pruden
tes Principes cum ſuis doctis iuriſpe-
ritis ad ciuium ſuorum,atque adeò ad
totius Reip. tranquillitatẽ, & ſalutem
ſanctiſsimè condiderunt, ſanxerunt,
8 & populo præceperunt. Hęc autẽ iu-
ra ciuilia ſunt duplicia. Alia enim ſunt
9 iura ſcripta,alia iura non ſcripta. Iura
ſcripta ſunt quæ Imperatores Romani
cum ſuis iuriſperitis,& cõſiliarijs con
diderunt,& ſeruanda ſtatuerunt,qua-
lia ſunt quæ Diocletianus, Antonius
pius,Iuſtinianus, Theodoſius, Arca-
10 dius,ſuis ſcriptis nobis reliquerunt. Iu
ra autem non ſcripta,ſunt ſtatuta, ordi
nationes, publica ædicta, & receptæ
conſuetudines,quæ paſsim in ſuis ſin-
gulis regionibus vſurpantur, & iuxta
earundem regionum commoditatem
aut neceſsitatem ſunt conſtituta. Hæc
enim non ſunt generalia, ſed ſingulis
regionibus ex certa cauſa attributa.
11 Aliæ enim atque aliæ regiones, alias
quoque conſtitutiones requirunt,aliiſ
que peculiaribus ob id priuilegiis do-
natæ ſunt,quæ alijs regionibus, vt paſ
12 ſim eſt cernere,non conueniũt. Huiuſ
modi itaque patrię ſtatuta,ordinatio-
nes,conſuetudines, & vſitati mores
ſunt allegationes factorum, quæ pro-
13 bationibus indigent. Dictæ prætereà
conſuetudines iura ſcripta infringunt,
& contractus omnis patriæ conſuetu
dinem infringit. Conſuetudo enim
eſt ſtricti iuris,ſed non vlterius eſt ex-
tendenda, quàm ad ea de quibus lo-
quitur.

CAPVT


SCRIBA

CAPVT CXIII.

De exhibendis tituli literis, poſt petitionem exhibitam.

Summæ.

1 *Actor*
2 *Reus* } *priuilegium,titulum,literas prætenſas* { *ſtatim exhibere tenetur.* / *non tenetur exhibere niſi fiſco.*
3 *Actor poſt petitionem,non tenetur exhibere acta iudicialia.*
4 *Acta vtrique partium ſunt communia.*
5 *Actor retro actorum copiam oſtendere debet.*
6 *Exhibenda ſunt ſtatim* { *Teſtamenta.* / *Rationes,in quibus aliquid prætenditur.*
7 *Neutra partiũ exhibere tenetur literas alterius partis,per quas ſua probare prætendit.*
8 *Literæ à partibus exhibendæ ſunt,quando prætenditur falſitas.*

1 SI Actor in forma ſuæ petitionis prę
tenderet & inſereret aliquod priui
legium,titulum aliquem,aut vllas lite
ras probatorias, is ſtatim idem priui-
legium,titulum,& literas in principio
proceſſus,vel(vti dicunt)in primo Cu
riæ ingreſſu, & cum exploto exhibe-
re debebit,alioqui enim Reus non te-
neretur procedere in cauſa,niſi vellet.
2 Secus autem res habet in Reo:is enim
tametſi aliquod priuilegium,titulum,
aut literas in ſua defenſione prætende
ret,eadem minimè exhibere tenetur,
niſi velit.Attamẽ ſi ipſi res eſſent cum
procuratore fiſci,hoc eſt cum procura
tore generali,& prædictos titulos prę
tenderet, tunc is reus omnino dictos
titulos oſtendere deberet,ſiquidem is
procurator hoc requireret.Sed hæc o-
mnia ſecundum ſtylum, vti ferunt.
3 Actor autem poſt petitionem exhibi-
tam non tenetur exhibere vlla acta iu
dicialia,quæ ſcriptis ſuis prætenderat,
4 ob id quod huiuſmodi acta vtrique
partium ſint communia, ita vt vtraq;
pars talium actorum ſibi copiam , aut
5 exemplar petere poſsit.Sed ſi poſt lon
giuſculum tempus controuerſia fue-
rit de retroactis,(id eſt,de actis aliquã
diu intermiſsis,& ſuſpẽſis)tunc actor
eadem retroacta exhibere teneretur.
Teſtamenta quoque exhibenda ſunt
6 ſtatim poſt petitionem ſiue libellum
exhibitum.Sic & rationes omnes ſta-
tim exhibendæ ſunt, in quibus actor
7 aliquid prętendit aut præſumit.Quo-
ties actor ſuam intentionem fundare
volet ex literis aut reſpõſis rei,vel con
trà.Quando reus ſuam exceptionem
fundare volet ex literis actoris , tunc
neutra partium cogi poteſt, vt eas lite
ras exhibeat,niſi fortaſsis actor in ijs
8 aliquid prætenderet. Verùm vtraque
partium ad literarum exhibitionem
compelli poſſet, ſi res de falſitate age-
retur,& in controuerſiam traheretur.

CAPVT

CAPVT CXIIII.

De Dilationibus in genere.

Summæ.

1 *Actor ad ſuam petitionem formandam diu deliberat.*
2 *Reus non ſtatim habet, quod ad actoris petitionem reſpondeat.*
3 *Reus dilationes ad reſponſionem formandam petit.*
4 *Dilationes aliæ ſunt { Ordinariæ, quas iura aut ſtatuta permittunt, aliæ Extraordinariæ, quas Iudex ex officio largitur.*
5 *Iudex non temerè Dilationes extraordinarias permittere debet.*
6 *Proceſſuum protractio quanta damna ſecum aliquando trahat.*

1 Actor ſuam petitionem (quam per proceſſum exhibere voluit) plerunque longo tempore conſultat, & clàm variis probationibus firmat, reumque tunc inexpectàtem ita ſubitò coram iudice citat, & præter expectationem non rarò lite intentanda turbat, ſtatim contra ipſum libellũ
2 ceu petitionem exhibet. Ad quam petitionem, quia Reus non habet, quod ſtatim, & ex tempore, vel dicto, vel ſcripto reſpondeat, propterea eiuſdẽ petitionis copiam ilico ſibi dari poſtulat, vt eam maturè examinet, cõſultet, & quid ad eam reſpõdere debeat,
3 perdiſcat, hoc vt conſultò faciat, aliquanto indiget tempore, quo vt fruatur, à iudice poſt actoris exhibitam petitionem dilationis tempus (quod conſultationis diem vocant) expoſcere poterit, vt in eo ad actoris petionẽ maturè conſultet, & reſponſionem ſuam prudenter paret, Atque hanc dilationem Iudex reo petenti negare
4 non poteſt. Huiuiſmadi autem dilationes ſunt bifariæ, aliæ ſunt ordinariæ, aliæ ſunt extraordinariæ. Dilationes ordinariæ ſunt, quas iura attribuunt, aut quas vel ſtylus, vel conſuetudo, vel ſtatuta, vel ordinationes donant, quas vulgò dilationes vocamus peremptorias, quod eas Iudex neutri partium, ſine notabili cauſa denegare poteſt, quod addo propterea, quod Iudex ex certa, & vrgente cauſa omnem dilationem negare poſsit. Dila-
5 tiones extraordinariæ ſunt, quas Iudex ex ſuo officio ſupra ordinarias dilationes parti conſentit, idque ex propria prudentia, ex cauſa ipſum ad hoc mouente, & ex animo ſibi talis æqui conſcio, atque ita conducere ſuadente.
6 Verum iſtas dilationes Iudex non temerè largiri debet. Quod ipſius ſit officium omnes proceſſus, quam breuiſsimè abſoluere, oẽs remoras abrũpere, ideoque nullas ſuperfluas dilationes extraordinarias permittere, propter enormia damna, & intereſſe, quæ plerumque ex indebitis dilationibus, & iuſtitiæ procraſtinationibus enaſcũtur. Ita vt alterutra pars ob has
7 ſæpe depauperetur, aut mendicare vel maleficia patrare cogatur, aut mœrore contabeſcat, & moriatur, liberique ipſius ſqualoribus, & inedia pereant, ne pe-

ne peiora commemorem. Ideoq; huiuſmodi pericula et mala, tam Deo ingrata, quàm hominibus inuiſa, iudicibus erunt præmeditanda, & iuſtitiæ progreſſus legitimè ab eis accelerãdus.

CAPVT CXV.

De Dilationibus ordinariis ante litiſconteſ.

1 *Dilationes ordinariæ aliæ ſunt*
- *Ante litiſconteſtationem .ſ.* Summæ.
  - *Citatoriæ.*
  - *Reuocatoriæ.*
  - *Deliberatoriæ.*
  - *Impeditoriæ.*
  - *Reſtitutoriæ.*
  - *Exoneratoriæ.*
  - *Loci inſpectoriæ.*
- *Poſt litiſconteſtationem*
- *Poſt ſententiam*
  - *de quibus in ſequẽtib. capi. 116. 117.*

7 *Dilatio*
- 2 *Citatoria ab oſtiario parti citatæ permittitur .ſ. 10. aut 14. dierum.*
- 3 *Reuocatoria*
  - *A iudice permittitur ob iniuſtam arreſtationem.*
  - *aut*
  - *A iudice permittitur ad reuocanda reſponſa exhibita.*
- *Deliberatoria*
  - 4 *Datur reo poſt actoris petitionem exhibitam.*
  - 5 *Datur reo in Francia, vt eligat vel*
    - *Tempus deliberandi.*
    - *Tempus inſpecti.*
    - *Tẽpus ſeruandæ guard.*
  - 6 *Datur in Flandria reo ad*
    - *Deliberandum.*
    - *vel*
    - *Conſultandum.*
- *Impeditoria in Flandria conceditur ad arramenta accipienda.*
- 8 *Conſultatoria nõ cõuenit in*
  - *Materia nouitatis*
  - *aut*
  - *Ingreſſu curiæ.*
- 9 *Reſtitutoria datur*
  - *Spoliatis .ſ. 6. menſ. aut vnius anni.*
  - *Ad appellandum .ſ.*
    - *10. dierum.*
    - *Vnius anni.*
    - *Nunc .4. annorum.*
- 10 *Guarandationis*
  - *In Flandria reo permittitur terna.*
  - *Nulli ad vlteriorem guarandationem permittitur.*
  - *Nulli permittitur in materia*
    - *Exceſſuum*
    - *aut*
    - *Nouitatis*
- 11 *Inſpectoria loci*
  - *Datur in*
    - *Materia*
      - *Reali.*
      - *Seruitutum.*
      - *Simp. Saiſi.*
    - *Rebus priuatis.*
  - *Non datur in*
    - *Actione vniuerſali.*
    - *&*
    - *Materia nouitatis.*

Diximus

DIximus præcedenti capite quæ propriè dicantur dilationes ordinarię, nunc harum diuiſionem accipe. Sunt itaque dilationes ordinariæ, aliæ ante litiſconteſtationem, aliæ poſt litiſcōteſtationem, aliæ poſt ſentētiam.

1 Ordinariæ dilationes quæ petuntur ante litiſconteſtationem, ſunt dilationes citatoriæ, reuocatoriæ, deliberatoriæ, impeditoriæ, reſtitutoriæ, liberatoriæ, vel guarandiæ, & loci inſpecto-

2 riæ (vulgo *veue de lieu*. Dilationes citatoriæ ſunt, quas Oſtiarij parti ab ipſis citatæ conſentiunt, vt eo conſtituto tunc die iudicio ſe ſiſtat, & cōpareat: huiuſmodi dilationes citatoriæ ſecundum iura tantum concedūtur ad decem dies, ſecundum conſuetudinem verò ordinariam extendūtur ad qua-

3 tuordecim dies. Dilationes reuocatoriæ, ſunt quæ illis à iudice permittuntur, qui ob iniuſtam cauſam arreſtantur, remorantur, aut impediūtur, quibuſq; ius & iudex, domum redire permittit. c. Finali. ex. de dila. & c. Finali ext. de for. compet. & c. 1. 5. q. 1. Reuocatoriæ quoque dilationes ſunt, per quas alterutra partium reuocare cupit quædam ſua reſponſa, quæ reſpondit, & ſcripto exhibuit ſuper depoſitis, poſitionibus, aut articulis ſuę partis. Quę dilationes ferè ſunt trium dierum, ſecundum quoſdam. l. 3. C. de erro. aduocato. fa. 4. gloſ. vltima. in. c. Pręterea. ex. de teſtib. cogēd. ſed rarò contingunt, raroque permittuntur.

4 Dilationes deliberatorię ſunt, quę reo poſt actoris petitionem exhibitā permittūtur, vt is reus maturè deliberet, & conſultet, quid ad eam petitionem dignè reſpondeat, an velit cedere, an contendere. Has dilationes etiam conſultationum dies vocamus, quæ ferè ſunt viginti dierum. c. offeratur. 3. q. 3. & Autenti. offeratur. C. de litiſconteſta. aut ſecundum ſtylum, quatuor-

5 decim dierum. In Francia aſsidua hac praxi vtuntur, vt reus poſt actoris petitionem perceptam, petere, & eligere poſsit vnam ex his trib⁹ dilationibus, ſcilicet, tempus ad deliberandum, tempus ad videndum, aut perſpiciendum, (quod Galli vocant *veue de lieu*) & item tempus vel dilationem ad ſummandum ſuam guarādiam, vt vocant. Sed hoc tunc reo obſeruandum eſt, vt eas dilationes in ſuo debito ordine petat. Nam ſi dies guarandiæ peteret, is tunc iudicem approbaret, & cum eo ius dilationis declinatoriæ perderet. Sed in Flandria iſthæc praxis eſt incognita, neque etiam locum habet in

6 Parlamento Mechiliníenſi. Veruntamen in Flādria olim poſt petitionem actoris auditam, binas diſtinguebant dilationū ſpecies, quarum alteræ continebant tēpus deliberatorium, (quod Barbari tempus auiſandi dicunt) alteræ conſultandi tempus præferebant. Per quas hoc ſtatuebatur, vt quoties reus deliberatoriam deliberationem acciperet, is ſimul accepit poteſtatem, qua ipſi quaſuis exceptiones declinatorias, & alias quaſuis proponere licuit. Sed ſi prius accepiſſet dies, aut dilationes conſultatorias, tunc ſtatim litem conteſtari debuit. Verùm hanc diſtinctionem poſterior

7 ætas prorſus deſeruit. In Flādria quoque vſurpatur alia dilatio, quam vocant dilationem impedimentorum, nempe quoties aliquis citatur ad arramenta proceſſus accipienda, aut ad eadem deferenda. Quæ quidem dilationis forma etiam ex Franciæ ſtylo profecta videtur. Attamen in Parlamento Mechilinienſi eadē non eſt cogni-

8 ta, neq; vſurpata. Cæterum in delibe-

rationibus

rationibus hoc notandum eſt, quod in materia nouitatis non conuenit dilatio cõſultationis ad deliberandum. Vnuſquiſque enim actor, & petitor eſt, in ipſa cauſarum inſtantia, aut in prima inſtitutione litis. Sed tamen quoties pars dilationem conſultationis petit, eadem ipſi nullo modo deneganda erit, quod eadem dilatio tam reo cuique, quam actori permittenda fuerit, Carolus dux Burgũdię ſtatuit, ne alicui dilatio conſultatoria permitteretur, quando introitus Curiæ (vulgò *venue en court*) continebat in ſe libellum, & quando citatus copiam eiuſdem accipit. Verùm hæc conſtitu-
9 tio poſtea etiam non eſt vſurpata. Dilationes reſtitutoriæ, ſunt dilationes ſex menſium, aut certè vnius anni, nõ vltra, quæ conceduntur ſpoliatis, ad reſpondendum & obiiciendum ſpoliatori, quando à ſpoliato ſua repetere tentat. c. Eiectis 3. q. 2. Sed de hac quidem non multum vſurpatum eſt. Sũt item dilationes reſtitutoriæ, quæ ad appellandum conceduntur, quæ ferè decem dierum, Aut ad reſtituendum aliquem in ſuum debitum ſtatũ, quod olim intra annum fieri conſueuit, nũc verò iuxta nouam praxim intra an-
10 nos quatuor. l. Finali C. de tempo. in integ. reſtit. Dilationes verò exoneratoriæ ad ſumandum guarandationem reo conceduntur ternæ, breues, aut lõgiuſculæ, ad prudentiam iudicis. Sed quiſquis citatus aut euocatus eſt ad guarandiam, huic nullæ conceduntur dilationes ad aliquem alium in guarandiis ſummandum, niſi in ſola Flandria, in qua concedũtur dilationes ad vlterius guarandiam expoſcendam, & vt ſuper ea citationes curentur. In materia autem exceſſuum guarandatio nullum locum obtinet, & per conſequens nullas dilationes ad ſummationes ſuper iis faciendas requirit. Eadem quoque non requiritur in materia nouitatis, quando turbatio facta eſt ex ſuo proprio nomine. Sed quando turbatio facta eſt ſub nomine alterius, tunc guarandiæ ſummatio locũ habere debet, dummodo nullus exceſſus repertus fuerit. In actionibus realibus, ſeruitutum, aut ſimplicis ſaiſinæ
11 reo omnino permittendę ſunt dilationes, de inſpectione loci (vulgò, *de veue du lieu*) ſiquidem eas petierit, ſed ad diſcretionem iudicis. Sed hæc dilatio, *de veue du lieu*, nullum locum habet in actionibus vniuerſalibus, nempe in quibus per actionem generalẽ, de aliquo caſtro, cum omnibus ſuis pertinentiis agitur. Dilatio quoque (*de veue du lieu*) nullum habet locum in materia nouitatis, quod in ea executio ſiue explotum factum ſit in loco contentioſo, vbi reus inſpectionẽ loci, ſi voluiſſet, habere potuit. Verùm dicta dilatio inſpectoria (*veue du lieu*) locum habet, quando agitur de rebus priuatis, cum ſuis quatuor angulis, & intermediis.

CAPVT CXVI.

De Dilationibus ordinariis poſt litiſconteſtationem.

Summæ.

Dilatio-

1 *Dilationes poſt litiſcon. conducunt,*
- *Vt agenda, & defendenda conſcribantur.*
- *Vt ſcripta exhibeantur.*
- *Vt ſcripta referantur.*
- *Vt ſupplicatio formetur, & exhibeatur.*
- *Vt confutationes, & ſaluationes parentur.*
- *Vt omnia in iudicio concludantur.*

2 *Vt agenda, vel defendenda conſcribantur, datur vnica dilatio.*
3 *Ad ſcripta referenda in Parlamento, datur tantum vnica dilatio.*
4 *Ad informationem ſummariam formandam datur tantum vnica dilatio.*
5 *Ad informationem valetudinariam nulla datur dilatio.*
6 *Ad informationem ordinariam faciendam dantur tres dilationes &c.*
7 *In Flandria olim vtriq; partium dabantur ternæ dilationes.*
8 *In Parlamento Mechilmienſi tantum conceduntur dilationes ordinariæ. 6. hebdom.*
9 *Dilatio ad informationem ſub pœna iuris dicendi permiſſa, ſi negligatur, cauſam in iudicio concludit.*
10 *Differentia inter dilationis prorogationem, & nouæ dilationis conceſſionem.*
11 *Dilationes variæ permittuntur, ſed in cauſis varijs.*
13 *Ad informationem ſuper contradictionibus ſeu confutationibus formãdam, datur vnica dilatio peremptoria.*

13 *Ad iurandum*
- *De calumnia, nulla datur dilatio.*
- *De affirmanda ſua ſcriptura, nulla datur dilatio.*
- *De veritate, partibus permittitur dilatio.*

1 POſt litiſconteſtationẽ largiuntur à iudice dilationes præparatoriæ, q̃ ad hoc conducunt, vt agenda, vel defendenda appoſitè conſcribantur, vt eadem ſcripta exhibeantur, vt ſemel ſcripta (ſi ita videatur) referantur, vt ſupplicum libelli formentur, vt confutationes, & ſaluationes exhibeantur, vt denique omnia in iudicio con
2 cludantur. Vt autem agenda, aut defendenda ritè ſcribantur, tantùm attribuitur vnica dilatio ordinaria, ſcilicet quatuordecim dierum. Si quas alias dilationes, aut plures iudex admiſerit, eæ ſunt extraordinariæ, & ex rationabili cauſa, vel cum cõſenſu partis per-
3 miſſæ. In magno Conſilio Mechilinienſi, quando per ſententiam partibus iniunctum eſt, vt certò die, & ad certiorem memoriã ſua reſponſa ſcriptis exhibeant, eaq; cæteris adiũgant, ad hoc vt Iudex tanto citiùs dare poſſet dilationẽ ſuam peremptoriã, ſub pœna ſententiæ expectandæ, & dicendæ, tunc enim eo die expirato, proceſſus habetur tanquam concluſus in iudicio ſiue cauſa, (vt aiunt) & ſentẽtia pronũciatur ſecundum ea quæ à par-
4 tibus vtrinq; ſcriptis ſunt exhibita. Ad ſummariã quoq; informationem vel enquæſtam, aut ad productionem faciendam ſuper aliqua prouiſione, aut recredẽtia, etiam vnica dilatio permittitur, ad diſcretionem iudicis, niſi fortaſsis recredentia, & aliæ cauſę inciderent, quę iudicem ad plures dilationes
5 largiendas permouerent. Ad formandam autem, aut ad faciendam informationem, vel enquæſtam valetudinariam nulla prorſus permittenda e-
6 rit dilatio. Ad formandã verò ſiue faciendam informationem ordinariam

iudex parti requirenti permittit di-
lationes ternas, & quartam ex ſuo
officio extraordinariam, ſed cum
cognitione cauſæ, & quoties ea ad-
eſt, & quando producens iurat ſe
eam dilationem non petere ex vllo
dolo aut calumniandi animo. Hæc
autem quarta extraordinaria dilatio
ad informationem formandam &
faciendam, ferè nonquam permitti-
tur. Attamen ſi producens in prima,
ſecunda, aut tertia dilatione aliquas
productiones facere cœpiſſet, & ſi cla-
rè conſtaret, quod certis impedimen-
tis ad vlteriores productiones pera-
gendas remoratus fuiſſet, eo caſu iu-
dex hanc quartam extraordinariam
dilationem, imò & aliam producen-
ti permitteret, ſcilicet, cum cognitio-
ne rerum & cauſæ, quod probatio
in iudicijs ſemper ſit fauorabilis.

7 In Flandria olim praxis vſus habe-
bat, vt vtrique partium ad informa-
tionem ſiue enquæſtam formandam
ordinariam tribuerentur tres præfi-
xæ dilationes, ſingulæque quinque
hebdomadarum. Quæ quidem pra-
xis orta dicitur ex inſtitutione Phi-
lippi Ducis Burgundiorum, anno,
1426. qui ſtatuit, vt omnes informa-
tiones ſiue enquæſtæ ordinariæ fie-
rent, imò abſoluerentur pro omnibus
dilationibus ab Actore intra ſpacium
ſex hebdomadarum. Et ſimiliter à
8 Reo intra alias ſex hebdomadas. In
Parlamento verò Mechlinienſi dila-
tiones ordinariæ ſunt ſex hebdoma-
darum, tam pro vna partium, quàm
pro altera. In quo item Parlamento
conſtitutum eſt, quod pro informa-
tione vel enquæſta formanda aut fa-
cienda, non plures nec aliæ daren-
tur dilationes, quàm ordinariæ, ni-
ſi procurator iuramento affirmaſſet,
quod ea pars omnem, & debitam
diligentiam prioribus dilationibus
impendiſſet, quodque per ipſum non
ſteterit, quominus omnes ſuas proba-
tiones in conceſsis prioribus dila-
9 tionibus parauerit. Sed quoties al-
terutri partium permittitur dilatio
ac terminus ad ſuam informationem
ſiue enquæſtam faciendam & forman
dam, ſub iuris dicendi pœna, & ſi
eam informationem intra præſtitum
tempus non fecerit nec exhibuerit,
tunc ea dilationis mora nullum a-
lium effectum habet, quàm quod ea
partem deficientem reiectet ab vlte-
riori informatione ac enquæſta fa-
cienda ac formanda, & quod ipſum
compellat ad concludendum in fa-
ctis principalibus, ſic tamen, vt is de-
ficiens adhuc producere poterit con-
futationum literas, & titulos, & ex-
hibere confutationes ſeu contradi-
10 ctiones teſtium. Non eſt autem hoc
loco opinandum, quod idem ſint di-
lationem aliquam prorogare, & no-
uam dilationem conſentire, tametſi
primò intuitu videantur eadem. Di-
lationem enim aliquam protrahere,
vel prorogare, eſt eandem continuan-
do extendere, antequam expiret.
Sed nouam dilationem dare, eſt aliam
poſt expirationem prioris permitte-
re. Illa enim continuationem, hæc
autem nouam conceſsionem requirit.
Et ideo quamuis noua dilatio nulli
permittenda fuerit, poſtquam prior
expirauerit, poteſt tamen ea prior
dilatio ante expirationem proroga-
ri. Quæ quidem prorogatio non eſt
noua dilationis conceſsio, ſed tan-
tùm prioris extenſio. Quocirca vbi
dilatio conceſſa, ſemel expirauerit, ea
amplius prorogari nequit. Quia quod
eſſe deſiit, id continuari, aut proro-
gari

11 gari neſcit. Attamen iudex permit
tere poteſt dilationem in vno effectu,
& rurſus aliam dilationem in alio
effectu, veluti cū iudex vni partiū dila
tionē conceſsit in v na cauſſa, ſcilicet,
pro informatione ſiue enquæſta ali-
qua facienda & exhibenda, is alteri
partium concedere poteſt dilationem
ad refutationem ſiue condictionem
faciendam & formandam, quæ di-
latio incipiet, vbi alterius deſierit, vel
dare poteſt vtrique eandem dilatio-
12 nem ſimul incipiendam. Ad infor-
mationem ac enquæſtam faciendam
& formandam ſuper confutationi-
bus ſeu contradictionibus, in qui-
bus vlla informatio fieri conuenit, iu
dex ad eam vnicam dilationem per-
emptoriam parti requirenti permit-
tit & concedit, ad ſui diſcretionem,
13 & non plures. Neutri partium ad iu
randum de calumnia permittēda erit
dilatio, neque etiam ad affirmandum
ſua ſcripta per iuramentum conſue-
tum. Sed tamen partibus permit-
titur dilatio, ad iurandum per iura-
mentum veritatis, quoties cauſarum
probatio ad ipſorum iuramentum
defertur, nempe ob hanc cauſam, vt
ante iuramentum præſtandum ſei-
pſos probè examinarent, & iuran-
da diligenter perſpicerent, vt in men-
te à periurio tutiores forent.

CAPVT CXVII.

De Dilationibus ordinarijs poſt ſententiam.

Summæ.

Dilationum poſt ſententiā, alia eſt
- 1 *Iudicatoria .ſ. 4. menſium.*
- 2 *Executoria, aſsignanda vel à iudice, vel ab executore.*
- 3 *Appellatoria, ad conſultandum, an appellare conueniat.*
- 4 *Appellationis proſecutoria, ſcz*
  - *3. menſium.*
  - *Vnius anni.*
  - *Duorū annorū.*
- 5 *Reformatoria .ſ. vnius anni.*

6 *Dilationes poſt ſententiam ſunt arbitrariæ.*

7 *Dilationum permittendarum cauſæ ſunt*
- *Locorum diſtantia,*
- *Perſonarum qualitas.*
- *Temporum qualitas.*
- *Ratio cauſarum oblatarum.*

1 DAntur etiam ſecundum iura dilationes poſt ſententiam pronunciatam,ſed ſoli condemnato, cui tunc permittitur vnica dilatio (vulgo dicta) dilatio iudicatoria, quæ eſt quatuor mēſium,ad hoc vt condemnatus ſententię latę actu et opere ſatisfaciat, eamq́ue præſtet,& perficiat .c. Quærenti. extra. de offic.delega. c. Quod ad conſultationem,extra.de ſenten.et re iudica.l.Eos.& l. Sancimus. C. de vſur.rei iudica.l.Si debitori. ff. de iudic. Sed iſta in iure cōceſſa dilatio non eſt in praxi multū vſurpata, nec ordinariè,nec alio modo, niſi p ordinatio-
2 nem,conſenſum, & conſcientiā iudicis iuxta cauſam oblatam. Poſt ſententiam quoq; datur reo & alia dilatio,q̄ vocatur dilatio executoria, quam ferè Reo permittit ipſe Oſtiarius,aut alius quiſpiā executor,ad ſatisfaciendū ſententię, intra certum tēpus ab ipſo executore aſsignandum. Sed hæc dilatio etiam ex arbitrio iudicis, vel oſtiarij, vel executoris potiſsimum dependet, qui ipſam ex cauſa ita permiſſuri erūt.
3 Poſt ſententiam itē datur alia dilatio, quæ vocatur appellatoria, quæ datur reo ad deliberationem appellationis, hæc dilatio eſt decem dierum c. Anteriorum.2.q.6.c. Cùm dilectus, in fine ext.de elect.c. Significauerunt.ext.de teſtib. & l. Eos. in fine & Autentica
4 ibi poſita.C.de appellat.Eſt & quarta dilatio poſt ſententiam, & poſt appellationem intentatam,quæ idcirco vocatur ſententia appellationis proſecutoria,nempe ad appellationē cœptam proſequendam,ea plęrunque eſt iuxta ſtilum trium menſium, & ſecundum iura vnius anni,vel ex cauſa duorū an-
5 norum.Datur & alia dilatio poſt ſententiam reformatoria,quæ ad ſententiæ latæ reformationem potiſsimum ſpectat,hęc iuxta ſtilum eſt vnius an-
6 ni. Sed hoc loco ſciendū eſt,quod omnes dilationes,quæ aut iuxta ſtilū, aut iuxta ſtatuta ordinaria,aut ſecundum iura poſt ſententiam permittūtur,ſint arbitrariæ,quas tamen iudex expreſſe denegare non poteſt, ſed tantùm mo-
7 derari,& ex cauſa prorogare,vt volet, iuxta occaſiones oblatas, & cognitas, ſcilicet propter locorum diſtantiam, perſonarum qualitatem,temporum affectiones,& cæterarum cauſarum naturam ita ſuadentem . c. Si epiſcopus 3.q.2.c.Cùm ſit romana.ext. de appella.& l.Nonnunquam ff.de iudic.

Quod ſi ad has dilationes indebito vtatur moderamine, ab eo appellari licet, quod ipſius ſit officium omnes dilationes (quas & quando poteſt) breuiare,amputare,& abrumpere. Ita d. Speculat.lib.2. particu .1. Rubrica. de dilationib.

CAPVT CXVIII.

De Dilationibus extraordinarijs.

Summæ.

1 *Dilatio extraordinaria eſt duplex* { *Simplex, quæ datur ſimpliciter.*
2 *Peremptoria, quæ* { *Datur ſub certa pœna.*
3 *aut quæ*
Excludit vlteriorem dilationem.

4 *Si pars moriatur* { *Dilatione peremptoria durante, renouatur tunc dilatio.*
5 *Dilatione peremptoria expirata, ea dilatio locum ſuum obtinet.*

6 *Dilatio extraordinaria* { *In vno caſu tantum datur vna.*
7 *Secunda, requirit ab impetrante iuramentum.*
8 *Tertia, Quarta, requirunt probationes, non iuramentum.*
9 *Propter abſentiam Conſilij, vbi concedatur.*
10 *In Curijs feudorum cauſam aliquando reijcit alio.*

11 *Dilatio* { *Omnis cum bona fide petenda eſt, quam iuramentum confirmat.*
12 *De calumnia ſuſpecta, iudicem vrget, vt partem ad iuramentum compellat.*

HOc loco ſciēdum eſt, quod extra-
ordinariæ dilationes ſiue induciæ
ſunt bifariȩ, ſcilicet ſimplices & per-
1 emptoriæ. Dilationes extraordinariæ
ſimplices ſunt, quas iudex ſimpliciter,
2 & ſine pœna concedit. Dilationes ex-
traordinariȩ peremptoriȩ ſunt, quas
iudex permittit, cum adiectione alicu
ius pœnȩ, nempe ſub pœna detruden-
di, aut repellendi, aut ſub pœna quòd
die elapſo ipſe ius dicturus ſit ſuper il
lo, quod in Curia repertū erit, aut ſub
3 id genus ſimilibus pœnis aliis. In ma-
gno autem Mechilinienſi conſilio, di-
latio peremptoria etiā dicitur vltima
dilatio, ita vt poſt eam non ſit expe-
ctanda alia. Quoties enim ea Curia
concedit parti vnam dilationem ex-
traordinariam perēptoriam, hoc intel
ligitur, q̄ ea dilatio cōceſſa ſit pro om
nibusq́ dilationibus, ratiōe illius verbi
perēptorium, vel perēptoria, & quod
poſt talem dilationem elapſam nihil
reſtet, quàm ius dicendum, & admi-
4 niſtranda iuſtitia. Quando dilatio ex-
traordinaria peremptoria data ac con
ceſſa eſt, & ſi pars interim moriatur, ea
ſcilicet dilatione pendente, tunc ordi
natio, (vulgò) appoinctamentum re-
nouatur, & extenditur vſque ad alios
dies peremptorios, dummodo hȩre-
des aut alij proceſſus apprehenſores
5 id expoſcāt. Sed ſi pars moriatur poſt
dilationis peremptoriȩ expirationem
ordinatio ſiue decretum iudicis vel ap
poinctamentum habet & ſortitur lo
cum, cum diſcretione tamen iudicis.
6 Iure, aut cōſuetudine ordinaria iudex
in vno caſu, aut facto tantum vnicam
dilationem extraordinariam conce-
dere ſolet, & non plures, eamq́; etiam
cum debita cognitione cauſȩ. Nam ſi
ex aliis cauſis plures dilationes elargiā
tur, eæ erunt extraordinariȩ dicendȩ.
7 Sed in dilationibus concedendis, hoc
notandum eſt, quod ad ſecundam di-
lationem concedendam, iudex ab im-
petrante iuramentum requirit, & ac-
cipit in tertia, quarta dilatione, ob id
verū hoc iuramentū nō requirit nec ac
cipit quod ſuper iure (q̄ iuranti com-
8 petit) iuretur. Sed in iis dilationibus
debet pars ſua facta probare, quod ni
fecerit, ab ea probatione, & conceſſa
9 dilatione detruditur & repellitur. In
conſilio tamen Flandriæ, nec non in

magno conſilio Mechilinienſi, atque etiam in alijs Flandriæ Curijs vſus & praxis habet, vt partes petant adhuc vnam extraordinariam dilationẽ, propter conſilij abſentiam, ſuſtinentes eam ipſis nequaquam poſſe ſemel in cauſa recuſari. Quæ quidem praxis profecta nobiſque relicta eſt ex Fran-
10 cia.In Curijs verò feudorum Prætores poſtponunt nonnunquam vnam cauſam. Et poſt vnam aut alteram dilationem extraordinariam conceſſam eam cauſam extra ipſorum iuriſdictionem reiiciunt, ſicut ipſis idipſum expedire, & res oblata expoſcere vi-
12 debitur. Hoc loco autem ſciendum eſt, quod omnes dilationes peti cũ bona fide debeãt. Iudex autem tunc bonam fidẽ in partibus præſumit, quando ambæ partes iurauerunt de calumnia, hoc eſt, quando iurarunt ſeſe bona fide, & non animo calumniandi egiſſe, & agere velle, & reſpondiſſe & reſponſuros eſſe. De quo iuramento ad calumniam hi verſus feruntur.

Illud iuretur, quod lis ſibi iuſta videtur.
Et ſi quæratur, quod nil niſi vera fatetur.
Quod nil promittet, quod falſa probare negabit.
Vt lis tardetur, dilatio nulla petatur.

c. Primo. iuncta ibi gloſſa. in verbo. Calumniæ iuramentum, extra. de iu-
11 ra.calum. Quod ſi à partibus ita debitè iuratum non fuerit iuramento de calumnia. Aut ſi iudex dubitet, ne pars dilationem malicioſè aut calumnioſè petat, nempe, aut ad proceſſum protrahendum, aut ad ſuam partẽ moleſtandam, potiſsimum quod calumniæ talis ſuſpitionem præbeat, per hoc quod rationes apparenter ad calumniã tendere alleget & concludat, poteſt tunc iudex, imò ex officio debet eam partem (ſi modò tunc præſens adſit) aut ipſius procuratorẽ talem dilationem petentem compellere, iuxta Curiæ ſtylum ad iuramentum de calũnia, nempe vt iuret, quod id quod petit ſiue quod præſupponit, æquum, verum, & ſyncerum ſit, quodque in ea cauſa nil faciat, nihilque dicat, aut petat, quod calumniam aut malitiam ſpirare putet. Harum dilationum materiam, ſiquis copioſius pernoſſe cupiat, is legat. D. Speculatorem. lib. 2. particu. 1. Rubrica. de dilationib.

CAPVT CXIX.

De ferijs (vulgò) Vacantijs.

Summæ.

1 *Hominum actiones per quietem ſunt temperandæ.*
2 *Deus poſt. 6. dierum operationem, cur requieuit, & ſabbatum inſtituit?*
3 *Feriæ vnde dictæ?*
4 *Ethnicorum feriæ abrogatæ.*
5 *Chriſtianorum feriæ cur inſtitutæ?*
6 *Feriarum chriſtianorum abuſus.*

7 *Congra-*

7 *Congratulationes ob læta diuinitus conceſſa,etiam feriæ dicuntur.*
8 *Vacantiæ forenſes etiam feriæ dicuntur.*

9 *Feriæ aliæ ſunt*
- *Solemnes,vel ſacræ*
  - *Generales.*
  - *Particulares.*
- *Repentinæ . . partim ſacræ,partim prophanæ.*
- *Ruſticæ,quæ vacantiæ dicuntur.*

10 *An feſtis diebus, ſtudijs vacare liceat?*
11 *An tibicines feſta non violent?*
12 *Feriæ repentinæ quæ dicantur?*
13 *Feriæ repentinæ à ſolo mandantur Principe.*
14 *Feriæ repentinæ,quando* { *Sacræ.* / *Prophanæ.* }
15 *Feriæ ruſticæ non ſunt ſacræ nec eccleſiaſticæ,ſed à iure dicendo vacantiæ.*
16 *De ferijs ruſticis Iuſtiniani ſententia aurea.*
17 *Inuectio in parochos nolentes tempore meſſis leuiuſculas ferias violari.*

Ferijs
18 *Sacris* } *nemini renunciare licet.*
19 *Repentinis* } *nemini renunciare licet.*
20 *Ruſticis,renunciare licet.*

21 *Vacantiæ ſeruiunt*
- *Agricolis.*
- *Conſiliarijs.*
- *Iudicibus.*
- *Militibus.*
- *Lectoribus.*
- *Studioſis.*
- *Multis aliis.*

Vacantiæ in
22 *Parlamento Mechilinienſi.*
23 *Concilio Flandriæ.*
24 *Parlamento Pariſienſi.*

25 *Vacantiarum tempore,quibus in cauſis ius dicendum requiritur.*

1 HOc à natura cõparatũ eſſe videmꝰ vt in rebus humanis nihil ſit ſtabile,nil diuturnum,nilq́; perpetuũ , ſed omnium rerum alternę conſpiciantur viciſsitudines.Sic quoq; in rebus noſtris agendis aſsidua actio fatiſcit , et eneruatur, niſi ſubindè alterna requie temperata mitigetur et erigatur.Quia (vt Ouidius,) Quod caret alterna requie,durabile non eſt. Quin & Deus in creatione mundi,vbi .6. diebus hãc pulcherrimã mundi fabricam abſoluiſſet,die ſeptimo requieuit ab omni opere,quẽ ideo ſabbatũ, id eſt, requiẽ appellari voluit,quẽq́;poſtea nobis poſt 6. dierũ labores, ad corporis mentiſq; quietẽ inſtituit , & ideo nobis eũdem etiam ſacrum,& ſanctificandũ eſſe voluit.Primò ſcilicet,vt eo die contemplationibꝰ,& diuinæ beneficẽtiæ laudibus,deinde erga proximum munificentię fraternæ & charitatis operibus vacaremus.Hunc diẽ,& ſimiles ab eccleſia inſtitutos, priſca ætas illa ferias appellauit.Quod nomen ab æthnicis aut iudaicis ceremonijs profectum,

& relictum puto, & dictum à ferien-
dis, id eſt, mactandis victimis: ꝗ olim
diebꝰ feſtis offerebãtur, quibuſq; nul
lum ius dicebatur, ſed tãtum ſacris ce-
4 remonijs operam nauabant. Verũ illæ
gentium, paganorumq; feriæ, nẽpe Sa
turnalia, Bacchanalia, Vulcanalia, Ce-
realia & c. iã olim religio chriſtiana di-
gniſsimè abrogauit, & in eorundẽ lo-
cum ſanctiſsimè ſubſtituit diẽ domi-
nicũ loco ſabbati Iudaici, & poſteà fe-
5 rias diuorũ, ſcilicet, virginis & matris
Domini, Apoſtolorũ, Martyrum, Cõ-
feſſorum, & Virginum, vt his ferijs po
pulus non inerti vacaret ocio, ſed po-
tius ſeſe religioni, & veræ pietatis ope
ribus impenderet, ſacris concionibus,
& diuinis rebus auſcultaret, & ſi quid
ſupereſſet tẽporis, id cõtemplationi-
bus, viſitandis ægris, ſuccurrendis mi-
ſeris, conſolandis afflictis, & iuuando
proximo impenderet. Id enim verè
eſſet ſanctificare ſabbatum, & celebra
re ſanctorum natales. ſ. feriari. ſ. à ne-
gotioſis moleſtijs, & ſe diuinis trade-
6 re. Non autẽ (vt vulgus nunc ferè ſuas
agit ferias, quorũ alij, qui ſaniores ha-
bentur, vix vnã aut alteram horulã ijs
diebus diuinis miſſæ audiendę, aut ſa-
cris concionibus tribuunt, reliquum
tẽpus ocijs, ineptijs, ſpectaculis, aut la
ſciuis fabulis perdũt. (Honeſta tamen
exercitia, quę cũ pietate ſunt coniũcta
vel quę mali vitandi cauſa, aut animo-
rũ relaxationis gratia aſſumuntur, non
dãno.) Alij vix templum adeunt, & ſi
contingat eos intereſſe concionibus
aut liturgijs eccleſiaſticis, certè illis in-
tereſſe videntur, ſicut equus & mu-
lus, quibus non eſt intellectus, quod
nauſeabundi omnia audiant, omnia
videant, & perpauca intelligant. Sic
ex templis receditur, reditur domum,
aut ad œnopolium (ne peiora dicam)
ex compotationibus conſequitur e-
brietas omnium maiorũ lerna fœdiſ-
ſima, vtpote ex qua tot ſtupra, tot a-
dulteria, tot cædes, tot rixæ, tot con-
tentiones, tot blaſphemiæ, tot detra-
ctiones, totque odia & inimicitiæ pul
lulent, vt huiuſmodi malè feriatis ho-
minibꝰ tales ferię exitio, potius quàm
ſaluti eſſe videantur, & ijs præſtaret
omnino non feriari, aut certè feriari à
malis, & interim conſuetis, licitiſque
laboribus citra ſcandalum, citraque ec
cleſiæ contemptum inſiſtere, & pro-
caces voluptatum, ac maleficiorum ſti
7 mulos, duris laboribus, & corporum
exercitijs ſupplantando compeſcere.
Sed de his plus ſatis obiter, ne ſutor
vltra crepidam. Ad iſtarum feriarum
8 ſimilitudinem aliquando etiam priua
tæ et certæ inſtituuntur feriæ à Princi-
pe. Atque ſimiles etiam in foro iudi-
ciali etiam feriæ receptæ ſunt, dictęq;
feriæ (vulgò vacantię) quod magiſtra-
tus ijs diebus à negociationibus, liti-
bus, & à iure dicendo feriari, & vaca-
re ſoleat, niſi ſumma, & perneceſſaria
maioris pietatis ratio iuſtitiæ admini-
9 ſtrationem expoſceret. Pro his itaq;
ſciendum eſt triplices eſſe ferias, ſcili-
cet ſolemnes, repentinas, & ruſticas.
Feriæ ſolemnes ſunt ſacræ, & quæ ſo-
lemni ritu ab eccleſia celebrandæ ſunt
inſtitutæ c. Vnico. de religi. & vene-
ra. ſancto. lib. 6. l. Omnes. & l. Fina
li. C. de ferijs, de quibus hactenus
locuti ſumus, quibus partibus renun-
ciare non licet c. Finali ext. de ferijs.
Et in his ferijs non valet citatio facta
à iudice, nec proceſſus iudicis in iu-
dicio factus, nec ſententiæ latæ.
Harum feriarum aliæ ſunt generales
ſcilicet quas vniuerſalis eccleſia per to
tum chriſtianitatis orbem celebran-
das inſtituit, quæ ſunt. Omnes dies
domi-

dominici. Feſtum Paſchæ. Aſcenſio-
nis. Pentecoſtes. Natiuitatis Chriſti.
Epiphaniæ. Et quorundam diuorum
de quibus videre licet volumen Con
ciliorum,& diſtinct.3. per totum l.
Omnes dies. C. eodē titulo, de feriis.
Aliæ ſacræ feriȩ ſunt particulares,nem
pe quorundam diuorum,quas ſingu-
læ regiones peculiariter inſtituerunt,
quas ſingulæ pœnè ciuitates conſecrā
das aſſumpſerunt,ad gloriam Dei, &
peculiaris cuiuſdam diui,veluti patro
ni tutelaris,de quibus non eſt certa &
vniuerſalis conſtitutio. Sed ſunt qui
10 hoc loco quȩſtionem mouent,an præ
dictis feriis licitum ſit ſtudioſis, &
ſcholaſticis operam dare ſuis ſtudiis,
quod tunc omnibus indictæ ſint fe-
riæ,quas citra neceſsitatem nulli vio-
lare fas eſt. Sed pro hac quæſtione
(quod friuola videatur quodque nil
aut parum ad forenſia cōducat)lecto-
rem remitto ad D.Abbat.Panormita.
c. Primò, extra, eod.titu. de feriis, in
verbo.Et hæc faciunt. Interim tamen
(vt hic meam ſententiam pronunciē)
cenſeo Doctores, & ſcholaſticos his
feriis poſſe ſuis ſtudiis incumbere, q̄
ad publicam vtilitatem concernūt, po
tiſsimum ſi eorum cauſa,diuina iis fe-
riis non omittant,neque ea ſtudia lu-
cri,vel auaritiæ cauſa captent. Suffra-
gantur mihi Gloſſ.Ang.& Raph. Ful
go.in l.Omnes iudices,& ibi ferè per
omnes. C. de feriis & per Angel. &
Alexan.in l.Penult.ff.eod. titu.de fe-
riis,& videte Azo.in ſumma,de feriis,
& Ray,in proe.digeſtorum.Sed quia
11 hic locutus ſum de lucri cauſa, com-
modè occurrit alia dignior mouenda
quæſtio,ſcilicet,An ferias non violent
tibicines,fidicines,citharȩdi,& ſimiles
ludiones, qui plȩrunque feſtis diebus
ſuum actum agunt,tum in templis,tū
in foris,tum in nuptiis,ædibus,& qui
buſuis cōpitis, non religionis ergo,
ſed ſolius lucri,& aliorum,laſciuiæ fo
uendæ cauſſa. Item an feſta non vio-
lent,qui lucri cauſa diebus feſtis thea-
tra hyſtrica,haſtiludia, & ſimilia con-
ficiunt. Sed harum & ſimilium que-
ſtionum ſolutionem cordatis com-
mendo lectoribus, quod nihil ad ciui
lem praxim conducere videantur.Fe-
12 riæ repentinæ, ſunt feriæ non inſtitu-
tæ ab eccleſia,ſed tantum per Impera-
torem,Regem, Principem, aut ſupe-
riorem,propter aliquod repentinum
negotium,vel propter communem a-
liquam lætitiam. Veluti,ſi propter Im
peratori, Regi, vel Principi natum fi-
lium,ob diem natalis ſui,aut ob vxorē
ductam. Vel ob rem à Principe bene
geſtam, aut ob partam victoriam con
tra hoſtes.Aut propter Regis corona-
tionem aliquod feſtum indiceretur.
13 Solus Princeps eñ tantū huiuſmodi
generales ferias & repentinas inſtitue
re poteſt, ideoque ſi per inferiores à
Principe inſtituerentur, eæ nequaquā
nomen feriarum, nec etiam ipſarum
effectum habere merentur l. A nullo
14 iudice,& ibi Bald. & Paul.de caſt.C.
de feriis,& l.Sed & ſi. §.Si feriæ.ff.ex
quib.cau.maio.in integ.reſti. Huiuſ-
modi feriæ quatenus ad laudandum
Deum ob tam læta conceſſa inſtituun
tur,ſacræ dicuntur,quatenus ad com-
munem lætitiam explendam, & ad
omnium congratulationem,externis
ſignis, & variis apparatibus permul-
cendā ſpectāt, prophanæ dicūtur. Di-
cūtur aūt repētiuæ, quia incertæ ſunt,
& repentè vel ſubitò inducuntur. Et
his etiam in negotiis forenſibus renū-
ciari non licet l.Si feriatis.ff. de arbit.
l.quos prohibet prætor. ff. de poſtul.
l.Semper. §. conductores. ff. de iure

 municip.

municip.l.omnes,prope fi. C. de feri.
Feriæ autem ruſticæ ſunt nō propriæ
15 feriæ eccleſiaſticæ, aut iis ſimiles,ſed tā
tùm ceſſationes à iure dicendo, dictæ
(vulgò Vacantiæ) & ob fauorem ru-
ſticorum: vt potiſsimum conceſſæ, vt
hi tantò liberius, & tutius frumento
inuehendo inuigilare poſsiut. Huiuſ-
modi feriæ,vel vacantiæ,ſunt vacantię
vindemiarum, & meſsiū,vt l. Prima.
ff.de feriis,& l.Omnes iudices.§. Ru
ri tamen. C.eod.titu. qui textus verè
aureus ſic habet. Ruri tamen poſiti a-
grorum culturæ liberè licenterq; in-
16 ſeruiant: quoniam frequenter euenit,
vt non aptius alio die frumenta ſulcis,
aut vineæ ſcrobibus commendentur,
ne occaſione momenti pereat com-
moditas cæleſti prouiſione conceſſa.
Abbas Panor. in c.licet tam, extra de
feriis, nu. 6. qui ponit bonam ſimili-
tudinem de halecis, & in fine addit ra
tionem ibidem. Nam neceſsitas (quæ
legibus caret) excipitur ab obſeruan-
tia c.Finali,extra de feriis, quem vide
te. Poteſt hic moueri quæſtio, cuius
meminit D.Panor. in c.Conquæſtus,
extra,de feriis, ſcilicet, An feriæ vinde
miarum & meſsium habeant locum
& currant, ſi non colligatur vinum
vel granum,nu.24.qui ibidem diſtin-
ctione vtitur. Ad hunc Panor. & ad
17 prædicta prudentiſsimi Imperatoris
verba tranſmiſſos cupio inſulſos, irre
ligioſè religioſos, nimiumque rigi-
dos parochos, qui tēpore meſsis quā-
tumuis leuibus feriis,non ferunt ſuos
miſellos agricolas tritico inuehendo
inſiſtere,quantumuis ſerena tunc dies
illuxerit, & metus ſit ne poſtero die
pluuia frumentum in agro retineat,
quū eā ob cauſſam Imperator pruden
tiſsimus leges ſilere,iura ceſſare,& iu-
ſtitiā intermitti voluerit. Sed eos tunc
laborantes agricolas peremptoriè in
ius vocandos curāt. Si cōpareant exi-
gunt enormia & indigna. Si nō cōpa
reant, notantur cōtumacia,quā ſæpè
conſequitur excommunicatio. Nihi-
lominus tamen ſi res preſsius introſpi
ciatur,videbitur is minus feſtorū reli-
gionē violare,qui iis feſtis corporis ſui
laſciuiam duris domat laboribꝰ,ferui-
dis eluit ſudoribus, & frugali victu,
potuq; extinguit aqueo,quā qui iiſdē
feſtis corpore ad horulā ſe in tēplis o-
ſtentat,vbi frigidè ſacra cōſpicit,& ni
hil eorū quæ ibi agūtur,intelligit, inte
rimque animo foris verſatur, tametſi
corpore ſacris interſit, quibꝰ mox vel
ad ociū,vel ad ludos, vel ad cōpotatio
nes (ne quid peioris cōmemorarem)
ſe totos eo die cōſecrāt, quæ tamē ta-
les parochi minus curant. Imò ſi ſui ru
ſticani iiſdē feriis,globis,aleis,pilis, ar
cubuſque lucri cauſa ludant,ſi pro fo-
ribus detractionibus vacent,ſi, vt apū
exāmina, tabernas oppleāt, ſi ſtrenuè
potitēt,ſi vt beluę clamitēt,ibi vel cęci
ſunt vel muti, imò cū illis libenter cō
potitāt, & cū ipſis ad pocula,& ad mi
ras ſcurrilitates aliquādo aſsidēt. Hæc
eſt ſcilicet taliū paſtorū (bonos,& cor
datos paſtores nō taxo) irreligioſa ſan
ctitas. Nō præcipitur vt feſtis diebus
ociemur,ſed vt ſabbatū ſanctificemꝰ.
Exo.20. Quocirca & in ſacris quoque
cōſpicimus hæc hominū iudicia præ-
poſtera, de quibus iuſtū volumē colli
gere poſſem, ſi id tantū fructus,quātū
laboris & inuidiæ, mihi pariturū ſpe-
rarē. Sed ad ferias ruſticas redeo,q etiā
ipſorū iudicū cauſa cōcedūtur, nēpe,
vt & ipſi Cōſiliarij, aut iudices ruſti-
cani ſimul tēpus habeāt,quo ſua priua
ta negotia curēt. His itaq; feriis partes
renūciare poſſunt,quia in ipſorū fauo
rē potiſsimū introductæ ſunt c.Fnali,

18 extra de feriis. Feriis autē ſolēnibus & introductis ad gloriā, & cultū Dei, & ſanctorū, nemo renūciari poteſt l. Omnes iudices, cū ibi notatis C. de feriis, & l.1.ff.eod.de feriis & c.Finali, extra eod.tit.de fer.cū ſimilibus. Sic nec feriis repentinis cuiquā renūciare licet.
19 Cū enī iſtæ nō ſint indictæ in fauorē partiū, ideo nec partes eis renunciare poſſunt l.oēs dies, prope finē C.de feriis, & tenet d.Specu.eod.titu.§. finali, poſt principiū. Feriis verò ruſticis
20 ſeu publicis, bene (vt iā dixim⁹) renunciari poteſt, idq; nō ſolū expræſſe, ſed etiā & tacitè l.1. & l. Si feriatis. ff. de feriis, & c.Finali in fine, & ibi Panor. nu.11.extra eod.titu. Dictæ enim feriç
21 ruſticæ nō ſolū ſunt pro ruſticis introductæ, ſed etiā pro omnib⁹ aliis generaliter. Itē etiā pro militibus, pro doctoribus, & ſimilibus, vt Panor. in d. c.Conqueſtus.nu. 25.extra, de feriis.
22 Porrò in Parlamento Mechilinienſi pluribus vtuntur feriis (vulgò) vacantiis, quas ob cultus diuini religionem, & ob ſacri temporis memoriam celebrandam inſtituerunt, quales ſunt feriæ à vigilia palmarum à prandio vſque ad diem lunæ poſt (Quaſi modo) Item feriæ à profeſto ſiue vigilia pentecoſtes à prandio vſque ad diem lunæ poſt ſacramenti. Item feriæ à profeſto ſiue à vigilia à prandio natalis Chriſti, vſque ad diem lunæ poſt regum. Agunt præterea ferias ipſis bacchanalibus (quas carniſpriuium vocant) & ipſo die cinerum. Quin & feriando celebrant feſta quatuor Doctorum eccleſiæ, ſcilicet Hieronymi, Auguſtini, Ambroſij, & Gregorij. Item omnes dies Dominicales, & Diuorum feſta in calendario deſignata. Feriantur etiam in omnibus vigiliis totius anni, ſed tantum à prandio. Feriantur etiam, & vacantias faciunt ruſticas, meſſis futuræ cauſa, à decimo quarto Iulij vſque ad decimum quartum Auguſti. Et pro ſuis priuatis negotiis, ante feſtum Bauonis vel Remigij quatuor diebus, ad comparandas ſuas prouiſiones Hiemales. In Flandriæ verò conſilio feriantur,
23 habentque vacantias omnibus ſabbatis, & omnibus profeſtis totius anni à prandio. Item omnibus diebus Dominicis & feſtis indifferenter. Item à profeſto palmarum à Prandio, vſque ad diem lunæ poſt (Quaſi modo) Item à profeſto pentecoſtes vſque ad Sacramenti. Item à natali Chriſti, vſque ad feſtum Epiphaniæ. Habent præterea magnas illas ferias ruſticas à decimo quarto Iulij vſque ad decimum quartum Auguſti. In
24 Parlamento Pariſienſi habent ipſi etiam multas ac longas ferias ſeu vacantias, de quibus hic nihil. Quod di-
25 ximus ſupra dictis feriis nullum ius dici, id ordinariè intelligendum eſt. Nam iis feriis ſiue vacantiis oportet nihilominus ſemper ius dicere, & facere, in omnibus cauſis quæ accelerationem requirunt, veluti de bonis aut de rebus in periculo pereundi conſtitutis, in cauſis iniuriarum, & in homicidiis intra tempus talium feriarum factis. Item in cauſis extraneorum mercatorum volentium ſtatim recedere. Item in littorum, aut riparū aggerationibus, aut conſolidationibus, ne aut rumpantur, aut vt ruptæ ilico reſarciantur. Itē in omnibus cauſis, quæ certum & euidens præ ſe ferunt periculum, quod ilico repulſionem optat. Præterea in cauſis perſonarum miſerabilium. Item in cauſis, quç ad pacem, & tranquillitatem publicam pertinent. Item in quibus appellatio

latio locum non habet. Et etiã in omnibus cauſis, in quibus proceditur ſimpliciter, de plano, & ſine figura ſeu ſine vllo iudicij ſtrepitu l. Solet. C. de feriis.

CAPVT CXX.

De defenſione & litiſconteſtãtione.

Summæ.

1 *Litiſconteſtatio quid ſit?*

2 *Litiſconteſtatio quid efficiat?*

3 *A lite conteſtanda reus excipit* { *Declinatoriè.* / *Dilatoriè.* / *Peremptoriè.* }

4 *Exceptionum ordo ſeruandus eſt.*

5 *Qui ad actoris petita reſpondet, ab exceptionibus excidit.*

6 *Aduocatus rei bene fundati, ab omnibus exceptionibus declinat.*

7 *Modus, & litiſconteſtandæ formula.*

8 *Aduocatus rei obſeruare debet, an* { *Libelli concordent.* / *Libello inſint obſcura.* / *Libello inſint ambigua.* }

9 *In lite conteſtanda officium iudicis.*

10 *Litiſconteſtandæ formula.*

11 *Ad litiſconteſtationem requiritur* { *Animus conteſtandi.* / *&* / *Verba ad litiſconteſtationem apta.* }

13. *Litiſconteſtãdæ* {

12 *Perſonæ quæ ſint, ſcilicet* { *Perſona principalis.* / *Procurator.* / *Tutor.* / *Syndicus.* / *Patronus.* }

Perſonæ coram quibus { *Iudex ordinarius.* / *&* / *Arbiter.* }

14 *Tempus quando, eſt* { *Poſt exhibitum libellum.* / *&* / *Antequam iuretur de calumnia.* } }

15 *Super exceptionibus dilatoriis requiritur iuramentum de calumnia.*

16 *Litiſconteſtatio non eſt neceſſaria in breuibus litibus.*

Litiſ-

17 *Litiſconteſtationis affectus ſunt, quod*
- *Iudex non recuſatur.*
- *Actio perſonalis perpetuatur.*
- *Interrumpit præſcriptionem.*
- *Exceptionem dilatoriam excludit.*
- *Procuratoris mandatum reuocari non licet.*
- *Procurator alium ſuſtituere poteſt.*
- *Delegatus à non Principe, alteri cauſam committere poteſt.*
- *Iuramentum, & probationes recipiuntur.*
- *Dolo via præcluditur, & partes iudici ſubiiciuntur.*

1 PRincipio hic ſciendum eſt, quid ſit litiſconteſtatio? Et autem litiſcõteſtatio, principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam ſecura reſponſio c. Vnico, extra de litiſconteſtata, & c. Dudum ſecundo, extra de elect. & l. Rem non nouam. §. Patroni, in verbo, propoſi-
2 tam, & contradictionem obiectam. Omnis enim litiſconteſtatio hoc operatur, iudici ſubiiciantur, ſicuti infra monſtrabitur, & vt partes coram iudice affirment, ſe alter in petendo, alter in defendendo bonam, & iuſtam fouere cauſſam, eamque velle proſequi aut ad victoriam, aut ad ſuccubitum. Vnde fit vt poſt litemconteſtatã neutri partium liceat à lite recedere. Quo circa ſuadendum eſt reo, ſi cauſſæ ſuæ diffidat, ne altius in iudicium procedat, neue ad litiſconteſtationem proueniat, ſed potius ab ea declinet, & à litiſcõteſtatione legitimas exceptiones petat, vt interim ſibi caute conſultat, & cum parte (ſi poteſt) tranſigat. Reus enim priuſquam litem conteſte-
3 tur, hoc eſt, priuſquam ad principale negotium apud competentem iudicẽ reſpondeat, poteſt proponere, allegare, & ſeſe iuuare tribus exceptionum generibus, videlicet per exceptionem declinatoriam, dilatoriam, & peremptoriam, ita vt has viciſsim, vnamque
4 poſt alteram expetat. Sed debet is reſecundum ſtilum eas proponere & petere, & harum vnamquamque etiam ſuo ordine, alioqui enim vnam exceptionem pro alia facilè amitteret, niſi eas cautè & prudenter proponeret et peteret cum proteſtatione. Nam ſi primò proponeret dilatoriam, amitteret declinatoriam. Si verò primò proponeret peremptoriã, amitteret vtramque & declinatoriam & dilatoriam.
5 Porrò ſi reus nullam exceptionẽ proponeret, ſed ſtatim ad actoris libellũ, aut ad ipſius petitionem vel confitendo, vel negando reſpondere præſumeret, eo caſu tunc litem conteſtaretur, atque omnes tres prædictas exceptionum ſpecies amitteret, adeo vt iis vti non poſſet, niſi prius proteſtaretur de ſua reſponſione, vti iam diximus. Cæterum ſi reo contingat prudens aduocatus, is nihil proponet, neq; ſeſe iuua-
6 bit præſcriptis exceptionibus. Sed ilico accedet ad litiſconteſtationem, & reſpondebit ad principalem petitionem, potiſsimum quando certò videt, & cognoſcit ſuum magiſtrum ſiue clientem, cui inſeruit, bene in cauſa ſua fundatum eſſe. Modus autem quo ad litiſcõteſtationem procedatur, hic
7 eſſe ſolet. Vbi aduenerit tempus, quo ad principalem petitionem ſeu libellũ reſpondendum erit, Iudex conſtituit legi terminum, hoc eſt liti futuræ primum principium cõſtituit. Quod ſemper ipſi

per ipſi faciendum eſt, quotieſcunque
partes coram ipſo litigaturæ compa-
rẽt, ad id ob eũ finem, vt ſciatur ſuper
quo ſit procedendum. Surgit igitur
8 tunc aduocatus cauſidicus, vel procu-
rator actoris, & libellum actoris legit
cuius copiam prius reo tradiderat, &
eo lecto, petit à iudice, vt reum reſ-
pondere cogat. Sed hic reo cautum
& ſagacem eſſe conuenit, nempe vt
diligenter inſpiciat, an ea libelli co-
pia ſibi prius tradita, concordet cum
actoris originali: & vbi diligenter ſic
copiam contulerit, & ipſam diſcrepa-
re repererit, ſtatim ipſam corrigat, &
ad originale reſtituat. Porrò ſi con-
cordare comperiat, obſeruet nihilo-
minus aduocatus rei, an contineat
aliqua ambigua, vel obſcura. Et pri-
uſquam reſpondeat, faciat ea obſcu-
ra & ambigua expræſsius per acto-
rem declarari. c. Finali, extra de libel.
9 oblat. His omnibus ita legitimè fa-
ctis & expeditis, actor dicit. Domi-
ne Iudex requiro, & poſtulo, vt reo
iubeas litem conteſtari ſuper libello
meo exhibito. Tunc Iudex dicet &
quæret ab actore: Petis ſicut hic le-
ctum eſt, & credis te iuſtè ita petere.
Si actor affirmatiuè reſpondeat: tunc
Iudex reo præcipit vt litem conteſte-
tur. Et ſimul interrogat reum, an
credat eſſe vera, quæ in libello ab a-
ctore narrata ſunt & petita. Ad
quod tunc reo reſpondendum erit,
vel affirmatiuè, vel negatiuè, ſicuti
cauſa vel res expoſtulat, & tandem
litem conteſtatur ſub his vel ſimili-
10 bus verbis. Conteſtando hanc litem
non credo in libello conſcripta, ac
narrata, eſſe vera: vel, nego me teneri
ad ea, quæ in libello actoris petun-
tur: vel dicat ſic, Nego narrata, vt nar-
rata ſunt, (vulgò prout iacent) & dico
petita, fieri & concedi non debere. Et
ſimul cùm hoc ſic proteſtabitur, ſi
velit: Saluis omnibus iuribus, defen-
ſionibus, mihi competentibus, &
præterea ſaluo beneficio reconuen-
tionis. De his videte D. Speculatorem
lib. ſecund. particula. 1. de lit. conteſta.
11 Sed hic notandum eſt, quod ad om-
nem litiſconteſtationem duo præci-
pua requirantur. Primò animus &
voluntas litem conteſtandi: quæ qui-
dem voluntas, ex verbis ad litem con-
teſtandam appoſitis, certò colligitur,
nempe quod humanæ aures tal. con-
teſtandi formulæ aſſuetæ veram con-
teſtationem præſumant, vtpote quod
verba expræſſa præſeferant id quod
foris ſonant. Et (vt dici ſolet) Non
verbis intentio, ſed intentioni verba
ſubſeruiunt. c. Humanæ aures 22. q.
5. Ob quod fit, vt ſi quis apertè pro-
teſtetur, ſe dicere & reſpondere ani-
mo non conteſtandi litem, & nihilo-
minus poſtea tamen vlterius in reſ-
ponſione ſua procedat, vel in narra-
tione facta, ob eam reſponſionem vel
narrationem, non cenſetur facta fuiſ-
ſe litiſconteſtatio, quod eam expræſ-
ſis verbis negauerit, licet re ſecus o-
ſtenderit, ipſius enim verba, non fa-
cta, Iudex æſtimat, argu. l. Si mihi. §.
interdum, & l. Si ita ſit aſſcriptum. ff.
de lega. 1. Et certè proteſtatio aliquid
operari debet. c. Cum M. Ferrarienſis
& ibi gloſſa, in verbo. Sine præiudi-
cio, extra de conſtitu. De quibus vi-
dete latius Speculatorem d. titulo.
De lit. conteſta. Secundò requirun-
tur verba apta, & appoſita, per quæ
facilè intelligi vel præſumi poteſt li-
tiſconteſtatio. c. Iſta ſufficiunt, per d.
c. Humanæ aures, extra, de ſponſa. c.
Tuæ.

12 Tuæ. Perſonæ autem per quas fiat litiſconteſtatio ſunt principales perſonæ, ſi ſint tales, quæ in iudicio ſiſti poſſunt, ſcilicet. Procuratores legitimi principalium perſonarum. Tutores & Curatores. Syndici vel actores. l. Rem non nouam. §. Patroni. C. de iudic. l. Procuratoribus. C. de procura. & l. Neque. ff. eodem
13 titu. de procurato. Perſonæ verò coram quibus fiat litiſconteſtatio, ſunt Iudex ordinarius. c. dudum 2. ibi per petitionem, iure, id eſt, coram iudice, extra de elect. & c. Vnico. ibi in iure, ibi per petitionem in iure, extra de lit. conteſta. Item. Iudex arbitrarius vel arbiter l. Prima. ff. de
14 except. Tempus denique quando fieri debeat litiſconteſtatio, eſt poſt exhibitum & porrectum libellum, & poſt inducias ac dilationes ad deliberandum datas. c. Offeratur 3. q. 3. Et ideo autumant quidam, quod non valeat litiſconteſtatio, niſi prius libellus fuerit porrectus, vel per partium conſenſum remiſſus, quod intelligendum eſt, niſi contraria ſit conſuetudo. In multis enim locis de more nullus libellus exhibetur, & tamen valet quod in iudiciis agitur, teſte D. Speculatore titu. præallegato. Item tempus conteſtandæ litis, eſt, etiam antequam iuretur de calumnia, vel de veritate dicenda, & pri-
15 uſquam fiant poſitiones. Super omnibus autem exceptionibus dilatoriis, iuramentum de calumnia præſtari debet. Tamen ſi negligenter omiſſa fuerit litiſconteſtatio, nihilominus valebit proceſſus l. Iuſiurandum & ad pecunias. §. Qui iuſiurandum. ff. de iureiuran. & c. Prudentiam. §. Sexta. in verbo, ex confeſſione, extra de offic. delega. Ex quo loco ſatis colligitur, quod ſuper exceptione debet lis conteſtari inter partes, & iurari de calumnia. Videte gloſſam in d. verbo, ex confeſ-
16 ſione. Hoc loco præterea notandum eſt, quod in breuibus litibus nulla fiat litiſconteſtatio, vt patet per D. Speculatorem, titulo ſuprà citato. Sed hic quæri poteſt, quorſum in iudiciis dicta adhibeatur litiſconteſtatio, &, quam efficaciam, quoſque effe-
17 ctus habeat. Habet certè effectus permultos. Primò ſcilicet. Quod poſt litem conteſtatam à iudice declinari nõ poteſt. Secundò, per eam omnis perſonalis actio perpetuatur, id eſt, facit vt ea actio vſque ad 40. annos extendatur, & poſtea tranſeat ad hæredes. l. Sæpè C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Sed hoc nõ eſt intelligendum de actione doli. Nam hæc non perpetuatur per litiſconteſtationẽ. l. Vltima. C. de dolo. Tertiò interrumpit quamlibet præſcriptionem. c. Poteſt, 26. q. 3. etiam ſi ipſa facta fuiſſet coram arbitro. l. Penul. C. de recept. arbit. Quartò, poſt litem quoque conteſtatam, nulla exceptio declinatoria obiici poteſt. c. Inter monaſterium, extra de ſent. & re iudic. Quintò, poſt litiſconteſtationẽ nõ poteſt reuocari mandatũ procuratoris, niſi certis, & dignis in cauſſis. l. Poſt litem, & l. Sequenti. ff. de procura. Sextò, Poſt eam procurator, & Tutor tanquam Domini litis, procuratores alios ſuo loco ſubſtituere poſſunt. l. Neque. C. eodem. Septimò, Poſt eam item delegatus ab alio, quam à principe, poteſt alteri cauſſam committere. c. Cũ Bertoldus, extra de ſenten. & re iudica. Octauò, Poſt litiſconteſtationẽ etiam

etiam iuratur, & probatiões recipiuntur, quod ante litiſconteſtationem regulariter fieri non ſolet, extra vt litè non conteſtata, per totum. Nono. Per eam denique multis malis via precluditur, & reus iudici ſubiicitur, & obligatur actori.

CAPVT CXXI.

De Proteſtationibus.

Summæ.

1 *Proteſtatio quid ſit?*

2 *Proteſtationum alia eſt* { *Declaratoria.* / *Prohibitoria, vel inhibitoria.* / *Incitatoria.* / *Certificatoria.* }

Proteſtationum alia eſt {
3 *Quæ ſolum proteſtantem concernit.*
4 *Quæ & proteſtantem, & alium concernit.*
5 *Quæ eſt contra ſubſtantiam cauſæ.* }

Exemplum proteſtationis contra ſubſtantiã {
6 *Matrimonij.*
7 *Profeſsionis monaſticæ.* }

8 *Proteſtatio cui, quando, vbi, & quomodo facienda.*

Proteſtatio {
9 *Fieri debet ad partem præſentem, vel abſentem citatam.*
10 *An fieri poſsit ad domum abſentis*
11 *Non operatur vltra verba prælocuta.*
12 *Valida eſt in dependentibus ab animo libero.*
13 *Non valet quæ cum fraude coniuncta eſt.* }

14 *Proteſtationis vis & effectus eſt, quod conſeruat ius in futurum, &c.*
15 *Proteſtatio non conſeruat ius illicitum, & impoſsibile.*
16 *Proteſtatio pro addendo, minuendo, vel mutando libello, eſt inualida.*

1 PRoteſtatio eſt in ſuo propoſito integrè permanendi cum prelocutione expreſſa voluntas, tametſi ſecus aut dicat, aut faciat. Vel proteſtatio nihil aliud eſt, quàm animi aliquid agere volentis expræſſa prælocutio. c. Conſulti, extra de regula, & tranſeun. ad religio. & l. Si duo. §. cum inquilin⁹.
2 ff. vti poſsidet. Proteſtatio eſt quadruplex, ſcilicet, declinatoria, quæ internam voluntatem, expræſſa prælocutione declarat. Secunda eſt proteſtatio prohibitoria ſeu inhibitoria, qua quis proteſtatur, ne aliquid fiat. Tertia eſt proteſtatio incitatoria, ſcilicet, vt aliquid fiat. Quarta eſt proteſtatio certificatoria, qua quis proteſtatur ſic eſſe vel non eſſe. Proteſtationes item
3 alio modo diuidi poſſunt. Sunt enim nonnullæ proteſtationes quæ nudè et merè

merè ex ſola & nuda voluntate ipſius
proteſtantis proueniunt, quæque nul
lum alium, quàm ipſum proteſtantē
concernunt. Veluti ſi quis dicat. Ego
proteſtor, quod quicquid egero aut
dixero,nemini iniuriari putem. Hu-
iuſmodi proteſtationes ſunt bonæ,&
conferunt ad profectum & vtilitatē
4 proteſtantis. Aliæ ſunt proteſtationes
concernentes & proteſtantem,& etiā
alios,veluti ſi quis diceret. Ego hoc ti
bi dixero, ſed cum proteſtatiōe quod
nulli vlterius reuelabis,nec vlli morta
lium idipſum dicturus ſis. Tales au-
tem proteſtationes nihil operantur
pro proteſtante, niſi alij in illam con-
ſentiāt, & ſe nulli reuelaturos ſub pœ
na ſpondeant. Tertiæ ſunt proteſtatio
nes, quando aliquis contra ſubſtantiā
6 cauſæ proteſtatur, ſicuti ſi quis dicat.
Ego te duco aut capio in vxorem, cū
proteſtatione, quod tibi condormi-
re nolim. Sed iſtæ proteſtationes, &
ſimiles, quæ ſunt contra ſubſtantiam
matrimonij carnalis, ipſum matrimo
nium impediunt. Card. in Cle. Eos.5.
q.de regularib.& in 6.q. 28. diſtinct.
c. Diaconi. & Ioan. And.in c. Finali.
extra de condit. appoſit. Aut ſi quis
dicat. Ego hunc ordinem,& hāc pro-
feſſionem ſancti Franciſci, aut ſimilē
aſſumo cum proteſtatione, quod no-
lim ire ad matitunas, neque oſtiatim
geſtare manticam panariam, &c. An
talis proteſtatio in profeſſiōe,ipſum
proteſtantem iuuet aut releuet,decla-
rat Card.in d.Cle. Eos 5.q.de regula-
rib.& in.q.6. 28. diſtinct.c. Diaconi.
& Alexan.in d.l. Non ſolum.§.mor-
te.ff.de no.oper.nunciat.quos volup-
tatis cauſa ibidem aliquando videre
poteritis. Porrò quis proteſtari debe-
8 at, aut poſſit, Quomodo, Quibus
verbis. Vbi, Quando, & cui facienda
ſit proteſtatio: Quis denique ſit pro-
teſtationis effectus, & an requiratur
proteſtati conſenſus, multis aliis ple-
niſsime cognoſces apud Bartol.in l.
Non ſolum. §. morte, & per totam
legem.ff.de oper.no.nuncia.per Bald.
in l.Pacta nouiſsima per totum.C.de
pact. & per doctores in c. Cumana,
de elect.& in c.Cum M.Ferrarienſis,
de conſtitu. & omnino per Alexand.
conſilio 33.2.parte. Sed pro his omni
9 bus notandum eſt. Primò, Quod om
nis debita proteſtatio debeat fieri ad
partem præſentem, vel ad abſentem,
quæ ex ea proteſtatione lædi poſſet,
ſed tamen prius citatam. Io. Mo.in c.
Generali,de regul.iuris lib.6.& ibi Io
an.And.in no.Bart.in d.l.non ſolum.
§.Morte,& ibi per Alex.1.q. princip.
ver.his præmiſsis, de oper. no.nūciat.
And.de Piſis,in l.Si quis in princip.ff.
10 de lega.3.Sed hic quæritur:Si prote-
ſtatio fieri non poſsit perſonæ, an tūc
ſufficiat fieri ad domum ipſius, vel co
ram teſtibus,de qua quæſtione videte
Bald.in l.2.ff. de nau. fœn. Secundò
11 notandum eſt, quod proteſtatio non
operatur vlterius,quam verba prælo-
cuta patiantur.Bald.in l. At ſi quis.§.
Plerique,de relig.Ioan. And.in c.Cau
ſa,extra,de ſenten.& re iudica. Innō.
in c.Cum M.Ferrarienſis,in.1.colum.
in gloſſa ſua, in verb. ſiue præiudicio,
extra de conſtitu.& Bartol. in d. §.
Morte. Tertiò, notandum eſt, quod
12 in dependentibus ab animo libero,
multum operatur & valeat proteſta-
tio,teſte D.And.barbat.in addit. ſuis
ad Bald.in c. Primò. Si de feu.vaſ.ab
aliquo interpel. fuer. & d.defend. eū
noluer.& alleg.l.2.C.de repud.hære.
ſed in dependentibus ab animo,neceſ
ſario à iure vel à iudicis authoritate
nil operatur proteſtatio,vt in l. Cum

Q aliquis

aliquis. C. de iure deliber. & l. Cum proponas.C.de hæredib.inſtituen.& d.l.Prima, C.de repud.hęre. Quartò,
13 notandum eſt,quod fraus non patrocinetur proteſtanti,teſte D.Andr.Barbat.in addi. ſuis ad Bald.ſi de feu.vaſ. ab aliquo interpel. fuer. & d.defend. eum noluerit. Cy.in l.2. C.de repud.
14 hæred. Proteſtationis autem effectus ſunt multi, quorum primus hic eſt, quod ipſa proteſtatio conſeruet ius in futurum,l.4.§. Si in venditione.ff. Quibus mod.pig. vel hypo.ſolui.per Bart.& Paul. de caſt. conſilio, iij.c.v. incip.In cauſa quæ vertitur,vnde,&c. D. Franſciſ.Mingon.in ſuis commentariis conſuetudinum ducatus Andegauéſis,titu. *des cas ou le vaſ.* ar.cxcix. nu.1.folio, jcx. Guid. pape. q. clxxij. Sed hoc intelligit, cùm tale ius futurum de iure per ipſum proteſtantem exerceri poterit,hoc eſt, quando eſt tale, vt in ipſius proteſtantis poteſtate conſiſtat. Nam ſi tale ius futurũ, eſt impoſsibile de iure exerceri per ipſum proteſtantem, hoc eſt, ſi non conſiſtit in poteſtate proteſtantis: tũc talis proteſtatio non valeret, nec conſeruaret ius in futurum. Verbi gratia, quoniam certum,& de iure illicitum,
15 vel impoſsibile habetur,vt monachus habeat proprium. c. Cum monaſterium, extra de ſta.monacho. Ideo ſi quiſpiam in monaſterium ſe traderet,cum proteſtatione vt habeat proprium, quæritur an valeat talis proteſtatio? Ad quam quæſtionem reſpondetur, quod non: vt notatur in l. Per ſeruum. §. 1. & ibi eſt bonus textus ad hoc.ff.de vſu. habita.l. Cum precario.ff. de precar. Per Docto. in c. Cum M.Ferrarienſis,extra,de conſtitu.Similiter, quia certum eſt, quod
16 poſt litiſconteſtationem de iure illicitum eſt, & impoſsibile aliquid in libello addi,diminui,vel mutari, iuxta notata in l. Ædita.C. de æden. ideo ſi quiſpiam tradidiſſet libellum ſuum, & proteſtatus fuiſſet, vt ſibi liceret in eodem libello quæ vellet addere, diminuere,vel mutare vſque ad ſententiam,certè non valet talis proteſtatio, vt habetur & notatur in c. Inter dilectos,extra de fid.inſtru.in gloſſa,dicunt quidam. Ad hanc ſententiam confirmandam, faciunt ea quæ notat Bartol.in d.l. Aedita.C.de æden. Reliquos autem proteſtationum effectus videbitis apud Speculatorem titulo, de Citatione. §. Iam de citatione,ver.literis,& Ioan.And.in Addit. in titulo,de inſtru.ædit. §.Videndum reſtat,ver. Quid ſi velis, in addi. Ego talis.&c.

CAPVT

CAPVT CXXII.

De Proteſtationibus ſeruientibus in iudiciis.

Summæ.

1 *Proteſtationes in iudiciis fiunt aliquando ab* { *Actore.* / *Reo.* / *Vtroque.* / *Aduocatis, aut procuratoribus partium.* }

Proteſtatio. {
2 *Actoris fit in poſſeſſoriis.*
3 *Rei fit* { *in declinatione à iudice.*
4 *vel*
in exceptionum ſaluationibus. }
5 *Vtriuſq; fit de damnis, & intereſſe.*
6 *Aduocatorum, vel procuratorum fit de iniurioſis dictis aut ſcriptis.* }

Proteſtationes {
7 *Fieri debent ante actum celebratum.*
8 *In omnibus actibus renouandæ ſunt.* }

Quæſtiones.

9 *Proteſtationes, tua venia, tua pace, &c. an excuſent ab iniuria.*
10 *Proteſtationes de concubinatu, an excuſent à ſtupro?*

PRæcedenti capite de proteſtationibus egimus in genere, nũc de eiſdem ſpeciatim accipe, quæ in iudiciis
1 fieri conſueuerũt. Fiunt itaque proteſtationes in iudiciis, aliquando ab actore, & aliquando à reo, & nonnunquam ab vtroque, ſcilicet & ab actore & à reo. Vel etiam aliquando ab horum procuratoribus, aut ab
2 ipſorum aduocatis. Actor autem ferè proteſtatur in materiis poſſeſſoriis, nempe quando prædicit aut præloquitur, quod quicquid erit dicturus aut allegaturus ad petitorium, id non intelligat ſeruire, niſi ad poſ-
3 ſeſſorium. Reus verò proteſtatur coram iudice, quando ab ipſo declinare volens, dicit & præloquitur, quod per ſuam præſentiam & comparationem nolit ſibi præiudi

catum iri in ſua declinatoria. Et talis proteſtatio contra iudicem, eximit proteſtantem ab eius iuriſdictione, l. vnica, & ibi Bartol. C. Si quacunque prædit. poteſta. Sic etiam reus ſe à iudice aut eximit, aut præpoſteras exceptiones ſaluat, quando proteſtatur coram iudice quod per ſuas exceptiones præpoſteras, aut præpoſterè indebitoque ordine allegatas & non propoſitas, nolit, nec intentat ſibi, ſuęque cauſæ præiudicari debere. Aut quando reus proteſtatur, quod per id quod declarat, reſpondet aut exprimit, non intendat nec velit per hoc ab ipſo litem eſſe conteſtatam: Actor autem

5 & Reus ambo in iudiciis proteſtari poſſunt de damnis & intereſſe, quando res ita poſcit, aut propoſito cauſæ

6 ue ſeruit. Procuratores verò aut aduocati proteſtantur, quando ipſi aliquid dicere aut ſcribere volunt, ſiue intendunt, quod iniuriam ſapiat, Aut quando apertè iniurioſum eſt, quod dicūt aut ſcribunt, & tamen proteſtantur, quod per ſua dicta, aut ſcripta non intendant aliquem velle afficere iniuria, aut contumeliis aſpergere, ſed clientum ſuorum ius tantum talibus dictis aut ſcriptis conari defendere, &

7 conſeruare. Sed hoc loco notandum eſt, quod omnes prædictæ proteſtationes debent fieri ante actum celebratum, aut ante actus celebratos, ſuper quo, aut ſuper quibus, proteſtatio fit, l. Si pecuniam. §. Item ſi quis. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut. Nā poſt actum celebratum, ipſa proteſtatio prorſus eſſet inualida. Nulla enim proteſtatio retrotrahitur, nec ad præterita reſpicit, ſed tantùm ad futura, & actus ſequentes. Ideoque non operatur ſuum effectum in retroactis, ſed tantùm in actu præſenti quo fiunt, & actibus ſequentibus l. Finali, & ibi Bald. nu. 2. C. de negot. geſt. Et proteſtationis autem illa vis, & effectus, quo alicui conſeruatur ius in futurū, & non ius præteritum, ſuprà meminimus in capite iam præcedenti, de proteſtationibus. Secundò notandū

8 eſt, quod in reliquis omnibus & ſingulis ſubſequentibus actibus, qui in iudiciis fiunt, vtile eſt eandem proteſtationem renouari & repeti, alioqui ipſa nihil operaretur, potiſſimū illa proteſtatio, qua quis proteſtando dicit ſe non conſentire in iudicem, debet enim iſta in omnibus ſequentibus actibus, iudicij actibus renouari, teſte Baldo, in l. Pacta nouiſſima, in 3. colum. nu. 8. in fine, ver. Item in iudiciis. C. de pact. & notant Archidia, in c. Diaconi. 28. diſtinct. & adde quod notatur per eundem in c. Diaconus, & in c. Quod interrogaſti 27. diſtinct. & per Ioan. Mo. & Io. And. in c. Generali, de reg. iur. lib. 6. Sed hic occurrebant mouendæ quæſtiones duæ, hoc tempore nec inſolitæ, nec inutiles, quarū vna erit iſta. An hu

9 iuſmodi proteſtationes vulgares, quæ pàſſim, tum verbis, tum ſcriptis feruntur, ſcilicet. Saluo tuo honore, Salua tua pace, Salua tua venia, aut reuerentia. Abſit à mē omnis contumeliæ ſuſpitio. Non hæc iniuriandi animo à me dicta eſſe putes velim, & ſimiles, quę ſi iuſtè ponderentur, iniuriam internā includunt, & huic verbo (tu mētiris) æquiualere cenſentur, & quamuis iniuriam deprecari videantur, iniuriam tamen maximè aſpergunt. De his itaque quæritur: An tales proteſtationum formæ, quales tum in libellis, tum in exceptionibus inſeruntur, excuſent, & releuent, ne quis per eas actione iniuriarū obſtringatur

gatur. De hac quæſtione vide D. Bartolomeum ſoci, in ſuis conſiliis, conſilio 118. incipiente. Viſis, verſi. ad vlti. reſpondetur, in 1. parte, vbi reſpondet affirmatiuè & negatiuè, ſcilicet quod iniuriarum aliquis per eas teneatur, & non teneatur. Vide etiam Bartol. in vulgata l. Si non conuitij C. de iniur. D. Speculator tamen, inter alia ponit hic diſtinctionem & exceptionem, titu. de aduocato. §. 4. incip. Iam nūc videndum eſt, numeris 3. & 4. in ver. Hoc tamen. Vbi dicit, quod niſi proferatur cum proteſtatione, & quod ea non dicat animo iniuriandi: ſed tantùm iuris ſui conſeruandi gratia, iniurioſæ cenſendæ ſunt omnes prædictæ prænarrationes. Sed ſi proteſtetur, quod tantū iuris ſui cauſa dicat, quod ius conſeruare iniurioſum dici non debet. Ideoq; talis proteſtatio meritò excuſat, & multùm operatur c. Lotharius 31. q. 2. c. Saluo 9. q. 3. c. Quia diligentia, & c. Cumana, extra de elect. c. Cum olim, extra de cenſib. & c. Finali, extra de appellat. Vide etiam Oldradum, de iniuriis, in ſuis conſiliis, conſilio 53. Altera quæſtio eſt. An prote-
10 ſtatio, qua quis proteſtatur, quod intendit tenere Titiam pro ſua concubina, excuſet à ſtupro? Et reſpondendum eſt, quod ſi præceſſerit, & legitimè præmiſſa fuerit talis proteſtatio, quod ea tunc à ſtupro excuſet. Nam ſi ea proteſtatio non præcederet, illicitus eſſet concubinatus, & diceretur ſtuprum, ſed hæc in foro ciuili, non in foro conſcientiæ, vbi talis proteſtatio eſt nulla, ſed ridicula, de forenſi autē excuſatione, vide Bald. in. l. Eam quā 11. colum. ver. Et nota quod licit*, nu. 55. ad medium. C. de fideicom. Vbi dicit huic conforme. Quod licitus quidē cōcubinatus eſſe cēſetur inter ſolutum & ſolutam: ſed tamen debet interuenire verbum proteſtantis: quo proteſtatur ſe tenere illam pro concubina, idque ſe facere, & eam ſe domi continere, vt ſe à ſtupris, adulteriis, vagis illicitiſque concubitibus temperet, & moderetur, ſicuti multi ſtudioſi in vniuerſitatibus, & exteræ nationes multæ facere ſolent, maioris mali vitandi gratia. Nam ſi non interueniret prædicta proteſtatio, vel ſi non aliquo alio modo conſtaret de mutuo concubinali conſenſu, vel cum virgine, vel cum vidua, cōmitteretur ſtuprum, vt in Autentico de triente & ſemiſ. §. Conſideremus, in fine. Et l. Si quis viduam, ſecundum Oldradū. ff. de quæſtionib.



CAPVT CXXIII.

De Declinando à Iudice.

Summæ.

1 *Declinatio à Iudice quid ſit?*

Declinatio fit
- 2 *Ex parte rei, ſi dicat*
  - *Se iudicis iuriſdictioni non ſubeſſe.*
  - *Se eſſe clericum.*
  - *Militem, nobilem, caſtris ſeruientem.*
  - *Militiæ ſeruientem.*
  - *Scholaſticum vniuerſitatis.*
- 3 *Ex parte iudicis, ſi reus dicat*
  - *Iudicem ſibi reo eſſe inimicum.*
  - *Actori ſanguine propinquum.*
  - *Iudicem eſſe homicidam.*
  - *De æquitate ferenda ſuſpectum.*
  - *Iudicem eſſe infamem.*

4 *Declinandi exceptiones non verbis, ſed re comprobandæ ſunt.*

1 DEclinatio eſt à citante iudice comparendi recuſatio. Contingit autem hæc declinatio duob⁹ modis. Primo, ex parte ipſius rei declinare volẽtis, veluti, cùm quis dicit, quod illius iudicis iuriſdictioni non ſubſit, nempe
2 quod ſit, aut clericus, aut domeſticus principis, aut nobilis, aut miles, aut eques auratus, in armis ſeſe exercens, & militaria tractans, aut quòd ſit ſcholaſticus in aliqua vniuerſitate priuilegiata ſtudens, aut ſi id genus ſimiles declinationum cauſas allegat.
3 Secundo prætenditur declinatio ex parte iudicis: Nempe ſi quis à iudice citante declinare velit, ob id quod talis Iudex reo ſit capitalis inimicus, ipſique de æquitate ferenda ſuſpectus, quod ſit maleficus, homicidio obnoxius, infamis, aut ſimili maleficij nota inſignis, ob quam reus cauſæ ſuæ cognitionem ipſi commitere reformidet, & potius ad alium æquiorem iudicem cauſam ſuam tráſferre cupiat.
4 Sed non ſufficit, quod aliquis huiuſmodi dictas exceptiones declinatorias ſolis verbis prætendat, & alleget, ſed ipſarum cauſas ſtatim comprobet, oportet, idque ante litiſcõteſtationem l. Ita demum, & ibi Barto. C. de procurat. & l. Finali. C. de except. cũ ſimilibus.

CAPVT CXXIIII.

De cauſarum remiſsione petenda.

Summæ.

1 *Remiſſio*
- *Quid ſit.*
- *A quibus petenda.*
- *Ex qua cauſa petenda.*

Remiſſio:
2 In materia debitorum ſemper competit Ordinario.
3 Datur Ordinario, ſi coram ipſo pars non prius citata fuiſſet.
4 In materia vſuraria ſeruatur coram primo iudice.
5 In materia compromiſſionum, fit coram arbitris.
6 Quando plures iudices petunt, fit vbi pars ſe iudicio ſiſtit.

7 Qui à ſuo iudice declinat, puniendus eſt contumacia & expenſis.

Remiſſio vel Reuocatio:
8 Perſonalis non eſt in vſu per totam Flandriam, niſi in prouinciali Curia Flandriæ.
9 Realis petitur à iudice ſub quo fundus conſiſtit.
10 Non datur laicis, qui ſe perſonaliter obligarunt cuiuis iudici.
11 An impediatur per obligationem generalem.
12 Non competit clericis, qui ſuo foro renunciare non poſſunt.

13 Iuramentum illicitum nullo modo eſt ſeruandum.

Ius introductum in fauorē:
14 Quorundam tantum, huic renunciari poteſt.
15 Publicæ vtilitatis, huic renunciari non licet.

Clerici parere debent iudici ſeculari:
16 In materiis poſſeſſoriis.
17 In materia feudali.
18 In materia locationum, & conductionum.
19 In materia Saluagardiæ, & ædictorum Principis.
20 In iuribus municipalibus.
21 In ædictis Principum.
22 Vbi proceſſus inceptus fuit ante clericatum.

23 Reuocandus proceſſus ad primum inſtitutionis locum.

Remiſſio, vel reuocatio non conceditur:
24 His qui: ſubſunt Cameræ Flandriæ. / citantur ad Cameram Flandriæ.
25 Officiariis Principum, in ſuo officio peccantibus.
26 In cauſis priuilegiatis, quæ ſunt:
- Crimen læſæ maieſtatis.
- Violatio fidei publicæ.
- Arma prohibita geſtare.
- Conuentus illicitus.
- Coniurationes.
- Pacta cædis alienæ.
- Factum ſupra factum.
- Vis illata Officiariis Iuſtitiæ.
- Officiarij peccata in ſuo officio.
- Effractiones carceris.

Hactenus crimina qualificata.

- Interinementa Remeſſionum.
- Priuilegiorū. Gratiarū interptatiōes.
- Protectio eccleſiaſticorum.
- Caſus nouitatum.
- Numiſmatum cauſæ.
- Amortiſatio bonorum eccleſiæ.
- Condemnationes ab Aula Principis.
- Dominia, & ordinationes Principis.

Gua-

Remiſsio vel reuocatio non conceditur in materijs

27 *Guarandiæ, niſi quis prius guarandiam promitteret aut negaret.*
28 *Schedulæ nondum confeſſæ, aut negatæ, aut planè negatæ.*
29 *Viduarum, precipuè nobilium, ne coram Pontifice quidem.*
30 *Ad iudicem ſuſpectum, aut ius recuſantem.*
31 *Feudalibus, quando feudatario negatur receptio.*
32 *Poſt litiſpendentiam, vel cauſam fixam.*
33 *Citato contumaciato.*
34 *Belli, poſt bellum finitum.*
35 *Meleſactorum, coram iudice.*
36 *Manutenentiæ aut Complentæ.*
37 *Ædictorum commiſsorum Gandenſi, aut Mechilmienſi Conſilijs.*
38 *Requæſtarum ciuilium, quas Princeps mandat ſuis Conſilijs.*

39 *Citato ad ſe curandum remiſsio datur, in loco vbi ſe iudicio ſiſtebat, & ſecuritas decernitur interim per Curiam.*
40 *Securitatem Curiæ violans, quomodo puniendus?*
41 *Clericus ſecuritatem renuens, ad eam per Curiam damnatur.*
42 *Iudex qui in cauſa contmenter procedit, quamuis pars remiſsionem petat, coërcendus eſt, prouiſione Principis.*

1 REmiſsio hic paſsiuè eſt accipienda
nempe qua cauſa ab vno iudice ad
alium iudicem remittitur, aut reuoca-
tur. Vnde etiam & Reuocatio dici po
teſt. Petitur autem hæc remiſsio aliàs
à parte, alias ab ipſo iudice, idq; vel ex
natura cauſæ, vel ex priuilegio fori, vel
ex priuilegio iudicis, aut partis, ſicuti
2 ex ſequētibus patebit. In materia itaq;
debitorum remiſsio ſemper habet lo-
cum apud iudicem ordinarium. Debi
ta enim nulli ordinariam iuriſdictio-
nem præripere aut eripere poſſunt,
quēadmodum nec ipſa Salueguardia.
Attamen ſi quiſpiam impedimentum
vllũm, grauamen, aut iniuriam infer-
ret vni, qui vocatus eſſet à Curia, aut
citatus ad ibidem comparēdum in iu-
dicio. Curia de illo impedimento, gra
uamine, aut iniuria cognitionem ſibi
retineret, non ſecus quàm ſibi reſeruat
quæ contra ſalueguardiā facta cogno-
3 ſcit. Si quiſpiam citaret aliquē iuridicè
in Curiam. Conſilium, ſeu Cameram
prouincialem Flandriæ, quem omiſſo
debito ordine nō prius citaſſet coram
ordinario, tunc cauſa per Curiam re-
mittitur ad ordinarium. Curia enim
illa neminem ſua prima notitia, & iu-
ſtitia ferenda priuat. niſi in priuilegia-
tis cauſis, hic paulò ante cōſcriptis, ca.
In materiis vſurarũ, iudex q primam
4 cognitionem de iis vſuris accepit, is
etiam ſibi primam iuſtitiam, & remiſ
ſionem retinet & reſeruat, quia in ea
cauſa præuentio locum habet, quem-
admodum etiam locum habet in om-
nibus aliis cauſis, quas mixti fori om-
5 nes eſſe tenemus. Quando verò partes
in arbitros compromiſerunt, & quan
do de ea compromiſsione, aut per in-
ſtrumentum, aut aliam autenticā ſcri-
pturam & ſchedulā conſtat, tunc cau-
ſa remittitur ad arbitros. Ea enim par-

tium in arbitros ſubmiſsio, partes ab
6 omni iuriſdictione eripit, & liberat.
Quando autem plures ſunt iudices,
qui ſinguli remiſsionem petant, & di
cant ſibiipſis cauſę cognitionem com-
petere,idq; ex diuerſis cauſis,tunc cau
ſa ſecundũ quorundã opinionẽ remit
titur ad locũ vbi pars approbat, & cõ
7 ſentit ſe velle ſiſtere iudicio. Quin &
hoc obiter notãdũ eſt, quod is qui de
clinat à iuriſdictione iudicis compe-
tentis,puniendus eſt vt contumax, &
8 condemnandus in expenſis. In nullis
Flandriæ Curiis aut Magiſtratibus,
(excepto ſolo magno conſilio) vtun-
tur his remiſsionibus aut reuocatio-
nibus ab aliis iudicibus, præcipuè in
actionibus perſonalibꝰ, niſi magiſtra-
tus ipſe talis, remiſsiones ex certa cau
ſa requirerent, & cauſæ cognitionem
ſibi ſeruatam iri velint, & etiã niſi ci-
tatus eam cognitionem approbet &
ratificet,ibiq́ue ſe iudicio ſiſti velle cõ
ſentiat. Sed iſthæc cõſuetudo ex Fran
cia proceſsiſſe videtur: Ibi enim nul-
lus alicui iuriſdictioni ſubditus in Au
la à principe remiſsionẽ expetitã im-
petrat, niſi prius ſuus Iudex aut Magi
ſtratus (cui ſubeſt) ipſum Regi præſen
tet, & cum ipſo eandem remiſsionem
9 à Rege poſcat, & impetret. Sed in a-
ctionibus realibus,remiſsio à ſuo iudi
ce petitur, & impetratur ſub quo, aut
ſub cuius iuriſdictione fundus aut res
cõſiſtit, nõ obſtante etiã quod domi-
nus fundi eã remiſsionẽ reprobare, &
auertere, vel impedire conaretur. Si
10 qui laicorũ ſeſe ꝑſonaliter obligaſsẽt
de ſe ſiſtẽdo cuiuis iudicio, & corã o-
mnibus & quibuſcunq; tribunalibꝰ,
iuſtitiis, aut iudicibus, tũc illis laicis à
prædictis iudicibus nuſquã declinare
neq; remiſsionẽ petere licebit. Prop-
ter dictã eñ obligationẽ præcedentẽ
omnibus declinãdi & remiſsionẽ pe-
tẽdi priuilegiis, imò quibuſuis iuribꝰ
ac priuilegiis ſuis ſeſe exuerũt, & pri-
uarũt. Quod vnicuiq; ſua ſpõte (dum
vult) permittitur, & locũ obtinet, etiã
ſi tale priuilegiũ ꝓ ſe eſſet introductũ.
l. Si quis in conſcribẽdo C. de pact. iũ
cta ibi gloſ. in verb. Dignitatis, & l. Si
quis in cõſcribẽdo C. de epiſc. & cler.
& l. Si Iudex. ff. de mino. 25. an. (vt nõ
11 nulli dicũt) Sũt tamẽ qui cõtrariã huic
ſetentiã ſuſtineãt, dicẽtes, quod huiuſ
modi dicta generalis obligatio ſit in-
ualida ad obligandũ aliquẽ, & retra-
hendũ à iure ſui ordinarij, aut quod
quiſpiã ſe ita obligare poſsit, vt iudici
ſuo ordinario primã, ac debitã cogni-
tionẽ per vllã generalem obligationẽ
præripiat, aut ipſum tali cognitione
12 priuet. Hæc autẽ dicta ſunt de laicis.
Nã clerici nullo modo renunciare poſ
ſunt priuilegio ſui fori, nec etiã ſibiip
ſis iudicẽ laicum conſtituere, etiamſi
proprium iuramentum & aduerſarij
cõſenſus accederet, iuxta vulgatũ. c. Si
diligenti. §. Finali, extra de for. cõpe-
tẽ. cuius. §. hæc ſunt verba. Manifeſtè
patet, (de clericis loquitur) quod non
ſolùm inuiti, ſed etiã voluntarij paciſ
ci nõ poſſunt, vt ſecularia iudicia ſub-
eant, cùm non ſit beneficium hoc per-
ſonale, cui renunciari valeat: ſed po-
tius toti collegio eccleſiaſtico ſit pub-
licè indultum, cui priuatorum pacto
derogari non poteſt. Nec iuramentũ
licitè ſeruari potuit quod contra cano
13 nica ſtatuta illicitis pactionibus infor
matur. His addi ad comprobationem
poteſt. Quod inter alia tangit gloſſa,
in d. c. Si diligenti, in verbo. Pacto
14 priuatorum, ibi. Sed ſuper hac contra
rietate dicendum videtur, quod illi iu
ri quod in fauorem aliquorum priua-
torũ hominũ, & ad ipſorũ tantũ com-

15 modum, & vtilitatem ſolum intro-
ductum eſt, facilè renunciari poteſt.
Verùm ſi quod ius introductum eſ-
ſet in fauorem quorundam, non ta-
men pro priuato vnius aut alte-
rius, aut etiam multorum commo-
do, ſed pro publica vtilitate ipſo-
rum omnium, & in odium aliorum
aduerſantium, nullus certè poteſt
tali iuri renunciare. Et tale ius eſt
hoc, de quo hic mentionem facimus
& de quo etiã agitur, in d.c.Si diligen
ti.§.Manifeſtè patet, q, introductũ eſt
nõ tã in fauorẽ clericorũ, quã odiũ lai
corũ. Nã clericis laici perpetuò (vt nũc
ſunt mores) videtur infeſti, vt in c.lai-
cos, & c.laici 2.q.7. & tale eſt illud, in
c.Si quis ſuadẽte 17.q.4. quia ei renũ
ciare nõ poteſt. c. Cõtingit, extra, de
ſentent.excõmunica. Cũ ſuperiorib⁹
etiã reſpõdet Autẽtica.Statuimus.C.
de epiſco. & cleri. deſumpta ex noua
cõſtitutiõe Frederici Imperatoris, de
16 ſta.& cõſue. §. Itẽ ſtatuim⁹ vt nullus,
col.10. Cõſti.finali, & in Autẽtico, de
ſanct. epiſc. §.yconomos, col.9. Quã
quam autẽ hic dixerim clericos iudi-
ciis ſecularibus non debere ſubeſſe, q,
nunc (licet nõ in primitiua eccleſia) al
terius ſint fori, & iudicis, ſunt tamen
multæ cauſæ, & caſus multi, in quib⁹
clerici iudicib⁹ ſecularibus adhuc ſub
ſunt, & in quibus ipſis corã iudice ſe-
culari reſpõdendũ eſt, & nullo modo
declinare licet, ſcilicet, Primò in mate-
riis poſſeſſoriis, quæ nõ ſuas clericorũ
17 perſonas, ſed res tantũ cõcernunt. Itẽ
18 in materia feudali, Itẽ in materia loca
19 tionis aut cõductionis ædiũ, iuxta ſti
lũ Frãciæ. Clerici tenẽtur etiam reſpõ
dere corã ſuo Principe, aut corã ſuo
cõſilio, de publicę fidei, ſaluegardię, ſi-
20 ue ſecuritatis violatione. Itẽ de armo-
rum geſtatione, & de aliis ſimilibus
21 cauſis priuilegiatis. Sic etiam clerici te
nentur reſpondere, de iuribus muni-
cipalibus. De ædictorum, ſiue ordinan
ciarum principis infractionibus, quas
ad ſuam iuriſdictionem ſecularem cõ
ſeruandam ædit, veluti ſi públìco ædi-
cto conſtituiſſet & promulgaſſet, ne
quis ſuos ſubditos in prima inſtantia
traheret, aut in ius vocaret extra pa-
triam, ditionem, aut prouinciam, aut
nequis Romanæ Curiæ prouiſiones,
in ſua ditione aut prouincia executio
22 ni mandaret, priuſquam ad hoc habe
ret & obtineret ſuas Placeti literas, &
id genus ſimilia. Si verò proceſſus ſiue
iudicium incœptum eſſet contra ali-
quem laicum, qui laicus poſtea (pro-
ceſſu durante) ſacerdos efficeretur, is
ſacerdos non poterit in eodem pro-
ceſſu, forum aut iudicem declinare,
ſed haberet idipſum iudicium ſem-
per ſuum progreſſum, & finiretur v-
bi cœptum fuerat, iuxta tritam ac bre
uem legem vbi acceptum.ff. de iudic.
quo loco. Marcellus I.C. ſic ait. Vbi ac
ceptũ eſt ſemel iudicium, ibi & finem
accipere debet. Et facit textus in l.ne-
ganda. C. de his qui accuſa. non poſ-
23 ſunt, quæ l.eſt canoniſata, in c. Negan
da, ſecunda 3.q.11. Similiter ſi proceſ-
ſus inceptus eſſet coram decurionib⁹,
aut ſcabinis Gandenſibus, vel Brugẽ
ſibus, & eundem proceſſum actor po
ſtea ibidem proſequi nollet, ſed po-
tius eum ibi deſerere vellet, ac coram
alio iudice pertrahere, ibique recen-
ter inſtituere tentaret, tunc priores
illi ſcabini iuſtam haberent re-
miſsionem petendam, hoc eſt, cum
iuſta æquitate illum ſecundum, &
indebitum proceſſum, ad ſeſe denuo
per remiſsionem retraherent & re-
uocarent, vt de illo incepto ſiue in-
choato proceſſu vlterius vſque ad
defini-

definitiuam pernoſcant, ob id quod ibidem coram ipſis tale cœptum eſſet,
24 vti paulò ante diximus. Dixi in principio huius capitis de Curiis aliis à magno concilio, quibus non competit prædicta remiſsio. Nam qui ſubſunt, aut ſubiecti ſunt Cameræ Flandriæ, et ad eam Cameram perſonaliter citantur, hi nō poſſunt à iudice declinare, neque ad eum ſenatum, cuius ſunt ciues, remiſsionem petere, niſi in cauſis ſucceſsionum ſiue domorum mortuariarū, aut in cauſis adminiſtrationum tutelæ aut curatelæ eorum, qui ciues
25 ſunt, aut in cauſis ſimilibus. De officiariis principum, qui citati ſunt in materia exceſſus aut abuſus ſuorum officiorum non fert neque admittit Cu-
26 ria Gandenſis vllam remiſsionem. Sic etiam eadē Curia nullā admittit remiſſionē in cauſis priuilegiatis, nempe, de quib⁹ ſolus Princeps, aut ſuū cōſilium vel ordinariè vel per præuentionē cognoſcere ſolet. Intelligūtur autem priuilegiatæ cauſę crimina enormia, qualificata & quæ Princeps ſibi reſeruat, veluti, Crimen læſæ maieſtatis, vel diuinæ vel humanæ. Crimen hæreſeos, Crimen violationis publicæ fidei (vulgò) ſaluaguardiæ ſiue ſecuritatis. Geſtatio ſiue portatio armorum prohibitorum. Cōmigrationes aut cōuenticula illicita. Coniurationes. Pactum de aliquo occidendo, factum ſupra factum, vis illata, officiariis in ſuo officio exercendo occupatis. Item vis, vel iniuria illata magiſtratib⁹ aut officiariis, quæ tendit ad iuſtitiæ quandā vilipendentiam & contemptum. Itē crimen quo officiarij ſuo officio abutuntur, & iuſtitiæ normam excedunt. Præterea omnes vel effractiones carceris, vel eorundem effringendorum attemptata. Adhæc quarumcunque remiſsionū interinementa. Imò & quarumcunque literarum gratiæ, aut priuilegiorum interpretationes. Itē omnes protectiones & defenſiones tum eccleſiarum, tum eccleſiaſticarum perſonarum. Item caſus nouitatum, & ordinationes in negotio numiſmatū ſiue numorum. Amortiſſamēta bonorum eccleſiaſticorum. Condemnationes factæ per Curiam Principis vbi vel corā qua, contractus ipſi facti ſunt. Poſtremò omnia crimina contra dominia ordinaria Principis. Et pręterea omnia crimina contra Principis debita actiua, aut credita paſsiua, aut in ipſius numiſmatis corruptione, adulteratione, aut conciſiōe, vel falſificatione, & ſimilia crimina, quæ Princeps aut ſibi, aut ſuo conſilio reſeruat, aut
27 committit. Cæterùm qui citatus eſt in materia guarandiæ, is non poteſt à iudice declinare, neque remiſsionem petere, ſed debet ſtatim apertis verbis dicere, an velit guarentizare, an non, aut ſeipſum contumacem reddi permittere, etiamſi is clericus, aut ciuis, aut alius
28 quicunque priuilegiatus eſſet. Olim in Flandria non fiebat neque dicebatur ius de remiſsione proceſſuum in materia confeſsionis aut negationis ſchedulæ, aut chirographi, priuſquam ipſa ſchedula fuiſſet confeſſa, aut negata. Et ſi tunc citatus ſuam ſchedulam, aut chirographum confitebatur, ſaluis ſuis exceptionibus, tunc ipſa cauſa ad alium iudicē remittebatur, vt ibi ſuas proponeret & allegaret exceptiones. Sed ſi is ſuum chirographum negaſſet, tūc eadem cauſa ibidem in eadem curia cognoſcenda remāſit, quia tunc intelligebatur, quòd ipſe negando, ibi litem conteſtaretur. Verùm hoc tempore ſecus omnia fiunt, & ius vnicuique dicitur, & fit ſuper remiſsione, tā in cognoſ-

29 in cognoſcendo, quàm in negãdo chi-
rographum. Nuſquam etiam Magi-
ſtratuũ datur remiſsio in cauſis vidua
rum, præcipuè nobilium, quia tales
viduæ priuilegiatæ ſunt, de ſe ſiſten-
do iudicio, aut coram Principe, aut co
ram ſuo cõſilio, aut coram ordinario,
quoties ipſis ita placebit, aut videbi-
tur. Imò quod magis eſt priuilegiatæ
ſunt, quominus ſe iudicio ſiſtant, aut
coram ſummo pontifice, aut coram
epiſcopo, quum ipſę iudici ſubſint ſe-
culari aut laico, à quo merito iudiciũ
& iuſtitiam obtinere debent, non ab
eccleſiaſtico. Nulla cauſa remitti de-
30 bet ad iudicem ſuſpectum, aut ad iu-
dicem, qui ius aut iuſtitiam dicere re-
31 cuſauit. Verbi gratia: Si Dominus feu
di primò, & poſteà ſuperior dominus
ambo recuſaſſent vaſallum recipere
ad ſuum feudum, & ſi is vaſallus ni-
hilominus interim ipſis præſentaſſet
omnem obedientiam, omniaque ho
magia cum reliquis ſeruitutibus, &
dependentiis tali feudo ſubiectis, &
ſi is vaſallus de tali recuſatione cõque
reretur in d. Camera, tunc ipſa Came
ra, ad dictorum dominorum feudi re
quiſitionem, eam cauſam non remit-
tet, ſed ipſamet ſibi eam cognitionem
reſeruabit, quia talis propter reiectio
nem, & nondum inueſtitus non po-
teſt dici aut haberi ipſorum verus va-
ſallus, ſed ſi vaſallus à domino feudi
peteret & deſideraret recipi ad ſuum
feudum, & hoc antequam alij ſeſe cõ
tra hoc opponerent, eo caſu dominus
feudi remiſsionem haberet in ſua cu-
ria, ad ius reddendum & dicendum
de aut ſuper omnibus querelis ac dif
32 ficultatibus euenturis. Porrò quando
aliquis proponit, & allegat factam eſ
ſe litiſpendentiam, & de illa doceat,
tunc is habebit remiſsionem ad eum
iudicem, coram quo ea litiſpendentia
facta eſt, & pendeat. Et intelligitur in
praxi, quod litiſpendentia ibi pẽdeat,
vbi petitio facta eſt, aut vbi cauſa fixa
ſiue alligata eſt per appellationem aut
reformationem. Citatus qui ſemel
33 permiſit ſe reddi contumacem, is nul
lam remiſsionem petere poteſt. Per
primam enim ab omni remiſsione
petenda, & à declinatoria excluditur,
& reiicitur. Sic remiſsiõem petere nõ
poteſt, quando litem cõteſtatus eſt in
cauſa, aut quando propoſuit aliquas
exceptiones dilatorias, aut perempto
rias, vt antè dictum eſt, cap. de excep-
tionibus. In materiis belli, vbi pax de
34 eo bello promulgata & celebrata fuit,
cauſa non remittitur ad mariſcallum
(vulgò) de loſt, niſi eadem cauſa corã
ipſo incepta & intẽtata fuiſſet eo bel
lo durãte, bello enim ceſſante meritò
etiam ipſius mariſcali ceſſat officium,
35 & commiſsio. De delictis ſiue male-
ficiis commiſsis, in præſentia iudicis
non fit remiſsio, quemadmodum nec
fit remiſsio de iis qui falſum tulerunt
36 teſtimonium, & de ſimilibus. De cõ-
plaintis & manutenentiis Camera
Flandriæ nullam remiſsionem admit
tit, etiamſi ex Complaintæ aut manu
tenentiæ concernerent beneficia, deci
mas, aut alias cauſas ſpirituales, quia
omnes materiæ ſaiſinæ in caſu nouita
tis, ſunt facti aut de facto, & non ſpe-
ctant nec cadunt niſi in poſſeſſorium,
in quo ſolo, Curia ſibi notitiam, &
deciſionem reſeruat. Petitorium verò
relinquit partibus vbi decet & perti-
37 net, vti hic prius dictum eſt. Quando
Princeps ſuis ædictis & mandatis cau
ſam vllam committit Cameræ Flan-
driæ, aut magno Mechilinienſi Con-
ſilio, eadem cauſa ibi manebit virtute
illius verbi (committimus ſi modò il-
lud com-

lud committimus benè, debitè, & nō
falſo aut ſubreptitiè inſertum fuerit.
38 De cauſis requęſtarum ciuilium, quas
Princeps dirigit aut committit came-
ræ Flandriæ aut ſupremo cōſilio Me-
chilinienſi nulla quoque fit remiſsio,
ad iudices ſiue ad iuſtitiarios pedane-
os, aut inferiores, aut ſubalternos. Sup
plices enim libellos (vulgò requeſtas)
interinare aut reiectare, ad ſolum Prin
cipem ſpectat, ac pertinet. Si autem a-
39 liquis citatus eſſet ad aliquem ſecurā-
dum, & ſuus ipſius ſenatus remiſsio-
nem deſideraret, tunc vbi is citatus
conſentit ſe ſiſti iudicio, remiſsio qui-
dem ibi continget, & dabitur, nō au-
tem ſecuritas, quia iſthæc ſecuritas in
terim conſtituetur & decernetur acto
ri per Curiam, donec is citatus acto-
ri petitam ſecuritatem præſtiterit co-
ram ſuoipſius actoris iudice, ad quā
præſtandam dicta Curia reo certum
40 diem præſtituet. Et ſi is citatus interea
temporis, & lite durante dictam pro-
uiſam ſecuritatem auſu temerario in-
fringeret, aut violaret, is iuxta multo-
rum ſententiam, & capite & bono-
rum confiſcatione damnandus erit.
Mitioribus tamen placet, vt ſuper cō-
fiſcatione bonorum tantùm puniatur
punitione arbitraria, quod illam ſecu
ritatem non reus ipſe dederit, ſed ſola
Curia eam conſtituerit, verùm iſta vi
detur ratio frigida. Porrò ſi clericus
quiſpiam citatus eſſet, & ad ſecurita-
tem alicui præſtandam per Curiam
peteretur, tunc ſi is clericus petitæ ſe-
41 curitati annuat, rata ibidem per Cu-
riam decernetur. Sin petitam ſecurita
tem præſtare renuerit, tunc Curia ei-
dem clerico recuſanti ordinabit, &
certum præfiget diem, vt eam ſecuri-
tatem præſtet, & faciat actori coram
ſuo actoris ordinario iudice. Et præte
rea ipſi inhibebit nequid interim (ea-
que lite durante) aliquid attētare præ-
ſumat. Porrò ſi actor quiſpiam per de
clinatoriam excepiſſet contra iudicē,
& remiſsionem petiſſet, & is Iudex
42 interim de ea exceptione declinato-
ria nihil pronunciaret, ſed potius in
cauſa continēter vlterius ſuper princi
pali procederet, tunc actor ſeu peti-
tor remiſsionis, ab illo vlteriori pro-
greſſu appellare, aut alio quoquo mo-
do ſibi per Principem debitam proui
ſionem impetrare poterit.

CAPVT CXXV.

De Recuſando iudicem.

Summæ.

1 *Ad iudicis declinationem ſpectat* { *Exceptio.* *Remiſsio.* *Recuſatio.* *Appellatio.* }

2 *Recuſationum cauſæ* { *Secundum aliquos eſt vnica.ſ.ſuſpitio.*

3 *Secundum alios ſunt duæ* { *Incompetentia,* & *Suſpitio.* } }

Incompe-

4 *Incompetentiæ cauſæ*
- *Infamis.*
- *Excommunicatus.*
- *Periurus.*
- *Homicida.*
- *Vſurarius, &c.*

5 *Suſpitionum cauſæ*
- *Pater, frater.*
- *Familiaris.*
- *Hoſtis.*
- *Conuictor.*
- *Patronus, &c.*

6 *Iudex qui calumnioſam tulit ſententiam, perpetuo ſuſpectus habetur.*

7 *Ad recuſationem allegatur*
- *Altera cauſa, ſcilicet, vel incompetentiæ vel ſuſpitionis.*
- *vel*
- *Ambæ cauſæ ſimul.*

8 *Vt ſuſpitionis cauſa certior conſtet, ipſa prius exploranda committitur arbitris.*

9 *Recuſatio in Flandria cur raro contingat.*

10 *Quando tres aut quatuor ſcabini ſunt ſuſpecti, quid faciendum.*

11 *Exemplum quo. 4. aut. 5. conſiliarij in cauſa ſuſpecti, fuerunt remoti.*

Recuſari poſſunt
- 12 *Arbiter iuris, non arbitrator.*
- 13 *Aſſeſſor, Comiſſarius, Adiunctus, Auditor.*

14 *Recuſari non poteſt merus executor.*

16 *Recuſationũ cauſæ*
- 15 *Proponi debent ante litiſconteſtationem.*
- 16 *Proponi poſſunt poſt litiſconteſtationem.*
- 17 *Debent ſimul proponi, niſi nouæ innoteſcant.*

Suſpitionum cauſæ
- 18 *Secundum ius ciuile non debent omnes exprimi.*
- *ſed*
- 19 *Secundum ius canonicum debent omnes exprimi.*

20 *Recuſationis fructus ſunt duo, ſcilicet,*
- *Iuriſdictionis ſuſpenſio.*
- *&*
- *Procedendæ cauſæ ceſſatio.*

1 EXceptio, Remiſsio, & Recuſatio eiuſdẽ ferè ſunt naturæ, & ad eundem finem, nempe ad declinationẽ à iudice. Quin & Recuſatio & appellatio ſatis ſunt naturæ ſimilis, imò æquiparátur in hoc: quia ſicut in appellatione requiritur cauſa rationabilis: ita & in recuſatione, & vt remiſsio vel exẽptio ad iudicis declinationẽ quoq; ſpectát c. Super eo, extra, de appellat. Sed de duabus hactenus diximus. Nunc hoc loco de recuſatione quædá à nobis explicanda reſtant. Eſt itaq; Recuſatio iuriſdictionis, vel audientiæ, cauſa ſuſpitionis propoſita declinatio, l. Apertiſsimi. C. de iudic. c. Quod ſuſpecti. 3. q. 3. & c. Suſpitionis, extra de offic. delega. Dixi ſuſpitionis cauſa,
2 quod recuſationis ſolummodo vnica à multis dicatur eſſe cauſa, ſcilicet ſuſpitio, hæc autem conſurgit ex multis & variis cauſis, quarum aliquas notat gloſſa, in capite ſecundo, vt lite non conteſta. in antiquis,

antiquis,& ibi Abbas in verbo, Subeſſe. Sunt nihilominus alij qui diſtin-
3 ctius recuſationum cauſas explicant, dicentes,quod recuſationis cauſæ plærunque ſolent eſſe duæ, ſcilicet incompetentia vel indignitas iudicis, & de eodem apparens ſuſpitio. Ad recuſandum autem iudicem de incompetentia, poteſt proponens dicere & allegare ſequentia iudicis vitia.ſ. ipſum eſſe infamem,excommunicatum,mutum,ſurdum, cæcum, mulierem, ſeruum, periurum,homicidam, vſurarium,minorennem,pupillum,iudęum, hæreticum, &c. tales enim ſunt incompetētes iudices, & indigni qui iudicis officium exerceant. Aut dicet quod Iudex ſit ſpiritualis,& cauſa ſecularis,vel contra,aut quod poſsit reuocari,aut quod ipſius poteſtas iā expirata ſit, aut quod ſua iuriſdictio vel poteſtas eò nō extendat, & id genus non diſsimiles recuſationum cauſas excogitare poterit. Suſpitionum ve-
4 rò cauſæ ferè ſunt.Si quis dicat: Eſt pater,aut patron⁹ aduerſarij mei,eſt corruptus ab aduerſario, mihi parum fauet,odij verba, aut odij iudicia in me aliquando congeſsit, vel minatus mihi fuit. Item ſi dicam, quod is Iudex vel aſſeſſor ipſius, ſit inimicus meus, aut certè inimico meo & parti meæ admodum amicus familiaris, fauorabilis, aut cui pars mea in iiſdem ædibus cohabitet,aut quod ipſius ſit commenſalis, quod ipſius ſit pater aut filius,frater aut cōſanguine⁹,aut affinis, aut quod aliquādo fuerit aduocatus, procurator, aut teſtis in cauſſa, aut q̧ cauſa iſthæc ipſum iudicem tangat & concernat,aut quod à præpotente aliquo perſuaſus ſit, vt parti meæ magis faueat, ſic vt ob id iniquiorem cenſuram metuat, vel quod ſit temerarius, iniquus habitus, quique aut in quo iuſtitiam vulg⁹ ineſſe negat,aut quod ſit nimium cerebroſus', & ſui ſenſus pertinax, vel quod ſuam ſententiam nimium præcipitet, aut quod in ſuæ ſententiæ pronunciatione procedat leuiter,& cum leui deliberatione. Item quod ſit rerum & cauſæ imperitus, quod habeat aſſeſſorem mihi ſuſpectum & familiarem aduerſarij.c.Inſinuante,extra de offic.delega. In ſumma quicquid aggerari poteſt ad confutationem & contradictionem teſtis,id quoque ad confutationem iudicis obiici poteſt. Hoſtienſis tamen 18. ponit, de offic.delega.in. §. Quæ ſint iuſtæ cauſæ. Recuſari poteſt quilibet Iudex,ſiue is ſit ordinarius, ſiue delegatus,ſiue ſubdelegatus,vel auditor ſecundū canones. Sed hoc loco ſciendū
5 eſt,quod quamuis ſecundum iura Canonica (vt prædiximus) omnes iudices ſint recuſabiles, & ita conſequenter ordinarij,delegati, atque ſubdelegati,& auditores, non tamen omnes cauſæ,quæ ſeruiunt ad delegatum,vel ſubdelegatum,vel auditorem recuſandum, eædem ſeruiunt ad iudicem or-
6 dinarium reprobandum. Suſpitionis verò omnium maxima cauſa, ob quā iudicem aliquis recuſet', potiſsimum in ipſius iudicis perſona reſidet. Hæc eſt ſententia iniqua. Nam Iudex qui ſemel repertus fuit ſententiam dedit ſe calumnioſam, is perpetuò ſuſpect⁹ eſt habendus, & ad iudicandū in omnibus aliis cauſis indignus, & inhabilis eſt cenſendus. Ceterum ad Iudi-
7 cis recuſationem ſufficit allegare alteram prędictarum cauſarum. Poſſunt tamen nihilominus ambæ dictæ cauſę recuſationi prætexi & proponi, ſcilicet & incompetētia,& ſuſpitio ſimul, & tunc fortior erit recuſatio, & iuſtior,

8 ſtior: altera tamen illarum ſufficit ad iudicem recuſandum. Vt autem certius de iudicis ſuſpitione cognoſcatur & conſtet, & ne temerè alicui ſuſpitionis notæ impingantur, de iure per partes eliguntur boni viri, qui vocantur arbitri, quibus ſuſpitionum cauſæ examinandæ committuntur, dignæ ſint, an indignę, qui vbi partem recuſantem audiuerint, & cauſas allegatas diligenter perſpexerint, & ſi ordinarium iudicem ſuſpectum repperiant, dant ipſi recuſanti aſsiſtentiam alterius coniudicis non recuſati, ſine omnimoda recuſatione aut dimiſsione c. Cum ſpeciali, extra, de appellat. c. Suſpitionis, extra de offic. & poteſta. iudic. delega. d. l. Apertiſsimi & l.
9 Cum ſpecialis. C. de iudic. In Flandria admodum rarò ac difficulter recuſantur iudices, vt ſuſpecti, quod paſſim in Flandria ſint magnifica, & præclara collegia, & Senatus doctiſsim⁹ & numeroſus. Quæ quidem integra collegia, ob præclara & cordata conſilia, non facilè vlla ſuſpitionis labe aſperguntur. Et ſi quæ ſint Scamna inferiora, ea ab his ſuperioribus collegiis ſua conſilia referunt. Quod ſi tamen tres aut quatuor ex principalioribus
10 collegij ſeu conſilij ſuſpecti eſſent, princeps poſſet ordinare, vt in proceſſu vlterius procederent, nempe ad eũ proceſſum formandum & inſtruendum vſq; ad ſententiã excluſiue, quo facto, & proceſſu inſtructo iuberet recedere ſuſpectos, & in eorum locũ ſubſtitueret & ordinaret alios viros bonos, & doctos ex ſuo conſilio, aut certè alias perſonas non ſuſpectas, qui cum nõ ſuſpectis proceſſum videbũt, examinabunt, iudicabunt, & ſuper illo ſententiam ferent. Atq; ita fieri de-
11 bere ſtatutum, & ordinatũ eſt à dominis magni conſilij contra Hollandiæ graphiarium, qui ſuſpectos habuit in ſua cauſa quatuor aut quinq; dominos conſiliarios cõſilij Hollãdiæ, quique ob id requiſiuit, & voluit vt iidẽ ſuſpecti ſurgerent, diſcederẽt, & omnino abeſſent ab vlteriori cognitione, & à terminatione ſui proceſſus. Sed fuit ordinatum, vt iidem ſuſpecti perdurarent, manerent, & cauſæ agendæ intereſſent vſque ad furniſſamentum totius proceſſus. Et proceſſu ita completo, furnito ac euangelizato (vt dicunt in praxi) princeps tũc ſuſpectos remouit, & in cõſilium ſubſtituit tot alios conſiliarios, quot ob ſuſpitionẽ remoti fuerant, quotque ipſe graphiarius in collegio aut conſilio ſuſpectos habuerat. Arbiter autem iuris bene re-
12 cuſari poteſt, vt ſuſpectus, & ita omnes tenent per, l. Non diſtinguemus. §. Cum quidam. ff. de arbit. Sed non arbitrator, quia non poteſt recedi ab eius perſona, niſi prius arbitretur, per l. Finalem. C. de contrahen. empt. & tenẽt communiter Canoniſtę in c. Quintauallis, extra, de iureiuran. Atque hi mouentur iſthac ratione, ſcilicet quod arbiter vt ſuſpectus recuſari poteſt, quoniam ſemper ſtandum ſuæ arbitri ſententiæ, ſiue ea ſit æqua, ſiue iniqua, ideoq; metu periculi, aut iniquæ ſententiæ, aut certè metu indebitæ pœnæ, arbitrum omnẽm quis merito ſuſpectum habere debet, vt in l. Diem proferre. §. Itari. ff. de arbit. & ideo non præter rationem vt ſuſpectus habendus, & recuſandus etiam ante ſententiam latam: ex quo poſt ſententiam ſuam non eſt dare remedium ad euadendum pœnam compromiſsi: ſed in arbitratore ſecus eſt: patet, quia ſi lædat partem, poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, d. c. Quintauallis,

& vt in l.Societatem.§.Arbitrorum.
ff.pro ſocio.De his latius meminit D.
Baptiſta à S.Blaſio, in ſuo tractatu de
arbitro & arbitratore. Quadrageſimo
13 quæro.numeris 78. & 79. Et vt iudi-
ces, ita & aſſeſſores iudicum poſſunt
recuſari. Imò & auditores & etiam
commiſſarij, & adiuncti, l. Finali.C.
14 de aſſeſſorib. Merus verò executor ne
quaquã poteſt recuſari.c. Nouit,pro-
pe finem gloſſæ in verbo. Debuiſſet,
extra de appel. Sed hic quæri poteſt,
quando tandem recuſationum cauſæ
& exceptiones proponendæ erunt,
& an omnes proponi debeãt,& quo-
15 modo. Pro quo ſciendum eſt, quod
omnis exceptio recuſationis iudicis
debet regulariter proponi, & allegari
ante litem conteſtatam,& eſſe omniũ
prima exceptio, quia poſt litiſconte-
ſtationem, non eſt locus recuſationi.
Quocirca conſultum eſt recuſationẽ
proponi,& allegari ante confectionẽ
vel exhibitionem libelli, aut petitio-
nis,Dixi regulariter. Nam recuſatio-
16 nis exceptio, poteſt etiam proponi
poſt litis conteſtationem, quando iu-
dicis incompetentia aut ſuſpitio par-
ti exoritur, aut ſolum innotuit poſt li
tiſconteſtationem, & ſi recuſans iu-
ret,quod ea incompetentia, & ſuſpi-
tio iam demum ipſi innotuit, & per-
cepta ſit,c. Inſinuante,extra de offic. et
poteſta. Imò quod magis eſt ipſa re-
cuſatio poteſt proponi ante cõfectio-
nem & exhibitionem libelli aut peti-
tionis. Vide latius Speculatorem titu.
17 de recuſat. Debent autem omnes ſuſ-
pitionis aut incompetentiæ cauſæ ſi-
mul proponi, & nequaquam vna ho
die, & altera cras, niſi fortaſsis aliæ de
nouo ad recuſantis noticiam ſiue co-
gnitionem peruenirent. Item ſciendũ
18 eſt, quod ſecundum iura ciuilia, non
eſt neceſſum vniuerſas ſuſpitionum
cauſas per recuſantem exprimere, ſed
ſufficit quod recuſans iuramento af-
19 firmet, quod Iudex ſit ſuſpectus, Iura
verò Canonica omnino volunt om-
nes ſuſpitionũ cauſas exprimi.c. Quã
do contra, extra de probat. & d.l. A-
pertiſsimi.C.de iudic. Cum iure Ca-
nonico conſentit praxis, & ſtilus iſta-
rum inferioris Germaniæ regionum,
per quem ſtilum ſuſpitionis cauſæ in
ſcriptis allegari debent, & quæſtio tra
ctari,ac terminari,coram collegio, vbi
ſuſpectus ſedet aut reſidet, quatenus
ipſe Iudex id deſyderat, d.c. Quoniã
20 contra,extra de probat. & d.l. Apertiſ
ſimi.C.de iudic. Hoc loco item quæri
poteſt,quiſnam tandem ſit recuſatio-
nis effectus. Ad quod reſpondendum
eſt, quod duo principales effectus re-
cuſationis ſunt. Primus eſt quod ob
id quod iuſta cauſa ſuſpitionis iudicis
proponitur,eidem iuriſdictio meritò
ſuſpenditur. Secundus eſt, quod Iu-
dex poſt probatam ſuſpitionis cau-
ſam, non debet ita recuſatus, vlterius
in cauſa procedere, ſed prorſus ab ea
ſuperſedere.c. Super eo, extra de ap-
pellat. Speculatorem vide latius,in ti-
tu.de Recuſat.

CAPVT CXXVI.

De Dilatoriis atque temporalibus exceptionibus.

Summæ.

1 *Exceptiones dilatoriæ quæ ſunt.*
2 *Exceptiones dilatoriæ, cur & quando conſcientiæ ſcrupulo vacant.*
3 *Exceptiones dilatoriæ non conueniunt proceſſibus ſummariis.*
4 *Exceptionis dilatoriæ varia forma.*
5 *Exceptionis dilatoriæ eſt petitio licentiæ Curiæ cum expenſis.*

SVpra capite 120. triplices exceptio-
num aut declinationum ſpecies po
ſuimus, quarum declinatoriam, cap.
123. antè expoſuimus. Hoc autem lo-
1 co exceptionem dilatoriam vtcumq;
explicare curabimus. Dilatoriæ itaq;
atque temporales exceptiones ſunt,
quæ cauſam differunt, hoc eſt, quas re⁹
proponit aut allegat, poſt declinatoriã
exceptionem, ad litem ſiue proceſſum
poſtponendum ſiue differendum. §.
Appellantur, inſtitu. de except. c. Si
quis epiſcoporum. §. Exceptio 3.q.6.
vbi bonam gloſſam videre licet, in ver
2 bo. Exceptio. Has itaque exceptiones
dilatorias quilibet obiicere & propo
nere poterit, ſalua tutaque conſcien-
tia, dummodo illas calumniandi ani-
mo, aut ad calumniam non proponit.
Prædictæ enim exceptiones dilatoriæ
nequaquam admittuntur in iudicio,
vbi tractatur de cauſis aut negotiis ac
celerationem deſiderantibus ac requi
rẽtibus, & vbi periculum eſſet in mo
3 ra. Neque etiam huiuſmodi exceptio
nes dilatoriæ admittuntur in materiis
vbi, aut in quibus proceditur ſumma
riè, ſimpliciter, & de plano. In quibus
omnia cum acceleratione peragũtur.
4 Exceptiones verò dilatoriæ ad proceſ
ſus dilationem, & extenſionem ſpe-
ctant, quales ſunt, velle habere copiã,
velle videre explotũ, velle habere pro
curationẽ, clarum libellum, ac petitio
nem, & ſpecificationem diei, loci, per
ſonæ, coloris, ponderis, longitudinis,
latitudinis, numeri, & ſimilium. Velle
etiam habere inſtrumentorum, litera
rum, & titulorum, aut priuilegiorum
copiam, quorum actor meminit, & ſe
iactauit in ſuo libello, quem exhibuit
& ſimiles remorationes, quæ omnes
exceptiões ſunt dilatoriæ, & quę prin
cipale negotium retardant, remoran-
tur, & differunt. Sic etiam ad excep-
tiones dilatorias ſpectat, quando reus
capiendo finem licentiæ curiæ, & pe-
tendo expenſas, impugnat executio-
nem (vulgò explotũ) tanquã inſufficiẽ
tem, aut quando procurationem reii-
cit, veluti indebitam, inſufficientẽ, aut
defectuoſam, aut quando ipſe impu-
gnat libellũ actoris, tanquam obſcu-
5 rum, & illucidum. Atq; hoc loco ſci-
endum eſt, quod omnes exceptiones
ſint dilatoriæ, vbi capitur finis licentię
curiæ, & petuntur expenſæ, quemad-
modũ etiam ſunt omnes exceptiones
vbi capitur finis non receptibilis, aut
quãdo tẽditur ad finẽ nõ receptibilẽ.

CAPVT CXXVII.

Exceptiones contra executionem ſiue explotum & commiſsionem.

Summæ.

1 *Excipitur contra commiſſiones, propter*
- *Inſufficientiam citationis.*
- *Executoris indignitatem.*
- *Executoris exceſſum commiſſum.*
- *Commiſſionis negatam copiam.*
- *Commiſſionis ſuperannalitatem.*
- *Non acceptam, aut non expræſſam cautionem.*
- *Citationem non ſibi factam.*
- *Diem indebitè conſtitutum.*

Exceptiones cõtra cõmiſſiones fiunt, ſi quis alleget.
- 2 *Subreptiones, aut obreptiones.*
- 3 *In commiſſione omiſſa, aut tacita.*
- 4 *Commiſſionis indecentiam, aut impoſſibilitatem.*
- 5 *Contenta eſſe iuri contraria.*
- 6 *Commiſſionem non requirere conſignationem.*
- 7 *Citationem factam eſſe contra ſtilum & iura.*

8 *Exceptiones dilatoriæ contra cõmiſſionem, proponendæ ſunt in principio, quia etiam peremptoriæ.*

9 *Excipitur contra commiſſiones geminos caſus continentes.*

10 *Excipitur in materia arramentorum contra citantem ſimpliciter.*

REus explotum ſiue executionem
1 impugnat variis modis. Primò, ſi quis capiat finem licentiæ curiæ, & petat expenſas, nimirum aut ob minus ſufficientem citationem, aut ſi dicat, quod executor non fuit ſatis qualificatus ad explotum, aut executionẽ illam faciendam, veluti ſi ipſe non fuerit oſtiari' curiæ aut camerę, aut quod commiſsio ad ipſum nõ dirigebatur, aut ſi dicat, quod exceſſerit ſuam poteſtatẽ, mandatum, & cõmiſsionem, quodq; diſpoſitiuam ſuæ cõmiſsionis nequaquam fuerit inſecutus, aut q, recuſauerit dare exploti ſui, ſiue executionis ſuæ copiam, aut quod commiſſio ipſius fuerit ſurrannata, id eſt, quod annum exceſſerit, & ideo extincta, ſiue non executabilis, neque executioni mandanda, aut quod non acceperit, aut ſtipulatus fuerit à reformante cautionem iuxta ſtylum, aut quod eam cautionem in ſua relatione non expræſſerit, aut quod promiſſa ipſi non conſtiterint, nec informatio eiuſdem cauſæ ipſi ſit exhibita, aut quod citatio non ſit facta ad ſuam perſonam, aut ad ſuum domicilium, aut quod ipſi dies aſsignatus, non ſit competens, & ita de ſimilibus exceptionum formis. Et iſtæ exceptiones dilatoriæ contra explotum ſiue executionem ſunt proponendæ ante alias exceptiones dilato-

dilatorias, quia habent vim peremp-
toriarũ exceptionum, ad inſtantiam
perimendam. Impugnat etiam com-
2 miſsionem & introitum curiæ, alle-
gando ſubreptionẽ aut abreptionẽ, &
contendẽdo, quod talis cõmiſsio om
nino ſit reuocanda, nempe ſi dicat,
3 quod impetrans ſubticuerit & omiſe
rit in ſua commiſsione inſerere, quæ
ad veritatis notitiam, aut quæ ad veri
tatem rei pernoſcendam potiſsimum
ſpectant, aut quod ipſe pauciora citet
cognoſcenda, quàm rei veritas habet,
& ſi id bonis atque prægantibus rati-
onibus deducat, & comprobet. Im-
4 pugnat etiam commiſsionem, per ip-
ſius Commiſsionis indignitatem, in-
decentiam, aut impoſsibilitatem, nem
pe quando dicit, quod mandata ſiue
iuſsiones in commiſsione compræhẽ
ſæ inciuiles ſint & enormes, quodque
ipſi impoſsibile ſit efficere atque ex-
plere quod in commiſsione contine-
5 tur, aut quod executor mandat. Aut
ſi dicat quod ſtatus inſertus, ſit omni
iuri contrarius. Aut quod nulla ibi ſer
uiat aut conueniat conſignatio, aut
6 (vulgò) namptiſſamentum. Aut quod
prima citatio poſita ſit cum intima-
tione contra omnem ſtilum, & etiam
contra omne ius, quodque ipſius
7 commiſsio in nullo iure fundata ſit.
8 Dilatoriæ autem exceptiones omnes
quæ ſunt contra commiſsionem om-
nium, optimè in principio proponen
dæ ſunt, quia tales exceptiones etiam
peremptoriæ ſunt, & ad ingreſſum
aut ad inſtantiæ introitum impedien
dum conducunt. Si vnus proceſſus
9 intentatus fuiſſet ſuper vno caſu in
commiſsione compræhenſo, & ſi pe-
titio aut libellus ipſi offerretur de a-
lio caſu, citatus tunc poſſet capere li-
centiam curiæ, & expenſas, dicendo
quod ſuper illo caſu ipſi dies non fue
rat deſignatus. In materia arramento-
10 rum, ſi quis citatus eſſet ſimpliciter
ſine commemoratione cauſæ, aut
rei, nempe non dicendo aut exprimen
do ſuper quo, aut quam ob rem ip-
ſum citaret, is ita ſimpliciter citatus
poſſet capere licentiam curiæ & ex-
penſas, quia is ſpeciatim cum cauſæ
explicatione citari deberet, nempe ad
arramenta acceptanda aut deſerenda.

CAPVT CXXVIII.

De exceptionibus contra procuratorem, & procurationem proponendis.

Summæ.

Excipitur contra procuratorem, dicendo.

1 *Quod ſit excommunicatus.*
2 *Quod ſit minor 25. annis.*
3 *Quod ſit mulier.*

- *Mulier tamen procurare poteſt*
  4 *In cauſa propria.*
  5 *In cauſa patris ex neceſſitate.*
  6 *In cauſa tutelæ filiorum.*
  7 *In cauſa liberationis* — *patris.* / *fratris.* / *filij.* / *propinqui.*
  8 *In cauſa filij condemnati.*
- 9 *Mulier in quibus* — *Viris eſt præſtantior.* / *Viris æquiparetur.* / *Viris eſt inferior.*

10 *Quod ſit monachus, vel canonicus.*
11 *Quod ſit epiſcopus vel ſacerdos, aut in ſacris.*
12 *Quod ſit medicus, aut parabolamus.*

13 *Quod ſit militiæ inauthoratus.*
14 *Quod prætor ſit in loco cauſæ.*
15 *Quod plura agat, quàm in mandatis habeat.*
16 *Quod ipſius procuratio ſit generalis, quæ deberet eſſe ſpecialis.*
17 *Quod fines ſuæ commiſſionis exceſſerit.*
18 *Quod ipſius procuratorium ſit reuocatum, & finitum.*
19 *Quod alius procurator ſit conſtitutus.*
20 *Quod procuratorium continet, quod melior ſit conditio occupantis.*

21 **Excipitur contra procuratorem, dicendo.**

Reuocatio procuratoris debet innoteſcere — *Aduerſario & Iudici.* — *poſt litiſcōteſ.*

22 *Quod ſit procurator falſus.*
23 *Procurator falſus quis dicatur.*
24 *Quod dominus ſuus conſtituendi poteſtate carebat.*
25 *Procuratores, quis conſtituere non poteſt.*
26 *Quod non ſatis cauit de rato.*
27 *Quod non iurauit iuxta tenorem conſtitutionis.*
28 *Quod ipſe ſit laicus, & cauſa ſpiritualis.*
29 *Quod in eadem cauſa magiſtratu fungatur.*
30 *Quod ſit potentior, & ideo metuendus.*

31 *Quod ſit infamis.*
32 *Quod cauſam non intelligat.*
33 *Quod propter cauſæ grauitatem præſentia domini requiratur.*
34 *Quod ſua ciuitate ſit eiectus.*
35 *Quod adhuc ſit filiusfamiliâs.*
36 *Quod ſit redemptor litium alienarum.*
37 *Quod procurationis limitatam cauſam non perſecutus ſit.*
38 *Quod ipſius dñs cauſam pſequitur, quod reuocatiõis eſt indiciũ.*
39 *Excipitur contra procuratorem, dicendo.* *Quod ſuus dominus ipſi procedere prohibuerit.*
40 *Quod procurationem ſuam reſignauerit.*
41 *Quod non ſit legitimè conſtitutus.*
42 *Procuratio* { *Legitima quæ.* / *Illegitima quæ.* }
43 *Quod ſit ſubſtitutus ante litiſconteſtationem.*
44 *Quod ob publica negotia, & morbos, cauſæ vacare non poteſt.*
45 *Exceptiones contra procuratorem quouis tempore proponi poſſunt.*

FIt vt non rarò exceptiones propo-
nantur etiam contra ipſos procura
tores, ob cauſas in ipſis repertas, & ob
quas reo ſuſpecti habentur, vel ob in-
ſufficientem, & non veram procura-
tionem ipſis commiſſam. Reus itaque
excipit & reiicit aliquando procura-
torem ipſum, & aliquando ipſius in-
ſufficientem procurationem ſiue man
datum, & aliquando vtrunq;, & tunc
petit, & capit licentiam curiæ ſiue cõ-
ſiſtorij, cum expenſis, nempe ob inſuf
ficientem ipſius fundationem. Cauſæ
autem exceptionum contra procura-
1 torem ferè ſunt. Primò, quando reus
dicit, quod procurator ſit excommu-
nicatus c. Poſt ceſsionẽ, extra de pro-
bat.c.Prudentia.§.Sex, extra de offic.
delega. & c.Intelleximus, extra de iu-
2 dic.Secundò, quod procurator ſit mi-
nor.25.annis, l. Minor in principio.ff.
de procuratorib.l.Exigendi. C.eo.ti-
tu. & l.1.& 2. C. Qui legit. perſon.
3 ſtand.in iudic.habeant. Tertiò, quod
ſit procuratrix mulier, quæ procurato
rium officium exercere non poteſt,
nempe officium procurationis ad iu-
dicia, licet procurare poſsit ad nego-
tia, l. Tertia. §. 1.ff. de negot.geſt.l. ff.
de reg. iur. Quod autem ad iudicia
procurare nõ poſsit, probatur. l. ne-
que fœmina.ff. de procurat.l.2. ff. Ad
Velleianũ.l. Quia, & l. Alienã. C.eod.
titu. Quæ quamuis ita habeant, ſunt
tamen caſus, in quibus mulier procu-
ratrix admittitur, vti & ſuprà dixi-
mus cap. De iis quibus procuratores
4 eſſe nõ licet, Primò. Si mulier propriã
5 cauſam agat, aut in rem ſuam conſtitu
ta ſit.l. Quia te. C. de procurato. Se-
cundò, Si agat pro parente in neceſsi-
tate, l. Fœminas. C. eodem titul.
6 Tertiò, in cauſis in quibus ſuorum
filiorum tutelam gerit. l. Finali. C.
Quando mulier, tutel.offic.fungi po-
teſt, & Auten.ibi poſita, & c. Ex par-
7 te, extra de appella. Quartò, Cum agit
pro liberando filio ex captiuitate, vel

pro liberando patre, vel fratre, vel alio quopiã viro ſibi ſanguine ꝓpinquo. l.
8 Tertia. ff. de libera. cauſ. Quinto, procuratricem agere poteſt in cauſa filij per ſententiam condemnati, de qua ſententia appellare, & totam cauſam pro ipſo proſequi poteſt, l. Prima. §. Finali. ff. de appel. recip. vel non. Vide latius Speculatorem, titu. de procuratore, qui ponit 11. articulos, in qui-
9 bus fœminas probat viris eſſe præſtantiores, & mox ponit. 13. alios caſus, in quibus fœminas viris æquat, eaſque cum viris ſimilis eſſe conditionis. Et poſtremò commemorat 37. caſus, in quibus mulier viro eſt inferior, & quàm vir conditionis multo deterioris. Sed hic metuerim ne ſi vel ipſi Speculatori, de his 37. articulis comprobandis, & refellendis, cum muliere aliqua facunda, & diſerta in certamen, & diſputationem congrediendum eſſet, ne (inquam) is talis mulieris facundiæ, in multis articulis cederet, multoſque articulos recantare cogeretur, adeo nõ ferunt mulieres ſeſe vlla in re haberi viris inferiores, quarũ in viros imperioſitas, faſtus, & inſulſa magnanimitas ægrè ſubſidet, & egrі° deprimitur, ſed efferuentiſsimè ebullit ſemper. Sed extra iocũ ad alias pro
10 curatoris refellendi cauſas pergamus. Quartò, Reus procuratorẽ reiicit, ſi dicat quod procurator ſit monachus, canonicus, regularis, & quilibet alius regularis, quodque licentiam, aut mandatũ ſui ſuperioris, etiam in propria cauſa non habeat. c. Tertiò, extra ne
11 cleri. vel mona. c. Non dicatis. 12. q. 1. & c. 2. extra de poſtulã. Quintò. Quod ſit epiſc. vel ſacerdos ſecularis, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, vel quod ordinibus minoribus ſit initiatus, quodque beneficiatus ſit, c. 1. & 2. extra, ne cleri. vel monachi, c. Primo 12. q. 3. In Auten. de ſanctiſſ. epiſc. §. Deo amabiles, & ſequenti, colla. & l. Repetita. C. de epiſco. & cleri. Huiuſmodi enim perſonæ eccleſiaſticæ omnino procurare non poſſunt, potiſsimũ in cauſis laicorum, & in foro ſeculari: Niſi in certis ſolum cauſis, ſcilicet. Si procurandum eſſet pro miſerabilibus perſonis, & coniunctis. Item, Si cauſa agenda eſſet pro eccleſiis ſuis, c. Primo & Finali, extra de poſtulan. Plura de his vide ſupra cap. & apud Speculatorem, titu. de procura. Sextò, dicet
12 Quod ſit medic⁹, medicaſter, parobolanus, vnguentarius, ſpermologus, aut verboſus, ſic dicti, quod tales plura promittant, quàm præſtent, & plerunque verboſis impoſturis, & fallacibus parabolis, ſimplicibus & incautis illu-
13 dant, vt, l. Placet, & l. Parabolani. C. de epiſco. & cleri. Septimò, Quod ſit eques auratus, ſiue miles armatæ militiæ, l. Neque fœmina, neque miles ff. de procurato. & l. Militem, l. Qui ſtipendia, &, l. Ita demum. C. eod titu. de procura. & l. Si militem. C. de con
14 dict. ob cauſam dato. Octauò. Quod Prætor ſit aut bailliuus, Nullus enim prætor in loco ſui prætoriatus, aut in quo officium prætoriatus vel bailliuatus exercet, procurator eſſe poteſt, aut vllum procuratoris officium exercere, quod prætorem eſſe, & procuratorem eſſe, ſint res & qualitates diſtinctæ & plane contrariæ, quæ in eodem ſubiecto, & loco ſimul ineſſe non poſſunt, argu. l. Quiſquis. C. de poſtulan. Sicut enim non poteſt idem eſſe in eadem cauſa, & aduocatus & Iudex, ſic nõ poteſt idem eſſe in eadẽ
15 cauſa, & monitor & procurator. Nonò, ſi dicat quod procurator plura dicat, aut faciat, quam in mandatis

16 mandatis habeat. Decimò, impugnabit ipſius procurationē,ſcilicet, quod ipſius procuratio ſit tantùm generalis, quæ tamen deberet eſſe ad certam cauſam ſpecialis, & potiſsimū q, præſens cauſa ſit talis, quæ procurationem ſpecialem omnino requirat. Et ideo dicet quod quamuis procurator habeat generale mandatum,tamen iſthæc cauſa talis eſt,vt in ea neceſſarium ſit mandatum, ad hanc cauſam ſpeciale, quod contingit in.24. caſibus,ad quos prolixitatis euitādæ cauſa lectorem remitto ad Speculatorem. titulo. de procu-
17 rat. Vndecimò, dicet quod procurator excedat fines ſui mandati, & quod aliud dicat,aliudq́ue faciat, quàm ſibi mandatum fuerat.l.Procurator. & .l. Maritus.C.de procurat.l.Tranſactionis.C.de tranſact.&.c.Innotuit.in fi-
18 ne.ext.de elect. Duodecimò. Quod mandatum ſeu procuratorium ipſius ſit finitum,aut reuocatum ante litem, quæ reuocatio etiam ſine cauſę cognitione fieri poteſt .l. Ante litem. ff. de procurat.c.In noſtra.ext.eod.titu. & §.Recte inſtitu.manda: Et ſic procurator reuocatus perdidit ſuæ procurationis efficatiā, & procurator eſſe deſijt.c.In noſtra,ext.de procurat.l. Ante litem.ff.eod.de procurat. & §. Re-
19 ctè inſtitu.māda. Vel dicet,quod poſt ipſum alter procurator ante litem conteſtatam conſtitutus ſit, vel ſi dicat,tametſi iſte ſemel conſtitutus fuerat, alter tamen prius cauſam hanc occupa-
20 uit. Vel ſi dicat,quod in inſtrumento ſuæ procurationis cautū & inſertum ſit,quod ſit melior conditio occupantis.c. Non iniuſtè. ext. de procurat.l. Pluris,& l.Si quis cum procuratorio,
21 in fine.ff.eod.titu. Sed iſtud hoc loco notandum eſt, quod talis reuocatio procuratoris debeat innoteſcere, & peruenire ad notitiam aduerſarij, aut iudicis. Hoc enim niſi fiat, valent omnia procuratoris acta,& quicquid ab ipſo poſtea fiet. Secus verò res habet, ſi reuocatio perueniſſet ad aures aduerſarij aut iudicis.c. Ex inſinuatione.ext eod.de procura.&.c.In pręſentia.& .c.Ex parte.ext. de reſcript. Et hoc intelligendum eſt,poſt litem conteſtatam.Nam ſi ante conteſtationem litis reuocatio facta fuiſſet, non eſſet neceſſe q, ipſa pueniret ad aduerſariū, vel ad iudicē, cùm tūc ſufficiat,ſi ad ipſum procuratorem perueniat. Vel di-
22 cet,quod is falſus ſit procurator, quia ſine mandato ac procuratorio occupauit:vnde nō valet,& irritum eſt,quicquid per ipſum agitur.c.In noſtra ex. de procurat. Imò talis falſus procurator acerrimè puniendus eſt. l.licet. C.
23 de procura. Falſus autem procurator dicitur,qui vel fines mandati excedit, c.Cum olim.ext.de offic.delegat. Vel qui nunquam in ea cauſa procurator fuit,vel ſi aliquando fuerit, nunc certè procurator non eſt. An autem valida ſint, quæ à talibus falſis procuratoribus geruntur, notatur in c. Ex parte decani.extr.de reſcrip. Vel dicet quod
24 dominus procuratoris poteſtate carebat ipſum conſtituendi, nempe, quod excōmunicatus fuit.c.poſt ceſsionem ext.de probat. Vel q, furioſus fuerat.l.
25 2.ff.de procura. Vel q, fuerat infamis. c.infamis.3. q. 7. vel mēte captus, vel prodigus, cui bonis interdictum fuit, l. 2. ff. de verbo. obliga. Vel quod mutus vel ſurdus fuerit .l. Mutus .ff. de
26 procurat.d.c.Infamis.3.q.7.Vel dicet, quod non ſatis cauit de rato, & quod dubium ſit de mandati certitudine .l. Prima.C.de procurat. Et hoc ſiue interueniat ante litem conſtātam, vt .l. Pomponius.§.Rati. ff.eod. titu. ſiue

poſt litem conteſtatam.l.2.C.de con-
27 ſor.eiuſd.lit.Vel dicet, quòd non iura
uit iuxta tenorem conſtitutionis.Cle.
10.c.Properandum. ext. de poſtulan.
28 Vel dicet quòd procurator ſit laicus,
& quod cauſa ſit ſpiritualis, in qua ta
lis procurator,nec pro ſe, nec pro alio
cauſas agere poteſt, nẽpe in rebꝰ,quas
ipſe poſsidere nequit, argu.c. Sacro-
ſancta.&.c.Maſſana. ext. de reſcript.
Vide latius Speculatorem. titu. præ-
29 allegato. Aut dicet, quod procurator
nunc in eadem cauſa,Magiſtratu fun-
gatur .l. Neque fœmina .ff. de pro-
curato.l. Penultima .C. eod. titulo,
&.c.Prohibentur.2.q.1. aut quod ſit
30 potentior .l.Prima .C. Ne liceat po-
tent. patro. litigand. præſta. c. 2.ext.
de ali. iudic. mutan. cauſ. fact. Po-
tentia enim procuratoris, & ipſius
ſumma authoritas, reo ſuſpitionis me
tum incutere ſolet. Vel dicet, (vt &
paulò antè diximus)quod procurator
31 ſit infamis.c. Infamis & ſequenti .3.
q. 7. &.c. Quia epiſcopus .5.q.3.
Et licet cõtrarium videatur dicere .§.
Fina.inſtitu.de except. id tamen huic
non contrariatur,quia in eo.§. de leui
ſiue de modica infamia.In.c.Infamis
de maxima infamia loquitur. Vel di-
32 cet , quod cauſſam non intelligat,
aut prorſus ignoret,vt.c.In pertractã-
dis,ext.de iuramẽ.calum.Debet enim
talis ſemper conſtitui procurator, qui
vniuerſam cauſam litis intelligat , in
memoria habeat, & qui interrogatus
ex tempore pertinenter & facilè re-
ſpondeat,ita vt ipſi non ſit opus indu-
cias,aut dilationes petere,quibꝰ ad do
minum ſuum recurrat,& ipſum con-
ſulat,niſi id fortaſsis ipſi faciendũ eſſet
ex noua emergente cauſa,aut ex cauſa
quæ iuſtam cum domino ſuo conſul-
tationem,& communicationem poſ-
ceret.l.Finali.C.de procurat. &.l. Si
33 actor.ff.eodẽ titulo. Vel dicet,Quod
dominꝰ ſit eo iuſtior,vel immodicè cu
rioſior & meticuloſior, vel ꝗ cauſa ſit
ardua & grauis, in quâ tenetur Domi
nus ipſe perſonaliter cõparere.l. Fi-
nali.C.de procurat. Vel quod ſit ſer-
uus.l.Seruum.ff.de procurat. &.l.Ser
uus.C.de iudiciis. Seruus enim ad ne
gotia tantùm, non autem ad iudicia
34 procurator eſſe poteſt.Vel dicet,quod
procurator eiectus ſit ſua ciuitate, ꝗ
extorris ſit,quódque libertatem ami-
ſerit,vt.l.Reum.C.de procu.&.l.Qui
iudicio.ff. de accuſa.Vel quod de capi
tali crimine accuſatus ſit.d.l.Reum.&
35 d.l.Qui iudicio.Vel quod ſit filiusfa-
miliàs, ad cuius conſtitutionem nõn
interuenit patris conſenſus. Vide Spe
36 culatorem.titu.de procura. Vel quod
ſit redẽmptor litium alienarũ.l. Si re-
munerandi.§.Manens .ff. mandat.
Quod eſt contra quoſdam potẽtes,&
nobiles,& auaros procuratores,qui ſo
lent lites , & actiones alienas emere
contra priuatas perſonas,aut etiam ali
quando cõtra ciuitates, per quas alios
diuexent,aut ſaltem ſuæ auaritiæ gur-
gite proſpiciant, aut prædã cognitam
deuorent.l.Litis,quã vide .C.de pro-
37 curat.Aút quod in mãdato ipſius ex-
preſſa ſit certa procurationis forma,ad
certam & limitatã cauſam,quam ipſe
proſecutus nõ ſit,ſed quod iuxta aliã
ſpeciẽ agat.l.Si procurator.C. de pro-
38 curato. Vel dicet: quod ipſemet Do-
minꝰ ſuus poſtea in eadem cauſa pro-
ceſſerit,&propriam cauſam egerit,ob
quod ipſe videatur reuocatus procu-
rator, nempe quem Dominus re ad-
huc integra indiſtinctè reuocare po-
tuit.l.Ante litem,& .l. Paulus .ff. eo-
39 dem de procurat. Vel: quod fuit ipſi
expreſſè à domino ſuo inhibitum, ne
aut

aut litem ſuſciperet, aut ne in cauſa vlterius procederet.c. Ex inſinuatione,
40 ext. eodem de procurato. Vel quod procurator ipſe reſignauit ſuam procurationem re adhuc integra, quando potuit.l. Mutari, &.l. præcedent. & .l. Sequenti.ff.eodem, de procurato. &
41 §.Rectè inſtitu.mandati. Vel quod procurator non ſit legaliter aut legitimè miſſus.c. Primo. ext. eodem. de
42 procurato. Legaliter autem intellige fieri procurationes, quando literæ,inſtrumēta,ſiue procurationes ſunt expeditæ,ac factæ per manū publicam, nempe graphiarij ac ſimilis, & ſub ſigillo autentico alicuius ciuitatis, aut cōmunitatis,vel per tabellionem, ſiue notarium aut ſcribam publicū,notum & admiſſum.Non autem quæ expeditę ſunt per ſeruum aliquē,aut per perſonam ignotam,vilem,exulem, aut aliquò deportatum, aut per alias perſonas ſimiles,aut iuxta aliam formam q̄ decuit.His enim illuſoriis procuratoriis obiectis,vacillat fides literarum, inſtrumentorum,ac procurationū. V de Speculatorem.titu.de procuratore
43 lib.1.particu.2.Vel dicet,quod is procurator ſit ſubſtitutus per alium procuratorem,idq; ante litis conteſtationem.l. Quod quis.C. de procurat. textus ſimilis,qui hanc.l. declarat. in.c. Primò.in.§. Primo. & ſecundo, de
44 procurat.lib.6.Vel dicet,quod is procurator reipublicæ cauſa diu abfuturus erit, vel quod morbo perpetuo impeditus, cauſæ vacare non poteſt, vel quod propediem magiſtratum ſit aſſumpturus. Tales enim perſonæ cauſis agendis non ſufficiunt. Ideoq; nec procuratores eſſe,nec alienas cauſas defendere valent,aut debent.l. Neq; fœ-
45 mina.ff. de procutato. Et iſtæ exceptiones contra procuratorem,& eius procurationem, poſſunt proponi tam benè poſt,quàm ante litem conteſtatam, & quòd plus eſt, etiam poſt ſententiam, contra omnium aliarum exceptionum dilatoriarum naturam.

CAPVT CXXIX.

De Exceptionibus contra Aduocatum Proponendis.

Summæ.

Excipitur contra Aduocatum ſi quis dicat,quod

1 *Sit ſurdus,mutus,lunaticus,minor.25. annis &c.*
2 *Sit hæreticus,aut de hæreſi ſuſpectus,*
3 *Sit excommunicatus.*
4 *Sit infamis,vel de infamia iuris notatus.*
5 *Sit Symoniacus, falſus teſt. vel contra officium peccans.*
6 *Ipſi à iudice aduocare ſit prohibitum.*
7 *Vir habeatur in officio ſuo parum fidelis,* } *Infamiæ.*
8 *Lucri cauſa quidlibet audere credatur.*
9 *Cū clietulis aliquādo de parte litis pactus ſit.*
10 *A clientulis ius et res emerit.*

Exci-

11 *Pecunia corruptus ſit, ne aduocet.* } *infamiæ.*
12 *Sit nimium iniurioſus, & proteruus.* }
13 *Sit nimium, & impertinenter verboſus.* }
14 *Sit Monachus, aut Canonicus regularis.*
Excipitur contra aduocatum
15 *ſiquis dicat, quod* { *Sit clericus .ſ. aut* { *Epiſcopus, aut ſuperior.* / *Sacerdos quiſpiam.* / *In minorib. ordinib. conſtitutus.*
16 *Contra eccleſiam ſui beneficij aduocet.*
17 *Contra dominum ſui feudi poſtulet.*
18 *Prius fuit Iudex in eadem cauſa.*

19 *Prius fuit aſſeſſor iudicis in eadem cauſa.*
20 *Sit domeſticus, & familiaris iudicis.*
21 *Prius fuit aduocatus in cauſa principali alterius partis.*
22 *Poſt iuramentum partium, non ſtatim iurauit.*
23 *Excipitur contra aduocatum* { *Iuſſus tueri cauſam partis, non obedierit.*
24 *ſiquis dicat, quod* { *Sit decurio, & contra patriam poſtulet.*
25 *Poſt litem conteſtatam propoſuerit excep. dilatoriam.*
26 *Sciens, volenſq́; litem proroget.*
27 *Iuris, & conſuetudinum ſit imperitus.*

28 *Qualis aduocatus eſſe debeat.*
29 *Aduocati Bartolo. & Baldo ſtuduiſſe debent quinquennio, & examinari.*
30 *Aduocati apud quoſdam magis examinantur pecuniis quàm ſtudiis.*
31 *Iuriſperitus eſſe debet per ſe, aut per aſſeſſores.*
32 *Iudicis maximum ornamentum eſt, ſi ipſe omni ſcientiarum genere præcellat.*

QVanquam ſuperiori proximo capite (vbi in genere de varijs exceptionum generibus tractauimus) nõ-
2 nulla explicuimus, de exceptionibus contra procuratores & aduocatos, hic nihilominus eaſdem exceptiones contra aduocatos ſpecialiter, & aliquanto fuſius expandere libuit. Primò igitur contra aduocatum vel procuratorem excipiendo dicet, quod ſit aut ſurdus, aut mutus, aut cæcus, aut perpetuo furioſus, aut ſeruus, aut minor. 17. annis,
3 aut mulier, aut in corpore ſuo muliebria paſſus, nẽpe quod vi prædonum, vel hoſtium ſtupratus fuerit, vel quod
4 de capitali crimine, vel de calumnia publ. iudicij damnat⁹ fuerit, vel quod aliquando operam ſuam locauerit, vt cum fera dentata in arena pugnaret. Hæc omnia colliguntur .l. Prima, per totum .ff. de poſtulan. & .c. 3. q. 7. Secundò excipiet, dicendo quod ſit aut hæreticus, aut Iudæus, aut filius infidelis, vel excommunicatus propter ſuſpitionem hæreſeos, hi enim contra Chriſtianum & orthodoxũ aduocare non poſſunt. l. Nemo. C. de poſtuland. & l. Nemo. 2. C. de epiſcop. audien. & .c. Excommunicatus. §. Credentes. ext. de hæretic. Tertiò, quòd ſit ab eccleſia excommunicatus .c. Excommunicatus. 11. q. 3. & .c. Exceptionem. ext. de excep. Quartò, Quòd fuerit infamis, & prǽſertim aliqua iuris infamia, qualiſcunque ea fuerit. §. Finali. inſtitu. de except. l. Prima. §. Hoc ædicto, & .l. Quos

Quos prohibet.ff. de poſtulando. &
d.l.Quiſquis.C.eodem. de poſtulan.
Ad infamiæ quoque notam concerne
5 re videntur.9.modi ſequentes.Quin-
tò. Quòd ſit ſymoniacus, népe quòd
aliquem pro prætio elegit,vel promo-
uit, vel quod fuit falſus & corruptus
teſtis pro pecunia,vel quod in ſuo of-
ficio aliquid indigni commiſit,vel pec
cauit.Nam talis infamis eſt, & poſtu-
6 lare non poteſt. Sextò. Quod ipſi ad
tempus,vel in perpetuum à iudice po
ſtulare ſit prohibitum, ob quod in iu-
diciis audiri non debet.l. Puto, & .l.
ſeq.ff.eodem.& .l.Finali .C. eodem.
Etiã ſi aduerſarius id patiatur.l.Quod
prætor.ff.eodem.c. Exceptionem.ex.
de excep.Et hęc quidẽ iuridica prohi-
bitio,qua quis aduocare vel accuſare
prohibetur, publicã quoq; infamiam
ſecum trahit,& prohibito eã irrogat,
& aſpergit,teſte Speculatore, titu. de
7 aduoca.Septimò, Quod factus ſit vir
non bonæ fidei,ſed quod fidem & iu-
ramentum ſæpe violet, aliud promit-
tat,& ſimulet,& aliud clãculariè præ-
ſtet, ob quæ ſui conſueti cliẽtuli (qui-
bus ſeruire ſolet) ab ipſo prudenter
quoque deficiunt,& eos omnes amit-
tit.Ob quam infidelitatem etiam infa
mis cenſendus eſt, & puniendus ex-
traordinariè.l.Prima.C. de aduoca.di
uerſo iudic.& teſte Speculatore ſuper
8 eodẽ loco,& titulo iam dicto.Octauò
Quod immodica auaritiæ ſiti æſtuet,
& nimia habendi cupiditate rapiatur,
quod vel hinc liquidè apparet, q, pro
viliſsimo ſtipendio tanquam degener
& vile mancipium,pro quouis, & in
quacunque cauſa tam iniqua,quàm ę-
qua poſtulat,modo lucri quippiã cor-
radere poſsit,ob quam cauſam ſibi ma
læ famę nomen comparat,& reiicien-
9 dus videtur.Nono, Quod cum clien-
tulo de aliquãta parte litis pactus fue-
rit,ob quod etiam infamis efficitur,et
omnino reiici debet.l.Si qui.& .l. ſe.
10 §.Prætereà.C.de poſtulan. Decimò,
quod à clientulo ſuo ius & res lite pen
dente ſecretò emerit,vel certè de ea re
ſibi comparanda, cum ipſo contraxe-
rit,ob quod & infamis,& reiiciendus
habetur.l.Quiſquis.§.Prætereà.C.de
11 poſtulã. Vndecimo.Quod pecuniam
recipiat,& ſe corrumpi ſinat, ne aduo
cet,vel quod ob id condemnatus ſit,
quæ ipſi quoque infamiæ notam inu-
runt,& crimine grauant,& reiiciendũ
monſtrant .l. Lege Iulia. Repetun.ff.
Ad.l.Iulia.repetun.l. eadem in fine.ff.
12 eodem. Duodecimò aliquis excipiet
contra aduocatum,dicendo, quod ſit
nimiũ procax & cerebroſus,aut quod
magis cõuiciis,iniuriis,& opprobriis,
quàm ratione cauſas agat,& certet, &
quod ab iniuriis nunquam ſibi tempe
ret.Talis enim etiam infamiæ labe no
tandus,& malæ opinionis vitio dam-
nandus habetur.l.Quiſquis.C.de po-
ſtulan.&.c.Veniens.ext.de iureiuran.
13 Decimo tertio excipiet,dicẽdo.Quod
paſsim malè audiat, ob id quod tum
in agendo , tum in ſcribendo nimium
& ſæpe impertinenter ſit verboſus, ar
gu.l.Finalis.§. In refutatoriis.C. de
14 appella. Decimo quarto excipiet, di-
cendo.Quod ſit monachus, vel cano-
nicus regularis,qui ne in foro quidem
eccleſiaſtico aduocare poteſt, etiam ſi
id Abbas ipſi maximè imperet,niſi cer
tè id ſumma monaſterij neceſsitas, &
vtilitas requirat,& expoſcat.c. Mona
chi.16.q.1.l.Repetita.C. de epiſco. &
cleri.c.2.ext.de poſtulan.&.c. 1. in fi-
ne.ext. ne cleri. vel monachi. ſæcula.
15 neg.ſe immiſce.Decimo quinto exci-
piet,& dicet.Quod ſit clericus,de quo
hoc loco notandum eſt tres eſſe ordi-

nes

nes clericorum non poſtulantium.
Primò nulli Epiſcopi, nulli alij ſupe-
riores, nec coram eccleſiaſtico, nec co-
ram ciuili iudice pro aliis poſtulare
poſſunt .c. Te quidem .2. q. 1. c.
Quia Epiſcopus .3. q. 3. & .c. Præla-
tum .88. diſtincti. Secundò, Nulli ſa-
cerdotes coram eccleſiaſtico, aut co-
ram ciuili iudice poſtulare poſſunt, ni
ſi certè aut pro ſeipſis, aut pro ſua ec-
cleſia, aut pro ſibi cognatione vel af-
finitate coniunctis, vel pro miſera-
bilibus perſonis, de quibus vide la-
tius Speculatorem, titulo de aduoca.
Tertiò, Nulli quidem clerici, etiamſi
beneficiati non fuerint, dummodo ta
men in ſacris exiſtant, aut minoribus
ordinibus initiati ſint vllo modo co-
ram ſæculari iudice poſtulare poſſunt,
niſi certè cauſam ſuam, vel cauſam ec-
cleſiæ ſuæ, vel cauſam miſerabilium
perſonarum tueri debeant.c. 1.in prin
cipio.ext.eod.titu.de aduocat. Porrò
in cauſa criminali nullus clericus vn-
quam poſtulare poteſt coram iudice
ſæculari, vt notatur per Speculatorem
16 titulo præallegato. Decimo ſexto.
Quod contra Eccleſiam in qua benefi
ciatus eſt, aduocet.c.Finali.ext.de po-
ſtuland. Vel quod aduocet contra E-
piſcopum, à quo beneficium habet .c.
Grauem.extr. de exceſsibus prælato.
17 Decimo ſeptimo, Quod poſtulet con
tra ſuum dominum, cuius eſt vaſallus,
argu.c. de forma.22.q. vltima. & .c.
Vnico in principio, & .§. Quod ſi for
te, in lib.feud.qui ca. feud.amit. &.c.
Vnico, in exordio. Quib. modis feud.
amitt. &.c. Vnico, in principio ext. de
natur.lib.ex lib.vent. Si tamen vaſal-
lus pro aliqua ſibi coniuncta perſona
poſtulet contra dominum, nõ ob hoc
debet perdere ſuum feudum. Decimo
18 octauo, Quod fuerit olim Iudex in
cauſa, in qua nũc poſtulat.l. Quiſquis.
19 C.de poſtulan. Decimo nono. Quod
aliquãdo in eadem cauſa, in qua poſtu
lat, fuerit aſſeſſor iudicis, quod fieri nõ
debet.l.Finali.C.de aſſeſſorib. &.l.Pe
20 nult.ff.eodem. Vigeſimo, Quod ſit do
meſticus iudicis, et iudici quotidianus
familiaris.c. Ex inſinuatione. ext. de
21 appella. Vigeſimo primo, Quod fue-
rit aduocatus in cauſa principali, ob
quod in eadem cauſa poſtulare nõ de-
22 bet, præſertim pro altera parte. Vigeſi-
mo ſecundo, Quod poſt iuramentum
à partibus præſtitum, non ſtatim iura-
uit, quod ſe credat iuſtam fouere &
tueri cauſam, quodq́; eandem cauſam
quàm citiſsime tueri deſinet, & ipſam
deſeret, ſimulatque eam aut iniquam,
aut deſperatã eſſe pſentiet. Hæc enim
iurare tenetur, alioqui ab aduocando
repellitur.l.Rem non nouam.C.de iu
dic. Quam legem optarem, vt omnes
23 noſtri aduocati diligentius perpende-
rent, & ſequendo obſeruarent. Vigeſi
mo tertio, Quod aliquando monitus
à iudice, vt alicuius cauſæ patrocinare-
tur, & eidem iudici monenti parere
noluit, nec ſe ſufficienter de non ob-
temperando, excuſare potuit.c. Tria,
3. q. 7. De quo vide latius Speculato-
rem.lib. 1.particu.4. titu. de Aduoca.
24 Vigeſimo quarto, Quod ſit decurio
& magiſtratu fungatur. Is enim cõtra
ſuam patriam aduocare prohibetur, ni
ſi pro ſe, vel pro ſuis, vel pro pupillis
aut adultis, ſiue minoribus. 25. annis,
(quorum tutelam aut curam gerit)
cauſam agat.l.Penultima.ff.eodem de
25 poſtulã. Vigeſimo quinto, Quod poſt
litem conteſtatam, propoſuerit exce-
ptionem dilatoriam, ob quam etiam
puniri debet libra auri.l.Penult.C. de
26 except. Vigeſimo ſexto, Quod ſtudio,
& ſciens volenſque litem proroget,
ob

ob hoc enim duabus auri libris mul-
27 ctandus eſt. Vigeſimo ſeptimo. Quod non ſit iuriſperitus, quodque aut nullam, aut perquam exiguam iuris notitiam, aut peritiam habeat, neq; conſuetudines nouit, licet qualemcunque praxim habere credatur. l. Nemini. C. de aduocat. diuerſo. iudic. l. Iubemus. C. eodem. & .l. Prima. §. Aduocatus ff. de var. & extraord. cognit. Tu de his vide Speculatorem, qui hanc materiam in vtramque partem acutiſsimè diſputat. titu. de Aduocat. Hactenus de iis, ob quæ quis contra aduocatos excipere poterit, reſtat, vt nunc paucula, quæ veris aduocatis conueniant, explicemus. Quæ tametſi ſuprà titu. aut capite .96. de Aduocatis, aliquanto largius enarrauimus, antequam præſens tamen abſoluamus caput: Hæc iſti capiti adijcere placuit,
28 nempe, quales aduocatos eſſe conuenit, de quibus Gloſſa. in .l. Prima .ff. de poſtulan. videtur tenere aduocatos neceſſariò debere eſſe literatos, & habere iuris notitiam. Verùm Bartolus & Doctores .d. gloſſam (vt æquum
29 eſt) reiiciunt, dicuntque, quod Aduocati debent iuri ſtuduiſſe quinquennio, quodque examinari, & probari debeant à doctoribus, & per ipſorum iuramentum declarari, quod digni ſint, qui ad aduocandum admittantur .l. Nemini. C. de aduocat. diuerſo. iudic.
30 Sed hodie in pleriſque locis, non à Doctoribus, ſed à nūmorum aucupatoribus, nec in ſcientia, nec de quinquennij ſtudio, ſed in marſupio, quid poſsint, examinantur, quod exemplis oſtendere facilè potuiſſem, niſi exempla eſſe odioſa magis, quàm vtilia prænouiſſem. Nec huic obſtat, quod gloſſa dicit, de iudice. Nempe, quod hic poterit eſſe illiteratus, vel (vt ibi loqui-
31 tur) ἀλφάβητος. Nam quamuis iudex per ſe illiteratus eſt, iuris tamen notitiam, & peritiam habere dicitur, per ſuos aſſeſſores, quod in aduocato excuſando, locum habere non poteſt.
32 Imò ne in ipſo quidem iudice, quem iuris peritiſsimum, ſapientiſsimum, doctiſsimum, & in quauis ſcientia verſatiſsimum eſſe conuenit, vel certè tales ſibi habere adiunctos aſſeſſores, & conſiliarios ſtipendiarios. Attamen primum, & nobiliſsimum iudicis ornamentum eſt, ſi ipſemet quouis ſcietiarum genere exornatus emineat, & non tam à conſiliariis, quàm à ſeipſo tutò pendeat.

CAPVT CXXX.

De Exceptionibus contra petitionem ſeu libellum Proponendis.

Summæ.

1 *Contra libellum exceptio, libelli exhibitionem præſupponit.*

Libelli petitio exhibitur, propter
2 *Ipſum actorem.*
3 *Reum.*
4 *Iudicem.*

Contra

Contra libellum excipitur
- 5 *Si is inſufficienter petitionem declaret.*
- 6 *Si indeterminatè petatur.*

Inſufficiens ſiue indeterminata petitio cenſetur, quando ipſa
- 7 *Non continet nomen Actoris.*
- 8 *Non continet nomen Rei.*
- 9 *Non continet nomen Iudicis.*
- 10 *Non continet nomen Actionis.*
- 11 *Non continet res petitas.*
- 12 *Non continet locum actionis vel contractus.*
- 13 *Non continet diem petitionis.*
- 14 *Non continet annum, menſem, & nomen Principis.*
- 15 *Non continet debitam ſpecificationem rerum.*
- 16 *Eſt conditionalis, vel nimium generalis.*

Indiſtincta generalitas, & obſcuritas in libello cenſetur
- 17 *Quando non exprimuntur certa bona.*
- 18 *Quando non exprimuntur qualitas, quantitas, numerus &c.*
- 19 *Quando petuntur actiones contrariæ.*
- 20 *Quando fundus ſine nomine, ad oculum non oſtenditur.*
- 21 *Quando non exprimitur an petatur res tota, an in parte.*
- 22 *Quando in menſurabilibus non exprimitur certa meſura.*
- 23 *Quando cauſa non exprimitur.*
- 24 *Quando non continentur debitæ circunſtantiæ.*

Libellus tria continere debet
- 25 *Cauſam vel factum.*
- 26 *Obligationem.*
- 27 *Actionem.*

1 EXceptio contra alicuius libellum, præſupponit libellum ab actore in iudicio fuiſſe exhibitum. Nemo enim excipere aut reiicere poteſt, quod non eſt propoſitum. Quocirca de libelli exhibitiõe aliquid prius præmittẽdum, quàm de ipſius exceptione narrare incipiamus. Libellus itaque, ſiue actoris petitio, ob tres præcipuè cauſas in iu-
2 diciis offerri ſolet. Primò propter ipſum Actorem, qui libellum exhibet, nempe vt in eo petitionem ſuam for-
3 met, & ius ſuum declaret. Secundò, propter Reum, nempe vt is actoris libello viſo, intellecto, & cognito, diſpiciat, & deliberando conſultet, quid ad actoris petitionem reſpõdere debeat, an petitioni cedere, an ſeſe cõtra eam
4 opponere conueniãt. Tertiò, propter ipſum iudicem, ſcilicet, vt is ex actoris libelli forma, & qualitate certius ſciat, quomodo ſuam ſententiam iuſtè formare & ferre debeat, quæ ſecundum petitionis formam ſemper eſt ferẽda. c. Heli. ext. de ſimonia. Iſtis præmiſsis nunc videndũ, quomodo contra prædictum actoris libellum excipiatur, et
5 quomodo is à Reo reiiciatur. Reus itaque

itaque primo impugnat,ac actoris li-
bellum reiicit, per ipſius minus ſuffi-
cientem demonſtrationẽ, ſcilicet cùm
dicit actori, quod libellus per eum fa-
ctus & exhibitus indeterminatus ſit.
6 Non enim valet,ſi actor indetermina
tè petat .c. 2. ext. de libel. oblat. &.
c. literæ.ext.de dilat. & tunc capit li-
centiam curiæ, & ſimul expenſas pe-
tit. Tunc autem indeterminatè pete-
7 re dicitur. Primò, Quando ipſius pe
titio non continet nomen actoris,
quod neceſſariò in ea contineri debet,
argumento.c.Quærelam.de elect.l.Si
procuratore.ff.de peculio.&.l. In tri-
8 bus .ff. de iudic. Secundò,quando no
men rei in ea non continetur .d. l. In
9 tribus et.l.Finali .C. de æden. Tertiò,
quando nomen iudicis in petitione
non continetur.c.Præſcripta .§. libel-
lorum .2.q.8. vt ſciatur an ſit compe-
10 tens,vel non. Quartò, quando petitio
non continet nomẽ actionis,ſed iſtud
tantũ ſecundum opinionem quorun-
dam Doctorum. Nam in Praxi hodie
iſtud paſsim non obſeruatur,neq; ne-
ceſſariò requiritur quod nomẽ actio-
11 nis libellus contineat. Quintò, quod
non contineat res petitas.Iſtæ enim in
libello proſſus exprimendæ ſunt.c. 2.
ext.de libel.oblat.l. Si rem .§. Finali.
12 ff.de rei vendic. Sextò, quando non
continet locum, vbi res acta vel con-
tracta eſt.d.c.Præſcripta. §.libellorum
2.q.8.&.l.Forma.ff.de cẽſib. Sed nec
iſtud hodie admodum eſt in vſu.
13 Septimò,quando non continet diem
quo petitio offertur. Non expreſſo e-
nim certo die, ſciri non poteſt an vi-
ginti dies effluxerint, an plures, an
pauciores. Autehtic. de exhibend.&
14 introduc. reis .§.Suſcepto. Octauò
quando non continet annũ, menſem,
& nomen Principis,cui illa prouincia
ſubeſt.l.Properandum.§.1. C. de iu-
15 di.Nonò,ſi debita rerum ſpecificatio
non exprimatur. Veluti ſi agatur de
crimine ciuiliter,non valet libellus,ni
ſi in eo ſpecificè &nominatim ipſa in-
iuria ponatur,hoc eſt, niſi in eo inſera
tur,qualis,in quo loco,in quo mẽbro,
& quo tẽpore ea facta ſit,vt iudex ex
his poſsit melius ac certius ſentẽtiam
formare ſuam.§.Atrox.inſtitu. de in-
16 iuriis.Decimò,quando libellus eſt aut
conditionalis, aut nimium generalis,
ideoque per ſe obſcurus,ſic vt reus ex
eo certior fieri nequeat, quo iure age-
re actor velit.l.1.ff. de ædendo. Quæ
quidem generalitas, vel obſcuritas ex
17 indiſtinctione concernitur. Primò, ſi
actor in actione ſua reali non expri-
mat certa bona, aut eas res certas quas
in ſuo libello petere debet.c.2. ext. de
18 libel.oblat. Secundò, ſi in actionibus
perſonalibus actor non declaret qua-
litatem,quantitatem, numerum, aut
19 ſimiles circunſtantias. Tertiò,quando
libellus continet contrarias actiones.
20 Quartò,ſi agatur ſuper fundo, q pro-
prium nomen non habet, niſi ad ocu-
lum oſtendatur,vt etiam locus,vbi eſt
deſignetur, vel ſi nomen habeat,& il-
21 lud non exprimatur. Quintò,ſi peta-
tur res,& illa non exprimatur, an tota
vel pars,vel quota, aut quanta, talis e-
nim libellus obſcuritatem continet.
22 Sextò,ſi res aliqua menſurabilis peta-
tur,nõ valet libellus ob generalitatem
atque adeo obſcuritatem, niſi quali-
tas, & menſurarũm exprimatur nu-
merus.l.Si in rem .ff. de rei vendicat.
&.l.Prima.ff.de petitione hæreditat.
Ideoque ſi actor ſic incertum petat,&
non omnia ſpecificet,reus abſoluitur.
l. Arrianus .ff. de actio.& obligat.&
c. Ex literis .ext.de probat. Sic etiam
non valet petitio in perſonali, ſi in eo

libello cauſa non exprimatur .l. Et an eadem. .§. Actiones .ff. de excep. rei iudica. Ad talem enim libellum reus reſpondere non debet , neque eum recipere cogitur. Si tamen ſponte recipiat vel reſpondeat, petitio valet, potiſsimum ſi non detur ante litis conteſtationem .c. Primo. extra. de libel. obla. Niſi fortè in cauſa recōuentionis, de qua vide Speculatorem lib. 4. particu. 2. de libel. concep. §. iuxta
24 propoſitionis ordinem. Petitio denique eſt inualida, ſi non contineat nomen Iudicis, Actoris, Rei, diem, menſem, annum, locum, rem, vt ſuprà diximus, quæ libellus omnino contine-
25 re debet. Poſteremò, vt in genere dicamꝰ, omnis libellus tria potiſsimum continere debet, ſcilicet cauſam, obligationem, & actionem. In qualibet enim actione, hæc tria conuenire neceſſe eſt, ſcilicet factum, ſiue petitionis cauſa, ſcilicet, an ex emptione, an ex venditione petitionis actio conſurgat, aut ex cauſis ſimilibus, hæc enim
26 facti eſſe dicuntur. Secundò, libellus obligationem requirit, quæ quidem obligatio, ex facto, ſiue ex cauſa ipſa naſcitur. Ideoque talis obligatio, iuris vniculum eſſe dicitur, inſtitu. de
27 obligat. in principio. Tertiò, libellus actionem ipſam continere debet. Ea autem ex obligatione, tanquam ex matre naſcitur. Eſt enim actio ius perſequendi &c. inſtitut. de actionibus in exordio. De variis autem libellorum formulis vide d. Speculato. lib. 4. particu. 1. per totum.

CAPVT CXXXI.

De Exceptionibus contra perſonam actoris proponendis.

Summæ.

1 *Contra actorem excipitur, ſi*
- *Sit*
  - *Inhabilis.*
  - *Mutus, Amens.*
  - *Excommunicatus, Apoſtata.*
  - *Pupillus, Minor.*
  - *Prodigus publicus.*
- *Sit*
  - *Is, cui bonis interdictum eſt.*
  - *Infamis, crimino ſus.*
  - *Exul, bannitus.*
  - *Hoſtis patriæ.*
  - *Periurus, Seruus.*
  - *Tutor ſuſpectus. &c.*

2 *Excommunicatio in Parlamento Franciæ ad exceptionem non prodeſt.*

3 *Excommunicatio in* { *Conſilio Flandriæ & Parlamento Mechilin.* } *ad exceptionem locum habent.*

4 *Iudex tacente parte publicè excommunicatum repellere debet.*

5 *Pre-*

5 *Prodigi,& amentes publicè declarati repellendi ſunt.*
6 *Alienatio bonorum prodigis,& amentib. de iure non eſt interdicta.*

REus quoque impugnat & excipit
contra perſonam actoris, capiẽdo
finem non receptionis,hoc eſt, quãdo
1 reus dicit actorem ad agẽdum eſſe in-
habilem, ob hoc, quod vel excommu
nicatus, vel apoſtata ſit, vel pupillus,
vel minor,vel furioſus,vel mutus, vel
mente raptus,vel prodigus,ſono tubę
aut campanæ publicè proclamatus,
vel quod ſit is, cui bonis interdictum
ſit, vel quod ſit infamis, criminoſus,
exul,vel vt(vulgò)bannitus,vel quod
ſit inimicus patriæ,vel periurus,vel ſer
uus,vel tutor ſuſpectus, vel ſimili ali-
qua indignitate notatus. Hoc tamen
2 hic notandũ eſt: Quod in Parlamento
Franciæ, excõmunicati nec ab agendo
nec à teſtimonio ferendo repellantur.
3 Sed in prouinciali cõſilio Flãdriæ, &
etiam in ſupremo cõſilio Mechilinien
ſi prædicta excommunicationis exce-
tio opponi & proponi in qualibet li-
tis parte poteſt,quãdiu proceſſus ipſe
duret,nõ minus tã poſt, quã ante litẽ
4 conteſtatam. Imo etiã poſt ipſam ſen-
tentiã,ſiue poſt rẽ iudicatã,nempe, vt
impediatur ſententiæ executio, ſicuti
notatur.c.Primo.de excep.lib.6.pro-
pter timorẽ excõmunicationis. Quin
etſi de hoc reus nõ excipiat,iudex ipſe
ex ſuo officio actorẽ repellere omni-
no debet.Quod ſanè intelligendũ eſt,
nẽpe ſi actor ſit excõmunicatus publi
cè,quod ſolũ iudicẽ nouiſſe & obſer-
5 uare oportet.Porro prodigi,& furio-
ſi,ſeu mente capti,nec ab agendo, nec
à defendendo repelli debẽt, priuſquã
ipſis alienatio bonorum cũ ſono tubę
aut campanæ,aut alio quoquo modo,
iuxta vniuſcuiuſq; loci modũ ac con-
ſuetudinem,per iudicẽ interdicta fue-
6 rit, ob id quod bonorũ alienatio ne-
quaquam iuridicè,ſiue de iure ſit ipſis
prohibita aut interdicta.

CAPVT CXXXII.

De Exceptionibus, contra perſonas tutorum aut curatorum, proponendis.

Summæ.

Contra tutorem excipitur, ſiquis dicat

1 *Ipſum eſſe inidoneum,vel minorem .25.annis.*
2 *Ipſum nullum confeciſſe inuentarium.*
3 *Ipſum confeciſſe libellum illegitimum.*
4 *Ipſius tutelam,aut curatelam eſſe finitam.*
5 *Ipſum tutorem vel curatorem eſſe ſeruum.*
6 *Tutores,vel curatores eſſe mutos vel ſurdos.*
7 *Tutorem eſſe epiſcopum, aut clericum.*
8 *Clerici tenentur ad tutelam,vel curatelã perſonarũ miſera-bilium.*
9 *Tutorem,vel curatorem ſuſcepiſſe ceſſionem bonorum contra pupillum,aut minorem.*
10 *Tutorẽ vel curatorem eſſe debitorẽ aut creditorẽ pupilli, vel adulti.*
11 *Tutor vel curator, tantum datus ſit à teſtatore ad tempus.*

S 2 *Differunt*

11 *Differunt tutores a curatoribus in hoc, quod*
Tutores tantum dentur pupillis, vſque ad annum. 14.
12 *Curatores* — *Dantur adultis ab anno .14. vſque ad annum. 25.*
13 *Non dantur teſtamento. Vel inuitis.*
14 *Dantur prodigis, & furioſis.*
15 *Minoribus furioſis, ob ætatem.*
16 *Dantur* — *Amentibus. Surdis, mutis. Valetudinariis. Pupillis, inidoneum tutorem habentibus.*
17 *Dantur* — *Bonis vacantibus.*
18 *Ventri.*
19 *Ad lites.*
20 *Curator* — *Prodigi & furioſi habet adminiſtrationem omnium bonorum.*
&
Bonorum, & ventris habet tantum — *Adminiſtrationem* / *Venditionem* — *paruarum rerum.*

REus impugnat tutores aut cura-
1 tores. Primò ſi capiat finem non
receptionis, hoc eſt, Quando reus
dicit ipſos ad receptionem eſſe, aut
fuiſſe inidoneos, ob id quod ſint mi-
nores .25. annis. l. Finali. C. de legitim.
tutel. & .§. Furioſus inſtitut. Qui te-
ſtamento tutor. dari poſſunt. & .§.
Minores, inſtitut. de excuſ. tuto. vel
curato. Hoc eſt, Generaliter contra
quoſlibet tutores vel curatores exci-
pitur, quod aut ipſorum ætas nō con
ueniat, aut quod aliquo defectu com-
muni laborent, aut quia à tutela, aut à
curatela ipſos iura repellunt, nempe,
quod ipſi ſint tales qui ipſimet tutela
aut curatela opus habeant. Quod ſint
capite minuti .l. Legitimos. §. Finali.
2 ff. de legit. tutorib. Secundò, Quod
nullum fecerint inuentarium, ſiue
quod inuentariūm aut repertorium
facere neglexerint .l. Finali .§. Illo
proculdubio .C. Arbit. tutel. & .l.
Prima. ff. de vent. in poſſeſſ. mitten.
Vel quod inuētarium exhibitum non
fecerint dignè, debitè, & legitimè .l.
3 Scimus .C. de iure deliber. Tertiò,
quod in inuentario etiam legitimè fa-
cto, non omnia pupilli bona conſcri-
pſerint aut cōgeſſerint. De qua re hoc
loco notandum eſt, quod tutoribus et
curatoribus non licet pupilli vel adul
ti vllo modo pupillorum vel adulto-
rum curare vel adminiſtrare negotia,
niſi prius tria præſtiterint, & fecerint.
Primò, niſi debitum inuentariū con-
ſcripſerint. Secundò, niſi iurent ſe cu-
raturos, & facturos, quæ in rem pupil
lorum & minorū, & ex vera conſcien
tia cognouerint futura vtilia, & com-
moda. Tertiò, niſi legitimè caueant
ſub hypotheca rerum ſuarum .l. De
creationibus .C. de Epiſcopat. au-
4 diend. Quartò, quod contra tuto-
res, & curatores aliquis excipiet di-
cendo, quod ipſorum tutela aut cura-
tela iam expirata ſiue finita ſit. Quod
tutores aut curatores ſint ſuſpecti,
aut

aut poſtulati, aut quod ſint à receptio
ne remoti, vel quod illis adminiſtratio
interdicta ſit .l. quod ſi forte .§. 1. ff.
de ſolut. & .c. Venerabilis. extra. de of
5 fic. delega. Quintò, excipiet dicendo.
Quod tutores vel curatores, vel etiam
ipſi pupilli vel minores ſint ſerui, &
ſuper quæſtione ſtatuum, id eſt, ſerui-
tutum pariter conſtituti .l. Prima. ff.
de tutel. Inſtitut. eodem titulo. de tu-
tel. & .§. Seruus. inſtitut. Qui teſta-
6 mento. tuto. dari poſſunt. Sextò op
ponet, quod tutores vel curatores ſint
muti, vel ſurdi, vel furioſi .l. Prima.
§. Mutus & .l. Penultima. ff. de tu-
tel. vbi expreſſe textus dicit, quod
mutus tutor conſtitui non poteſt,
quoniam is authoritatē præbere non
poteſt. Tutor quoque ſurdus ſecun-
dum plurimos non poteſt eſſe tutor,
& potiſsimum ſecundum Pomponi.
qui id lib. 18. ad ædictum probat per
hoc, quod tutor non tantum loqui,
ſed & audire debeat, quod ſurdo na-
7 tura negauit. Septimò, excipiet, ſi Tu
tor ſit, aut Epiſcopus, aut Clericus in
ſacris conſtitutus, aut quod ſit vel mo
nachus, vel regularis. Hi enim nō poſ
ſunt eſſe tutores .c. Epiſcopus. & .c.
Neque apud .88. diſtinct. & .l. Ge-
neraliter .C. de epiſco. & cleri. Verun
tamen omnes Clerici tenentur ad tu-
telam, & curatelam miſerabilium per-
ſonarum .l. Orphanotrophos. C. eod.
8 titu. de epiſcop. & cleric. Octauò,
contra tutorē excipiet dicendo, quod
is tutor, vel curator contra pupillum
vel adultum ſuum ceſsionem actio-
num ſuſceperit, ſicuti habetur, in Au-
tentic. vt hi qui obligat. ſe habe. per-
hib. res minorum. in principio tituli,
9 colla. 6. Nonò, ſi dicat. Quod tutor
ſeu curator ſit creditor vel debitor pu
pilli vel adulti, & quod adminiſtrat
ſine adiutorio, in .d. Autentic. vbi ſu-
pra .§. Sed & ſi quis, & Autentica.
Minoris debitor .C. Qui dar. tuto.
vel cura. poſſunt. Sed hoc locum ha-
bet in datiuo & legitimo, non in teſta
mentario tutore, quod tamen ſecun-
dum quoſdam fallit in matre & auia,
quæ poſſunt eſſe debitrices vel credi-
trices pupillorum vel minorum, vt in
Autentico. vt matr. debit. & credi. col
lat. 7. & Autentica. ad hæc .C. Quan-
10 do muli. tutel. offic. fungatur. Deci-
mò excipiet. Quod ſit datus tutor aut
curator à teſtatore ſub conditione,
quę fuit ad certum tempus, quod iam
præteriit .§. Ad certum inſtitut. qui.
dar. tutor. poſſ. Reliquas cauſas his
non diſsimiles per quas contra tuto-
res vel curatores excipi poteſt, hoc lo
11 co breuitatis cauſa omitto. Attamen
priuſquam finem huic capiti impo-
nam lectori ſimplici, & nondum pe-
rito ſatis hanc differentiam inter tuto
res & curatores cognitam eſſe cupio,
ſcilicet, quod tutores dentur pupillis,
qui nondum .14. annum compleue-
runt .§. Primò. inſtitut. Quib. mod.
tutel. finitur. Poſt .14. enim annum,
non amplius pupilli, ſed minores vel
minorennes vocantur. Et tunc etiam
iidem tutores deſinunt vocari tu-
tores, ſed ab eo anno incipiunt dici-
12 curatores. Curatores itaque dantur
diuerſis perſonis, & ex cauſis diuerſis,
primo (vti iam dixi) dantur adultis, à
14. anno completo, vſque ad .25. an-
num completum, ſecundum iura, &
etiam ſecundū praxim, niſi certo con-
ſtet eoſdem minores tunc non habere
ſat prudentiæ, qui ſua bona pruden-
ter ſine curatoribus adminiſtrare poſ-
ſint. Præterea. Curatores tales ab il-
lis Magiſtratibus conſtituūtur, à qui-
bus antè conſtituebantur tutores.

13 Non etiam tutores conſtituuntur per teſtamentum. Attamen conſtituti & teſtamento dati confirmantur. Neque etiam curatela inuitis committitur, niſi fortè ad litem. §. Primo. inſtitut.
14 de Curatorib. Item. Curatores etiam dantur furioſis, & prodigis, qui nec tempus, nec modum, nec finem profuſionis & dilapidationis ſuarum rerum habent. l. Prima. ff. de curat.
15 furioſ. dand. Et hoc intelligendum eſt, de furioſis ac prodigis maioribus annis. 25. §. Furioſi. Inſtitut. de Curatoribus. Minoribus autem furioſis dantur tutores, vel (ſi ita placet) curatores, qui tamen intelliguntur dari
16 ætati potius, quàm furori. l. Qui habet. ff. de tutel. Dantur & curatores mente captis, ſurdis, mutis, & morbo perpetuo laborantibus. Item, & pupillis tutorem teſtamentarium, vel legitimum, vel datiuum non habentibus, vel tutorẽ minus idoneum habentibus, vel habentibus tutorem ad tempus datum, vel infirmum, vel ob cauſam neceſſariam impeditum, inſtitut. de curatorib. per totum.
17 Item. Curatores dantur ipſis bonis vacantibus, ſed à Principe, vel à Principis conſilio, vel à quouis magiſtratu, hoc eſt, (vt clarius intelligatur.) Curatores conſtituũtur ad bona, quæ carent vero & legitimo proprietario, iam præſenti, aut cognito, quod addo propter bona quorundam diu abſentium, & de quibus non certo conſtat, mortui ne, an viui iſti exiſtant, de quibus diu abſentibus, hoc notandum eſt, quod Brugis in Flandria habeat plebiſcitum vſitatiſsimum, quod quoties ipſe proprietarius, aut dominus, aut hæres incognitus abeſt à patria ſeptem perpetuos annos, tunc is habetur & cenſetur veluti mortuus, ſic vt ipſius hæredes, aut alij cohæredes cum cautione præſtita, talis abſentis bona ſibi arripere poſsint. Si verò poſt longum tempus nulli proprietarij, nulli proprietarij hæredes aut cohęredes, aut certè nulli creditores eorundem bonorum reperiantur aut innoteſcant, tunc ipſe Princeps eadem bona ſibi arripit & vendicat. ff. de curat. bon. dand. qui quidem titulus eſt in multis locis valde vtilis, & hoc tempore in praxi vſitatiſsimus, quantumuis de eo Doctores pauca conſcripſe-
18 rint. Item. Curatores dantur ventri, hoc eſt, fœtui adhuc in vtero materno exiſtenti. ff. de vent. in poſſ. mit-
19 ten. Item. Curatores dantur ad lites, vide Speculatorem. titul. de ſyndico. lib. 1. particu. 3. Dantur prætereà omnibus perſonis, quas habes l. Prima, §. primo. & l. 2. 3. 4. &. 5. ff. de poſtuland. & l. 3. 4. 5. &. 6. ff. de priuile. cre-
20 dito. Sed hoc loco quæri poteſt, quęnam ſit curatorum (quorum iam meminimus) poteſtas. Ad quod reſpondendum eſt. Quod curator furioſi & prodigi habeat plenam rerũ omnium adminiſtrationem, ſed curator bonorum, & curator ventris habent ſolum cuſtodiam rerum, quæ deterioris ſunt fortunæ, & præterea earundem venditionem. l. Inter bonorum. ff. de adminiſtra. tuto. vel curato.

CAPVT

CAPVT CXXXIII.

De Exceptionibus, contra ſchædularum obligatoriarum portatores, proponendis.

Summæ.

1 *Schædularum allatores, alij ſunt*
- *Veri, & legitimi.*
- *Inuentitij.*
- *Surreptitij.*
- *Subdoli.*
- *Emptitij.*
- *Subornati.*

2 *Exemplar Schædulæ, contra cuius allatorem excipi poteſt.*

3 *Contra ſchædulæ allatorem excipitur*
- *Si non oſtendat quomodo ad eas perueniret.*
- *Si non oſtendat procurationem recipiendæ pecuniæ.*
- *Si non oſtendat literas creditoris.*

EXceptionem contra literarum aut ſchædularum allatores oſtenſurus, prius oſtendere oportet allato-
1 res talium literarum eſſe varios. Sunt enim harum alij veri, & legitimi, alij aut inuentitij, alij ſurreptitij, alij ſubdoli, alij emptitij, aut ſubornati. Neque enim his omnibus æqualiter eſt habenda fides. Hæc vt clarius intelligantur, vnico exemplo literarum obligatoriarum, & per allatorum di-
2 uerſitatem commonſtrare libuit. Sit igitur hoc exemplar ſchædulæ obligatoriæ, ex qua facilius intelligentur cæteræ. Nos Iohannes Balbani, & noſtra ſocietas (vulgò) compaingnia, fatemur debere domino Iohāni de Fockere, & ſocietati ipſius centum milia ducatorum aureorum, iuſti valoris ac ponderis ratione mutui, vel talium aut talium mercium &c. quæ centum milia ducatorum bona fide promitto me cum meis perſoluturum ipſi Iohāni de Fockere prædicto, & ipſius ſocietati, proximis nundinis Brugenſibus, quæ incipient poſtridiè cōuerſionis Pauli, anno. 1566. aut iſtius ſchædulæ allatori, quam manibus propriis & chirographo conſignauimus. Ita actū Antwerpię, tali anno, die, & mēſe, etc.
3 Hoc exemplari commonſtrato, iam reſtat videre quomodo contra talem ſchædularum ſeu literarum allatorem ſit excipiendum. Nam contra talium ſchædularum allatores, excipit reus, capiendo finem & concluſionem, ſcilicet, ipſum non eſſe receptibilem, aut quod nō debeat recipi, ob id quod nō oſtendat, quomodo ad eas literas peruenit, an eas inuenerit, an eas ſurripuerit, an eas emerit. &c. Prætereà quod non oſtendat aut literis, aut procura-

tione ſe tales ſchedulas à vero creditore accepiſſe, aut ab eodem in mandatis habere, ad plenam earundem perſolutionem recipiendam, aut quod ſimiles veri commiſſarij aut allâtoris veri titulos oſtendere non poteſt. Sed vt iſtæ difficultates cautius euitentur, & ne difficilis ſolutor per dictos exceptionum prætextus ægrius ſoluet, cauti ſchedularij ſuis ſchedulis obligatoriis inſcribi curant hũc articulum, vel iſtarũ allatori, ſicuti in ſuperiori exemplo commonſtrauimus, talis enim articulus vanos exceptionum fumos & prætextus eneruat, aut prorſus tollit, adeò vt tales tenacium ſolutorũ prætextus nullo modo ſint admiſſibiles, quin ipſi ilico tali allatori perſoluere aut ſaltem conſignare (vulgò) namptizare debeant. Non enim allator de ſui domini mandato, de commiſſione, de procuratione, de literis, de hæreditate, de tranſlatione ſibi facta, aut de ſua fidelitate docere debet, aut commonſtrare quomodo ad eas ſchedulas peruenerit, quum ſchedula per ipſum allata ſimpliciter contineat. Vel harum allatori, ſiue ampliori additamento. Ideoque ipſi allatori ilico perſoluendum erit vel (vt dixi) conſignandum, & ſi ſolutor is tenax aliquid ſiniſtri ſuæ non ſolutioni prætexere vellet, id ipſi tunc ſtatim probãdum eſſet, alioqui ſolutio eueſtigio numeranda aut conſignanda. Quam opinionem hodie multi iuriſconſulti mordicus & pertinaciter ſuſtinent.

CAPVT CXXXIIII.

Exceptiones in materiis euictionis, ſiue guarandiæ.

Summæ.

1 *Guarandiſare quid ſit.*
2 *Ad guarandiam vocare quid ſit.*
3 *Guarandatio fit* { *In materia reali.* / *Ex ſcriptis, & datis conſiliis.* / *Ex mandatis, & iuſſis.* }
4 *Guarandiſandi modus in materia emptionis.*
Emptor citatus ab aduerſario {
5 *Primò, petit diem conſilij.*
6 *Secundò, dilationẽ, ad venditorẽ citandũ ad guarandiam.* }
7 *Emptor venditorem guarandiſaturum nominare debet.*
8 *Guarandationis petitio ante litiſconteſtationem fieri debet.*
9 *Actor actionem ſuam ſeruet in reum ſuum, aut in guarandiſantem.*
10 *Guarandiſans ſe Reo contra actorem aſſociat.*
11 *Reus contra venditorem recuſantem guarandiam proteſtatur de damnis & intereſſe.*
12 *Emptor litem perdens, actionem habet in venditorem ſuum.*
13 *Venditore guarandiſante emptori, emptor in Flandria ex proceſſu deletur.*

14 *Actor*

14 *Actor litem euincens iudicati recuperandi actionem ſeruat in alterutram partium.*
15 *Quomodo magiſtratus citetur ad Guarandiam.*
16 *In Flandria magiſtratus capitalis à guarandatione quomodo excuſetur.*
17 *Ciuitas Brugenſis ſub ſe habet ciuitates* XXII.
18 *Modus petendi conſilium à Magiſtratu capitali.*
19 *Capitalis ſententia quomodo ciuitatibus ſubalternis tradatur.*
20 *Guarandatio an ex iuſſu ſuperioris ſit petenda.*
21 *Quando ſuperior mandans, officiarij ſui explotum approbat: officiarius ex proceſſu deletur.*
22 *Guarandatio non cadit in materiam exceſſus.*
23 *Nemo guarandiſare debet, niſi volens.*
24 *In cauſis ciuilibus cuiuis guarandiſare licet.*
25 *Procuratoribus guarandiſare non licet.*
26 *Guarandiam pro ſuo facto promittens, factum ſui prædeceſſoris includit.*

PRiuſquam hoc loco quicquã narremus de exceptionibus in materia guarandationis. Primò rudioribus commonſtrare oportet quid ſit gua-
1 randare. Eſt igitur guarãdiſare (vt hoc barbaro, vſitato tamen vtamur vocabulo) nihil aliud quàm in cauſa oppoſitionis ortæ, vel oriundæ aliquem ſecurare, de damno defendere, cauſam ipſius & actionem in ſe recipere, ipſum liberare & indemnem reddere, & promittere ſe præſtiturum ſi quid vendidit, ſcripto monſtrauit, aut aliquid iubendo mandauit. Ad guaran-
2 diam autem aliquem ſummare, aut citare, eſt ab ipſo iuridicè citato petere, vt ipſi prædicta ſcilicet vendita, ſcripta, aut iuſſa præſtare promittat, & ſe de damno orituro, vel orto defendat, & indemnem reddat. Ex quibus di-
3 ctis iam notandum eſt, quod tribus ex cauſis ferè conſurgat guarandatio, ſcilicet in materia reali, hoc eſt, in emptionibus & venditionibus & ſimilibus cauſis, In ſcriptis conſiliis, Et in mandatis ac iuſſis. Hæc tribus exemplis commonſtratis clariora euadent.
4 In materia itaque reali emptionis, ac venditionis aliquis citatur ad guarandiam rei venditæ quando de ea re vendita naſcitur aliqua oppoſitio, ſic vt alius in eandem rem venditam ſibi ius arroget, in toto vel in parte. Et quando is eundem emptorem in ius vocat, vt empta deſerat, & ea ſibi pacifice fruenda cedat, & permittat, tunc enim citatus is emptor actoris talis libello audito, & cognito, à iudice petere primò poterit dilationem ſiue
5 diem conſilij (vti dictũ eſt ante. cap. De dilationibus petendis) nempe, vt eo dilationis, & conſilij tempore, cũ ſuis conſultet, quid ad eam petitionẽ reſpondere debeat, qui dies ipſi à iudice non negabitur. Et interea is emptor citatus, cum ſuis conſultabit, & ſi ſibi expedire videatur, vt emptorem ad guarandationem rei venditæ euocet, tunc ante expirationem conceſſæ dilationis coram iudice reſpondebit, & petet diem dilationis, vt ſuum ven-
6 ditorem in ius ad guarandationem euocet, id eſt, vt ab ipſo citando venditore cauſa intercipiatur, & defendenda aſſumatur, ſic vt ipſe emptor indẽnis permaneat. Quam dilationem, ſed

vnam, & ſolā Iudex ipſi denegare nō
poterit. Citato itaq; illo venditore ad
7 guarādam quem volet, queq; tūc etiā
nominare debet, & per legitimū libel
lū petet à iudice (quod ante litiſconte
8 ſtationē fieri debet) vt is venditor ad
guarandationē pro ipſo accipiendam
9 ſummetur, & condenetur. Quod ſi is
citatus venditor ad guarādationē cō-
pareat, & guarandiā promittat, tūc no
uus ille actor cauſam in ſe (ſi velit) à vē
ditore aſſumit pro reo emptore, quē
citauit, reūq; liberat, ita vt actionē fu-
turæ litis cōtra venditorē guarādiſan-
tem in ſe recipiat, & proſequendā pro
mittat, ſed id (vt dixi) ſi modò id ipſi
ſic placeat. Nā actionē ſuā ſeruare aut
accipere poteſt, vel in ſuum reum, vel
in guarandiſantem. Quocirca ſi actor
id nolit, hoc eſt, ſi nolit rem habere
cum venditore guarandiſante, ſed po
tius cū reo ſuo emptore, & cum quo
iure de poſſeſsione litem intentat,
tum citatus emptor duntaxat ſe reo
10 venditori aſſociat & adiungit, con-
tra turbatorem citantem, procedendo
tamen ſuis ſumptibus & expenſis, ſi-
cuti ipſis ſimul inter ſe conuenire po-
11 terit. Si verò citatus venditor ad gua-
randiam non compareat, eo caſu re-
us ipſum citans, & ab aduerſario tur-
batore citante citatus, proteſtatur de
illa guarandationis recuſatione, & de
omnibus expenſis, damnis, & intereſ
ſe euenturis, atque de ea non compa-
ritione, recuſatione, & de ſua prote-
ſtatione iuridicam capit actam, & ad
actoris primi petitionem reſpondere,
vlteri' procedere, & litem producere
pergit ſolus, & per ſe, ſed periculo ci-
tati venditoris, non comparentis, a-
deo vt ſi reus litem contra actorem a-
12 mittat, tunc ipſi vera in dictum vendi
torem guarandationem recuſantem

ab ipſo, propter proteſtationem legi-
timè factam, competit actio, ad repoſ
cendum omne damnum, & intereſſe.
Qui ſi diues ſit, tenetur ad damni &
intereſſe reparationem, niſi id pri-
us in contractu ſe non præſtaturum
prælocutus fuiſſet. Si verò pauper fue
rit, & non ſoluendo, is nihilominus
ad guarandiæ & damni cum intereſſe
reparationem tenetur. ſed quia ſoluē
do non exiſtit, tunc is emptor qui litē
perdidit, in damno manet, quod cau-
tius mercari (vt dici ſolet) debuiſſet.
13 In Flandria autem hæc praxis ſerua-
tur, quod quoties citatus ad guaranda
tionem, cauſam in ſe ſuſcipit, tunc re-
us emptor ex proceſſu deletur, quat e-
nus ipſe venditor guarandiſans & cau
ſam in ſe ſuſcipiens ad ſoluendum iu-
14 dicata ſit ſufficiens. Et quamuis cita-
tus venditor guarandiſando empto-
rem ſuum (cui aſſociatus eſt) in proceſ
ſu, contra actorem turbantem coadiu
uet, & alter eorum, vel ambo ſimul à
cauſa decidant, ac litem perdant, tunc
actori primo competit optio ſiue ele-
ctio recuperandi ſuum iudicatum ab
alterutro illorum, aut ab ambobus ſi-
mul, ſicut id ipſi placebit. Et quod hic
in materia emptionis & venditionis
commonſtrauimus, id quoque in reli
quis materialibus cauſis applicari lice
15 bit. Cæterum contingit vt magiſtra-
tus totus aliquādo ſummetur ad gua
randiam, ſcilicet dati conſilij, aut ſen-
tentiæ commiſſæ, quod pro ſecunda
guarandationis ſpecie hic poſitū eſto.
Pro hac itaque notandū eſt, quod ſi
ſenatus ſiue magiſtratus inferior vel
ſubalternus, qui per appellationem
vel per reformationem ab aliquibus
partibus opponentibus citetur, ad pro
uinciale vel ſummum conſilium, tunc
idem magiſtratus inferior viciſsim ad
guaran-

guarandiam in ius vocare poteſt illũ ipſum magiſtrum ſuum ſuperiorem, nempe capitales iudices (vulgò *hooft-vonnerſſers*, aut *hooft laſters*, aut expreſſius *hooft belaſters*) à quibus ſuum conſilium, iuſſum, & mandatum, cum ſententia ferenda (vulgò ſuum *hooftvonneſſe*) accepit, & tunc is ſuperior magiſtratus citatus ad guarandiam debet illi inferiori magiſtratui (cui ſententiam ferendam mandauit) contra partem appellantem guarandiſare, cauſam in ſe ſuſcipere, indemnitatem pręſtare, niſi vellent dicere, & ſe defendere, quod ipſum recordum ſiue collectio proceſſus coram ipſis male allata fuiſſet.
16 Sed hæc guarandatio non paſsim locorum obſeruatur. Nam in Flandria ipſi quidem capitales iudices (vulgò *hooftlaſters*) vocantur quidem ad guarandam ſiue ad indemnitatem præſtandam, ſed rarò aut nunquam ipſi eam guarandationem in ſe recipere volunt, nempe quod hoc onus & periculum, hoc eſt, ſuum ipſorum iudicium relinquant illis inferioribus magiſtratibus, qui ſententiam tulerunt & pronunciarunt, licet eam ex conſilio, ore, & ſententia ſuperioris ſolummodo pronunciaſſent. A tali enim gurandatione ſe ſuperior magiſtratus excuſat, per hoc, quod dicat ſuam datam inferiori magiſtratui ſententiam, nil aliud fuiſſe, quàm conſilium, opinionem, aut ad petitionem debitam quandam ſolutionem & ſententiam reſolutoriam. Ideoque ſe quoties eam clauſis literis ſententiam protulerant proteſtatos fuiſſe, ſuper ſaniori & meliori ſententia ferenda. Quæ quidem proteſtatio in rotula, aut in regiſtro in omnem euentum annotari ſolet. Sed vt hoc loco clarius intelligantur, quæ de (*hooftvonners*, aut de *hooftlaſters*) iam diximus, vnico exemplo commonſtrabimus.
17 Eſt ciuitas Brugenſis metropolis, & cap. 22. ciuitatũ, quas ſub ſe habet, quaſq; in noſtra Politia Brugenſi nominatim expreſsimus. Hæ quidem 22. inferiores, ſiue ſubalternæ ciuitates, quæ non ſemper ſat doctos habent penſionarios, aut magiſtratus,
18 qui in arduis negotiis non ſatis tuto ſibi fidunt, ideo illi graues omnes, & perplexos proceſſus in cauſa coram ipſis concluſos, quos non ſatis intelligunt, & de quorum ſententia ferenda non ſibi ſatis fidunt, cum inuentario ad hoc decenti, & debito, firmiter obſignant, & cum ſuis deputatis ad Magiſtratum Brugenſem, veluti ad ſuum legitimum caput, & ad certiorem in iis proceſsibus ſententiam habendam, ſicuti obſignatum fuit, deferunt, & præſentant, ſimul ex ore, & mandatis ſuorum collegiorum petentes à Magiſtratu Brugenſi, tanquam à ſuo capite ſuper iis proceſsibus, vel ſuper eo proceſſu oblato, & obſignato, conſilium, terminationem, & ſententiæ dignæ declarationem. Quam præſentationem cum obſignato proceſſu magiſtratus Brugenſis acceptat, & eoſdem deputatos parumper ſecedere iubet, mox collatis ſuffragiis, eoſdem in cameră reuocat, ipſiſq; per Graphiarũ criminalẽ aut ciuilẽ aut aliũ penſionariũ reſpõdet, Domini Senatores probè intellexerũt petitionẽ veſtrã, cui ſatiſfacere in omnibus cupiũt. Ideoq; vobis promittũt, quod veſtrũ oblatũ proceſſum diligẽter reuiſent, & cũ matura cõſultatione eũ terminabũt, ęquãq; ſentẽtiã ſuper eo ferẽdã, vobis dabũt, & mãdabũt, pmittũtq; vobis in omnibus aliis cauſis ęquã adminiſtrare iuſtitiã, pterquã in hoc vno pceſſu oblato, & non-

& nondum per ſe terminato. Sed vbi
eum maturè terminauerint, de ea ter-
minatione vos certiores reddent, voſ
que accerſent, vt ab ipſis veſtrum capi
tale,& primariũ iudicium feratis. Hoc
reſponſo accepto, dicti deputati do-
mum ad ſuos redeunt. Interim Magi
ſtratus Brugenſis eum proceſſum re-
uiſit, & per ocium maturè abſoluit,
19 & terminat. Quo facto de eadem ter
minatione,& capitali ſententia, Acta
iuridica excipitur, & cõſcribitur, quæ
in debitam formam redacta in regi-
ſtro inſcribitur. Deinde prædicti de-
putati reuocantur,in quibus eiuſdem
capitalis ſententiæ Acta à magiſtratu
Brugenſi per dictum Graphiariũ tra-
ditur,ſub his verbis. Domini Senato
res Brugenſes, veſtrum iudiciale ca-
put(vulgò, *v hooſt vonnerſſes*)veſtrum
proceſſum pridem ipſis pro certiori
iudicio adipiſcendo exhibitum reui-
ſerunt, & cum maturo conſilio ter-
minarunt, quem vobis iterum aſsig-
natum vnâ cum Acta ſententiæ feren
dæ incluſa reddunt, vobiſque pariter
mandant,vt eandem ſententiam pro-
ximo die iuridico, & loco conſueto,
poſthabitis omnibus aliis cauſis pro-
nuncietis,& promulgetis. Pro hac au
tem Acta(vt & iſtud obiter inſeram)
graphiarius non plus quam 10.aut 12.
ſtuferos exigere poteſt, niſi me mea
hic fallat memoria. Tertia guaranda-
20 tionis ſpecies vſuuenit in mandatis,ac
iuſsis ex quorum obtemperatione
naſcitur aliqua oppoſitio. Si enim of-
ficiari⁹ quſpiam ſeipſo abuſos fuiſſet,
aut in ſuo officio per errorem peccaſ-
ſet,idque ex mandato ſiue ex iuſſu ſui
domini & magiſtri, & ſi ex talis man
dati obſequio naſceretur ab aliquo
aduerſario oppoſitio, tunc is officia-
rius poterit eundem ſuum dominum
& magiſtrum iubentem ſummare &
citare, nõ quidem ad guarandizandũ,
ſed ad ſuum explotum aut approban
21 dum aut reprobandum. Et ſi dominus
aut magiſter citatus, tunc compareat,
& approbationem in ſe recipiat, tunc
officiarius ex proceſſu deletur, niſi ip-
ſe in eo exploto, vel executione ſimul
aliud delictum, aut exceſſum commi-
ſiſſet. Hoc loco autem de guarandatio
22 ne paucula notãda ſunt. Primò, Quod
in materia exceſſus nulla cadat guarã-
23 diſatio. Secundò, quod nemo guaran-
24 diſare debeat niſi velit. Tertiò, Quod
in cauſis ciuilibus omnes guarandiſa-
re poſſunt, dummodo ipſi velint, non
minus clerici, quàm laici, aut alij qui-
uis extranei, qui omnes ad guaranda-
tionem præſtãdam ſunt admiſsibiles,
etiam ſi cauſa, per eam guarandationẽ
deueniret ad certam manum. Quin et
hoc ſciendum eſt, quod clerici, aut alij
quiuis extranei ad ſe guarandam acci
pientes, cautionem de iudicato ſoluẽ
do,(quatenus pars id deſiderabit) da-
re debent, niſi fortaſsis iidem ſint ci-
ues Brugenſes, aut ciues alterius oppi
di priuilegiati, in quo huiuſmodi ci-
ues ob bona immobilia & mobilia, q̃
ibidẽ poſsident priuilegiati ſunt, adeo
vt à dicta cautiõe de ſoluẽdo iudicato
prorſus excuſentur. Quarto, quòd
25 nullus procurator eſt admiſsibilis ad
guarandiam, defenſionem, atque in-
demnitatem præſtandam, niſi ad hoc
ſpeciale haberet mandatum, & procu
26 ratorium. Quinto, notãdum eſt, quod
ſi quis de ſuo facto tãtum promittat
guarandiſationem, tunc ea promiſsio
etiam in ſe compræhendit factum ſui
præceſſoris, ſic vt quemadmodum te-
netur ex perſona ſua: ita etiam tenea-
tur ex perſona eius cui ſucceſsit. Ita &
Barto. in l. Si ſeruus 2. in principio. ff.
de con-

de conditione furti, & Alexand. ibi in apoſtillis, qui plura ad hoc allegat, quæ diligenter notanda ſunt. Et hac de re ſæpe quoque interrogatus idem reſpondi, & conſului. Cuius ratio aperta eſt & clara, quod defunctus, & hæres in iure vna eademque perſona cenſeantur, l. Finali, vbi notatur per gloſſam & doctores. C. de hæredib. inſtituend.

CAPVT CXXXV.

Exceptiones contra loci inſpectionem.

Summæ.

1 *Inſpectio loci petitur à reo tam in* { *petitorio.* / *quam* / *poſſeſſorio.* }

2 *Inſpectio loci petenda eſt coram Commiſſariis.*

3 *Poſt* { *Inſpectionem loci Reo licet petere diem Guarandiæ.* / *&* / *Guarandiæ ſummationem Reo licet petere remiſſionem ad Iudicem loci.* }

4 *Quando cauſa ad locum remittitur Reus procedit* { *contra Guarandiam, promittentem ſcilicet ſuper Guarãdia, aut ſuper toto.*

5 *cum Guarandiam promittente contra actorem.* }

6 *Quando cauſa ad locum non remittitur Reus contra Guarandiam negantem proteſtatur de damnis, &c.*

7 *Inſpectio loci* { *peti poteſt à Reo.* / *peti* { *poteſt* / *non poteſt* } *à ſummato ad guarãdiã* { *ſi prius habita non fuerit.* / *ſi prius habita fuerit.* } }

8 *Inſpectio loci non conuenit in materia nouitatis.*

9 *In materia Dilatoriarũ* { *quædam dilatoriæ reputantur pro peremptoriis.* / *&* / *quædam peremptoriæ reputantur pro dilatoriis.* }

10 *Dilatoriæ exceptiones* { *ſunt omnes ſimul proponendæ.* / *à iudice ordinari poſſunt, vt omnes ſimul proponantur.* }

11 *Pars iuramẽtũ dat quod nullã dilatoriã capiat calũnioſè* { *ad partem guarandiſandam.* / *ad poſtponendam materiam.* / *ad litem protrahendam.* }

In mate-

1 IN materia reali, vbi quęſtió & controuerſia oritur de aliquo loco deſignato inſpiciendo, ſcilicet de inſpiciēdis agris, fundis, ſyluis, pratis, aut aquis, ſiue ea inſpectio facienda ſit in petitorio, ſiue in poſſeſſorio, reus poteſt (antequam vlterius procedatur) petere à iudice, vt habeatur & fiat loci inſpectio, hoc eſt, vt videatur, inſpiciatur, & certius cognoſcatur locus cōtentioſus, ſecundum ſuos quatuor ex
2 tremos terminos, & medium: Quam petitionem, aut requiſitionem reus tenetur facere coram commiſſariis, & ipſis per ſigna notificare, ac demonſtrare id quod de illa loci inſpectione petat & velit, vt ipſi ea ad oculum cer
3 nant, cognoſcant, & diiudicent. Poſt hanc autem loci inſpectionem factā, reus pręterea poteſt exigere diem ſiue terminum ad ſuam guarandiam ſummandam, & poſt eam ſummationem guarandiæ, poteſt inſuper idem reus petere remiſſionem ad iudicem loci, vbi is locus aut fundus ſitus ſit, ſiquidem quæſtio in petitorio intētata fue
4 rit. Et ſi cauſa ibidem fuerit remiſſa, et guarandiſaturus compareat, tunc reus procedit ſuper guarandatione habenda, ſimul & pro toto principali, ſicuti
5 ipſi cōſultum & expedire videbitur. Si verò is ad ipſi guarandiſandum citatus & ſummatus compareat, ipſe ſummatus cum reo procedit contra actorem in modo & forma hic ſuprà recitatis, ſcilicet pro principali, damnis, & intereſſe. Sed hic notanda eſt differentia inter Reum, & ad guaran
6 diam citatum. Quod reus (vt dictum eſt) loci inſpectionem petere poteſt. Si verò cauſa ibi non fuerit remiſſa, & ſi nemo ipſi guarandiſare velit, tūc ipſe iuridice proteſtatur de principali de expenſis, de damnis, & intereſſe. Et eam proteſtationem ad ſuum diem conſilij ſecum confert. Qui verò ſum
7 matus eſt ad guarandiſandum, is nullo modo inſpectionem petere poteſt, potiſsimum quando ea ſemel ſumpta & facta fuit. Quod addendum eſt nō temerè. Quia ſi non prius fuiſſet facta vlla loci inſpectio, ea ipſi ſummato omnino fieri deberet, ſiquidem eā expeteret. Eſt præterea notádum quod
8 in materia nouitatis nulla ſeruit, neque conuenit loci inſpectio, ob id ꝙ oppoſitio in loco contentioſo facta, omnino pro loci inſpectione ſtet, ipſiuſque vices planè ſuppleat. Tertiò,
9 notandum & ſciendum eſt in hac materia exceptionum dilatoriarum (de qua iam diu egimus) quod nonnullæ dilatoriæ habeātur & reputentur pro peremptoriis. Et contrà, quod nonnullæ peremptoriæ pro dilatoriis habeantur, ſicuti de his ex ſuperioribus locis per exempla ſatis innotuit. Quar
10 to, item hoc loco ſciendum eſt, quod dilatoriæ exceptiones omnes iuxta ſtilum, & etiam ſecundum iura debeant ſimul proponi, non enim àudiretur neque admitteretur reus, qui hodie vnam, & cras alteram proponere vellet dilatoriam, potiſsimùm, ſi Iudex ordinaſſet, & diem aut terminum de diſſet ad omnes dilatorias ſimul proponendas. Hoc enim iudici ex ſuo of
11 ficio ordinare, & facere licet ad proceſſum abbreuiandum. Poteſt etiam Iudex ad iuramentum adigere partē, vt iuret, ſcilicet, quod nō proponat vllas exceptiones dilatorias calumnioſe, aut ad aduerſam partem guarandiſandam, aut ad materiam poſtponendam, aut ad litem protrahendam, vt ſæpè iam ſuprà dictum eſt.

CAPVT

CAPVT CXXXVI.

De Exceptionibus peremptoriis.

Summæ.

1 *Exceptiones peremptoriæ quid efficiant, & cur ſic dictæ.*

2 *Exceptiones peremptoriæ, aliæ ſunt*
- *Perpetuæ*
  - *Pactum de non petendo.*
  - *Iuſiurandum de non agendo.*
  - *Exceptio*
    - *Doli mali.*
    - *Quod metus cauſa.*
    - *Quod per errorem promiſſum.*
    - *Non numeratæ pecuniæ.*
    - *Rei iudicatæ.*
  - *Commiſſa contra ſenatuſconſulta.*
- 3 *Defenſoriæ, ſcilicet*
  - *Solutio.*
  - *Acceptilatio.*
  - *Renunciatio.*
  - *Compenſatio.*
  - *vel*
  - *Quæ malam cauſam actoris oſtendunt.*
  - *Quæ actoris inſtantiam perimunt.*
  - *Quæ actoris libellũ prorſus annihilãt.*

Exceptiones peremptoriæ
- 4 *ad inſtã.perim.præcedũt litiſcõ.ſicut*
  - *quæ cõtra procuratorium.*
  - *quæ cõtra commiſſionem.*
  - *quæ cõtra executionẽ, &c.*
- 5 *ad libell.cum concluſ.perimendũ & ante, & poſt litiſcon.ſiunt vt*
  - *Præſcriptio.*
  - *Tranſactio.*
  - *Liberatio.*
  - *Pactum de non petendo.*
  - *Exceptio*
    - *rei iudicatæ.*
    - *quod vi.*
    - *quod met⁹ cauſ.*
    - *quod ſit nouatio*

6 *Nouatio quid ſit. Et exemplum.*

7. *Exceptio rei iudicatæ*
- *Ante litiſconteſta. ſunt*
  - *Ad proceſſum impediendum.*
  - *&*
  - *Inſtantiam perimendam.*
- *Poſt litiſcon. ſunt Ad obtinendum in principali.*

8 *Quiſquis excipit contra debitum, is idem debitum tacite fatetur, niſi, &c.*

Exceptiones

1 EXceptiones peremptoriæ ſiue potius eliſoriæ, dicuntur exceptiones poſtremæ, ſic dictæ, quod partis petitionem elidât, & quaſi perimant. Vel quod vltimæ ſint, & priores omnes exceptiones in ſe includât, & reliquas perimant. §. Perpetuæ. Inſtitu. de except. & l. Prima. ff. eod. titu. de except. Hæ opponi poſſunt perpetuò: Peremptoriæ autem exceptiones ſunt duplices, ſcilicet ſimpliciter perempt-
2 toriæ, quæ & perpetuæ dicũtur, quod ſcilicet ſemper locum habeant, & euitari non poſsint, quodq; ſemper obſtent agenti, etiamſi is ceſſaſſet agere ad mille annos, aut ſi actio ad mille annos intermiſſa fuiſſet. Ideoq; dicitur actio perpetua, licet actio ſit temporalis, exceptio tamen dicitur perpetua, quia quæ annua ſunt ad agendum, ea perpetua ſunt ad excipiendum: qualia etiam ſunt. Pactum de non petẽdo. Iuſiurandum de non agendo. Exceptio doli mali. Quod metus cauſa. Quod per errorem promiſſum, Non numeratæ pecuniæ. Rei iudicatæ. Itẽ quæ contra leges contraque ſenatuſ-
3 conſulta facta eſſe dicuntur. Aliæ autem exceptiones peremptoriæ, ſunt defenſoriæ vel defenſiones, quæ etiã ipſo iure tollũt & perimunt omnem actionem, vt ſunt ſolutio, acceptilatio quæ liberatio eſt per mutuam interrogationem, de qua l. Prima. ff. eod. de acceptilationib. Item, Renunciatio, q̃ eſt rei, vel iuris ſpontanea negatio & refutatio, qua actio perimitur, quæ fieri poteſt etiam per illum, ad quem pertinet illud, cui renunciatur. Item, Cõpenſatio de qua infrà, quæ item actiones perimit & infringit, vel ſic. Aliæ exceptiones peremptoriæ, ſunt defenſiones, quibus reus cupit & vult docere malam ac ſiniſtram cauſam actoris, ſic vt peremptoriis rationibus actoris inſtantiam perimat & elidat, hoc eſt, qua litem infringere vel annihilare, vel litigando prorſus in nihilũ redigere curat petitionem ſiue libellum actoris ſimul cum ipſius conclu-
4 ſione concepta. Sed de his ſciendum eſt, quod peremptoriæ exceptiones ad inſtantiam perimendam præcedere proponique debent ante litiſconteſtationem, quia ipſe etiam dilatoriæ ſunt, quales etiam ſunt exceptiones propoſitæ contra explotum, aut contra executionem, vel contrà commiſſionem, vel cõtra procuratorium, &c.
5 Peremptoriæ verò exceptiones ad perimendum actoris petitionem, libellum & concluſionem, eæ poſſunt proponi, & ante & poſt litiſconteſtationem. Huiuſmodi ſunt. Præſcriptio, Trãſactio, Liberatio, Pactum de non petẽdo. Rei iudicatæ. Quod vi, Quod
6 metus cauſa, & ſimiles aliæ. Nouationis exceptio etiam eſt peremptoria, Dicitur autem Nouatio prioris debiti in aliam obligationem, nempe in ciuilem vel naturalem commutatio. Teſte Vlpiano iureconſulto, in principio l. Primæ. ff. de nouationib. vbi ipſe tractaturus de nouationibus ne per ignota probet ignota, exemplo docet, quid ſit nouatio. Verbi gratia. Ego fui tibi obligatus in centum libris groſſorũ monetæ Flandriæ, ſoluendis tantũ cum Rex catholicus Hiſpaniarum reuerſus erit ex Hiſpaniis, & interim per nouam obligationem conuentum eſt inter nos, quod dictas centum libras groſſorum monetæ Flandriæ ſine cõditione vlla perſolutam in feſto Paſchæ, anno 1567. Acceptilationes & ſolutionum Apocæ, omnes actiones obligatorias perimunt. Idem quoque efficit obligationis renunciatio. Quin & com-

& compenſatio eandem habet efficaciam, & obligationem perimit. Cæte-
7 rum exceptiones quoque rei iudicatę
ſunt proponendæ ante litiſconteſtationem, ſimul ad proceſſum impediendum, & ad inſtantiã perimẽdam. Sed poſt litiſconteſtationem proponẽdæ erunt ad obtinendum in principali, quemadmodum etiam proponendæ ſunt tranſactiones, liberationes, præſcriptiones, ſolutiones, quæ proponi poſſunt vſque ad concluſione in cauſa. Sed hoc notandum eſt, de exceptionibus rei iudicatæ, quod in ipſis debeant tria concurrere, ſcilicet quod iudicatum ſit inter eaſdem partes, item quod pro eadẽ re, & quod ex eadem
8 cauſa. Sed & hoc poſtremò notandũ
eſt, quod quiſquis exceptionem vllã debiti proponit, is quoque tacitè debitum fatetur, ideoque in multis curiis iudex ordinat reo vt cõſignet (vulgò) vt nãptizet, potiſsimũ ſi id actor expoſcat, certè niſi reus de ſolutione debita aut de pacto nõ petendi, veris probationib⁹ ilicò & apertè cõſtaret.

CAPVT CXXXVII.

De Præſcriptionibus.

Summæ.

1 *Ioan Franciſ. Balbus præſcriptionum collector diligens.*

2 *Præſcriptionis allegatio, peremptoria eſt exceptio.*

3 *Præſcriptiones aliæ ſunt* {
- *Trium annorum.*
- *Decem annorum.*
- *Viginti annorum.*
- *Triginta annorum.*
- *Quadraginta annorum.*
- *Centum annorum.*
- *Infinitorum annorum.*

4 *Præſcriptio* {
- *Trium annorum, locum habet in* { *Vtenſilibus.* & *Rebus mobilibus.*

5
- *Annorum decem.*
- *Annorum viginti.*
- *Annorum triginta.*
- *Annorum quadraginta.*
- *Annorum centum, &c.*

} *locum habet in* { *Fundis.* & *Rebus incorporalibus.*

6 *Ad præſcriptionem rei corporalis.* {
- *Contra præſentes, requiritur.* { *Titulus.* *Tempus 10. annorum.* *Continuatio temporis.* *Bona fides.*

7
- *Contra abſentes requiruntur* { *Titulus.* *20. annorum poſſeſſio.* *Continuatio.* *Bona fides.*

8 *Præſcriptio* 30. *annorum requirit* { *Pacificam poſſeßionem* / *Continuam poſſeßionẽ* / *Bonam fidem* } 30. *annorum.*

9 *Præſcriptio* 40. *annorum fit contra* { *Eccleſiam* / *Principem* / *Regionem* / *Ciuitatem* } *& requiritur* { *Titulus.* / *Continua poſſeßio.* / *Bona fides.* }

Præſcriptio
- *Contra*
  - 10 *Eccleſiam particularem, requiritur tantum poſſeſ.* 40. *annorum.*
  - 11 *Eccleſiam Romanam requirit* { *Titulum.* / *Poßeß.* 100. *annorum.* / *Continuationem.* / *Bonam fidem.* }
- 12 *Infinita, fit in* { *Dominiis* / *Iuriſdictionib.* / *& aliis reb. incorp.* } *requirit* { *poß. annorũ ſine memo.* / *poß. continuam.* / *bonã fidem præſcribẽtis.* / *Vſum talis ſeruitutis.* / *Vſum publicum & notũ.* }

13 *Hypotheca onerata per præſcriptionem* 10. *annorum liberatur.*

14 *Præſcribere nunquam poteſt poßeßor malæ fidei.*

Feudum
- 15 *Quibuſdam non eſt præſcriptibile.*
- 16 *Zaſio præſcribitur.* 30. *annis.*
- 17 *Eccleſiæ & Reipub. præſcribitur* 40. *annis.*

18 *Res*
- *Feudi nomine poßeßa, poſt* 30. *annos, orta lite iuramentum requirit.*
- *ſed*
- *Pignoris titulo poßeßa, poſt* 30. *annos, orta lite non eget* { *Iuramento.* / *aut* / *Tempore vllo.* }

19 *Nemo poßeßionis titulum ſibi mutare poteſt.*

20 *Fundus fit feudalis, quando per* 30. *annos is pro feudo tenetur, & ſeruitia recipit.*

Decimæ
- 21 *Non ſunt præſcriptibiles à Laicis.*
- *Sed*
- 22 *Sunt præſcriptibiles ab Eccleſiaſticis.*

Laicus decimas poßidere non poteſt
- 23 *Vllo modo.*
- 24 *Sub titulo feudi.*
- 25 *Iure hæreditario.*
- 26 *Tranſlatione dominij.*
- 27 *Titulo diuturnæ poßeßionis.*

} *ergo nec eas præſcribere poteſt.*

28 *Reditus*
29 *Cenſus* } *qui dicantur.*

Reditus vel cenſus alij ſunt
- 30 *Fundales, & præſcribuntur* 30. *vel* 40. *annis.*
- 31 *Honorabiles* { *Non præſcribuntur per ſe.* / *Sed* / *Præſcribuntur ipſorum onera.* }

Pupillos,

Præſcriptio non currit contra
- 32 Pupillos, Minores, Prodigos, Furioſos.
- 33 Diu abſentes in negotio publico.
  - 34 Currit tamen contra abſentes voluntarie.
- 35 Milites, in militia exiſtentes.
  - 36 Currit tamen contra milites focarios.
- 37 Non valentes agere propter inundationem acceptam.
- 38 Eccleſiam tempore ſchiſmatis.
- 39 Eccleſiam vacantem ſuo Prælato.
- 40 Aliquem tempore peſtis.
- 41 Aliquem tempore belli.
- 42 Remp. aut Reip. vtilitatem.*
- 43 Vxorem pro dote.

44 Præſcriptiones omnes ſunt odioſæ, ideoque reſtringendæ.

Præſcriptio interrũpitur.
- Naturaliter
  - 45 Per inundationem.
  - 46 Per vim latronum.
  - 47 Per violentam exturbationem ex poſſeſſione.
  - 48 Quando aliquis diu poſſidere deſiit.
  - 49 Quando præſcribens laborauit mala fide.
  - 50 Quando præſcribens poſſeſſionem deſerit.
  - 51 Tempore ætatis pupillaris.
- Ciuiliter
  - 52 Per litiſconteſtationem.
  - 53 Per quaſi litiſconteſtationem.
  - 54 Per executoris conuentionem.
  - 55 Per ſupplicationem Principi exhibitam.
  - 56 Per ſupplicationem cuiuis Iudici exhibitam.
  - 57 quod
    - Aduerſarium conuenire non poteſt.
    - Aduerſarius ſit infans, abſens.
    - Aduerſarius ſit furioſus.
    - Aduerſarius ſit in dignitate conſtitutus.
  - 58 Per ſynodalem proclamationem.
  - 59 Per oraculum Principi oblatum.
  - 60 Per debiti agnitionem.
  - 61 Si præſcriptus rem præſcriptam nanciſcatur.

62 Litiſconteſtatio non interrumpit præſcriptionem vſucapionis.

63 Vſucapio interrũpitur ſola libelli oblatione
- Quandô reus eſt infans.
- Quando reus eſt furioſus.
- Quando reus eſt in dignitate conſtitutus.
- Per
  - Fructuum leuationem.
  - Pignoris dationem.
  - Proteſtationem.
  - Poſſeſſionem acceptam à ſolo ſatellite.
  - Non vſum poſſeſſionis,

64 Interruptio
- Naturalis prodeſt omnibus.
- Ciuilis tantum prodeſt illi per quem fit.

65 *Præſcriptio* { *actionem perſonalem cum ipſo tempore 30. annorum extinguit.*

66 { *actionem & vendicationem rei corporalis tribuit cuiuis poſſeſſori, præter quã domino.*

67 *Fide mala poſsidẽs nõ per actionẽ, ſed per exceptionẽ rẽ ſibi vẽdicat.*

68 *Lex & canones requirunt* { *Rem præſcriptibilem.* / *Longum tempus.* / *Iuſtum titulum.* / *Continuam poſſeſsionem.*

69 *Exceptio actionis eſt excluſio.*

70 *Præſcriptio habet vtile dominium, & rei vendicationem.*

71 *Acquiruntur* { *Vſucapione mobilia, cum directo dominio.* / *Præſcriptione immobilia, cum vtili dominio.*

72 *Hypotheca* { *Tollitur præſcriptione.* / *Non tollitur vſucapione.*

73 *Exceptio actionem excludit, aut verè, aut putatiuè.*

74.14 *Præſcriptio cum mala fide eſt inualida.*

75 *Præſcriptio introducta eſt* { *ex iure ciuili.* / *ob bonum publicum.* { *vt litibus daretur finis.* / *ad vitandos ſumptus.* / *ad tollendũ* { *errores* / *vel* / *confuſiões* } *litiũ.*

76 *Lex ciuilis non aufert dominium, quod eſt de iure gentium.*

77 *Aufertur dominium rei per* { *legem aut* / *per* / *Principẽ* } *ſed cauſa vtilitatis publicæ.*

78 *Præſcriptio dominium rei extinguit propter bonum publicum.*

79 *Præſcriptio contra eccleſiam priuilegiatam tempore centenario eſt inualida.*

80 *Priuilegium centenarium reſtringi debet hac clauſula (non obſtante, & non aliter)*

QVum præſcriptionis materia tam ſit fœcunda, perutilis, frequẽs, & ferè quotidiana, non ſolũ in iure canonico, ſed etiam in iure ciuili, vti copio-
1 ſiſsime oſtendit præclarus. V.I. Doctor D. Ioan. Franciſ. Balbus in ſuo tractatu præſcriptionum, mille, centum, quinquaginta ſex maximas columnas continente, idcirco non inutile me futurũ eſſe putaui, ſi de præſcriptionis materia ea quæ ad praxim ciuilem conducere videbuntur, huic libello, atque adeo huic capiti inſererem: reliqua verò quæ ad ciuilem praxim parum ſpectare videbuntur, licet non minus vtilia habeantur, ſtudioſo lectori apud D. D. Ioannẽ Franciſ. Balbum legenda permitto, aut ſi placet, vide in hoc libello meo caput 51. de lapſu temporis. Pro hac itaque præſcriptionis noticia ac declaratione certius habẽda, primò ſciendũ eſt, quod ſecũdũ cõmunẽ doctorũ opinionẽ, p̃ſcriptiõis allegatio, ſit ex-

ſit exceptio peremptoria, atque talis naturæ & efficatiæ, cuius eſt exceptio rei iudicatæ, quod non minus perimat, ſiue elidat petitionem, ſiue libellum, quã exceptio rei iudicatæ. §. Perpetuæ, inſtitu. de except. l. Tertia. ff. eod. titu. de exceptio. Et tam vna, quã altera, poteſt perpetuò allegari, & opponi, ob quod ambæ ſub exceptione peremptoria ſimplici continentur, de qua capite 136. iam proximo egimus.

3 Secundò notãdum eſt, quod permulti, imò pænè infiniti ſunt præſcribendi modi. Sunt enim nonnullæ præſcriptiones trium annorum, aliæ viginti annorum, aliæ triginta annorum, nõnullæ quadraginta annorum, alię ſunt præſcriptiones tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium. Harum plæraſque ordine ſuo (deo optimo fauente) declarabimus.

4 Præſcriptio itaque trium annorum locum habet in vtenſilibus, ac bonis mobilibus, nequaquam in aliis. Hæc autem præſcriptio trium annorum in iure vocatur vſucapio, vt inſtitu. de vſucap. in principio, & l. 2. C. in quibus cauſ. ceſſ. long. temporis præſcript. ad quam obtinendam tria concurrere debent, videlicet Titulus, Poſſeſsio trium annorum continua, & bona fides. Aliæ autẽ præſcriptiones
5 omnes, habẽt locum in fundis corporalibus, aut incorporalibus. §. Primo, verſic. Et ideo, inſtitu. de vſucap. Ad
6 obtinendam verò præſcriptionẽ fundorũ, aut ſimilium rerũ corporaliũ inter præſentes, quatuor concurrere debent, ſcilicet Titulus, Temporis diuturnitas decem annorũ, Poſſeſsio continua, & bona fides. Et ad obtinendã
7 poſſeſsionem per præſcriptionẽ temporis cõtra abſentes, debent adeſſe Titulus, Plena ac continua viginti anno-
8 rum poſſeſsio, & bona fides. In triginta annorũ præſcriptionibus poſſeſſori duo ſufficiunt, ſcilicet pacifica eaque continua triginta plenorũ ſiue cõpletorũ annorũ poſſeſsio, & bona fides. In hac enim poſſeſsione, ſiue præſcriptione nõ eſt neceſſarius titulus. In pre-
9 ſcriptionibus quadraginta annorũ, ſi poſſeſſor velit præſcribere contra eccleſiam in generali, aut contra Principem, aut cõtra ditionẽ, aut cõtra patriam, aut contra oppidũ, vel Ciuitatem, is debet habere & titulũ, plenã ac con-
10 tinuam quadraginta annorum poſſeſſionem, & bonam fidẽ. Sed ſi quis poſſeſſor velit præſcribere contra eccleſiam particularem, ipſi poſſeſſori requiritur duntaxat poſſeſsio quadraginta plenorum ſiue completorũ an-
11 norũ. In centũ cõpletorum ſeu in plenorum annorum præſcriptionibus, q̃ cõtra Eccleſiã Romanam currunt, nõ vnus, aut alter articulus ſufficit, ſed omnia ac ſingula prænarrata neceſſario requiruntur, l. Vt inter diuinũ, & Autentica. Quas actiones. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & c. Nemo 16. q. 3. & c. Si qui de præſcript. lib. 6. Bald. in l. Sicut, numero 18. C. de præſcript. 30. vel 40. annorũ.
12 Præſcriptio autem tanti temporis, cuius nulla in contrarium memoria exiſtit, ea habet communiter locum in materiis & poſſeſsionibus iuriſdictionum, ſeruitutum, & aliarum rerum incorporaliũ, ad quas præſcribendas quinque concurrere debent. Primo, nempe, temporis diuturnitas, ſecundum ſeruitutis qualitatem. Secundò, Poſſeſsio continua ſine vlla interruptione. Tertiò, Præſcribentis bona fides. Quartò, quod ea ſeruitute fuerit vſus, tanquam ſuo iure. Quintò & vltimo, quod ſuus vſus fuerit publicus, per viſum, auditum,

& per publicam vniuſcuiuſque notitiam, c. Primo & ibi ſcriben. de
13 præſcript.lib.6. Si quando contingat vt hypotheca onerata comperiatur, eadem iterum præſcriptione decem annorum cum bona fide exoneratur,
14 ſi tanto tempore ea onera incognita, & nō ſoluta fuerint. Dixi ſæpius de bona fide, quę in præſcriptione requiritur, quia poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribere poteſt, vt habet vulgata iuris canonici regula. Poſſeſſor, de regu. iur. lib. 6. vbi latiſsimè vide D. Dynum tractantem. Quis malæ ac bonæ fidei poſſeſſor dicatur? quis item præſcribere, ac non præſcri-
15 bere poſſet. De feudorum autem prę ſcriptionibus hoc notandum eſt, q. Feudum (vt nōnullorum eſt opinio) non ſit inter dominum feudi & vaſſallum præſcriptibile, & allegant Titulum 55. incipientem. Imperialē decet ſolertiam, & c. de prohib. feud. a-
16 liena. per Frederi. Alij tamen contrariā habēt opinionē, quorum vnus eſt D. Vdalricus Zaſius iuriſcōſultus inſignis, qui in ſua vſus feudorū epitome cōmōſtrat, quomodo feuda cōſtituātur, & quid iuris vaſallus ex ipſis conſequatur, parte ſexta, pagina libri, quē ego habeo 3'. Vbi ait notādū eſſe quod feudū etiā præſcriptione acquiratur, ſic vt ſi quis p triginta annos rē domini pro feudo tenuiſſet, & tanto tempore ipſi debita ſeruitia præſtitiſſet, is iam tale feudum etiam ſine inueſtitura præſcripſiſſe dicendus eſſet c. Primo. §. Si quis per 30. annos. Si de feud. defunct. conten. ſit inter domi. & agna. vaſal. in vſib feudo. Et hic quoq; dicendū eſt ſufficere ſemel tùm condigna præſtitiſſe ſeruitia, dūmodo poſtea triginta anni ſubſequātur, ita vt per eoſdem triginta ſinguſos annos ea præſtare ſeruitia neceſſe non fuerit, fa.c. Cum de beneficio, de præben. lib.6. & notatur in c. Cum ec-
17 cleſia Sutrina, de cauſ. poſſ. & proprieta. Hæc autem opinio vera eſt in feudis ſecularibus. Nam in feudis, ac rebus eccleſiæ, & in rerum publicarum bonis, ad præſcriptionem, quadraginta anni requirerentur, quam diſtinctionem ponit And. de Iſer. in d. §. Si quis per 30. annos, & ibi Aluaro. allegat, l. Inanem. C. de fund. patrimonialib. libr. 11. & l. Prima. C. ne rei domi. vel templo. Non enim præſumitur derogatum eſſe eccleſiæ, & rebus publicis per iura feu-
18 dalia. Prxpoſi. ibi. Sed hoc interim de præſcriptione rerum feudalium, & rerum quæ pignoris loco poſsidentur notanda eſt differentia, quod ſi poſt triginta annorum curriculum controuerſia incideret, non eſſet neceſſe quod vaſallus ſuper feudali re iuramentum loco probationis præſtaret, gloſ. in c. Primo de conſuetud. rect. feudi. Sed ſi aliquis rē domini à principio pignoris loco tenuiſſet, & triginta anni decurriſſent, neceſſum eſſet, quod is iuramentum præſtaret, quia tempus poſſeſſorem à ſacramēto nō releuat. c. Finali, de feud. da. in vi. leg. commiſ. Imò tempus hoc quantumuis longum non ſufficeret, poſtquam de pignoris titulo conſtaret. Nec eſt quod quiſquā putet ſe poſſe mutare pignoris titulum, & alium ſuæ poſſeſſionis poſſe prætexere titulum, quia nemo poſſeſsionis titulum, aut cau-
19 ſam ſibiipſi mutare poteſt. Id enim ſi quis faceret, poſſeſſor eſſet in mala fide, quæ temporis curſum etiam in feudis impedit. Præpoſit. in d. c. Si quis. Sed hic quæritur. Quid de domino feudi dicendum ſit, qui à me

per

per annos 30. de eo fundo ſeruitia recepit feudalia, hoc eſt, qui ſub feudi nomine, imò qui à me per 30. annos permiſit ſibi præſtari de eo fundo iura & ſeruitia feudalia, non ſecus quam ſi is fundus verè feudalis eſſet, de eo
20 (inquam) fundo quæritur an feudalis ſit habenddus an nõ? Ad quã quæſtionem reſpõdendum eſt affirmatiuè, quod ob ſeruitia illa admiſſa planè fact' ſit feudalis. Ita enim tenet Speculator in titu. de feud. §. 2. Secũdò quæritur, Bald. in d. §. Si quis, qui allegat l. Finalẽ, de acceptilat. & ad hãc aſſertionẽ facit natura correlatiuorũ. Ex his monſtratis cõſequitur, quod dominus feudi etiã libertatẽ eiuſdẽ feudi præſcribere & annihilare poteſt, ſi eã rem feudalem tanto tẽpore pro libera poſſediſſet, ita quod intra tantũ tẽpus triginta annorũ nullus vaſallus talẽ rem feudalem pro feudo & in ea libertate poſſediſſet, & vſus fuiſſet. Nã tunc vtile dominium cum directo cõſolidatur quod eſt notabile. Bald. & Præpoſitus, in d. §. Si quis allegãt arg. in l. Si hæres. Ad Trebelli. & Guilhel. in l. Si quis emptionis. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Secus verò eſt de eccleſiarum de-
21 cimis, atque de earundem feudis. Decimę enim ſacrarũ eccleſiarũ nũquam ſunt per laicos præſcriptibiles c. Cauſam quæ, & ibi Doctor, & Hoſtieſ. extra de præſcript. Io. And. & Bartol. in c. Primo de cenſib. Freder. de Senis cõſilio incipiente, laicus de prædio, & c. Prohibemus, extra de decimis. Quæ quidem authoritates diligenter obſeruandæ ſunt cõtra quoſdam laicos, qui ſe aliquando in cõductis decimis præſcriptione longi temporis tueri conãtur, ſcilicet, vt decimas diu ab ipſis habitas, & poſſeſſas ſe optimo iure perpetuò poſſidere poſſe putant, ſed fru-

ſtrà, vide c. Peruenit, de cẽſib. vbi gloſ. dicit. Quod eccleſia quidem cõtra ec-
22 cleſiam gaudet præſcriptione triginta annorũ, ſi ſine interruptione decimas poſsideat. Laicus verò nullo modo ca-
23 pax eſt decimarũ c. Tua, primo, & c. Dudum, de decimis. Quin & ſine pręcepto, laici eas poſsidere non poſſunt
24 c. Vltimo 16. q. 2. Nec etiã poſſunt decimas ſub nomine feudi tenere, niſi illas pri' habuiſſent ante decretũ Vrbani papę 2. factũ anno Domini milleſimo nonageſimo ſexto. Aut (vt alij dicũt) niſi eas habuiſſent ante cõciliũ Lateranenſe celebratum Romæ, per Alexandrũ 4. an. Dom. milleſimo cẽteſimo ſeptuageſimo nono, vt p Henricũ Bohic. in c. Quãuis, de decimis. Neq;
25 poſſunt decimę etiã per laicũ poſsideri iure hęreditario c. Ad Decorẽ, extra de inſtitut. in verſiç. Nec ſanctuariũ. Poſſeſsio ẽm eſt ius inſiſtẽdi reb' poſ-
26 ſideri nõ prohibitis. Similiter nec poteſt cũ laico, de decimis fieri cõtract' vll', pquẽ dñium directũ vel vtile trãſ-
27 feratur. Talis ẽm trãſlatio rei ſpiritualis eſſet alienatio d. c. Quãuis. Neq; etiã valet pręſcriptio ppter cõſuetudi-
28 nẽ cujuſcunq; tẽporis cum ipſis Laicis: quod omnia iura cõtra eos inſurgant, vt in c. Cauſam, extra de præſcript. & in c. Ad decimas, de reſtitu. ſpoliato. lib. 6. Ita tenuit D. Frãciſ. Mingõ cõmẽtator cõſuetud. Ducat' Andegauẽſis, titu. de pręſcript. articu. cccc. xxxi. nu. 3. 4. 5. 6. 7. fol. li. mei. cc. xxxix. Porrò de pſcriptiõe redituũ & cenſuũ hic paucula obſeruãda ſunt. Sed pri' ipſo-
29 rũ differẽtiã, & diuerſitatẽ nota. Reditus itaq; ſunt puẽtus annui, q quotannis ad dñm lucrati redeunt. Horũ alij ſunt ppetui, alij vitales, oẽs tamẽ aut fundales, aut honorabiles, fundales q ex fũdis, domib', caſtris, aut ciuitatib'

proueniant, & ſuper eis hypothecati
30 ſint. Honorabiles, qui ex dominiis
aut ditionibus proueniũt. Cenſus au-
tem ferè ſunt,qui ex agrorum,aut vil-
larum locationibus redeunt, vnde &
hi anni etiam reditus dicuntur, ſunt-
que aut fundales,aut honorabiles. De
his Ouidius.2.de Ponto, ſic ait. At re
ditus iam quiſque ſuos amat; & ſibi
quid ſit.Vtile,ſolicitis ſupputat articu
lis.De huiuſmodi igitur reditibus, &
cenſibus notandũ eſt, quod qui ſunt
fundales,illi præſcriptione 30.aut 40.
annorũ euaneſcunt, & quaſi exoleſ-
cunt. Qui verò honorabiles ſunt, illi
nullo tẽpore ſunt præſcriptibiles,qua
31 tenus ſoluũtur ex cauſa dominij,ditio
nis,principatus,aut imperij.l.Cõpetit
vbi oẽs Doctores notant. C. de præ-
ſcrip.xxx.vel xl.an.Panor.in c.Ad au
dientiã,col.vltim. extra de præſcript.
Quod addo propter quędã dominia,
annuis reditibus onerata, qui quotan
nis ſoluendi ſunt, non ratione domi-
nij,ſed cauſa oneris impoſiti,quod ſo
lutionis on⁹ (vt alij reditus fundales)
eſt cũ certò tẽpore, ſcilicet 30.aut 40.
annorũ præſcriptibile. Cõtra pupillos
32 quoq;,minores.25.an.cõtra prodigos
& furioſos nõ cadit vlla tẽporis præ-
ſcriptio. teſte D.Barto.à Chaſſeneo in
ſuis commentariis cõſuetudinũ Du-
catus Burgundię. Titu. *des iuſtices*.§.
8.in verb. *Et Iour*. nũ. 28. folio libri
quem ego habeo 81. quia præſcriptio
in ætate pupillari, vel in ætate mino-
ris,prodigi, ac furioſi dormit, vt ha-
bet l.Sicut, & Bald.in l.Cũ notiſsimi
C.de præſcript.30. annorũ. §.Imò.2.
colũ. Addo Panor in c. Cũ nõ liceat.
3.colũ.de præſcript.verſic.vltim.gloſ.
diuiditur, & Barto.in l.Etiam 1.colũ.
de minoribus. Reliquos autem caſus
in quibus præſcriptio dormit vide a-
pud Panor.in c.Ex tranſmiſſa.in 2.&
3.colum.de Præſcript.De Prodigo ac
furioſo gloſ.in l.2.C.de curato.furio.
& Bald.in l.Finali.1.columna, in ver.
Quid autem de furioſis. C. In quib.
cauſ.in integ. reſtitu.non eſt neceſſar.
Et Autentica.niſi C.de bo.mater.Ne
que item valet præſcriptio contra e-
33 os,qui diu abſuerunt in cauſa neceſ-
ſaria, aut ob legitimam excuſationis
cauſam,veluti,qui diu abſentes occu-
pati fuerunt in negotiis reipub. Titu
lus enim quo vacarunt reip. cum bo-
na fide,ſaltem cum effectu eos à præ-
ſcriptione excuſat, imò & ſi præſcri-
ptio rerum fuiſſet decreta,ipſa reſcin-
denda erit, & res eædem in integrum
repetendæ l.1.& 2. etiam l.6. quæ in-
cipit. Ab hoſtibus. C. Quib. nõ obiic.
long. tempor. præſcript. Dixi autem
de abſentia neceſſaria, & de occupa-
tione in rep. quia ſi quis non neceſſa-
34 riè, ſed voluntariè diu abeſſet, talis
voluntaria abſentia à præſcriptione
temporis cum effectu nõ excuſaret,
l.Prima,& l.Quod tẽpore militiæ.C.
de reſtitu.milit.& eor.qui reipu.cau-
35 ſam abſuerunt. Neque etiã currit præ
ſcriptio cõtra armatæ militiæ milites,
& in militia exiſtentes,ſaltẽ effectua-
liter. Nam & his etiam ſi præſcriptio
adiudicata fuiſſet,poſtea adiudicanda
erit reſtitutio.d.l.1. & 2. & l. Ab ho-
ſtibus.C.Quic.non obiicit.long.tem
por. præſcript. & l.1. & l. Quod tem
pore. C. de reſtitu.mili. Dixi quoque
36 de militibus in militia exiſtentibus,
propter milites quoſdam delicatos
& focarios, domi apud vxores, &
in foco delitantes, qui quamuis mi-
litum titulo & priuilegio gaude-
ant, nihil tamen boni veríque mili-
tis habent, ideoque nec militis nomẽ
merentur, & per cõſequens taliũ lõga
abſentia

abſentia ſub inani titulo militiæ ipſos à præſcriptione non excuſat .l. Finali. C. Quib. non obiic. long. temp. præ-
37 ſcript. Contra impotentes, aut non valentes agere, non currit præſcriptio .l. 1. §. Si quis propter inundationem .ff. de itine. actu. priuat. Ita tenet d. Bertholo. à Chaſſeneo in ſuis commentariis conſuetudinũ ducatus Burgundiæ. Titu. *des cauſes*. §. 2. in principio. nu. 35. folio lib. mei. CCC. XLVIII.
38 l. 1. in fine. C. de anna. except. Neque etiam currit præſcriptio contra eccleſiam in ſchiſmate exiſtentem, loquendo de centenaria præſcriptione, quæ ſolum currit contra Romanam eccleſiam, ſed tempora ſchiſmatum deducantur. c. Cum nobis. ext. de præſcrip.
39 Nec etiam currit præſcriptiò cõtra eccleſiam vacantem, quia tunc ipſa legitimo defenſore caret, vt extra. Ne ſed vacan. aliq. innouetur per totũ, ideoque eo tempore durante dormit præſcriptio. teſte gloſſ. in verbo. Si autem non fuerit. in. d. c. Primo. Quod intelligit Archidiac. tam de interpretatiõe
40 quàm de verè vacante eccleſia. Neque item præſcriptio temporis currit tempore epidimeæ aut peſtis. Peſtis enim ſuperueniens omnẽ interrumpit præſcriptionem, ſecũdum Barto. in. l. Naturaliter. §. 1. ff. de vſucap. vbi idem di-
41 cit, de bello. Nam neque belli tempore vlla præſcriptio currit. c. Ex trãſmiſſa. ext. de præſcriptionib. imò illud tẽpus de præſcriptiõe ſubducitur, &c. c. Prima actiõe. 16. q. 3. l. Poſtliminium. ff. de capti. & poſtlimi. reuerſ. & l. Ab hoſtibus. C. Quibus non obiic. long. tem. præſcri. Bald. in. l. cum notiſsimi. §. Imò. C. de præſcript. 30. anno. & docto. Canoniſtæ in. d. c. Ex tranſmiſſa, vbi dicunt præſcriptionem dormire tempore peſtis & belli. His autem finitis & ceſſantibus, tẽpora continuan-
42 tur, vt ibi per Innoc. & Abba. Nec præſcriptio currit contra rempub. aut contra communẽ profectum ac vtilitatem. l. 2. in fine. C. Quib. non obiic. long. tempo. præſcript. Neque contra fiſcũ in re fiſcali. §. Primo. &c. §. Res fiſci. inſtit. de vſucap. & longi tem. præſcriptionibus, &c. c. Cum nõ licet, iuncta gloſ. in verbo. Non obſtante. extr.
43 de præſcrip. Nec etiam cõtra vxorem pro dote & matrimonio durante vlla valet pręſcriptio. l. in rebus. §. Omnis C. de iure doti. et. l. Cum notiſsimi. §. Illud. C. de præſcrip. 30. vel. 40. anno. Sunt prætereà alij multi caſus, in quibus nulla currit præſcriptio, quos tamen breuitatis cauſa hic omittimus, & ſtudioſos ad tractatum d. Io. Fran-
44 ciſ. Balbi remittimus, hoc interim cõmonẽtes, quod præſcriptiones omnes in iure ſunt odioſæ, ideoq; reſtringendæ, & nunquam ampliandæ. Item reſtringendæ ſunt, quod ad alias res non trahantur, iuxta vulgatam regulam: Odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari. de regu. iur. lib. 6. Sed quia hactenus monſtrauimus, in quibus modis præſcriptio currat, & non currat, reſtat nunc videndum, quibus modis & cauſis præſcriptio interrumpatur. Pro quo ſciendum eſt, quod præſcriptio interrũpatur, ſcilicet, naturaliter
45 & ciuiliter. Naturaliter interrũpitur per inundationem maris vel fluminis, vel quando aliquis per latrones, vel per alios modos de poſſeſsione violenter eiicitur. l. Cum vnus. §. Final. ff. de
46 bo. auto. indic. poſsiden. vti textus. Si propter naturam rei, veluti ſi prędium inundatum ſit, aut propter latronum potentiam non poteſt poſsidere, rectè dicitur non eſſe, quod poſsideatur.
47 Huic paria ſunt, rẽ non poſſe reperiri,

&rē non poſſe poſsideri.l. Qui vniuer
ſas. §. Item. Quod à mari. ff. de acqui-
ren.poſſeſ. vbi Paulus Iureconſultus.
48 Item quod à mari vel à flumine occu-
patum eſt, id poſsidere nos deſiuimus.
Item naturalis habetur præſcriptionis
interruptio, quādo aliquis longo tem-
pore poſsidere deſiit, ſicut opinatur.
Ioan.l. furtum. ad finem. ff. de vſucap.
Item eſt & forte quaſi naturalis inter-
ruptio ſecundum canoniſtas, quando
ſcilicet, præſcribens in aliqua parte tē-
poris habuit malam fidem. Item quan
49 do præſcribens poſſeſsionem deſerit
& relinquit, ita vt eam amplius non
50 poſsideat. Item interrumpitur natu-
raliter pręſcriptio à tempore ætatis pu
pillaris, id eſt ab eo tēpore quo paren-
tes obierunt, & proles ſub tutela eſſe
51 cœpit. Hoc enim tempore durante, pu
pillus ſe cōtra pręſcriptionē tueri non
potuit. Ciuiliter autem interrumpi-
tur præſcriptio multis variiſq; modis.
52 Primò per litiſconteſtationem .l. Nec
bona. C. de præſcript. long. temporis.
Secundò, per quaſi litiſcōteſtationem
53 vtpore per denunciationem factā co-
54 lono in iudicium vocato .l. Secunda.
C. Vbi in rem act. exer. deb. Vel per
ſolam executoris conuentionem.l.
Cum notiſsimi, primo reſponſo .C.
de præſcript. 30. 40. annor. quæ quaſi
55 litiſconteſtatio dicitur. Item. Per ſo-
lam oblationem precum factam Prin
cipi. Et per tales preces, quæ in annali-
bus inſcribuntur, aut in prætoriis ac-
tionibus locum habent. l. 1. & .2. C.
Quando lib. princ. dat. lit. conteſta. fa-
cit. & .l. Vt perfectius. C. de anna. ex-
56 cept. Item per ſolam ſupplicis libel-
li oblationem, coram quocunque iu-
dice etiam ea fiat. Imò etiam ſi ob iu-
dicis inopiam, aut defectum fiat co-
ram quibuſuis perſonis publicis & ho
57 neſtis. In quo libello aliquis conque-
ritur, quod aduerſarium ſuum conue-
nire non poteſt, nempe, ob aliquem
4. ſequentium caſuum, vel quod in-
fans ſit, vel furioſus, vel in dignitate
conſtitutus, vel quod ſit abſens. d.l. Vt
perfectius. Vbi & lex iſtud requirere
videtur, vt conteſtatio fiat apud domi
cilium poſsidentis, & idem legitur,
16. q. 3. §. Poteſt, verſi. Is autem. Idem
quoque videtur dicendum eſſe, & in
quinto caſu, quādo, ſcilicet vultus ad-
uerſarij (vt textus verbis vtar) terribi-
lis eſt, non minus propter dignitatem,
quàm propter ipſius diuitias, vel pro-
pter ipſius potentiam, & malitiam,
qua fortaſsis conquerētem ſtatim in-
terficeret. l. Generaliter. §. ſin autem,
verſic. ipſe autem .C. de rebus cred.
& iure iurand. l. 2. C. De his qui pro-
58 pter met. iudic. non appel. Item ci-
uilis interruptio fit per ſynodalem
proclamationem. c. Sanctorum. extr.
59 de præſcript. Item per ſacrum oracu
lum Principi oblatum, ſecuta poſt-
modum conuentiōe per executorem
.l. Sicut in rem .C. de præſcript. 30.
60 annorum. Item, per debiti agnitio-
nem, ſecundum cautionem & vſura-
rum ſolutiones. l. Cum notiſsimi. §.
Sed &. & .l. Si quis emptionis. §. Fi
nali .C. de præſcriptio. 30. annor.
61 Item. Si is contra quem præſcri-
bitur, rei quæ præſcribitur poſtea
nanciſcatur poſſeſsionem. Quæ
quidem interruptio litiſconteſtatio-
nem imitatur, ipſius vim habere
cenſetur. l. Cum notiſsimi. §. Imo. C.
de præſcript. 30. annor. Ideoque hæc
interruptio etiam naturalis eſſe vide-
tur, & fortius quàm ciuilis operatur,
vt notatur in d. §. Et eſt hoc loco
notatu digniſsimum, quod per litiſ-
conteſtationem, ipſo iure (vt & ſu-
pra

pra diximus) præſcriptio interrumpatur. Secus verò fit in vſucapione
62 triennij, quæ per litiſconteſtationem non interrumpitur. Et ſi quis per eam interrumpere vellet, pręſcriptio triennalis ſemper curreret contra actorem etiam ſi per iudicis officium ipſi probanti intentionem ſuam, reſtituatur res vſucap. l. 2. §. Finali. ff. pro emptore. & l. Si poſt acceptum. ff. de rei ven dica. In quatuor tamen caſibus vſuca pio ipſo iure ſola libelli oblatione interrumpitur. Primò, quando reus eſt infans. Secundò, quando furioſus eſt.
63 Tertiò, quando in dignitate conſtitutus eſt. Quartò, Vſucapio interrumpitur per fructuum leuationem & collectationem, aut per pignoris dationem, per proteſtationem, per ſimplicem à ſatellite poſitionem in poſſeſſionem, & ſi poſſeſſor etiam illa non vtatur, interrumpitur tamen his mo-
64 dis præſcriptio ciuiliter. Sed hoc loco notandum eſt, quod licet naturalis interruptio omnibus proſit, ciuilis tamen nulli prodeſt, niſi illi, per quem fit, nec etiam vlli obeſt, niſi illi, contra quem fit. l. Intra quatuor. ff. de diuerſ. & tempora. præſcript. & l. 2. §. præſcriptio. ff. ne de ſtatu defunct. poſt quinq. quæratur. Sed hic quæri poſſet quis ſit præſcriptionis effectus. Ad q; reſpõdendũ eſt, q; primus pręſcriptionis effectus eſt, q; actiones perſonales
65 tollat. Iſtę enim oẽs per pręſcriptiones omnino perimũtur, elapſo tẽpore 30. annorum. Extinguũtur enim quando perſonæ viuere deſinunt, ſicut extinguuntur reditus vitales, quod probatur per communem maximam, ſcilicet, Solutione eius rei quæ debetur omnis obligatio tollitur, vt inſtitut. Quibus mod. tollit. obliga. ſed is qui præſcribitur ſimilis eſt ſoluenti ſiue ſatisfacienti. l. Si pupillus. ff. de admini ſtrat. tutor. ergo per præſcriptionem, ſicut & per ſolutionem perſonalis actio extinguitur, quia de ſimilibus idẽ eſt iudicium. Neque valent vlla argumenta in contrarium, quia expreſſum eſt in. l. Sicut in rem, & l. Omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. ergo in perpetuum nõ reuiuiſcunt ſemel extinctæ. l. Qui res. §. Aream. ff. de ſolu. Hæc enim non ex ipſo iure intelligas oportet, ſed ope & vi exceptionis co ram iudice factæ, & probatæ, vt innuit. l. Illa. Sicut in rem, in principio ibi, ſed ſi quas res &c. Alioquin enim quilibet poſſet agenti illudere & dicere. Ego tibi nec reſpondere, nec ſoluere teneor, quia iam præſcripſi. Quibus illuſoriis tergiuerſationibus vt occurratur, dicendum eſt, quod actiones perſonales vltra. 30. annos non viuant, ſed extinguantur, vt ait. l. Sicut in rem ſæpe prællegata. Quam legem etiam intelligas oportet, quo ad effectum, non quo ad tempus, alioqui tempus non eſſet modus tollendæ obligationis. l. Obligationum. 2. §. Placet. ff. de actio-
66 nibus & obligationib. Secundus præſcriptionis effectus eſt, quo ad res corporales, de quibus volunt leges, vt ſi quis præſcripſiſſet aliquã rẽ bona fide. 30. an. is haberet vtilẽ rei vendicationẽ, cõtra quẽlibet aliũ poſſeſſorem, præterquam cõtra dominũ. Et hoc eſt q; innuitur. l. Pe. §. Si verò mala fide, ibi. Ita tamẽ &c. ſecundũ Azo. Neque huic obſtat q; Pla. cõtra ſenſerit, dicẽs q; etiam contra dominũ detur vẽdicatio rei. Legi enim potius quàm vni iu riſconſulto habenda eſt fides. Ideoque
67 dicẽdum eſt ſecundũ. d. l. Quod is qui mala fide poſſedit per. 30. annos, is non poterit habere veram rei vendicatio-

catione͞ ſub titulo præſcriptionis, ſed tantùm exceptionem, & non veram actionem: niſi fortaſsis cõtra eum, qui ipſi abſtulit vel ſubripuit, vel niſi contra eum, qui propter contumaciã eiuſdem præſcriptoris, & poſſeſſoris poſitus eſſet in poſſeſsionem, cauſa rei ſeruandæ. Quo caſu talis præſcriptor intra annum ſe offerre, & ſatiſdando ſe iudicio ſiſtere deberet, atq; ita demum poſſeſsionem recuperaret, vti notatur. l. Si quis emptionis. C. de pręſcrip. 30. vel 40. anno. Et. c. Pręſcriptionum. 16. q. 3. Sed ita in ciuilibus. Nã ſecundum Canones, & quo ad laicos, vel etiã quo ad res patrimoniales clericorũ, effect⁹ tricenariæ præſcriptionis & bona fide continuatæ, talis eſt, qualis eſt, ſecundum d.l. vt tamen intelligas hoc, quod dicit de mala fide correctum. Sed quo ad eccleſiaſticas præſcriptiones, & eccleſiaſtica negotia, effectus quadrigenariæ præſcriptionis videtur eſſe talis, qualis eſt ſecundum leges, effectus lõ-
68 gæ præſcriptionis. Quia ſicut lex in lõga pręſcriptione requirit bonã fidem, & iuſtum titulum, deinde requirit vt res ea ſit præſcriptibilis, & vt cõtinuationem poſſeſsionis oſtendat, ſic etiam & canones in longiſsima præſcriptione requirunt bonam fidem, iuſtum titulum, præſcriptibilitatem, & poſſeſſionis continuationem. Ideoque talis effectus eſt, vt acquiratur except. contra dominum rei, vel cõtra creditorem habentem eandem rem obligatam. l. Si quis emptionis in principio. C. de præſcrip. 30. vel. 40. annor. l. Finali. ff.
69 de actionib. & obligationib. Quocirca quia exceptio actionis eſt excluſio. vt habet. l. 2. ff. de exceptionib. ideo apparet quod dominus antiquus, vel primus actione͞ habeat, qua rem ſibi vendicare contra quemlibet poſſeſſorem poterit, pręterquam contra illum qui præſcripſit, vel contra eum, qui ab eo-
dem cauſam habet. Præſcriptor enim 70
habet vtile dominium. l. 1. & Autentica ibi ſignata. C. de bo. mat. ſed præſcriptionem oportet eſſe triennalem, ſicut elicitur ex autentic. de nupt. §. Si verò expectet, in fine, colla. 4. Et ideo is præſcriptor triennalis, iuxta eum autenticum, vtilem rei ve͞dicationem habere poteſt, etiam contra primum dominũ. Nam lex dicit per præſcriptionem mutari domin[illegible]. l. Eum qui hæredes. ff. de vſuca. & ad idem. §. 1. inſti tu. de vſuca. per quæ iura. M. not. dominium directum acquiri. Ideoque tam pro ſecundo quàm pro primo domino iura conſiſtunt, quia in textu illa diſtinctio de vtili dominio expreſſe dicta non reperitur, niſi in conſtitu. feud. de feud. nõ alie. ſine conſen. ma. d. in rubro & nigro, & ſecũdum hanc conſiderationem ſequentes collabaſcunt rationes, quę videntur eſſe in cõtrarium. Si enim per ſolum vſum acquiratur directum dominium, vt notatur in rub. de vſuca. rerum pro ſuo. §. Si quis ſit eius effectus, quare etiam non acquiritur idem directum dominium, ſed tantum vtile dominiũ cum præſcriptione longi temporis, cùm tamen eadem requirantur in long. tempo. præſcript. quæ in vſuca. imò etiam maius tempus requiritur. Ad quod reſpondendum eſt, quod per vſucap. ac-
71 quiruntur mobilia, per præſcript. verò immobilia. Et mobilia certè facilius mutãtur, & ad alios tranſeunt dominos, quã immobilia, vt innuit ipſa vocabulorũ ratio, nempe dicta bona mobilia, q, facilè moueantur & mutentur, immobilia, quod non mutentur, aut quod ægrè mutẽtur. Et etiam probatur per. l. Si re͞ mo. ff. de acquir. poſſeſ.

72 poſſeſ. Sed contra hæc quæri poterit, quę ſit ratio quod per prę ſcriptionem tollitur hypothecaria .l. Si quis emptionis. C. de præſcript. 30. vel. 40. anno. & non per vſucap. l. 2. §. cum prædium. 1. ff. de pignorib. l. Iuſto. §. Non mutat. de vſucap. Ad quod reſponden
73 dum eſt, hanc eſſe cauſam, quia p prę ſcriptionem acquiritur exceptio, quæ omnem actionē excludit. c. Ad aures de præſcript. Sed per vſucapionem acquiritur dominiũ, cuius dominij intentio eſt à quęſtione pignoris ſeparata, vt in d. §. Cum prædium, ſecũdum Ioan. Azo. Et quamuis per vſucapionem dicatur exceptio acquiri, vt habet. l. In rebus. §. omnis autē. C. de iure doti. Hoc tamen dictæ reſponſioni non obſtat, ſed ambo conſiſtere poſſunt. Nō enim abſurdum eſt, quod aliquis ratione proprietatis acquiſitę excipiat. Nam cum alicui datur proprietatis actio, multo magis eidem datur & exceptio. l. 1. §. Quod ait prætor. ff. de ſuperfic. Ad idem. l. Finali. C. de rei vendicat. & .l. Siue poſsidetis. C. de probat. Dabitur ergo ipſi actio & ratione vſucapionis, & ratione præſcriptionis legitimę, ſi non poſsideat: & exceptio, ſi poſsideat, ſicut ait M. & probatur in. l. Si quis emptionis (quā alij tamen etiam pro ſe producunt) C. de præſcrip. 30. vel. 40. annor. Sed nũc quęritur. Quomodo dabitur exceptio domino cùm ea ſit actionis excluſio? Et ſi exceptio excludat actionē, quomodo domino dabitur per exceptionem actio ad rei vendicationem? Ad quod reſpondendum eſt, quod exceptio ſit actionis, id eſt, intentionis excluſio, ſecũdum M. vel quod ſit excluſio actionis, ſcilicet, vel veræ vel putatiuæ, quod cum iuris canonici mente conuenire puto. Sed & hoc nũc quoque quæri poterit. Cur aliud ſit in vſucapione, & aliud in præſcriptiōe longi temporis. Ad quod reſpondere licebit, quod prolixi⁹ tempus hoc faciat. Et quia. l. 1. dicit. ff. de pignorib. quod quæſtio pignoris ſit ab intentione dominij ſeparata, hoc eſt, vt per ipſam dominium ſiue proprietas rei acquiratur non vt obligat. pignor. perimatur. Et quod. l. 1. dicit ſeparata, id tantum verum eſt in caſu illo de quo ibi loquitur. Non enim ſequitur, quod is qui eſt dominus prędij, ſit etiam dominus fructuum conſumptorũ. Neq; quod is qui prædium obligatum habeat, is etiam conſumptos fruct⁹ habeat obligatos, & ideo quamuis prædij dominus fructus futuros intendat obligare, tamen non tenet obligatio in conſumptis, ſicut teneretur in prædio, quia illi fructus nunquam fuerunt ſui ſicut prædium. Quocirca nec creditor poteſt de ipſis fructib⁹ formare quęſtionem, ſicuti poteſt de prædio obligato, & ita tenuit d. Io. Franc. Balbus in ſuo præcitato tractatu præſcriptionum, in fine num. 52. 53. 54. 55. 56. 57. folio lib. meo. 289. colum. vltima. Sed quæ hic diſputationis cauſa expreſsimus, ea ſic habent, vt ex iis eliciēda ſit
74 hæc concluſio, q; nec in foro canonico nec in ciuili foro valeat vlla, cum mala fide, præſcript. c. Finali. ext. de præſcript. iuncta ibidem ſingulari gloſſa. in verbo. Nulla tēporis, quam ibi per ocium videre licebit. Sed hic quoque moueri poſſet quæſtio, vnde & ob q̃ cauſam introductæ ſint temporum præſcriptiones, de quibus hactenus e-
75 gimus. Ad quam reſpondendum erit, quod præſcriptiones ſint introductæ de iure ciuili, & propter bonum publicum. l. 1. & .3. ff. de vſucap. not. Azo. in ſumma. C. de vſucap. pro emptor.

circa

circa exordium. Hinc eſt quod Bald.
in repeti.l.1. colũ.3. circa medium.C.
de emancipa.libero. dicit, quod ſi ius
ciuile non eſſet,neque præſcriptiones
omnino eſſent,per hoc innuens,quod
præſcriptiones à iure ciuili ſuam origi
nem neceſſariò trahant.Item fuit pręſcriptio introducta, vt tandem conſti
tueretur optatus litium finis.l. Finali.
ff.pro ſuo.Item,ne rerum dominia in
incerto manerent.§.1.inſtitut.de vſucap.& lon. temp.præſcrip. &.l.1.ff.de
vſucap.&.c.Vigilãti.ext.de præſcript.
Sic Epheſinnus quoque legiſlator præſcriptiones inſtituit, ſed tantum ad euitandos miſerorũ intolerabiles ſumptus.Deinde propter confuſionem litium,& ad errores vitandos (qui intra
longum tempus incidere poſſent) tan
tum trigeſimalem vel quadragenalem
præſcriptionem admiſit,cui ſoli vigo-
76 rem legis impoſuit,& reſtrinxit. Sed
poſſet his aliquis obiicere.Quod præſcriptio ſeu lex ciuilis, q̃ præſcriptionem introduxit,nõ poſsit auferre dominium, quod eſt de iure gentium .l.
Ex hoc iure, cùm ibi plenè notatis.ff.
de iuſtit.& iure.iuncto .§. Sed naturaliter.inſtitut.de iur.na.gent.& ciuili.Ergo &c. Ad hoc poteſt dari ſolutio,quod lex ciuilis ex cauſa poteſt ali
quãdo recedere à iure naturali vel gen
tium,& illi derogare in aliquo caſu, li
cet non in totum,vt habet textus notabilis in.l.Ius ciuile.ff.de iuſti. & iu-
77 re. Hinc eſt, quod lex & Princeps cũ
cauſa,præſertim propter bonum publicum,& ex cauſa publicæ vtilitatis,
poſſunt alicui auferre dominium rei
ſuæ.l.Item ſi verberatum.ff.de rei ven
dic.&.l.Lucius .ff.de euictionib.Notant gloſſa & Barto.in.l. Finali.C. Si
contra ius vel vtili.publ.Item .l.Si pri
uatus.ff. qui & à quib.manumiſ. lib.
libe.non fiunt.&.l.Antiochẽſium .ff.
de priui.credito. notat quoque idem
Bart.in .l. Omnes populi.in.1.q.quar
tæ quæſtionis principalis. ff. de iuſtit.
& iure. Alexan.in.l.1. colum. antepe.
ff.ſolu. matri.& plenè Feli.in.c. Quæ
in eccleſiarum.colum.8. cum ſeq. Et
poſt Panor. & alios Canoniſtas,de cõ
ſtitu. & latè dominus Iaſon idem con
firmat.in.l.Barbarius. colum .7. cum
duabus ſeq.ff.de offic.prætor.Et Alexan. conſilio. C X C .incipien. Eterni numinis.2.&.3. columnis.2. volu.
78 Hac igitur ſola ratione poteſt lex ciuilis per præſcriptionem auferre, & extinguere dominium quæſitum de iure
gentium, quia talis præſcriptio introducta fuit propter bonum publicum,
& ne rerum dominia diu eſſent in incerto.l.1. ff. de vſucap. ſed fortior eſt
ratio, ſi præſcriptio talis principaliter
fiat,publicæ vtilitatis gratia, ſecũdum
Barto.in.l. Nemo poteſt.colum .4.
verſic.quærit Dyn.ff.de legat.1. & eſt
de mente eiuſdem Barto.in.d.l. 1. circa finem. Vel ſaltem ſi ſecũdariò propter publicam vtilitatem fiat, vt habet
verior opinio.Sic aſſerũt Ange. Imol.
& Alexan.in.d.l.Nemo poteſt. colũ.
penulti.Allegatur & hæc cauſa, vt eſſet litium finis.d.l.Finali.ff. pro ſuo.
Quæ cauſa publicam vtilitatem etiam
concernit.l.Properandum.in princip.
cum ibi nota.C. de iudi.Plures autem
rationes propter quas fuit introducta
præſcriptio,plenius explicat. Pet. de
Ancho.in repeti.c.Poſſeſſor.colum.2.
de regul.iur. in.6. poſt Ioan. And. in
Mercu.Sed priuſquam præſens caput
abſoluam vnam quæſtionem hãc obſeruandam eſſe volui. Dictum eſt ſupra,quod cõtra eccleſias inferiores cur
rat præſcriptio quadragenaria, quæritur nunc,an contra talem præſcriptio-

nem valeat priuilegium, tali Eccleſiæ conceſſum,ne ſcilicet,contra eam præſcriberetur,niſi poſt centum annos,ſicut olim iuxta .l.Finalem. C.de ſacroſanct.eccleſ.Gloſſa magna.in. d. Au-
79 tent.Quas actione.verſ.Item nũquid. Ad quam quæſtionem reſpondẽdum eſt,quod contra tale priuilegium non valet præſcriptio quadragenaria. Et refertur ibidẽ, Quod tale priuilegium fuit aliquando conceſſum eccleſiæ No-
80 uantulanæ. Et prædicta ſolutio etiam confirmatur per Bart. & Docto.cum reſtrinctione tamen,ſcilicet,dummodo in tali priuilegio ſit appoſita hæc clauſula non obſtante, & non aliter, vt ibi latè per Iaſonem.colum .7. circa medium& ſeq.& per Feli.in.c. Nonnulli.in princip.colum.14.verſicu.Sextò facit, de reſcript.Vbi concludit(per ea quæ habentur in .d. Autentic.Quas actiones,maximè per Bald.colum .3. verſic.ſed iſta gloſſa.& verſic. Quid ergo &c.)Non valere priuilegium,vt nulla præſcriptio currat contra priuilegiatum,niſi habeat clauſulam , nõ obſtante.Notandum tamen eſt, ſi Imperator concederet alicui eccleſiæ priuilegium præſcriptionis centenariæ, illud ſtatim valeret , quò ad laicos , ſed non contra alias eccleſias,quin ex poſſint præſcribere contra illam ſic priuilegiatã quadraginta annis,niſi S.Pontifex illud priuilegium confirmaſſet. Ita decidũt Archi.& Gemi.in.c. Quo iure circa finem .8. diſtinct. quos refert & ſequitur Feli.in. c. Ad audientiam.colum.fi. verſic. demum nota. de præſcript.

CAPVT CXXXVIII.

De Exceptionibus præiudicialibus.

Summæ.

1 *Exceptiones præiudiciales quæ ſint.*

Exceptio præiudicialis fit

2 *Per declinationem à iudice.*
3 *Per procurationum diſcrepantiam.*
4 *Per inſpectionem loci.*
5 *In materia nouitatis,vbi requiritur furnitio.*
6 *In nummis priuilegiatis,vbi requiritur nanptizatio.*
7 *In defectibus,vbi prius expenſæ ſoluendæ.*
8 *In Releuamentis,vbi requiritur expenſarum ſolutio.*
9 *In attentatis,vbi requiritur prius contradictio.*
10 *In materia ſpoliationis, vbi requiritur prius reſtitutio.*
11 *In citatione criminali, & bonis arreſtatis,ſi citatus compareat.*

12 *In exceptionibus non præiudicialibus,proceditur vlterius , & ad omnes fines concluditur.*

Ex

1 EXceptiones præiudiciales ſunt il-
læ, quas pars allegat ad principalẽ
cauſam poſtponẽdam, & differẽdam.
Quę fere præiudicant aut reo, aut iudi
ci. Vel exceptiones præiudiciales (vt
aliis placet) ſunt, quæ cauſam principa
lem (de qua per iudicem ferenda eſſet
ſententia) ceſſare, & quieſcere faciunt
ne in ipſa procedatur vlterius. Quod
2 fere fit p exceptionem declinatoriam,
p quam iudici omnis de principali co
gnoſcẽdi occaſio præripitur, ſic vt nõ
ſit habendus iudex, aut pro iudice, ni-
ſi prius is pro eo ſit cognitus, habitus,
& admiſſus, & niſi pars ipſum habue
rit, & declarauerit pro iudice idoneo,
3 & capabili. Item procurationum diſ-
cordantia dicenda eſt eſſe præiudicia-
lis, quia iudex nõ poteſt in cauſa pro-
cedere, priuſquam procuratores ſuam
iudicis iuriſdictionem fundarunt, ac
ſufficiens procuratoriũ exhibuerunt.
4 Item, Inſpectio loci (quam galli vocãt
vene de lieu) præiudicialis eſt exceptio,
qualis item eſt guarandiæ petitio. In
his enim principale debet quieſcere,
donec & quouſque iudex loci inſpe-
ctionem fecerit, & de guarandia per
5 partem ſummatum fuerit. In materia
nouitatis complainta debet eſſe furni
ta de reſtabliſſamẽto ac ſequeſtro, an-
6 tequam reus audiatur. In priuilegiatis
numis, aut vbi reus ad conſignandum
(vulgò) namptizãdum condemnatus
eſt, conſignatio ſeu namptizamentum
debet eſſe numeratum ac (vulgò) fur-
nitum, antequam idem reus audiatur
7 in ſuis defenſionibus. In defectibus,
deficiens debet defectum ſuum pur-
gare ac prætereà expenſas ſoluere, an-
tequam vlterius ad procedendum ad-
8 mittatur. In Releuamentis verò & re-
quæſtis ciuilibus, impetrans debet nu
merare, & ſoluere expenſas retardati
proceſſus, antequam reus reſpondere
teneatur, idq́; ſecundum ſtilum non-
nullarum curiarum tantùm. Nam in
Flandria iſtud nõ obſeruatur, ſed ſem-
per proceditur vlterius, & expẽſę ex-
hibentur, vt taxentur tẽpore omnium
commodiſsimo, & maximè oportu-
9 no. In materia verò attentatorum, at-
tentatis debet ante omnia contradici,
& eis obiici per contradictionem ac
reprobationem. Sic etiã omnibus de-
bet contradici, quæ acta ſunt ad litiſ-
10 pendentiæ præiudicium. In materiis
ſpoliationis item concurrit exceptio
præiudicialis. Debet enim tunc ante
omnia reſtitui, priuſquam actor pro-
cedere tentet. l. Si quis ad ſe fundum.
C. Ad. l. Iul. de vi publi. vel priua. cum
infinitis iuribus ſimilib⁹, hic cauſa bre
uitatis omiſsis. Hoc ſic intelligendum
eſt. Si quis ab aduerſario fuerat ſpolia
tus, ſpoliatus reſpondere non tenetur
priuſquam ſibi ſpoliato omnia reſtitu
ta fuerint. Imò ſpoliatus talis ſe nec in
iudicium præſentare, nec quicquã re-
ſpondere tenetur, priuſquam ipſi ple
nè reſolutum, & ſatisfactum fuerit, vt
habetur. 2. q. 2. p totum. c. ſuper ſpolia
ext. de ord. cog. et. c. Primo. ext. de re-
11 ſti. ſpo. & . 3. q. 2. p totũ. Sed ſi re⁹ quiſ
piã citatus eſſet criminaliter, & ſi bo-
na ipſius fuiſſent poſita in manib⁹ Prin
cipis, is reus p ſuã cõparitionẽ poſſet
excipere de nõ reſpondẽdo, donec ipſi
adiudicata eſſet bonorũ relaxatio, leua
tio, & manuũ Principis (vt dicitur)
12 ſubductio. In aliis autẽ omnibus exce
ptionibus non præiudicialibus, id eſt,
quæ non ſunt præiudiciales aut iudici
aut reo, in iis Iudex ordinat reo vt vl-
terius procedat & concludat ad om-
nes fines, & dicetur ipſi ius ſuper om-
nia, & ſecundum ordinem partium
proceſſus.

CAP.

CAPVT CXXXIX.

De Concludendo ad omnes fines.

Summæ.

1 *Fines proceſſuum qui ſint.*

2 *Concludere ad omnes fines quid ſit.*

3 *In Conſilio*
- *Flandriæ reus deſtitutus fine non receptionis concludit,*
  - *Ad omnes fines.*
  - *Ad malam cauſam.*
  - *Ad abſolutionem.*
  - *Ad expenſas cum intereſſe.*
- 4 *Mechilinienſi*
  - *Ius dicitur ſuper ſingulis finibus aut membris.*
  - *Executione oppugnata petitur exemplar, & ius redditur.*
  - *Ius dicitur ſuper*
    - *Fine non receptibili.*
    - *Fine malæ cauſæ.*
    - *Parata probatione Rei.*
  - *Ad omnes fines concludere iubet, probatione non parata.*

5 *In appellationibus concluditur ad omnes fines.*

IN hoc capite primo notandum eſt,
quod finis omnium proceſſuum ſi-
ue ſcopus, ſit vincere litem, & recupe-
2 rare expenſas, cum intereſſe. Hinc no
tum euadit, quod concludere ad om-
nes fines nihil aliud ſit, quàm conclu-
dere vt ſibi lis adiudicetur, cum ex-
penſis, & intereſſe, & vt pars con-
demnetur in principali, & in expen-
ſis cum intereſſe. Quæ concluſio quan
3 do fiet, ex ſequentibus obſerua. In
Flandriæ prouinciali conſilio vtun-
tur, quod quando reus eo, aut tam pe-
nitus in proceſſu ingreſſus eſt, vt nul-
lum receptionis finem accipiat, quod
tunc is reus vlterius ad omnes fines cō
cludere debeat, & prætereà capere cō-
cluſionem malæ cauſæ, abſolutionis
4 & expenſarum. In magno autem Me
chilinienſi conſilio faciunt ius ſuper
vnoquoq; fine ſeparatim, & diuiſim,
ſcilicet, quando reus impugnat explo-
tum ſiue executionem, aut procura-
tionem, capiendo licentiam curiæ, &
petendo expenſas. Eo enim caſu Cu-
ria iubet ſibi exhiberi exploti & pro-
curationis exemplaria, & tunc ſuper
illis ius dicit. Similiter faciunt ac red-
dunt ius ſuper fine nō receptibili, aut
malæ cauſæ, quando reus ſtatim ſuam
probationem in promptu paratam ha
bet. Sed quando ipſe reus præſentat
& offert probationem ad id facien-
dum, petendo diem ſiue terminum,
eo caſu Curia mandat & ordinat ipſi
reo, vt ad omnes fines concludat. In
5 appellationum autem materiis, ſem-
per concluditur ad omnes fines, cum
proteſtatione tamen, vt ipſi ius fiet ſu-
per vnoquoque fine, & ordine.

CAPVT CXL.

De Litiſconteſtatione.

Summæ.

1 *Litiſconteſtatio quid, & quæ ſit.*

2 *Litiſconteſtatio fit poſt affirmationem, vel negationem libelli actoris.*

3 *Ex parte* { *Rei, naſcitur litiſconteſtatio.* / *Actoris naſcitur litiſpendentia.* }

Litiſconteſtatio {
4 *Non eſt in vſu in ſuperioribus Conſiliis.*
5 *Eſt in vſu in prætoriis particularibus.* }

Si citatus {
6 *Ante actoris libellum exhibitum, agnoſcat debitum, non litem conteſtatur, ſed ad ſolutionem damnatur.*
7 *Poſt libellum exhibitum agnoſcat debitum, litem conteſtari dicitur.* }

8 *In Parlamento Pariſienſi reſponſa partium pro litiſconteſtatione habentur.*

Litiſconteſtatio fit {
9 *Quando reus actori dicit: (Tu mentiris.)*
10 *Quando reus actori dicit, volo, aut etiam nolo locum proceſſum habere.*
11 *Quando reus dicit, non credo me tibi obligatum, & ſi obligatus. &c.*
12 *Quando reus negat actoris petitionem.* }

13 *Litiſconteſtatione opus non eſt, quando proceditur ſimpliciter, & de plano.*

14 *Litiſconteſtationis Effectus.*

Litiſconteſtatio {
15 *Declinationem à iudice irritam facit.*
16 *Omnem præſcriptionem temporis interrumpit.*
17 *Exceptionem dilatoriam tollit.*
18 *Reuocationem procurationis non admittit.*
19 *Procuratorib. & tutorib. authoritatem tribuit, ad conſtituendos procuratores alios.*
20 *Delegatis non à Principe cauſam committit.*
21 *Poſt ſe iuramentum & probationes ad principale, & ad ſententiam requirit.*
22 *Actionem omnem perpetuat.*
23 *Viam claudit multis calumniis, & excurſionibus ſupernacaneis.* }

24 *Litiſconteſtatio* { *Quæ requirat* / *Per quos fiat* / *Vbi & quando fiat* / *Quos alios effectus habeat* } *vide ſuprà cap. 120.*

1 Litiſconteſtatio, eſt principalis ne-
gotij apud competentem iudicem
facta narratio, & ad eandem ſecuta rei
ponſio.c.Vnico.ext.de lit.cont.c.Du-
dum.2.ext.de elect.&.l.Rem non no
uam.§.Patroni.ibi cum lis fuerit con
teſtata poſt narrationem propoſitam,
& contradictionem obiectam.C.de
2 iudic. Quæ contingũt poſtquam reus
confeſſus fuerit, aut negauerit actoris
petitionem ſiue libellum, aut quando
reus aliquid proponit, vel proponere
cupit, quod actoris petitionem reij-
ciat, & planè deſtruat, & cum hoc ſi-
mul concludat, & finem capiat, quod
3 per hoc debeat abſolui, & declarari li
ber, indemnis, & abſolutus. Atque i-
ſtud hoc loco notandum eſt, quod li-
tiſconteſtatio ex parte rei procedat,
& litiſpendentia ex parte actoris. Se-
4 cundò notandum eſt, quod in ſupre
mis curiis, ſicut in magno Mechlinien-
ſi conſilio, aut in prouinciali Flan-
driæ conſilio, non requiritur litiſcon-
teſtatio, nec ea admodum opus eſt cō
teſtatione, quæ ſit per confiteri, vel ne
gare, vel (vt alij dicunt) quæ fit per cre
dit, vel non credit. Sed ibidem ſuffi-
cit, ſi ſuper petitione ſiue libello reſ-
pondeatur per aliquam iudicialem ac
5 peremptoriam cōtradictionē. Sed in
particularibus prætoriis, in vierſcha-
riis ſeu conſiſtoriis, imo etiam in feu-
dorum curiis, ex communi praxi ha-
bent, vt curent, ac mandent partibus,
vt litem conteſtentur per credit, vel
non credit. Quæ confeſſio, vel nega-
tio fieri debet tantùm poſt petitionē
6 actoris exhibitam: Nam ſi citatus di-
co poſt citationem factam, ſed ante
petitionem, ſiue ante libellum exhibi
tum, debitum confiteretur, ea confeſ-
ſio non eſſet habenda neque cenſen-
da pro litiſconteſtatione, neq; poſſet
Iudex ſuper confeſſione condemna-
tionem ſiue ſententiam ferre, ſed
ſolummodo ipſi confitenti ordina-
7 re, & mandare vt ſoluat. Sed ſi citatus
poſt actoris petitionem auditam,
petiiſſet & accepiſſet diem ad reſ-
pondendum, & ſi in ea reſponſione,
debitum fateretur, & agnoſceret, ipſe
tunc per eam confeſſionem litem con
8 teſtaretur, adeo vt ſuper ea confeſſio-
ne ipſe condemnandus eſſet. In
Parlamento verò Pariſienſi aliam pro
litiſconteſtatione praxim habent: Ibi
enim pro litiſconteſtatione accipiunt
eas reſponſiones, quas partes dicunt
per verbum credit, vel non credit, præ
cipuè in iis ditionibus, quæ conſue-
9 tudinibus reguntur. Litiſconteſtatio
præterea fieri dicitur, quando reus a-
ctori iniurioſè dicit, tu mentiris. Item
10 reus litem conteſtatur, quum dicit.
Volo tecum, aut contra te litigare, aut
proceſſum habere, aut nolo tecum,
11 aut contra te litigare, aut proceſſum
inſtituere. Sic etiam litem cōteſtatur,
quando dicit, nō credo, & nego quod
in aliquo tibi ſim obligatus, & ſi in a-
12 liquo tibi obligatus exiſtam, in omni
bus tibi ſatisfacere & ſoluere cupio.
Item litem cōteſtari dicitur, quando
reus diffitetur & negat petitionis nar
rationem, hoc eſt, quādo negat cōclu-
ſionē, quæ ex ea narratione emanat &
13 procedit. In cauſis vbi ꝓceditur ſim-
pliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, &
figura iudicij, in illis nequaquā opus
eſt litiſconteſtatione. Litiſconteſtatio-
14 nis effectus eſt multifarius, nam pri-
mus litiſconteſtationis effectus eſt,
quod poſt litē conteſtatā Iudex nō re
cuſatur, nec ab eo declinatur, neq; ab
eo cauſæ remiſsionē petere, aut exige
15 re quiſquā poteſt. Litis itē conteſta-
tio, imò & ipſius effectus, hic eſt, vt

quamlibet præſcriptionem longi tem
poris interrumpat. Etiam ſi facta ſit
coram arbitro.l.penult. C. de recept.
16 arbit.Eſt & alius conteſtationis effe-
ctus, ſcilicet, quod poſt ipſam nulla
exceptio dilatoria obiicitur .c. Inter
17 monaſterium. ext. de re iudica.Item,
Quod poſt eam, non poteſt reuocari
mandatum procuratoris, niſi certis in
cauſis.l.Poſt litem.&.l.ſeq.ff. de pro-
18 curatorib.Item,Quod poſt litiſconte-
ſtationẽ procurator & tutor tanquam
domini litis,procuratores conſtituere
poſsint.l.Neque.C.eodem de procu-
19 ratorib. Itẽ quod poſt litiſcõteſtatio-
nem delegatus ab alio quàm à Princi-
pe,poteſt alij cauſam committere.c.
CumBertol.ext.de re iudica.Poſt litiſ
20 conteſtationem itẽ iuratur, & proba-
tiones ad principale recipiuntur, &
proceditur ad ſententiam, quod ante
litiſcõteſtationem fieri non ſolet, ext.
21 vt lite non conteſta.per totum.Eſt &
alius litiſconteſtationis effectus, ſcili-
cet,quod poſt ipſam omnis perſona-
lis actio perpetuetur.i. facit vt vſq; ad
40.annos extendatur, & poſteà tran-
ſit ad hæredes.l.Sæpe.C. de præſcript.
30.vel.40.annorum. Sed in hoc caſu
excipitur actio de dolo, quæ per litiſ-
22 conteſtationem nunquam continuari
poteſt.l.Vltima.C.de dolo. Poſtrem⁹
autem & vltimus litiſconteſtationis
effectus eſt,quod poſt eã partibus clau
datur via multis malitiis,calumniis,&
illegitimis excurſionib⁹,& quod poſt
eam reus ſtatim obligetur actori ad vl
terius procedendum,& tandem ad iu
23 dicis ſententiam ad principale expe-
ctandam.Reliqua autem quæ ad litiſ-
conteſtationem ſpecta[illegible] videbuntur,
de iis ſuprà meminimus.cap. 120. de
defenſiõe & litiſconteſtatione, nẽpe.
quomodo fiat litiſcõteſtatio.Quot ad
litiſcõteſtationẽ requirãtur. Per quos
fiat litiſconteſtatio. Vbi fiat litiſconte
ſtatio. Quando fiat litiſcõteſtatio. Et
quis ſit litis conteſtationis effectus.

CAPVT CXLI.

De Petitione per Reconuentionem.

Summæ.

1 *Conuenire,Reconuentio,vel reconuenire quid ſit.*

Reconuentio
2 *Proponenda eſt ante litiſconteſta.ſecundum multos.*
3 *Proponenda quouis tẽpore,vſq; ad cõcluſionẽ in cauſa ſecundũ Specul.*
4 *Petenda eſt coram eodem iudice,coram quo conuentio facta fuit.*
5 *In Flandria admittitur in materia criminali intentata ciuiliter.*
6 *Vaſalli petenda eſt coram domino feudi.*

Reconuentio non habet locum
7 *Coram arbitris.*
8 *In Curiis, ſcilicet ſæcularibus,niſi &c.*
9 *In criminalibus.*
10 *In actionibus præiudicialibus.*
In cauſis ſpiritualibus ſicuti in Decimis. Matrimoniis.
11 *In cauſa ſpoliationum.*
12 *In momentanea poſſeßione.*
13 *In depoſito.*
14 *In excommunicatis.*
15 *Quando actor agit ex officio Iudicis.*
16 *Quando in conuentione procedendum eſt ſummariè.*

17 In

17 *In Reconuentione procedendi modus, & ordo.*

18 *Litiſconteſtatio facienda eſt* { *Prius ſuper libello actoris.* / *Poſtea ſuper libello rei.* }

19 *Debet* { *Ponere* / *Iurare* / *Probare* } — { *Actor prius.* / *Reus poſterius.* }

20 *Cauſæ conuentionis & reconuentionis eiuſdem iuris eſſe cenſentur.*

1 REconuentio ſpecies eſt exceptionis. Nã ſicut cõuenire eſt aliquem in iudicium citare, ita reconuenire eſt aliquẽ recitare, vel contra citare, & reconuentio idẽ eſt q, recitatio vel cõtra citatio. Veluti, ſi quiſpiam me citaret, & expeteret à me decẽ libras, ego eundem citare poſſum, & petere ſimiliter ſex aut octo aut decem libras, quę recitatio, vel reconuentio generaliter fieri debet antequam in petitione actor
2 litem cõteſtatus ſit. Nam poſt litiſconteſtationem (vt quorũdam eſt opinio) nunquam reconuentio fieri poteſt, niſi reconuentionis libellus prius fuiſſet exhibitus, vel niſi reus proteſtatus fuiſſet de reconuentione facienda, vt notatur, extra. de mutu. peti. per totum, Autentica. Et conſequenter. C. de ſen
3 ten. & interlocu. omni. iudic. Sed diſſimulanter omiſſis variis opinionibus Speculator hanc tenet ſententiam. Quod ſemper, & ante, & poſt litem conteſtatam, & eodem durante iudicio, vſque ad concluſionem in cauſa, recõuenire liceat, etiamſi reus nullam proteſtationem feciſſet de reconuen-
4 tione facienda. Reconuentio itaque omnis petenda eſt, & facienda coram eodem iudice. coram quo conuentio
5 principalis inſtituta eſt. In Flãdria admittitur reconuentio in materia criminali ciuiliter intentata, & componunt læſionem pro lęſione, mutilationem pro mutilatione, aut ipſarum ęſti
6 mationem. Reconuentio vaſalli, non poteſt fieri, niſi coram domino feudi.
7 Corã arbitris tamen non fit reconuentio, quia arbitri non procedũt, niſi ſecundum tenorem compromiſſi. Barto. poſt gloſ. in. l. Si ſocietatem. §. arbitrorum. 2. colum. in. verſ. Quæ rit gloſ.
8 ff. pro ſocio. In Curiis ſæcularibus, reconuentio non habet locum (vt aiunt practici) niſi ea reconuentionis actio, ex ipſa conuentione naſceretur. Neq; etiã de iure locum habet in multis cau
9 ſis. ſcilicet, in materiis criminalibus, In
10 actionibus præiudicialibus, In cauſis ſpiritualibus, vt in decimis, in matri-
11 moniis ac ſimilibus, Item in materiis
12 ſpoliationum. In momentanea poſſeſ-
13 ſione. In depoſito. In excommunica-
14 tis, qui nullo modo reconuenire poſ-
15 ſunt. Neque etiam locum habet reconuentio, quãdo actor agit ex officio iu-
16 dicis. Neque etiam in cauſis conuentionum, vbi Iudex procedere debet ſummariè, reconuentio eſt admittenda, ob id quod illæ ambæ actiones, ſcilicet, conuentionis, & reconuentionis non poſſent tunc ſimul, & ab eodem iudice tractari. Altera enim alteram ſic impediret, propter accelerationem vnius, & tarditatem alterius. Quia in actionibus conuentionum, & proceſſibus ſummariis proceditur leuius, & celerius. In actionibus verò & reconuentionibus ordinariis procedendum eſt moderatius, & tardius. Ideoque tales ambæ actiones ab eodem iudice, eodemque tempore ſimul pertractari

nequeūt, quod tamē in conuentionibus, & recōuentionibus omnino fieri
17 debere diximus. Nunc obſeruādus eſt in reconuētione procedēdi modus, q̄ erit huiuſmodi. Poſtquā actor libellū ſuū exhibuit, tū reus (ſi velit) actorem reconuenire poteſt, & ab ipſo petere ſummā ſibi debitam, ſed per libelli reconuētionis exhibitionē, quē itidem ante litiſcōteſtationem porrigere debet, iuxta quorūdam opinionē, aut ſecundum mentē Speculatoris (vti dictum eſt) quouis tēpore, & in quauis
18 iudicij parte. In quibus libellis hic ordo ſeruandus erit, vt poſt deliberationē ſuper vtroq; libello hinc inde habitam, fiat primò litiſconteſtatio ſuper libello actoris, & poſteà ſuper libello recōuentionis, qui libelli ambo ante litē conteſtatam fieri debent. Interim tamen Iudex poſt litiſconteſtationem factā actorem cogere poteſt, vt libello recōuentionis reſpondeat.
19 Deinde ſequātur alij actus, ſed eodem ordine, ſic vt cōueniēs iuret primò, & poſteà recōueniēs. Item, vt cōueniens ponat prius, poſteà verò recōueniens reus. Itē, vt conueniens prius producat teſtes, & poſteà reconueniens. Sic & in aliis actibus, eodē ſeruato ordine, procedēdum erit. Et tandē eodem die amborum quæſtiones, veluti per vnam ſententiam in iudicio terminabuntur, prius tamen pronunciabit ſententiam ſuper petitiōe actoris, poſteà verò ſuper petitione rei reconuentoris. Quæ omnia probantur per.c. Primum.ext.de mutu.petiti.&.c. Cum eccleſia.&.c. Cū dilectus.ext.de cauſ. poſſeſ.& proprieta. Sed hoc loco notanda eſt iſthæc regula pro maxima.
20 Quod cauſa conuentionis & recōuentionis, paris iuris eſſe cēſeātur. Et ideò ſi non poteſt appellari ſuper illa, ita nec ſuper iſta.c. Secundò,ext.de mutu. petiti. Et ſi actor reo reſpondere non velit, nec ipſe reus reconueniens actori reſpōdere tenetur, & iudex denegabit illi audientiam in cauſa ſua.c. Finali.§.Pœna.ext. de iuramento calum.&.l. Neque ſcriptura.C.de compenſat.

CAPVT CXLXII.

De Replicationibus, & Duplicationibus, &c.

Summæ.

1 *Replicandi & duplicandi, &c. ordo*
- *Actor replicat ad reſponſum Rei.*
- *Reus duplicat ad replicationem Actoris.*
- *Actor triplicat contra duplicam Rei.*
- *Reus quadruplicat contra triplicam Actoris.*
- *Actor quintuplicat contra quadruplicam Rei.*
- *Reus ſextuplicat contra quintuplicā actoris, &c.*

2 *Replicationis & Duplicationis exemplum.*

3 *Actor & Reus, petere poſſunt Replicandi & Duplicandi, &c. terminos.*

5 Ad

4 *Ad replicam, & duplicam, &c. allegari poteſt ius alicuius tertij.*
5 *Exemplum allegationis iuris tertij.*
6 *Ius tertij ſine procuratorio allegari non poteſt.*
7 *Replicatio in quauis litis parte vſque ad ſententiam opponi poteſt,*
8 *De Replicatione, & duplicatione conſulendus Angel. Areti.*

NOtiora, & vſitatiora ſunt in iure hæc vocabula. (Replicare, duplicare, &c.) quã vt huc à grãmaticis ipſorũ ſignificationes, & etymologias fruſtrà
1 petamus, & hic narremus. Quocirca hoc loco tantum notandũ eſt, quod Replicationes ſunt exceptiones, quæ actori competũt, ad elidendũ Rei vel exceptiones vel reſpõſiones, ſup quibus re⁹ duplicat, actor ad Rei duplicã triplicat, reus verò contra actoris triplicã quadruplicat, actor contra, quintuplicat, & reus contrà ſextuplicat, actor ſeptuplicat, reus octuplicat, & ſic vlterius in infinitum, donec ambo contendentes, dicendo ſatiati fuerint, ſed reo ſemper remanet vltima ac poſtrema reſponſio. l. 2. §. Illud. ff. de exceptionibus, quæ ſic habet. Illud tenendum eſt omnem exceptionem vel replicationem excluſoriam eſſe. Sed exceptio actorem excludit: replicatio reum, contra replicationem ſolet dari duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio, & ſic deinceps multiplicantur nomina, dũm aut reus, aut actor ab vlteriori reſponſione ſuperſedet. &. §. Pri
2 mo. inſtitu. de replicationib. Verbi gratia, vt hoc pro exemplo ponamus. Actor exigit & petit à reo quadraginta ex mutuo, reus reſpondet, quod actor ipſi ſit pollicitus nunquam ſe ea petiturum eſſe, actor replicat illam promiſsionem vi aut dolo fuiſſe factam. Reus duplicat, quod poſteà adhuc ea promiſsio fuerit liberè renouata, & emologata præſentibus probis, honeſtis, & fide dignis viris: actor triplicat, quod ea promiſsio facta fuerat conditionaliter, & ſub conditionibus poſteà non purgatis, reus quadruplicat, quod actor ab illis conditionibus deceſſerit, ipſiſque renunciauerit, & ſic deinceps in infinitum, & vſque ad ſatietatem alterutrius par-
3 tis. Et in his actibus iuridicis notandum eſt, quod actor & reus accipere poſsint diem & terminum, ad replicandum & duplicãdum, &c. Sed in iis actibus debent aduocati prudenter procedere, ſic vt ſuarum replicationũ aut deputationũ cauſas prudenter
4 fundẽt & cauſentur. Secundò, notandum eſt, quod ad confirmandam replicationem aut duplicationem, & ad melius fortificandum ſuum propoſitum, poteſt proponi & allegari in iu-
5 dicio ius tertij, verbi gratia. Si à me in iudicio exigatur Teoloneum, ego reſpondere potero me liberum & immunem ab eo Teoloneo, nempe, quod ciuis ſim Gandenſis aut Brugenſis, qui omnes vigore ſuorum priuilegiorum à Teoloneis ſunt immunes, pro quo reſponſo confirmando, imò pro iure meo corroborando illud idem priuilegium allegare & proponere potero, etiam ſi Gandenſes aut Brugenſes eo priuile-
6 gio non ſint à Principe ditati, & illius ſint ignorantes. Sed tales reſponſiones, aut allegationes debent fieri incidenter, nẽpe ad litis protractionem & non principaliter, quia principa-

liter nemo in iudicio poteſt inſtituere nec pro ſe allegare ius tertij, niſi ad hoc habeat mãdatum aut procuratorium.
7 Tertiò notãdũ eſt, quod replicatio opponi poſſit in qualibet parte litis vſq; ad ſententiam, vt in gloſ.in.l.2.§. Primo.ff.de exceptionib. Poſſent nonnul-
8 la huc adduci, nẽpe Replicatio ad quid ſit inuenta. Quid ſit Replicatio, cui cõpetat, & quando competat. Quis ſit replicationis effectus. Quomodo replicatio aut vitietur, aut prorſus tollatur. Item. An replicatio ſit prius probanda, & an ſuper replicatione ſit neceſſariò probandum, & pronunciandum, quæ omnia breuitatis cauſa omittere conſtitui, remittendo lectorẽ ad D. Angel. Areti.in.§.Primo.inſtit. de replicationib. qui eadem ibidem copiosè tractat, & diſcutit.

CAPVT CXLIII.

De ſententia Iudicis diſpoſitiua.

Summæ.

1 *Sententia interlocutoria quæ ſit.*

2 *Quando reus* { *ſimpliciter negat factum actoris* / *aut* / *permittit ſe contumaciari* } *actor ſua ſcribit per intendit.*

3 *Factum actoris non negatum ad acta illius diei redigendum.*

Quando {

4 *Reus citat facta contraria, tunc partes ſua facta conſcribere, & verificare debent.*

5 *Partes nulla facta proponunt, allegata ſua ſcribere debent per memoriam, cum titulis, & teſtibus.*

6 *Partes ſua allegata ſine intellectu confundunt, mandatur in magnis Cõſiliis, vt ea coram commiſſariis clarius enarrent.*

7 *Cauſa eſt plenè litigata, mandatur in Conſilio Flandriæ vt partes ſcribant per intendit, aut per facta contraria.*

8 *Partes ſcriptas ſuas allegationes retulerunt in iudicium, partes ad conſenſum concordant.*

9 *Partium ſententiæ de ſcripturis diſcordant, examinantur eæ ſcripturæ ad pœnam ſolutionis lamproiæ.* }

In appellationibus {

10 *Quando proceſſus ſcriptus recipitur, non eſt ſcribendum amplius, ſed mandatur partibus vt concluſiones appella. in acta referant.*

11 *Quando proceſſus non excipitur ſcripto, appellans noua allegata proponere, & non probata probare poteſt.*

12 *Sententiæ quatuor membrorum Flandriæ in Concilio prouinciali pro proceſſibus ſcriptis, & receptis habentur.*

13 *Iudicata inferiorum ciuitatum non habentur ibi pro receptis, ſed ibi de nouo procedendum eſt.* }

14 *Quando proceſſus cenſetur ſcripto exhibitus.*

Senten-

1 SEntentia,ſiue apoinctamentum iu
dicis diſpoſitiuum eſt illa interlo-
cutoria, quam Iudex dat, cùm cauſa
plene producta eſt & litigata,nempe,
vt per eam partibus mandetur,vt ſeſe
regulent & ordinent, vel ad ſcriben-
dum, vel ad non ſcribendum, vel ad
ſcribendi modum. Hæc clarius ſequẽ
2 ti demonſtratione cognoſcentur. Cũ
reus ſimpliciter negat actoris factum
& interim nullum contrarium factũ
proponit,aut quando reus permiſit ſe
contumacem reddi tribus contuma-
ciis,& ſe detrudi ac ſecludi ab omni-
bus exceptionibus,& defenſionibus:
tunc ordinat Iudex diſpoſitiuè,& ſen
tentiam diſpoſitiuam interlocutoriã
ferendo mandat actori vt ſcribat per
3 intendit,& vt illud verificet. Quan-
do verò vnicum duntaxat eſt actoris
factum, quod reus non negat,tunc a-
ctor cum eo facto allegato quieſcit
& ſuperſedet à ſcribendo, & ipſi tũc
ordinatur, & mandatur, vt illud fa-
ctum ponatur ac conſcribatur in a-
ctis illius diei, & vt ſuper illo verifi-
4 cationem faciat. Sed quando reus alle
gat,ac proponit factum, actoris facto
contrarium, ordinat Iudex, vt partes
ſcribant per facta contraria, & vt illa
5 verificent. Si verò neutra partium fa-
ctum vllum alleget,aut proponat,ſed
ſi vtraque pars ſeſe referat & fundet
ſuper literis ac titulis in iure, tunc Iu-
dex interlocutoriè, ſiue diſpoſitiuè or
dinat, & mandat partibus vt ſuas alle
gationes conſcribant per memoriam,
& vt tali memoriæ ſimul adiungãt ſu
as literas,titulos,& teſtes,ſi quos habe
ant, aut ſi non habent,fateantur in eo
dem memoriali ſe eos debere, & tũc
ſuper illis dicetur ipſis ius, aut redde-
tur ipſis iuridicum appoinctamentũ,
6 vt decebit.Et quando partes ſuas alle
gationes, & propoſita ita confundũt,
miſcent,& conturbant,vt nugari po-
tius quàm iuridicè contendere videã-
tur, quod inter loquendum, ſcriben-
dum,aut litigandum ſeſe ita gerant,et
diſcurrant,vt non ſatis clarè intelliga-
tur quid ipſi dicere velint, tunc ordi-
natur in magno Mechilinienſi Conſi-
lio, & etiam nonnunquam in cõſilio
Prouinciali Flandriæ (quæ rebus ma-
gis ſeriis habent intendere quàm vt
nugatoriis implicita occupentur) vt
tales nugaces litigatores coram com-
miſſariis ad ipſorum tricas expedien-
das deputatis compareant, vt hi ipſos
audiant,regant,legitima mandent, &
de ipſorum perplexis quærelis ac dif-
ficultatibus ad Cõcilium clarius refe-
rant.In prouinciali autem camera, ſi-
7 ue in conſilio Flandriæ,praxis habet,
quod quando & quoties cauſa plenè
litigata eſt,quod tunc ordinẽt & mã-
dent partibus vt ſcribant ſimpliciter,
non dicendo aut addendo,vt ſcribant
per intendit, aut per memoriam, aut
8 per facta contraria. Et quando partes
ſcripſerunt ſuas allegationes, & pro-
poſita,& quando ſuas ſcripturas mu-
tauerunt & retulerunt in iudicium,
tunc procuratores ſimul concordant
inter ſe ſine vlla autoritate Curię,
dummodo earundem partium ſcrip-
turæ in factis,vel in iure conſiſtant,et
tunc graphiarius ipſarum partium cõ
ſenſum & concordiam annotat in
dorſo, aut in margine ſuperioris par-
9 tis dictarum ſcripturarum. Quando
verò partes in ſententiis diſcordant,
ſic vt altera dicat, quod ſcripturę v-
trimque exhibitæ in factis conſiſtãt,
altera neget, & dicat,quod in iure con
ſiſtant, tum ſecundum iura Conſiliũ
illas ſcripturas viſitat & examinat,
ſub pœna exoluendi murenam vel (vt

10 ioco dicunt) lampreiam. Et poſtea vbi illas rite diſcuſſerit & cognouerit, ordinat id quod iuris eſt, & ſimul condemnat procuratorem, qui contrariũ malè & iniuſtè ſuſtinuit ſolutionem lãpreię. In materia appellationis poſtquam totus proceſſus exceptus eſt in ſcriptis, nõ ordinatur partibus vt ſcribant, ſed ſolum per appoinctamentũ ipſis ordinatur, vt concluſiones appellatorias ponant, ac conſcribant in actis illius diei. Et illa acta conſcriptionis ac annotationis cum exploto & ſimul cum introitu curię (vulgò) *venue en court*, ſufficient ad eum proceſſum ſcripto per breuem memoriã exhibitum, ſi partes vtrimque ita velint, & ſic omnibus viſis, perſpectis, et diligenter examinatis, ius tãdem fiet & ipſis reddetur, aut aliud ſimile appoinctamentum, quod decebit, ipſis
11 decernetur. In materia verò appellationis aut reformationis, vbi proceſſus non recipitur, aut non eſt receptibilis, tanquam proceſſus ſcriptus, ibi appellans aut reformans poteſt proponere & allegare noua non allegata, & propoſita non probata probare, pro ſuo arbitrio, & vt ipſi placebit. Sed hæc efficere non poteſt, quando proceſſus ſcripto, aut in ſcriptis eſt acceptus, niſi cum reſtitutione aut cum
12 releuamento principis. Sed hic notandum eſt, quod in appellationibus quatuor membra Flandriæ à Comite olim obtinuerint & impetrauerint, q omnes ſuæ ſententiæ latæ, ſiue quod omnes proceſſus iudicati in ſuis conſiſtoriis (vulgò) vierſchariis, eſſent & haberentur in appellationibus receptι in Concilio prouinciali Flandriæ, & vt proceſſus ſcripti habiti, abſque eo quod de illis quicquam diminui, mutari, aut addi debeat, & cum iis proceſſus iudicati ſcripturis exhibitis ſimul ex proceſſu decedunt & exeũt.
13 Sed in aliis omnibus inferioribus ſub alternis magiſtratibus, id priuilegiũ non habent, neque id temerè, quando quidem ab iis non eſt expectanda tanta iuris ſecuritas, & perfectio, quanta à ſuperioribus magiſtratibus, à quib⁹ inferiores ſua conſilia, atque adeo ſententias ſuas in rebus arduis petere debent, vti paulò antè cap. 134. commõſtrauimus. Ideoque in iis inferioribus Flandriæ collegiis ſcabinorum, ciuitatum, caſſellaniorum, pagorum, & etiã in Curiis feudorum, ſeu parium curiæ in reformationibus debent à principio proceſſum inſtituere & formare, quantumuis etiam ipſi ſuper exhibitis ſcripturis iudicauerint ſiue ſententiam tulerint, aut quantumuis etiam ipſi ſententiã ex conſilio, aut mandato ſuæ Curiæ Capitalis eam ſententiã
14 tuliſſent, de qua ſuprà, cap. 134. Intelligitur autem proceſſus eſſe ſcriptus aut ſcripto exhibitus, poſtquam Iudex per ſententiam diſpoſitiuam mãdat partibus vt procedant. Item, quando acta cõcluſionis in iure, aut (vt dicitur) in cauſa ſunt ꝑpoſita. Quæ duo cũ abſunt, aut quãdo alterutrũ abeſt, ſcilicet, aut ordinatio iudicis, aut acta, tunc in magno Mechilinienſi conſilio non recipitur proceſſus, vt proceſſus ſcriptus, ſed curia ordinat, vt cauſam de nouo relitegent.

CAPVT

CAPVT CXLIIII.

De Sententiis interlocutoriis.

Summæ.

Sententiæ interlocutoriæ quæ ſint
1 *Primò.*
2 *Secundò.*
3 *Tertiò.*
4 *Quartò.*
5 *Quintò.*
6 *Sextò.*
7 *Iudex interlocutoriam reuocare poteſt.*
8 *Interlocutoria non niſi cum cognitione cauſæ ferenda eſt.*
9 *Interlocutoria fertur contra contumacem.*
10 *Quæſtionis in proceſſu emergentis exemplum.*
11 *Interlocutoria appellationis cauſam præcidit, & exceptionis materiam præbet.*
12 *Ab interlocutoria quando appellare licet, & appellare non licet.*
Interlocutoriæ dantur, vel
13 *Ad proceſſum præparandum.*
14 *Ad emergentia vel incidentia terminanda.*
Ad aliquid faciendum, dandum, &c.
Item
15 *Ad petitionem Rei.*
Ad petitionem ambarum partium ſimul.
Ex officio Iudicis ſolo.
16 *Emergentia quæ ſint, & dicantur.*
17 *Incidentia quæ ſint, & quæ dicantur.*

ACturus hic de interlocutoriis, pri
mò commonſtrandum eſt, quæ
ſententiæ ſint interlocutoriæ, & mox
quomodo, à quibus, & ad quid, feran
1 tur. Pro quibus ſciendum eſt, quod
Sententiæ interlocutoriæ, ſunt ſenten
tiæ ſemipleñ, quæ proferuntur inter
principium & finem cauſarum, non
quidem ſuper principali, ſed ſuper a-
liis emergentibus & incidẽtibus quæ
ſtionibus, vtpote ſuper libello offerẽ
do, vel concipiendo, aut ſuper dilatio
ne danda, aut deneganda, aut ſuper ſi-
milibus cauſis incidentibus, principa-
li cauſa ſemp durãte. Vel ſentẽtiæ in-
2 terlocutoriæ ſunt, quãdo Iudex nõ re
ſidẽs ꝓ tribunali, inter partes, ſine vlla
ſolennitate ſcripturæ aliquid interlo-
quẽdo ꝓnunciat de plano, & ſuper a-
liq̃ incidẽti vel emergẽti, quod ad prin
cipale intentatũ non directè ſpectat.
3 Vel Interlocutoria ſecũdũ Godef. dici
tur eſſe declaratio iudicialis ſup aliquo
articulo ſũmariè ius tribuẽs inter par-
tes. Et oẽ verbũ, quod à iudice in iudi
4 cio iudicialiter ꝓfertur, q̃d́q; ad cauſam
litis fa-

litis facit, pro ſententia interlocutoria
habendum eſt, vt in Autent. de litigioſ. §. Omne, colla. 8. Vel alio modo,
5 & paucioribus verbis. Interlocutoriæ ſunt ſententiæ quas Iudex, proceſ-
6 ſu durante, pronunciat. Et generaliter, omne quod Iudex cõmendat aut
ordinat, durante proceſſu vſq; ad diffinitiuam, & ad cauſam ſeruiens, inter
7 locutoria appellatur. Ideoque Iudex talem interlocutoriam poſtea reuoca
re poterit, ſiue is ſit ordinarius, ſiue de legatus, ſiue arbiter. Debet tamen om
8 nis interlocutoria cum vera ac debita cognitione cauſæ ferri, & (vt dici ſolet) iudice concedente, non proceden
te c. Induciæ. §. Spacium 3. q. 3. ſecundum Gofre. Sententiam autem inter
9 locutoriam Iudex ferre ſolet contra reum contumacem, nempe, quando Reo citato, & non comparente pronunciat actorẽ fore mittendũ in poſſeſsionem rei, aut bonorum ipſius, iuxta modum & menſuram debiti declarati, vel rei petitæ per quæſtionem emergentem. Veluti ſi incideret quæ-
10 ſtio inter partes, vel aduocatos, an aliquis in teſtimonium recipiendus eſſet, &c. Iudex cum cognitione cauſæ de hac queſtione ſententiam interlocutoriam ferre poterit, pronunciando talem, aut talem, in teſtimonium reci
11 piendum aut non recipiendum. Quæ quidem ſententia interlocutoria talis eſt, vt in rem iudicatam tranſeat, potiſsimùm ad duo, quæ præſtat, ſcilicet quod per eam remedium contra appellationem detur, quæ tunc attentari non poterit, & quod ob eam materia excipiendi offeratur. c. Cum dilectus, in ti. de elect. Non autem hoc efficit interlocutoria, vt ex ea agatur a-
12 ctione in factum, ſicut ex diffinitiua. Ideoque à tali interlocutoria (ſtante eodem proceſſu) quilibet appellare poteſt: ſed ſecundum Canones, non autem ſecundum leges generaliter.
13 Quod tamen fallit in caſibus legis ſecundæ, C. Vt lite penden. Item, Si interlocutoria ſit talis, quæ ius alicuius totum abſorbeat, & tollat. Ea enim effectu plenè diffinitiuæ vim haberet, ſic tamen vt ſi poſt talem interlocutoriam non relinquatur locus ad appellandum à diffinitiua, ſi ab ea interlocutoria aliquis appellauerit. Secus verò fiet ſi poſt talem interlocutoriã non appellauerit, ſed ſi beneficium appellationis à diffinitiua ſibi ſaluum, & integrum reſeruauerit, vt Gofr. tenet primum in ſumma, de ſententia
14 & re iudica. Sententiæ autem interlocutoriæ nonnunquam dantur ad proceſſum præparandum aut inſtruendũ, aliquando ad emergentia & incidentia terminanda, nonnunquam ad aliquid faciendum, aut non faciendum, aut ad aliquid dandum, aut non dandum, aut ad incidẽtia decidẽda, aut ad
15 aliquid aliud ſimile ordinandũ. Interlocutoriæ dãtur, nõnullæ ad inſtantiã & requiſitionem rei, Aliæ ad inſtantiã ambarum partium, ſcilicet, & actoris & rei, & aliæ ſine & abſque requiſi-
16 tione, ex iudicis officio. In quibus & intelligere debes, quod emergentia hic dicamus eſſe exceptiones quæ pro ceſſum, ſed non cauſam principalem concernunt, veluti, quod teſtis ſit falſus repertus, aut q, ꝓcurator ſit falſus repertus, aut q, ille vel ille nõ ſit in teſtimoniũ recipiẽdus, aut ſimiles allegatiões, q̃ principalẽ cauſam ꝑciſe nõ tã gũt. Incidẽtia aũt cõtra dicũtur eſſe ex
17 ceptiões cõcernẽtes cauſam prĩcipalẽ, & nõ ꝓceſſum, ſicut ꝓponere aut allegare pactũ de nõ petẽdo, aut allegare, vel addere aliquid q, ſit peremptoriũ.

CAPVT

CAPVT CXLV.

De interlocutoriis definitiuam ſapiẽtibus.

Summæ.

1 *Interlocutoriæ aliæ ſunt*
- *Simpliciter, quæ principale non tollunt.*
- *aliæ.*
- *Definitiuæ quæ principale ius abſorbent.*

Interlocutoria definitiua eſt.
2 *Quando parti declinanti reſpondere mandatur.*
3 *Quando Iudex contra declinantẽ dicit ſe non eſſe iudicẽ cõpetentẽ.*
4 *Quando Iudex mandat parti confeſſum exoluere debitum.*
5 *In deſertione appellationis,quando ſit.*
6 *Quæ ſuper nullitate datur.*
7 *Quando cum abſolutione inſtantiæ principale perimitur.*
8 *Quæ datur ſuper poſſeſſorio cui proprietas annexa eſt.*
9 *Quando Iudex mandat parti, ne alteram partem impediat.*
10 *Expenſarum taxatio,*

11 *Interlocutoria non datur parti ſcripto,niſi in iure canonico.*

PRæcedenti capite diximus,quaſdã
eſſe interlocutorias, quæ vim obti
nerent definitiuę, à quibus appellare
nõ licet,qui a definitiua poſtea appel-
lare voluerit. De his interlocutoriis
nunc dicendum eſt latius. Sunt itaq;
1 ſententiæ interlocutoriæ,aliæ ſimpli-
ces,de quibus cap.iam dicto.144.alię
fortiores,& quæ definitiuas ſapiunt,
vimque definitiuæ per effectum obti
nent, ſic vt principali cauſæ etiam præ
iudicent,ac totum ius quaſi abſorbe-
2 ant,& tollant. Veluti ſi pars declina-
ret, aut remiſsionem à iudice peteret,
& ſi tunc Iudex nihilominus eidem
parti mandaret, & ordinaret vt reſpõ
deat, ea ordinatio eſt interlocutoria
definitiuam ſapiens, quia ipſa remiſ-
ſioni petitæ prȩiudicat,ab appellando
à definitiua partem illam excludit, &
ipſi perpetuum ſilentium imponit.
Ideoque effectum definitiuę meritò
3 obtinet.Item, In declinatoriis, quan-
do Iudex pronunciat & declarat ſeip
ſum iudicem eſſe competentem, tunc
illius ſententia cenſetur, & eſt inter-
locutoria,& ſi ipſe contrarium decla-
rat,tunc cenſetur,& eſt definitiua. Si
4 militer, quãdo pars debitum fatetur,
& Iudex condemnando ipſi confeſ-
ſum debitum certo die ac tẽpore exo
luere mandat, tunc illa iuſſio, ſiue il-
lud præceptum non eſt propriè defi-
nitiua ſententia,quia ibi nulla eſt con
demnatio. Sed tantum eſt ſententia
interlocutoria, definitiuam ſapiens,
5 & definitiuæ vim obtinens.Sed ſen-
tentia data ſuper appellationis de-
ſertione eſt ſententia interlocutoria,
quando ſententia de qua appellatum
fuit, fuit interlocutoria, ſed ſi illa de
qua appellatum eſt, fuiſſet definitiua,
tunc ipſa ſententia ſuper deſertione
etiam eſſet plene definitiua. Senten-
tia quo-

6 tia quoque data ſuper nullitate, eſt interlocutoria definitiua, quia cum ipſa, principale finitum eſſe cenſetur, & e t. Abſolutio item ab inſtantia, ſi-
7 ue pluri, eſt etiam interlocutoria, ob eandem rationem, ſed quando cum abſolutione inſtantiæ principale etiá perimitur, tunc & ipſa definitiua eſſe
8 cenſetur. Sententia præterea data ſuper poſſeſſorio, eſt interlocutoria ſimplex, ſed quando proprietas ipſa cum poſſeſſorio coniuncta & annexa eſt, eo caſu ipſa cenſetetur definitiua.
9 Defenſio, quam Iudex facit parti, ne aduerſarium in ſua poſſeſſione impediat proceſſu durante, eſt interlocu-
11 toria definitiua. Taxare expenſas eſt
10 interlocutoria definitiua. De iure ciuili, non eſt opus parti dare interlocutoriam in ſcripto, ſed id de iure canonico requiritur.

CAPVT CXLVI.

De Interlocutoriis reuocandis.

Summæ.

1 *Interlocutoriam, non definitiuam Iudex reuocare poteſt.*
2 *Sententiam ex cauſa reuocare non eſt ignominioſum.*
3 *Pontifices & Imperatores pro tempore decreta mutant, aut corrigunt, aut tollunt.*
4 *Temporibus in decretis ſæpe conſulendum eſſe.*
5 *Interlocutoria bona reuocari non debet.*
6 *De interlocutoria bona cum grauamine partis quid iudici faciendum.*
7 *Interlocutorias Iudex reuocat, aut* — *Ob requiſitionem partium.*
8 — *Ex ſuo officio* — *Partibus abſentibus, aut inſciis.*
9 — *Partibus inuitis.*
10 — *Quando de vna interlocutoria appellatum eſt.*
11 — *Quando iudex leuiter pronunciauit ſe non eſſe iudicem competentem.*
12 *Interlocutorias Iudex nõ reuocare poteſt* — *Quando pronunciauit ſe non eſſe iudicem competentem.*
13 — *Quando tacite ſe iudicem competentem eſſe declarat.*
14 — *Quæ reuocatæ magni forent præiudicij.*
15 *In magno Conſilio Hollandiæ quomodo appelletur ab interlocutoria.*
16 *Ab interlocutoria* — *iudiciali appellare non licet.*
Sed
17 — *irreparabili appellare licet.*
18 *In Conſilio Flandriæ, & Parlamento non proceditur ſuper ſola nullitate.*

Quando

1 QVando Iudex videt & ſentit, ſe
malè iudicaſſe, aut male à partibꝰ
proceſſum fuiſſe, ob quod & ipſiꝰ ſen
tẽtia interlocutoria minus digna, ſed
indebita videbitur, tunc poteſt eandẽ
ſuam interlocutoriam (nõ definitiuã)
reuocare, & ſeipſum quodámodo ſic
corrigere, l. Quod iuſſit. ff. de re iudi-
ca, cõcord. text. in c. Cũ ceſſante, de ap
2 pel. Neq; eſt quod iudicẽ talis reuoca
tionis aliquando aut pudeat, aut pi-
geat, q, nulli probro eſſe poſsit, ſi ab er
rore ad veritatis lucẽ properet, Nihil
enim tã eſt ſecundũ humanã naturam
quã labi, errare, & decipi. Sed quando
veritatis via oſtẽditur, eã nõ velle ag-
noſcere, minuſq; recipere, ſed potius
præferre, in errore pmanere malle, &
errorẽ veritatẽ appellare, & pro verita
te defendere, hominis eſt nõ ſolũ ſtul
ti, & amentis, ſed etiam inſaniſsimi, et
pœnè brutiſsimi, quod vitium cũ ab
omni homine deberet eſſe alieniſsi-
mũ, omniũ minimè cõuenit iudicibꝰ
aut iis, qui aliis præſunt, & veritatis
viã ſuis præmonſtrare debẽt. Hoc e-
nim veritatis amica natura per ſe in
omnibus rebus, locis, & tẽporibus re-
quirit, & optat à nobis, vt errata ſta-
tim corrigamus, & erroris tenebras
quã longiſsimè, & quã citiſsime à no
bis ſine pudore diſpellamus, præſer-
3 tim quum videamus ipſos S. Pontifi-
ces, ipſos Imperatores, ipſa deniq; Cõ
cilia nõ puduiſſe reuocare male iudi-
cata, aut inſtituta: Aut certè corrigere
& mutare, quæ pro tempore perperã
fuere ſanxita, præſertim cũ poſtea per
penderant alia tempora alios require
re mores, aliaq; plebiſcita repoſcere, ſi
ſuos ciues, ſi ſuas reſpublicas ab exitia
libus diſcordiis liberatas eſſe, & in flo
renti concordia per veritatis conſen-
ſum triumphare voluiſſent, iuxta cõ-
4 mune illud prouerbium. Diſtingue
tẽpora, & concordabis ſcripturas, hoc
eſt: Omnia humana iudicia cum tem
porum diſtinctione diſcernẽda, mutã
da, corrigenda, & reſtituenda ſunt, &
ſic quæ ſcripta ac inſtituta ſunt, facile
cum tali diſtinctione ad concentũ &
concordiã rediguntur, & conſona e-
runt omnia, etiam quæ pro tempore
diſſona videntur. Sic & Iudex ſuam
ſententiam reuocare, mutare, & corri
gere ſine dedecore poteſt, quando ſe
nõ ſatis debitè ſuam interlocutoriam
tuliſſe cognoſcit. Quia qui ſeipſum
corrigit, is ab alio corrigẽdus nõ erit.
Si verò Iudex certò nouerit (iudicio
5 non errante) quod ſuam interlocuto-
riam ſententiam bene pronunciaue-
rit, tunc non eſſet neceſſe eam reuoca
re, aut dicere (ego interlocutoriã hanc
6 reuoco) Sed tantum dicet: Si vlla in
re tibi obfuerim, aut damno per meã
ſententiam grauauerim, paratus ſum
illud damnum tibi reſarcire, aut ſentẽ
tiam mutare, vel reuocare, iuxta opi-
nionem & conſilium ſapientũ & pru
dentum, atque ad hoc do tibi tempus
14. dierũ, vt interea temporis maturè
cum doctioribus de cauſa tua conſul
tes, & tunc ad me reſponſa illorũ de-
laturus, neque item cõſulturus reuer-
taris. Aut certè poterit tunc parti dice
re, non credo quod in aliquo te graua
uerim, & ſi ſit aliquod grauamen per
hanc meam interlocutoriam tibi il-
latum, dic & oſtende cum veritate in
quo te grauauerim, damnoque affe-
cerim, ego pronunciata reuocabo.
Prius enim non habeo cauſam, quæ
me ad reuocationem aut inuitare, aut
7 compellere debeat. Sed hoc loco no-
tandũ eſt, quod Iudex interlocutoriã
ſuã reuocare poteſt, duobus modis, ſci
licet ex requiſitione partiũ, ſicuti iam
diximus,

diximus, & ex ſe ipſo, vel ex ſuo offi
cio. Ex ſeipſo quidem, & ex ſuo offi-
cio reuocare poterit quouis tempore,
ſed tamen antequam definitiue iudi-
cabit, idque modis quatuor. Primo e-
8 nim ſuã ſententiã reuocare ex ſe pote
rit, etiam ipſis partibus aut abſentib⁹,
ignorantibus, dũmodo cauſa erit ante
talis, quæ partium præſentiam, aut no
titiam non requirat. Nam ſi cauſæ co-
gnitio partium notitiam, aut præſen-
tiam maxime requireret, tunc in illa-
rum abſentia, aut iis inſciis reuocare
non deberet. Secundò, ex ſuo officio
9 interlocutoriam reuocare poterit, nõ
tantũ partibus abſentibus, aut inſciis,
ſed etiam ipſis inuitis, potiſsimum ſi
talẽ interlocutoriam ſe iudicem graua
re cognoſceret, ſed id ex officio ſuo
non poterit, quando ſua interlocuto-
ria purè & nudè grauet ſolam ipſam
partem, ſed tantùm quando pars id
cum ratione requirit, & ſe per eam
grauatam eſſe demonſtrat, vti ſuprà
10 diximus. Tertiò, ſi de vna interlocuto
ria appellatum fuiſſet, tunc poterit Iu
dex illam interlocutoriam reuocare,
quia reuocatio appellationem extin-
guit & annihilat, ſed id non poterit ſi
ipſa executioni expoſita & mandata
11 fuiſſet. Quartò, Si Iudex ſine cauſæ
cognitione leuiter interlocutoriam
pronunciaſſet, quod ipſe non eſſet Iu
dex competens, poſſet is tunc eam
interlocutoriam reuocare, & partes
denuo ad ſe reuocare, illas audire, &
12 certius ipſarum allegata cognoſcere.
Si vero Iudex per interlocutoriam
pronunciaſſet ſe non fuiſſe iudicem
competentem, tunc non poſſet eam
reuocare, quia tunc non amplius eſt
Iudex, niſi de illo ſuo iudicato, aut ni-
ſi (vt dixi) de ſententia appellatum eſ-
13 ſet. Et hoc loco notandum eſt, quod
ſi iudex non pronunciaret expreſſe
ſuper exceptione declinatoria, ſed ſi
in cauſa vlterius procederet, tunc non
obſtante illa exceptione, intelligere-
tur, quod ſeipſum tacite iudicem cõ-
petentem declaraſſet, ſed tamen par-
tes interim quæ p hoc grauarẽtur, poſ
14 ſent de eo appellare. Interlocutorias
rerum quæ magni forent (ſi reuocarẽ
tur) præiudicij, Iudex, ſine cognitione
cauſæ reuocare nõ poteſt. In camera ſi
15 ue prouinciali conſilio Hollãdiæ pra-
xis habet, vt ſi quis ab interlocutoria
appellare propter grauamina paſſa vo
luerit, vt is inquam ea grauamina Cõ
ſilio exhibeat intra triduum. Vt Con
ſilium his grauaminibus perſpectis,
& cognitis, & etiam vt poſt partem
ſuper illis auditam certi⁹ de illa inter-
locutoria iudicet, & pronunciet, nem
pe vt eam aut confirmet, aut reuocet.
Et non prius appellantem admittunt
ſuper principali, quam de interlocuto
16 ria determinatum & pronunciatum
fuerit. Cæterum hoc notandum eſt,
quod non licet cuiquam de iure ap-
pellare ab interlocutoria iudiciali ſi-
ue definitiua, niſi cum cauſa id poſcen
te, quam tenetur appellans tunc ex-
primere. Sed tamen bene licet contra
interlocutoriam proponere nullita-
17 tem. Ab interlocutoriis verò irrepara
bilibus in definitiua appellare licet
tam ſecundum ſtilum, quam etiam ſe
18 cundum iura. In Conſilio prouinciali
Flandriæ, & etiam in magno Mechi-
linienſi Conſilio vſus hic habet, quod
nullitatem ſimul cum appellatione,
aut cum reformatione produci ve-
lint. Nunquam enim ibi proceſſum
vllum intentari, ſuper ſola nullitate
ſinunt.

CAPVT

CAPVT CXLVII.

De Recredentiis.

Summæ.

1 *Recredentia quid ſit.*
2 *Recredentia ius potius oſtendit.*

Recredentia
In beneficialib. datur
3 *habeuti titulum, ſi alter non habeat.*
4 *habenti cum titulo ius potius.*
5 *habenti longiorem poſſeſſ. pacificam.*
In prophanis datur
6 *habenti poſſeſſ. vnius anni & diei.*
7 *habenti in poſſeſſ. ius fortius.*
8 *habenti pro ſe ius commune.*
9 *habenti titulum per explotum oſtenſum.*

10 *Ante recredentiam exhibendi ſunt tituli, & explota.*

11 *In* *Simplici ſaiſina tituli vetuſtiores, & explota* / *Recredentia tituli recentiores* — *præferuntur.*

Recredentia non datur vlli
12 *Quando quæſtio naſcitur de iuriſdictionibus.*
13 *Quando quæſtio oritur de poſſeſſione redituum.*
14 *Quando quæſtio oritur de ſoluendis vectigalibus.*
15 *Quando complenta non executa, reſtituitur.*
16 *Quando aliquis per vim à ſuo depellitur.*

17 *Recredentiæ mandantur executioni realiter ſine oppoſitione vel appellatione.*
18 *Recredentiæ executionem nec Epiſcopus, nec Capitulum impedire poteſt.*

1 R־Ecredentia eſt interlocutoria, quã
Iudex dat, proceſſu durante in ma
teria nouitatis, manutenentiæ, aut in
aliis materiis poſſeſſoriis, ſuper vſu
fructuum, aut rei litigioſę. Vel, vt aliis
placet. Recredẽtia nihil aliud eſt, quã
miſsio in poſſeſsionem cauſa ſeruan-
dorum fructuum. Dicta quidem re-
2 credentia, quaſi rei credẽtia, quod res,
fructus, & poſſeſsio rei, vni potius cre
denda & adiudicanda videatur, quã
alteri. Ideoq́ue ferè fit, vt cui recreden
tia adiudicatur, illi quoque potius ius
eſſe credatur. Hic autem ſtylus & pra
xis recredentiarum ex Francia nobis
proceſsiſſe videtur. In materia autẽ be
3 neficiali, is qui titulum habet, præfer-
tur ad recredentiã illi, qui titulum nõ
4 habet. Et quando ambo, aut vterque
litigantium titulum habet, eumq́ue

ſimul ambo exhibent, tunc ferè da-
tur & adiudicatur illi, cui verius, me-
liuſque ius ex allegatis competere
videbitur, aut quem Iudex iam repe-
rit in recenti poſſeſsione. Sed ſi pars
5 aduerſa viciſsim oſtenderet ſuam poſ-
ſeſsionem, eamque antiquiorem, aut
quod ipſe tribus annis beneficium
ſuum pacificè poſſediſſet, eo caſu ipſi
6 recredentia adiudicanda foret. In ma-
teria verò, ꝓphana, cõmuniter datur et
conceditur recredẽtia ſuper poſſeſsio
7 ne vnius anni & diei. Quin & is, qui
melius ac fortius ius in ea poſſeſsione
prætendere poteſt, ac melius in ea fun
datus eſſe videtur, habens quemcum
que titulum, etiam vel coloratũ, huic
recredentia adiudicari debet. Aut cer
8 tè datur illi, qui pro ſe ius habet cõ-
mune, quique ſuam intentionem, &
ſua allegata melius in iure fundata eſ
9 ſe probabit. Aut adiudicatur illi, qui
titulum ſuum oſtendit per vltimum
explotum. Aut datur (vt dictum eſt
prius) illi, qui poſſeſsionem vnius an-
ni, & diei oſtendere poteſt. Sed om-
nia conſiſtunt in prudentia iudicis, vt
illi recredentiam adiudicet, cui potius
ius deberi putabit. Et ideo in hac ma-
10 teria recredentiæ, iudex mandat parti
bus, vt ſuos titulos, & explota in iu-
diciis per ſcripta exhibeãt. In quibus
ſeſe nonnunquam ita gerit, vt de ea
poſſeſsione ſe ſummariè tantũ infor-
met, nempe ex vtraque parte ſolùm
ſex, aut octo teſtes audiendo, & non
plures, vt ex his auditis, & reliquis o-
mnibus diligenter perſpectis, recre-
dentiam adiudicet illi, qui ad eam ob
tinendam, maiorem apparentiam ha-
11 bere videbitur. In ſimplici autem ſai-
ſina vetuſtiores tituli, & explota ſunt
meliora ad recredentiam obtinendã,
& in complanta verò noui tituli ſunt
præferendi titulis vetuſtioribus, & an
tiquioribꝰ, vti & ſuprà mõſtrauimus
12 cap. 37. Sed hoc loco notandum eſt,
quod Iudex non dat, nec concedit vl-
li recredentiam in cauſis, vbi quæſtio
eſt, & vertitur de iuriſdictione, aut (vt
loquuntur) de iuſtitia, ſed tunc ea iu-
ſtitia, aut ea iuriſdictio contentioſa,
durante proceſſu regitur & guberna
tur (vt vulgò dicunt) per manum ſu-
13 periorem. Neque etiam Iudex conce
dit, aut dat vlli recredentiam in liti-
bus, vbi quæſtio eſt de poſſeſsione re-
dituũ currentiũ, quia tũc manẽt illi re
ditus ſtãtes, & ſuſpẽſi vſq; ad definiti
14 uã. Similiter nulli adiudicatur recredẽ
tia, quando quęſtio oritur contra telo
narium de ſoluendis teloneis, quãdo
quæſtio eſt de cenſendis teloneis, pe-
dagiis, vectigalibus, tributis, & ſimili
bus. Nam ſi mercator quiſpiam, aut
alius per prædicta telonea, vectigalia,
aut pedagia pertranſiret, aut ſolus, aut
cum mercibus, & ſi ab eo telonarius
ſolutionem telonei expeteret, & mer
cator vel alius ille pertrãſiens diceret,
ſe ab eo teloneo eſſe liberum, & ideo
nollet ſoluere, ſed lis pertraheretur
in iudicium, tunc ea proceſſu duran-
te, hærent inſoluta telonea, & c. vſque
ad definitiuam, & interim eadem cõ
notantur, & regiſtrantur vſque ad de
finitiuam, vel ad vſum telonarij, vel
ad libertatem mercatoris, aut alterius
15 tranſeuntis, ſecundum tenorem ſentẽ
tiæ prolatæ. Quando aliquis impetra-
tam complentam ſuo tempore ad ex
ecutionem non inſtituit, & de ea o-
miſsione ſi releuari, aut in integrũ re-
ſtitui curauit, quod ſcilicet ſuam com
plentam intra annum executioni nõ
mandauit, tunc non eſt opus, nec re-
quiritur vllum reſtabliſſamẽtum, nec
ſequeſtrum, nec recredentia. Vbi ali-
quis

16 quis vi repulſus eſt ex ſuo, vel ex ſua poſſeſsione ibi non ſeruit, nec opus eſt recredẽtia, ſed debet illa vis & violentia reparari in principali. Hic autẽ
17 ſciendum eſt, quod omnes recredentiæ executioni mandantur, realiter, & de facto, non obſtante vlla oppoſitione, aut appellatione. Attamen appellatio recipitur, ſed non ſuſpendit ex-
18 ecutionem. Secundò, ſciendum eſt, quod nec Epiſcopus, nec Capitulantes vnquam poſsint executionem recredentiæ in materia beneficiali impedire, ſub prætextu ipſorum ſtatutorum, quia ſi id fieri poſſet, ſententia principis in poſſeſſorio, eſſet parti illuſoria.


PRECO.
SVBHASTATOR.
PRECO.

CAPVT CXLVIII.

De Decretis.

Summæ.

1 *Decreta aliquando ſunt ſententiæ* { *interlocutoriæ.* / *aliquando* / *definitiuæ.* }

2 *Decreta prudenter, & cum cognitione cauſæ ſunt interponenda.*

3 *Decretum Iudicis interponitur* { *In alienatione bonorum immobilium.*

4 *In venditione rerum per ſubhaſtationem.* }

5 *Decretum non eſt neceſſarium in venditione rerum, quæ citò pereunt.*

6 *Decretum aliud eſt* { *Primum.* / *aliud* / *Secundum.* }

7 *Decretum primum quod ſit.*

8 *Primum non ſemper refertur ad ſecundum.*

9 *Primum decretum cur dicatur, ſi non ſequatur ſecundum.*

10 *Secundum decretum quod ſit.*

11 *Decreta Conſiliorum* { *Meclbili.* / *&* / *Flandriæ* } *valent quocunque ſua authorit. extenduntur.*

12 *Decreta abſolute explicarunt* { *Speculator.* / *&* / *And. Alciatus.* }

1 DEcreta ſunt nõnunquam vel ſententiæ interlocutoriæ, vt l. Prima in fine.ff.de offic.aſſeſſo. Vel aliquando ſunt ſententiæ definitiuæ, vt l. De-
2 creta.ff.de re iudica. Et quæuis decreta Iudex dare debet prudenter, & cũ cauſæ cognitione, ſcilicet, expectãdo, quod expectandum eſt, permittẽdo, quod permittendum eſt, approbando, quod approbandum eſt, & reſtituendo, quod reſtituendum eſt, ſic vt vbique ſuam authoritatem interponat. Si enim darentur leuiter, & ſine cauſæ cognitiõe, ea nullius eſſent mo-
3 menti. Decretum autem iudicis requiritur & interponitur in multis cauſis. Primò, In alienationibus rerum, nempe fundorum, ac bonorum immobilium, bonorum pupillorum vel minorum, &c. l. Inter omnes minores, & ferè per totum. C. de prædi. & aliis reb.
4 minor. &c. Secundò. Decretum interponitur in omnibus alienationibus & venditionibus feudorum, fundorum, domorum, molarum, & aliorũ bonorum immobilium, quæ venduntur per ſubhaſtationem, aut per alios modos ſimiles, quibus aut Princeps, aut Magiſtratus aliquid cum authoritate vendit, ſub reali, aut perſonali executio-

ecutione (vulgò) *op eerlijcke executie*, ſic vt ea vendita firmiorem habeant effectum, pro decreti iudicati cõpletione. In venditionibus verò bonorũ,
5 quæ perire poſſunt, ſiue (vt aliis placet) quæ ſeruando ſeruari nõ poſſunt, decretum iudicis nõ eſt neceſſarium, l. Prima. §. Fuit quæſitum, iuncta ibi gloſ. in verb. neceſſaria non eſt. ff. ad S.C. Trebel. latè Tiraquellus *du retraict linagier*. §.1. in ver. *ou aultre choſes*, gloſ. 7. num. 104. 105. 106. Diuidi-
6 tur autem decretum bifariam, ſcilicet in decretum primum, & in decretum ſecundum, de quibus tamen in praxi nullus eſt vſus. Dicitur autem primũ
7 decretum, quaſi primum Iudicis iuſ-
8 ſum. Et licet decretum aliquod dicatur primum, id tamen non ſemper ſit reſpectu ſecundi, ſic vt neceſſariò ſequatur. Hoc eſt dicretum primum, ergo neceſſariò oportet eſſe ſecundũ, cuius reſpectu illud decernetur primũ, ſicuti non ſequitur (vt hoc obiter annotem) Maria peperit filium ſuũ primogenitum, Lucę 2. igitur Maria poſtea alios peperit, reſpectu quorum Ieſus ſeruator noſter, diceretur primo genitus, vt pulchrè annotat. magnus ille Eraſmus Roterodamus, in 2. cap. Lucæ. Idem cõprobat. l. Qui duos. ff. de reb. dub. Et c. Ioſeph. extra de ver bo, ſignific. quia quandoque interponitur primum decretum, poſt quod nunquam ſequetur ſecundum. Vide Speculatorem. Dicitur igitur (vti diximus) primum decretum, quod ſit prima à iudice iubente in poſſeſsionẽ
9 facta miſsio. Vel primum decretum dicitur primum iudicis iuſſum, quo mandat bona alicuius cõtumacis, pro pter contumaciam, & in pœnam con
10 tumaciç ab altera parte obtineri. Pariformiter definiri poteſt decretum ſecundum, ſupponendo vbique (ſecundam miſsionẽm) loco primæ, tametſi non ſemper poſt primum decretum ſequatur ſecundum, quum non ſemper opus ſit ſecundo decreto, vti iam paulò ante diximus, & ſicuti notatur in c. Quoniam frequenter. §. In aliis verò, in gloſ. verbi. Conſtituetur, extra, vt lite non conteſta. Vide & bonã gloſ. in l. Si finita. §. Si plures, in verb.
11 Prius. ff. de dam. infect. Decretum datum per Dominos Conſilij Flandriæ habet locum, & ſortitur effectum per vniuerſam ſiue totam Flandriam. Et decretum datum per dominos magni conſilij Mechilinienſis, habet locum, & ſortitur effectum vbique locorum, quo eorum iuriſdictio ſeſe ex
12 tendit. Quod modis autem dicatur primum decretum. Item. Quomodo debeat interponi. In quibus rebus vel actionibus interponatur. A quibus iudicibus ſoleat & debeat interponi. Quis ſit primi decreti effectus. Præterea ſecũdum decretum quid ſit. Quomodo. Quando, & intra quantum tẽ pus interponatur. In quibus actionibus, & quo iure poſtuletur interponi. Quis ſit ipſius effectus (vt hic prolixitati vitandæ ſtudeam) lectorem remitto ad d. Speculatorem, & ad compendium iudiciarij proceſſus D. Andreæ Alciati, fol. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120, quos ſuper his decretis, dictis locis per ocium conſulere licebit.

CAPVT

CAPVT CXLIX.

De Actis.

Summæ.

1 *Acta in diario ſunt regiſtranda.*
2 *Acta ſunt triplicia, ſcilicet* { *Diſpoſitiua.* / *Productionum.* / *Deciſionum.* }
3 *Acta ambabus partibus ſunt communia.*
4 *Ad acta omnia ſunt reſtituenda, quia illa ſunt certiſſima.*
5 *Concluſiones partium reſtituendæ ſunt ad Actorum regiſtra.*
6 *Graphiarij præſentatio non recipiebatur, niſi per acta conſtaret eam tunc ſeruire.*
7 *Expenſæ taxandæ ad Actorum regiſtra.*
8 *Defectus, aut detruſio non prodeſt parti, niſi per acta de detruſione conſtet.*
9 *In parlamento Mechil. requiruntur* { *Acta petitoris.* / *Concluſio rei.* / *Acta diſpoſitiua.* / *Concluſio in iure.* } *Acta iudicialia.*
10 *Acta iudicialia nullos teſtes requirunt.*
11 *Acta arbitrorum teſtes requirunt.*
12 *Actis certior habenda fides, quàm Iudici.*
13 *Actorum loco ſchedula memorialis apud quoſdam traditur.*
14 *Noua oblata, noua requirunt acta.*

DE omnibus interlocutoriis per
Graphiarium conſcribitur nota,
1 quam acta vel actam vocant. Has a-
ctas quotidie Graphiarius redigit in
diarium, hoc eſt, in regiſtrum diur-
num. Per nullum enim alium quam
per Graphiarium, aut per Notarium
criminalem, aut per alios, qui ad
hoc peculiariter ſunt deputati, illa a-
2 cta cõſcribi ac regiſtrari debẽt. Huiuſ
modi aũt acta ſunt triplicia. Sunt em̃
alia Acta diſpoſitiua, ſcilicet quæ ſunt
ſuper proceſſus deductione. Alia ſunt
Acta ſuper productionibus, & prola-
tionibus. Et Alia ſunt Acta deciſionis
3 cauſæ. Quæ quidẽ acta omnia vtriſq;
ſunt cõmunia, hoc eſt ad ambarũ par
tiũ cõmoditaté, & ad iudicij certitudi
nem ita rediguntur, in euentum, vt ſi
ea acta alterutrius partis aliquo caſu
periſſent, & amiſſa forent, vt inquam
eadem ex dicto regiſtro repeti, & re-
4 cuperari certiſsime poſſent. Aut ſi cor
rupta aut obliterata, aut lacerata eſ-
ſent partium exemplaria, vt ad hæc tu
tiſsimè reſtitui, & probari poſſent, cũ
5 omnibus annotationibus annexis.
Hinc factum eſt, quod etiam conclu-
ſiones, quas partes ceperunt, ſemper
corriguntur & reſtituuntur ad regi-
ſtrata acta, quę tam ſunt ſemper certa,
vt nulli aduocatorum, ad hæc acta a-
dulteranda, aut aliter ſcribenda, quam
6 conſcripta ſunt, & quàm ipſa acta in
ſe contineant, accedere liceat. Sic per
inſtructioné criminũ anni milleſimi,

quadringẽteſimi vigeſimi ſexti Dux
Burgundionum Philippus ordinaue
rat procuratoribus, vt haberent ſua a-
cta ſemper parata, & noluit vt gra-
phiarij præſentationem ſuper rotula
reciperent, niſi per acta cõſtaret, quod
ipſa oblata præſentatio eo tempore
7 ſeruiret. In expenſarum quoque taxa
tionibus, nihil taxatur pro partium ci
tationibus, aut pro procuratoribus,
aut pro aduocatis, niſi per acta omnia
ita ſe habere conſtaret. Nemo præte-
8 rea acquirit ſibi profectum aut com-
modum ob defectum, aut ob detru-
ſionem alterius partis à dilationibus,
niſi prius de eo defectu, & de vltimis
dilationibus per acta, aut apud acta
apertè conſtiterit. Secundum autem
9 ſtylum magni conſilij Mechilinienſis,
in vnoquoque proceſſu neceſſariò
quatuor acta requiruntur & produ-
cuntur, ſcilicet Acta petitoris, conclu
ſio rei. Acta diſpoſitiua, & acta con-
cluſionis in iure, ſiue (vulgò) in cauſa.
10 Obſerua autem quod in nullis actis
iudicialibus aſſumuntur teſtes præſen
tes, ſicuti tamẽ aſſumuntur in inſtru-
mentis, quia acta capiunt ſuam autho
ritatem, robur, & poteſtatẽ à præſen-
11 tia iudicis ordinarij. Sed tamen in a-
ctis, coram arbitris, teſtium præſentia
omnino eſt neceſſaria. Quin & hoc
de actorum certitudine dicẽdum eſt,
12 quod in Curiis ſiue conſiſtoriis, vbi
graphiarij ſunt iurati, potior habetur
fides actibus, quàm ipſi iudici, ita vt ſi
quæſtio oriretur quonam pacto fuiſ
ſet ſententia prolata, aut ſi dubitare-
tur quomodo per iudicem partes eſ-
ſent concordatæ, tunc partes omnino
ſe regularent, & gubernarent ſecundũ
acta, etiam ſi Iudex de illo dibitaret,
aut etiam contrarium actis adſtruere
vellet. Sed hoc quoque de Actis no-
13 tandum eſt, quod conſuetudo in mul
tis conſiſtoriis (vulgò) Vierſchariis ha
bet, vt actorum loco accipiant ſchedu
lam vnam legalem ac memorialem.
14 Secundò notandũ eſt, quod ſuper no
ua oblata, noua requirant acta.

CAPVT CL.

De Stylo.

Summæ.

1 *Stylus curiæ vbique obſeruandus eſt.*
2 *Stylus quid ſit, primo.*
3 *Stylus non eſt de iure.*
4 *Stylus quid ſit, ſecundo, tertio.*
5 *Stylus circa quæ verſetur.*
6 *Styli, & conſuetudinis affinitas.*
7 *Styli, & conſuetudinis differentia.*
8 *Instructio ad* { *principale, pertinet ad ſtylum curiæ vnde venit.* / *appellationem, pertinet ad ſtylum curiæ, ad quam venit.*
9 *Styli diuerſitas ſæpe ambiguitatem parit.*
10 *Stylus curiæ ſpiritualis, non obſeruandus in Curia ſeculari.*

Iudex

1 Iudex in ſuis ſententiis interlocutoriis debet ſeipſum regulare ſecundũ ſtylum curiæ, ſic etiam debet ſe regulare in proceſſus deductione ſecundũ ſtylum, quia ſtylus vim legis habet, & ideo vbique conſyderandus & obſeruandus eſt, vt notatur l. Obſeruandũ. ff. de iudic. Ita dicit Barto. in l. Iuriſperitos. ff. de excuſat. tuto. & in l. Tertia. ff. de teſtib. dicitque Bald. in l. Prima. C. quæ ſit long. conſue. & in l. de
2 quibus. ff. de legib. Et ratio eſt, quia ſtylus eſt practica curiæ confirmata. Et ideo quando eſt quæſtio de ſtylo: Iudex debet ſe de ſtylo curiæ informare in camera, priuſquam aliquem citatum curet. Ita dicit Iacobi. de S. Georgio, in d. l. de quibus, in ſua repetitione, colum. 3. ff. de legib. Sic Petr⁹ & Cynus, in l. 2. C. quæ ſit long. con-
3 ſuet. dicunt, quod de hoc ſtylo non habeatur in iure, quamuis de hoc verbo ſtylus textus habeat, in l. Prima. C. de ſacroſanc. eccleſ. Vnde iidem
4 dicunt, quod ſtylus ſit regula, aut inſtitutio, qua vtuntur in iudicio, ſuper inſtructionibus & deductionib⁹ proceſſuum, vel (vt aliis arridet) Stylus eſt ius non ſcriptum, ab vnius tamen iudicis voluntate ſæpè vſurpatum aut ſtylatum, ita tenet D. Barth. à Chaſſe. in proœmio cõſuetudinum. Duca. Bur-
5 gund. fol. .nu. 8. Ideoque ſtylus propriè locum habet in illis, quæ ſpectant ad modum ordinandi acta, & ſententias, & ad reliqua, quæ ſecundum ſtylum ſcribuntur, vt notatur in l. 2. §. Sed ſi. C. de veter. iur. enucle. & d. l. Prima. C. de ſacroſanct. eccleſ. Stylus
6 itaque & conſuetudo magnam inter ſe affinitatem habent, adeo vt ferè eadem eſſe videantur, quod vnum quãdoq; ponatur pro alio, vt patet in c. Graui, extra de falſ. ad quod faciat l. Finalis C. de donat. & l. Teſtamenta.
7 de teſtamen. & l. Veterib⁹. ff. de actionib. empt. Differunt tamen in hoc, q, conſuetudo ex tacita voluntate, & vſu multorum introducitur, nempe ex conſenſu totius populi, vel maioris partis eiuſdem populi. Deinde quod ipſa ad principale atque ad principalis deciſionem ſeruiat. Stylus verò tãtum ſeruit ad proceſſuum inſtructionem, deductionem, & ordinem, proficiſcens quidem non ex populi arbitriis, ſed tantùm ex vnius iudicis approbatione, ad acta & ad ſententias ſuo ritu & modo producendas, & cõſcribendas, vt ſupra diximus. Et qui plura, & abſolutiora de ſtylo deſiderabit, is legat Angel. Aret. in. §. Ex non ſcripto, in 2. & 3. colum. Inſtitu. de iu-
8 re natur. gent. & ciuil. Sed hoc loco notandum eſt, quod ſicut proceſſus ſunt bifarij, ſcilicet ad principale, & ad appellationem vel reformationem ita quoque eorundem proceſſuum inſtructiones ſunt duplices. Nam inſtructiones proceſſuũ ad principale finiuntur & iudicantur ſecũdum ſtylum curiæ, vnde venerunt & proceſſerunt. Inſtructiones verò proceſſuum appellationis vel reformationis fiunt per iudicem, ad quem appellatur & ſecundum eiuſdem curiæ ſtylum. Sed
9 hic animaduertẽdum tamẽ eſt, quod ſtyli diuerſitas aliquando generet ambiguitatem, vt Bald. in l. Vnica. nu. 1. C. de emend. iuſti. cod. folio. 5. potiſſimũ vbi claritas per aliud nõ apparet.
10 Hinc fit q, styl⁹ curiæ Epiſcopalis ſiue ſpiritualis nõ debeat obſeruari in curiis ſecularibus, teſte Bald. in l. Certũ eſt. nu. 11. verſic. ſtylus verò. C. vnde legiti. Sic nec etiã debet in curia Flãdriæ obſeruari ſtylus parlamẽti Pariſiẽſis, nec ſupremi cõſilij Mechilinienſis.

CAPVT CLI.

De Iuramento calumniæ.

Summæ.

1 *Iuramentum de calumnia quid ſit, & quomodo fiat.*

2 *Iuranti de calumnia competunt quinque.*
- *Quod credat ſe agẽdo, vel defendendo, bonã habere cauſam.*
- *Quod interrogata vera non negabit.*
- *Quod nulla falſa probatione vtetur.*
- *Quod nullam dilationem in fraudem ſit petiturus.*
- *Quod iudicem muneribus non corrupit, vel corrumpet.*

3 *Iuramentum de calumnia præſtandum poſt litiſconteſtationem.*

4 *Iuramentum calumniæ ante litiſconteſtationem omiſſum, repeti vbiq; poteſt.*

5 *Iuratur ante litiſconteſtationem*
- *Quando ob contumaciam aliquis mittitur in poſſeſſionem.*
- *In exceptionibus, iuratur de malitia.*
- *In appellationibus.*
- *In cauſis vbi litiſconteſtatio non eſt neceſſaria,*

6 *Iuratur de calumnia, ob tres cauſas*
- *Vt partes probationibus exonerentur.*
- *Vt veritas certior clareſcat.*
- *Vt calumnioſè agenda, ac defendenda vitentur.*

Iuramentum aliud eſt
- 7 *Deciſorium. ſ. quando iuratur ita eſſe vt petitur.*
- 8 *De malitia. ſ. quod præſtatur in exceptionibus.*
- 9 *De calumnia non quærenda. Et huius.* } *Forma.*
- 10 *De veritate dicenda. Et huius.* }

Iuratur de calumnia in
- 11 *Cauſis non ſpiritualibus.*
- 12 *Criminalibus cauſis.*
- 13 *Cauſis mixtis.*
- 14 *Cauſis appellationum.*
- 15 *Cauſis Iuriſpatronatus, dubie tamen.*
- 16 *Cauſa leuiuſcula.*
- 17 *Proceſſibus vltra triennium ſuſpenſis, iuratur ſecundo.*
- 18 *Mutatione iudicis intra triennium.*
- 19 *Non in mutatione rerum incidentium.*
- 20 *Omnibus exceptionibus.*
- 21 *Prætoriis ſtipulationibus.*

Iuratur de calumnia
- 22 *A partibus principalibus.*
- 23 *A Tutore, Curatore Oeconomo &c.*
- 24 *Ab Epiſcopo, Archiepiſcopo, Orphanotropho.*
- 25 *Non à Procuratoribus communibus.*
- 26 *Ante litiſconteſtationem ſæpius.*

27 *Iuramenti de calumnia expreſſa per iudicem forma.*

28 *Pœna nolentium iurare de calumnia.*

29 *In { Curiis ſpiritualibus*
30 *Conſilio Flandriæ*
31 *Conſilio Mechlit. } Non iuratur de calumnia.*
32 *In magnis his conſiliis vtuntur iuramento de malitia.*
33 *Differentia inter iuramentum calumniæ, & malitiæ.*

QVoniam ſuprà capitibus .120. & 140.de litiſconteſtatione meminimus, poſtquam iurari conſueuit de calumnia, ideo competenter & hic de eo iuramento calũniæ nobis loquendum
1 erit. Eſt autem iuramentũ de calũnia, cum quis iurat ſe bona fide, & nõ animo calumniandi agere, vel reſpõdere, egiſſe, vel reſpondiſſe: & quod lis, quã intendit actor contra reũ, ſibi actori iuſta videatur. Et cõtra, quod actoris petita ſibi reo videantur iniuſta, & quod ad ea petita non obligetur .c. Primo, ext.de iurament. calum. & vbi bona
2 gloſſa.in verbo. Criminali. In hoc itaque iuramento de calumnia, quinque omnino ſunt neceſſaria. Primũ, quod credat in agendo, aut in reſpondendo ſe bonam habere, & ſuſtinere cauſam. Secundum, quod interrogatus nõ negabit, quod verũ eſſe credit. Tertium, quod nullis falſis vtetur probationibus. Quartum, quod nullam dilationem in fraudem ſit petiturus. Quintũ quod pro ſuæ cauſæ fauore, neminem muneribus corrumpet, hoc eſt, quod nec dedit, nec dabit, nec promiſit, nec promittet, directè, aut indirectè aliquid pro ſua cauſa, niſi illis perſonis, quibus leges dare promittunt. l.2. C. eod.titu. & Authentica principales, et in Authentic. vt litigan. iurent. in prin
3 cipio.colla.9.§.1. Hoc autem iuramentum de calumnia, ilico & generaliter præſtandum eſt poſt litiſconteſtationem.c. Cum cauſam. in fine. extra eod.titu. & .c.1. & .2. & .c. Dudum.2. ibi lite verò coram nobis legitime conteſtata, præſtitoque iuramento. & .l.2. C.eodem. & .l. Rem non nouam, in
4 medio leg. C.de iudic. Et ſi tacite vel negligenter hoc iuramẽtum ab initio fuiſſet omiſſum, idẽ poſtea in quamcunque partem iudicij repeti, & in ea
5 dem exhiberi poterit, vt iuretur. Incidunt tamen nonnũquam caſus, in quibus etiam ante litiſconteſtationem de calumnia iurari poterit, ſcilicet, cum propter rei contumaciam, facienda eſt miſsio in poſſeſsionem, vt ſupra dictum eſt de.1. & .2. decreto. cap. Prætereà in exceptionibus iuratur ante litis conteſtationem, ſed non de calumnia, verum de malitia. Item, in cauſa appellationis. Et breuiter: Vbicunque non eſt neceſſaria litis conteſtatio, ibi ante litiſconteſtationem iurari poteſt de ca
6 lumnia. Pro clariori autem huius iuramenti notitia notandum eſt, quod multipliciter iuretur de calumnia, potiſsimum ob tres cauſas. Primò, ſcilicet vt partes à probationibus exonerentur, vt veritas cauſæ certius manifeſtetur, & vt calumnioſè agenda, ac defendenda euitentur. l. Prima. C. eodẽ. & in Authen. de his qui ingred. ad appel. §. Fi. colum.5. Secundò, notãdum eſt quadruplex eſſe genus iuramenti.
7 Primum enim eſt iuramentum deciſorium, ſcilicet, quãdo ſuper principali negotio iuratur rem, ſcilicet ſic eſſe vti petita fuerat. De quo iuramẽto hic nihil tractabimus, q, de eo latiſsimè tractetur in .c. Fina. ext. de iureiuran. &
8 l. Generaliter. C. de reb. credit. Secundum vocatur iuramentum de malitia, quod

quòd hoc ferè præſtatur ſuper exceptionibus,vel cũ aliquid loco exceptionis proponitur, & præſtatur,vel ante litiſconteſtationẽ,vel etiam poſt litiſcõteſtationẽ.Imò etiã in quacũq; parte litis, quando præſumptio eſt cõtra aliquem, quod aliquid ab ipſo malitioſè ſit propoſitũ.l.Theſaurus.ff.Ad exhibend.& c.Dilecti,extra,de elect. Et poteſt Iudex hoc iuramentũ exigere,non obſtante,quod de veritate dicenda, & de calũnia prius iuratũ fuiſ-
9 ſet. Tertium iuramentum,eſt iuramẽtum de calumnia,ſcilicet vitãda. Quæ interprætatio etiam locũ habet in illo Pauli. Propter fornicationem autem (ſcilicet vitãdam) vnuſquiſque ſuam vxorem habeat,& vnaqueq; ſuum virum habeat .1.Cor.7.Vti etiam c.Nerui teſticulorum.3. diſtinct. ad finem. Hoc iuramentũ eſt de quo hoc capite agimus,cuius forma his conceptis verbis,aut ſimilibus exprimi poteſt.Ego N.iuro,quod ea quæ peto,nõ calumnioſè petã: ſed credo, & exiſtimo me illa iuſtè,& ex iuſta cauſa petere : ſic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei euangelia. Quartum iuramentum,eſt
10 iuramentum de veritate dicenda. Cuius forma erit iſtiuſmodi. Ego.N.iuro quod reſpondebo,& dicam veritatem ſuper quibus interrogatus fuero,& quod nihil contra conſcientiã negabo,quodque ſciens nullam probationem,nullum teſtimonium,nullum falſum inſtrumentum producam ſic me Deus adiuet, de hoc iuramento habes .l. Iuſiurandum.C.de teſtib. Porro ſi qua alia iuramenta in iure reperiantur,ea facilè ad iſta quatuor ge-
11 nera reducuntur. Sed hoc loco quæri poterit.In quibus cauſis iurandum ſit de calumnia,& in quibus non. Ad quod reſpondendum erit,quod in omnibus cauſis)exceptis cauſis ſpiritua-
12 libus)iuretur de calumnia. In cauſis verò ſpiritualibus non iuratur de calumnia,ſed tantum de veritate.c. literas.ext.eodem.Vide hic bonam gloſſam,in verbo.Rebus ſpiritualibus.
13 Item,In cauſis criminalibus iuratur de calumnia. vt notatur,ext.eodem.c.& ibi vide gloſſam in verbo. Criminali. In cauſis item mixtis,vt.c. Tuæ. ext. procurato.&.c.Super his.ext.de accu
14 ſat. In cauſa quoque appellationis,iuratur de calũnia ſi petatur.l.2.in principio.C.eodem.& in Authent. De his qui ingred.ad appel.§.Illud.l.Qui bona.§.fina.ff.de dam. infect .c. Primo.
15 ext.eodem. In cauſa verò iuriſpatronatus,dicunt quidam non iurari de calumnia,ſed de veritate, quod, ſcilicet, ea cauſa ſit annexa ſpiritualibus.c. Ad
16 aures.ext.de iure patrona.In cauſa itidem leuiuſcula,dicunt etiam quidam non iurari de calumnia , quod in ea ſententia ſine ſcriptis lata teneat , & quod aliæ ſolemnitates , propter exiguitatem cauſæ omittantur. Autenti-
17 ca.Niſi.C.de ſent. ex bre.recit. Item iuratur de calumnia in proceſsib⁹ ſuſpenſis vltra triennium,& tunc denuo
18 repetitis. Item,ſi in medio triẽnij contingeret iudicem mutari,ac deponi. In quæſtionibus verò incidentibus,
19 vel caſu emergentibus,non videtur iurandum eſſe de calumnia,cum in principali prius iuratum ſit. Eiuſdẽ enim iuris ſunt iurare in principali, & iurare in acceſſoriis .c. Prudentiam. in fin.ext.de offic. delegati. Et quia ſemel tantũ. Autenti.In iſto.C. eodem.
20 Sed hoc tantùm verum eſt in eadem cauſa. In omnibus item exceptionibus,imò etiam declinatoriis,iurãdum eſt de calum.l.Prima. C.eodẽ & pro-
21 batur.l.De die.§.Final.ff.Qui ſatiſda. cogan-

cogan. Item in prætoriis ſtipulationibus iurabitur de calumnia. l. Prima. C. de iurament. calum. l. Prætor in principio. ff. de dam. infect. & d. l. Qui bona. §. Finali. Secundò, quæri poteſt, à
22 quibus iurandum ſit de calumnia? Ad quod reſpondendũ eſt, quod principales perſonæ debeant ſic iurare, & primo actor, & poſteà reus. l. 2. §. 1. & .2. C. eodem. & c. 3. & c. Cæterum. ext.
23 eodem. Secundò principalium loco iurabunt, tutor, curator, Oeconomus, ſyndicus, actor, & procurator vniuerſitatis. l. 2. C. eodem. & Auten. Principales, &c. §. Finali. inſtitu. de curato.
24 Itẽ, Epiſcopi & Archiepiſcopi, & Orphanotrophi, & omnes alij qui legitimam aliorum habent adminiſtrationem, vel à magiſtratu, vel à iudicis authoritate. l. orphanotrophos. C. de e-
25 piſcop. & cleri. Dixi iam de procuratore vniuerſitatis, quia alius procurator non iurat de calumnia. l. 2. §. Sin autem. C. eodem. Tertiò, quæritur
26 quomodo, & quando iurãdum ſit de calumnia. Ad quod reſpõdetur, quod ſtatim poſt litem conteſtatam iudex actori ſic proponere, ac iuramentum
27 exigere ſoleat. Tu. N. iuras hic, quod non calumnioſè petas, ſed quod credas te iuſtè petere? Ad quod actor ſtatim reſpondebit. Ita iuro. Tũ Iudex ſecundò, iuras etiam quod veritatem reſpondebis ſuper his, ſuper quibus interrogaberis, quodque nihil contra conſcientiam negabis? Ad quod actor dicet: Ita iuro. Tum iudex tertio dicet. Iuras etiam quod ſciens, ac volens non vteris vllis falſis probationibus, falſis teſtibus, falſis inſtrumentis, aut aliqua alia falſa probationis ſpecie? Ad quod actor reſpondebit. Ita iuro. Quartò. Iudex dicet. Iuras, quod non corrupiſti iudicem, neque corrumpes vel graphiariũ, vel tabellionẽ, quodq; nec dediſti, nec dabis, nec promiſiſti, nec promittes, directè aut indirectè aliquid, per te, vel per interpoſitam & mediam perſonam pro hac cauſa tua, vt ſentẽtia feratur pro te, niſi illis perſonis, quibus iura dare permittunt, ſcilicet Notario, Aduocato, & ſimilibus aliis. Ad quod actor reſpondebit. Ita iuro. Quintò dicet: Iuras quod dilationem litis differendæ cauſa non petes? Ad quod actor reſpondebit: Ita iuro. Et quod hic de iuramento actoris diximus, idem quoque de rei iuramento faciendum erit, mutandis pauculis tantùm verbis. Primum probatur per .l. 2. in primo. verſic. & Actor. C. eodem, & Autentic. Hoc ſacramentum, &c. §. Item actoris. Inſtitut. de pœna. temer. litig. Secundum probatur per Autenticam. In iſto ſacramẽto. C. eodem. Tertium intelligendum potius eſt fieri de conſuetudine, quàm de iure. Nam de iure debet dici ſic. Tu iuras quod nullã probationem exiges, niſi quam pro veritate credes fore neceſſariam? vt in. d. Autentica. In iſto ſacramento. C. eodem. Quartum item habetur. l. 2. C. eod. & Autẽtica Principales. Quintum habetur etiam .l. 2. in principio. verſic. Reus. C. eodem.
28 Pœnæ autem partium nolentium ad dictum modum iurare de calumnia erunt iſtæ. Actor qui de calumnia, vel de veritate dicenda iurare noluerit, ab inſtituta cadit actione, per ſentẽtiam. Reus item nolens iurare de calumnia, vel de veritate, condẽnandus erit, quia tunc actoris petita, pro confeſsis habentur. l. 2. §. Quod ſi actor. & .§. Si autem Reus. C. eodem. c. Finali. ext. eodem. in Autentico. vt litig. iur. § .1.
29 Sed hic notandum eſt, in variis curiis variam eſſe praxim. In curiis enim ſpiritual-

ritualibus, & etiam in nonnullis aliis curiis, non vtuntur iuramentis de calumnia, ſed pro eo vtuntur litiſconteſtatione, per quam faciunt partes iurare de calumnia, hoc eſt, (vt ſæpe diximus) affirmabunt partes in ſuis conſcientiis, quod putent ſeſe habere bonũ ius, ac iuſtá fouere cauſam, quodq; eam non ſuſtineant ad calumniãdum.
30 In Flandriæ verò prouinciali conſilio, & in magno Mechiliniẽſi conſilio hoc iuramento non vtuntur, fortaſsis quia timendũ ſit, ne partes huiuſmodi prędictum iuramentum præſtando, ſæpe peierarent, & contra pręceptum diuinum peccantes, ſuam perderent animam potius quàm litem. Aut fortaſſis tale iuramentum non admittunt ex conſuetudine, nec in ordinariis, nec in
31 ſummariis iudiciis. Attamen ibidem benè vtuntur, durante proceſſu, iuramento malitiæ, hoc eſt, quo iurent ſeſe extraordinarias dilationes ad calumniandum non petituros, vel accepturos, neque etiam impertinentes exceptiones ac productiones ad proceſſum, ſiue ad iudicium differendum, aut ad ſuas partes vexandum, propoſituros & allegaturos. Et pro his melius intelligendis notanda eſt hæc differentia (vt etiam paulò ante diximus) inter iuramentum calumniæ,
32 & iuramentũ malitiæ, quod iuramentum calumniæ datur & conceditur duntaxat ſemel, & ſtatim poſt litiſconteſtationem. Iuramentum verò malitiæ datur & conceditur toties quoties iudici æquum & iuſtum, & expedire videbitur, non minus ante, quàm poſt litiſconteſtationem.

CAPVT CLII.

De Poſitionibus.

Summæ.

Poſitiones
1 *Sequuntur iuramentum calumniæ, hoc ſequetur litiſconteſtationem.*
2 *Quæ dicantur, & quæ ſint.*
3 *Sunt de ſubſtantialibus proceſſuum.*
4 *Originem ducunt ex* { *Vſu hominum.* / *Iure antiquo.* / *Iure nouo.* }
5 *Ponentem ab onere probationis liberant.*

Poſitiones
6 *Etiam vocantur articuli.*
7 *Quomodo differant ab interrogationibus.*
8 *Fiunt poſt litiſconteſtationem.*
9 *Ab vtraque partium.*
10 *ab* { *Patronis aduerſarij* / *Aduocatis, Aſſeſſor.* / *Notariis.* / *Conſiliariis.* } *Formantur.*

Poſitiones

Poſitiones

11 *Formandæ ſunt ante litiſconteſtationem.*
12 *Super principali fiunt poſt litiſconteſtationem.*
13 *Et interrog. fiunt ſuper dubijs, vſque ad concluſionem.*
14 *Non fiunt ſuper atteſtationibus.*
15 *Formandæ ſunt ad intentionem probationum.*
16 *In multis curijs non recipiuntur.*
17 *In Curia Ro. fiunt ſuper exceptione excommunicationis..*
18 *Forma poſitionis ſuper exceptione excommunicationis.*
19 *Forma poſitionis ſuper materia reali.*
20 *Ad poſitiones formandas clara inſtitutio.*
21 *Poſitiones ad fallacem reum circumueniendum aliquando conducunt.*
22 *Poſitiones ſunt*
- *Ex libello actoris, ad ſtabilimentum intentionis actoris.*
- *&*
- *Ex libello rei, ad ſubuerſionem intentionis rei.*

23 *Poſitiones exhibendæ ſunt ſcriptis, vt*
- *Iudex certam habeat* { *interrogandi* / *examinandi* } *materiam.*
- *&*
- *Partes certius noſcant, quid reſpondeant.*

24 *Poſitiones exhibitæ, in acta ſunt redigendæ.*
25 *Super poſitionibus exhibitis, quomodo iudex interrogat.*
26 *Ponenti ſufficit dicere, quod credat interrogata eſſe vera.*
27 *Poſitiones formandæ ad naturam actionis propoſitæ.*
28 *In Flandria tantum ſcribenda ſunt, quæ in proceſſu ſunt narrata.*
29 *Iudicis eſt ex libellis, non allegata reiicere.*

30 *In Parlamento Mechili.*
- *Scribunt partes quæ volunt.*
- *&*
- *Libelli ſubſignantur per aduocatum.*

31 *In Conſilio Gandenſi*
- *Libelli ſubſignantur per Graphiarium.*
- *&*
- *Vtuntur ſolutionibus cum conſenſu partium.*

Aduocatis prohibitum eſt

32 *Scribere impertinentia.*
33 *Proponere* { *Acta falſa.* / *Stylum inuſitatum.* / *Conſuetudinem non receptam.* }
34 *Allegare ſemel allegata.*
35 *Ex vno facto, plura deducere.*
36 *Allegare facta in ſuis reprobationibus.*
37 *Allegare rationes iuris.*
38 *Allegare, aut ſcribere iniurias.*

Aduocatis mandatum eſt

39 *Vt ſcribant per rationes iuris.*
40 *Vt ſolum ponant fines, ad quos ſcripturæ ſuæ ſeruiunt.*
41 *Vt in appell. deducant grauamina.*

42 *Poſi-*

42 *Poſitiones non recipiuntur in proceſsibus de plano.*

43 *Aduocati prudentis officium,*
- *Si in ſcriptis ſuis dicat, omnia ſua allegata eſſe vera.*
- *Si dicat publicam eſſe famam.*
- *Si neget facta partis.*
- *Si probationem omnium promittat.*
- *Si pro ſe officium iudicis requirat.*
- *Si articulos non coniunctim probandos offerat.*

1 POſt litiſconteſtationem (vti diximus capite.120.140.151.) præſtan-
dum eſt iuramentum de calumnia,aut
de veritate.Poſt hoc iuramentum ſtatim recipiuntur poſitiones,ſiue facta,
vel dicta illa, quæ partes pro veris fa-
2 ctis ſe probaturas aſſerunt.Sunt enim
poſitiones certa quædã dicta,aut ſcripta,aut articuli interrogationum loco poſita.Vel aliter,Poſitiones ſunt dictã,aut ſcripturę,aut articuli,quos partes in iudicium exhibent, ad verificationem eorũdem ſuorum dictorum, ſcriptorum,vel articulorum,ſecũdum ordinationem diſpoſitiuã certius formandã.Vel aliter,poſitiones ſunt breues verborum formulæ, mentem ſiue intentionem ponentium continentes & ad veritatem eliciendam conceptæ
3 ac formatæ. Atque hinc fit quod poſitiones dicantur eſſe de ſubſtantialibus proceſſuum,& eorundem membrum
4 ordinarium. Traxerunt autem huiuſmodi cauſarum poſitiones originem, non ſolum ex inolito vſu hominum, verumetiam ex lege antiqua,& etiam ex iure nouo.Ex lege antiqua patet.l. Offidius.§. Ex diuerſo. ibi pone inquit in credito.ff.de legat.3.Quod autem ex iuris ſint noui id patet. c. Statuimus. de confeſſ.lib. 6.c. Vnico. ibi cum non per poſitiones . extra de litis conteſtat.&. c. Dudum, & ibi fa-
5 ctis poſitionibus. ext.de elect. Introductæ ſunt poſitiones ad hunc finem, (ſicuti in principio huius capitis meminimus) vt ponens releuetur, & liberetur ab onere probationis, potiſsimũ dum aduerſarius poſita actoris confitetur,vt patet per d.c.Statuimus.& l.
6 Eum qui,reſpon. 1. ff. de iureiurã. Et hoc loco notandum eſt, quod articulus & poſitio pro eodem plærunque ponantur.Eſt enim articulus pars intentionis,continens illud, quod actor vel reus probare intendit, ſicuti habetur in.c. Veniens & in.c.1.de teſti.lib.
7 6.Dixi hic ſuprà,poſitiones eſſe dicta interrogationum loco poſita. Huiuſmodi enim dicta partium olim ſub formis interrogationum ponebantur, hodie ſimpliciter & de plano ponuntur,verbi gratia.Si olim voluiſſem cõuenire iudicem in materia hæreditatis his verbis eum iudicẽ compellebam: Domine iudex interroga aduerſarium meum,an ipſe ſit verus hæres talis defuncti, & ex qua parte ſit illius hæres. Hæc iudex olim per interrogationem ſic cognoſcebat. Hodie verò hunc in modum dicitur. Pono talem .N. eſſe hæredẽ talis.Item,pono ſecundò eum eſſe ex aſſe hæredem.argumento.c. Vnici.ext.de litis conteſta. Differunt autẽ poſitiones ab interrogationibus. Primo,forma tantum , & non ſecundum eſſentiam. Nam poſitiones fiunt in forma ſimplici & aſſertiua. Interrogationes verò minime, ſed ſub forma interrogandi. Secundo differũt,quod interrogationes ſpecialiter fiunt ante litis conteſtationem,idque aliquando à iudi-

à iudice, & aliquando à parte.l. Si ſiue
ff.de interrogat.actio. Poſſunt tamen
etiam fieri generaliter, in qualibet iu-
dicij parte, & quando partes ponere
non poſſunt.c. Cum Iohannes, prope
finem.ext.de fide inſtru. Poſitiones
8 verò propriè fiunt & poſt litis conte-
ſtationem, & poſt iuramentum de ca
lumnia, vti hic in principio diximus.
Sed hic oritur quæſtio. Quiſnam di-
9 ctas poſitiones formare debeat? Ad
quod reſpondebitur, quod poſitiones
fiant ab vtraque parte, hinc & inde.c.
Prout.ext.de dol.& contuma.c.Vni-
co.de litiſconteſta.c. Dudum.&.c.2.
circa medium. Et ratio eſt, quia ſicut
probare vtrique parti competit, ita &
poſitiones (quæ in locum probatio-
num ſuccedunt) vtriq; partium com-
petunt. Reus tamen aliquãdo ad pro-
bationem obligatur, ſcilicet, in exce-
ptionibus. In iis enim reus fit actor.l.
Prima.&.l. In exceptionibus.ff. de
10 except. Item, Patronus aduerſarij po
teſt poſitiones formare, vel ponere, &
interrogare. Item, Aduocatus. Item,
Aſſeſſor quoq; poteſt interrogare. Itẽ
Notarius interrogare poteſt, vel etiã
alius quiſpiam, cui Iudex id commi-
ſit. Verum ſecundum cõmunem con-
ſuetudinem formabit poſitiones ſeu
interrogationes ſolus Aduocatus, vel
alius, qui ipſi eſt à conſilio, ſicut etiam
is libellum formare ſeu dictare poteſt.
Et ratio eſt, quia poſitiones formare,
& libellũ dictare & conſcribere tan-
gunt ius, & quicquid ius tãgit, id ex-
pediẽdum eſt per Aduocatum.l. Ad-
uocatos.C.de aduocat.diuerſo.iudic.
11 Alia quoque hic oritur quæſtio, ſcili-
cet, quo tempore faciendæ ſint poſi-
tiones, ad quam reſpondebitur. Pri-
mò. Quia poſitiones ſuccedunt (vti
diximus) in locum probationum, &
quia eas imitari debent, ideo genera-
liter vbicunque probatio admittitur,
ibi quoq; poſitiones faciendæ ſunt, et
conſequenter, quia probationes fieri
debent ante litis conteſtationem, ſic
quoque poſitiones formãdæ ſunt an-
te litis conteſtationẽ ſuper exceptio-
nibus dilatoriis, atq; tunc probari de-
12 bent.c.Vnico.ext.de litiſconteſt. Di-
xi ſuper exceptionibꝰ dilatoriis, quia
poſitiones ſuper principali regulariter
non fiunt ante litis cõteſtationem, vt
ſuprà poſuimus, ſed ſuper principali
regulariter fieri debent poſt litis con-
teſtationem, & non ante, ſicuti & ip-
ſæ probationes poſt litis conteſtatio-
nem fieri debẽt.c. Quoniam frequen-
ter, in principio.ext.de litis conteſta.
Et quia poſitiones & reſponſiones
fiunt per iuramentum, ideo etiam po
ſitiones fieri dicuntur poſt iuramen-
13 tum in cauſa præſtitum. Poſſunt ni-
hilominus fieri et poſitiones & inter-
rogationes ſuper quibuſlibet dubiis,
donec omnia in iure, vel in cauſa con-
14 cluſa fuerint. Non fiunt autem in pu-
blicis atteſtationibus, licet fiant in in-
ſtrumentorũ productionibus, vt no-
tatur.c.Cum dilectus.1.reſponſo. ex.
de fide inſtrumẽto. Ratio enim diuer
ſitatis eſt hæc, quia in inſtrumen-
tis & poſitionibus non timetur ſub-
ornatio, quæ aliquãdo in teſtibus me-
tuitur. Veruntamen ſi ante concluſio-
nem datus fuiſſet terminꝰ perempto-
rius ad exhibẽdum oẽs probationes,
eo caſu volunt aliqui, quod poſt ta-
lem terminum non poſſint fieri poſi
tiones, quod ipſas probationum loco
ſuccedere dicant. De his igitur hanc
15 regulam ponunt: Quandocunque ali
quid intendis probare, priuſquã ter-
minum ad probandum recipias, faci-
to tunc poſitiones, quia per earum reſ

ponſiones tunc fortaſsis ab onere al-
terius probationis formandæ libera-
16 beris. Quæ regula mente tenenda eſt.
Modus autem quo in iudiciis poſi-
tiones fiant ſic habet. In multis locis
nullæ recipiuntur poſitiones, ſed lite
conteſtata præſtitoque iuramento ſta
tim iudex ſuper ſingulis articulis li-
17 belli reum interrogat. Verùm in Cu-
ria Rom. & fere vbique in curiis ſpi-
ritualibus poſitiones formantur, po-
tiſsimum quando fiunt ante litis con-
teſtationem ſuper exceptione excom
municationis, quæ à Reo ſic propone
18 tur. Coram vobis .D. Iudex dico .N.
eſſe excommunicatum, quia percuſ-
ſit.N.clericum: atque ideo dico, q. in
cauſſa q̃ cõtra me agit, non ſit audien
d'. Tunc ſi ille actor replicet & neget
ſe eſſe excommunicatum, vel ſi neget
ſe percuſiſſe talem, vel ſi neget illum
clericũ fuiſſe, tunc reus duplicans con
tra actoris exceptionem & replicam
reſponſiuam hoc modo ſuas poſitio-
nes formabit. Ego pono & pro factis
probandis ſtatuo, & dico quod imo
percuſiſti talẽ.N.in tali corporis par-
te aut membro, baculo, aut pugno, ta-
li die, in tali loco, talibus teſtibus præ-
ſentibus.N.&.N. Atque iſtud feciſti
non ioco, ſed maximè ſeriò, & animo
furioſo, & lædendi cupidiſsimo, vti
manifeſtum fuit ex percuſsi & læſi
perturbatione maxima, & ex ipſius
clamoribus, & lachrimis, atque eun-
dem percuſiſti, non vt laicum, quia
certiſsimè noueras illum fuiſſe tunc
temporis clericum. Hæc enim ſi actor
confiteatur, probata erit excommuni
catio per ſuam actoris confeſsionem,
vt notatur.in.c. Prudentiam .ext.de
offic.delega. Pro maiori autem eluci-
datione huius rei accipe hãc formam
generalem omnium poſitionũ actionis realis, ac finge litem intentatam eſſe in cauſa iniquę poſſeſsionis, in qua ſint iſtæ perſonæ.

Ioannes Syluius venditor & actor.
Petrus Moronus emptor.
Carolus Barbarus reus & iniquus poſſeſſor.

Iam actoris poſitiones ad hanc ſubiectam formam exhibeantur.

19 *Poſitiones, & articulos infra ſcriptos, ac contenta, & deſcripta in eis omnia & ſingula dat, facit, & exhibet coram vobis honorabili.D.N. Officiali &c. Procurator & nomine procuratorio Ioannis Syluij huius litis actoris, cum ſuo iuramento in tali cauſa præſtito &c. quibus omnibus petit vt reus Carolus Barbarus clarè, articulatim, & ſufficienter reſpondeat per iuramentum ſuum & per verbum credit vel non credit, offerens idem actor ſe ſimul ad probandum à reo negata & neganda, & ad ſuperfluam interim probationem ſe non aſtringens. Imprimis igitur ponit, articulat, & probare intendit Ioannes Syluius prædictus actor, quod anno milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſexto, in agro, & campo Brugenſi & iuxta mœnia ciuitatis, fundum (cuius confines infra ſpecificantur) habuit ad ſe pertinentem. Idem quoque actor Ioannes ponit, quod anno iam prædicto, & die ſexto Nouembris & cæt. Hunc eundem fundum Petro Morono emptori vendiderit centum libris, monetæ Flandriæ.*
Item ponit, quod is idem Petrus Moronus emptor precium prædictum prædicto Ioanni Syluio venditori numerauerit. Item, ponit quod Carolus Barbarus eundem fundum legitimè emptum, & venditum a tali tempore violenter & ſubdo

ſubdolè emptori eripuit, & ab eo tempore iniquè poſſedit & adhuc iniquè poſſidet, occupat, & quod eundem Petro Morono vero emptori reſtituere negat, cum graui periculo animæ ſuæ, & magno damno & intereſſe Petri Moroni emptoris. Item, ponit quod de præmiſſis omnibus & ſingulis fuit & eſt publica vox & fama, ideoq; dat etiam hunc libellum pro parte ſua hic oblatum, pro poſitionibus & articulis, offerens ſimul hæc producta inquantum ſufficiunt pro parte ſua & alia producenda in hac cauſa, ſi videbuntur neceſſaria, de Notoriis, ſignis, & ſigillis, & non vltra, ſaluo ſemper ſuo iure addendi, minuendi, declarandi, ſupplendi, vt moris eſt.

Ad hanc formam licebit reliquas omnes poſitiones formare in quacun-
20 que materia id fuerit. Sed quia paulò ante diximus poſitiones ſuper principali regulariter fieri poſt litis conteſtationem, idcirco vt ad eas debitè formandas certius perueniat, hac noſtra
21 præmonitione vtatur. Quiſquis poſitiones formare volet, is in promptu, & ante oculos habeat libellum, tum ſuum tum rei, atque eorum tenores diligenter conſideret, vt quid ex iis libellis ipſum probare oporteat, pernoſcat. Nam ex ijs omnibus probandis & reprobandis ſuas poſitiones formare debet, per quas conabitur fallacem reum quocunque poterit modo ad ſuam ſententiam, & intentionem pertrahere, etiam per varia diuerticula, & etiam cauilloſo (ſi id ex re ſua eſſe credat) .l. Natura cauillationis .ff. de verbo. ſignificat. & .l. Ea eſt natura. ff. de regul. iur. Sed hæc non ſcribimus, quod parum ſyncera docere, & aliquem hoc dolo inſtruere velimus, ſed vt rei dolis ac fraudibus alio dolo occurrere conemur, ſicut malo nodo malus aptandus eſt
22 cuneus. Debent enim primò poſitiones fieri, ſuper contentis in libello ſuo, vel ſuper iis quæ ad ea contenta pertinere ex parte actoris videbuntur, vt ex iis ſuam intentionem fundet. Ex parte verò rei & ex eius libello formabit etiam ſuas poſitiones non ad intentionem ſuam quidē fundandam, ſed ad rei intentionem vel extenuandam, vel planè infringendam. c. 1. 4. q. 4. Poſſunt igitur actoris poſitiones (vt dixi) fieri ſuper factis aduerſarij, quod enim niſi liceret, nec actor ad facta aduerſarij cogeretur reſpondere .l. Finali. in fine .ff. pro ſocio .l. Vſuſfructus .ff. ſi vſufruct.
23 peta. & .l. Prima .ff. Si pars hæred. peta. Poſtquam autem actor ſuas poſitiones ad hanc formam legitimè collegerit, & formauerit, tunc eas iudici in ſcriptis exhibebit, iuxta c. Quoniam contra ext. de probat. vt iudex habeat ſuper quo partes certò interrogare poterit, & partes etiam certius ad interrogata reſpondere valeant, vti notatur in .l. Certum .ff. de confeſſ. Item, vt tam partes quàm iudex videant an ſint tales poſitiones vel admittendæ vel reijciendæ. Nam debet iudex eas poſitiones examinare, an faciant ad cauſam, & an ſint admiſsibiles, & non captioſæ, non negatiuæ & ſic de aliis, idque partibus præſentibus.
24 Quod ſi iudex videat eas recipiendas, curabit eas in acta redigi, priuſquam reſpondeatur, ne qua in ijs mutatio aut adulteratio fiat .l. Acta ff. de re iudica. Oblatis igitur ab acto-
25 re poſitionibus, quærat iudex primo à ponente actore ſic.

Ponis tu vel credis, tu .N. per iura-
mentum à te præſtitum, quod in his
poſitionibus cõtinetur. Et ſi affirma-
tiuè reſpondeat, quod ſic: tunc con-
uertet ſe ad reum, contra quem fiunt
poſitiones, & ipſum adhortabitur, vt
habita animæ ſalutis ratione, nihil ho
rum neget, quod verum eſſe nouerit,
26 &c. Actor verò ponens non ſemper
tenetur dicere omne id, quod de cau-
ſa, & poſitionibus nouit, ſed ſufficit
dicere, quod credat interrogata eſſe
vera, quando iuratum fuit de calum-
27 nia. Poſitiones autem omnes ſic for-
mandæ ſunt, vt fundent intentionem
ponentis, ſecundum naturam actio-
nis propoſitæ. Verbi gratia, ſi agatur
de dominio, conſideranda ſunt quæ
ſint ad probationẽ eius dominij ne-
ceſſaria. l. Cum res. C. de probat. c. Li-
cet. ext. eodẽ. & l. In rem actio. ff. de
28 rei vendica. In Flãdria vſus eſt, vt par-
tes ſcribant tantùm ea, quæ in proceſ-
ſu producta ſunt, & non plura. Nam
ſi altera partium plus ſcriberet aut an
notaret, quàm quod in proceſſu narra
tum, ac productum fuerat, tunc illi ar
ticuli, aut verba, quæ non fuerunt in li
te commemorata, cruce, aut aſteriſco,
aut alio ſimili ſigno annotãtur, et per
partẽ aduerſam notari debent in mar
29 gine, vt iudex ea nõ allegata eliminet,
aut litura tollat, niſi fortaſsis Aduoca-
tus affirmaret illa allegata, aut in pro-
ceſſu producta fuiſſe, aut quod prin-
ceps ipſum, de omiſsiõe talium narra
tionum releuaſſet, ac in integrum reſti
tuiſſet. In magno verò conſilio ſcribũt
30 partes ipſæ omne illud quod volunt,
per additionem, & etiã nonnunquam
ꝑ ſuperadditionẽ, ſed id tantũ in qui-
buſdã cauſis ac proceſsibus. Poſitio-
nes etiam omnes, ſiue poſitionum li-
belli ſubſignandi ſunt per Aduocatũ,
quod ſedulò ſemper obſeruatum fuit
in. d. magno Mechilinienſi conſilio.
31 Sed in Flandriæ prouinciali conſilio,
nequaquam ſubſignantur poſitiones
aut ſcripturæ per Aduocatum, ſed tan-
tùm per Graphiarium eiuſdem conſi-
lij, qui in earum dorſo inſcribit diem,
quo poſitionũ articuli litigati (vt ita
loquar) & exhibiti fuerunt, aſſcribens
ſimul & nomina & cognomina pro-
curatoris & aduocati, qui in eadẽ cau
ſa ſeruierunt. Vtuntur etiã in. d. Flan-
driæ prouinciali cõſilio ſolutionibus,
idq; cum conſenſu partium, aliàs mi-
32 nimè, niſi per requęſtam ciuilem. Pro
hibitum ſimiliter eſt in Francia per ę-
dicta & ordinationem regiam aduo-
catis, ſub pœna perpetuæ infamiæ, &
ſub pœna arbitraria, ne litigando alle-
gent, aut ſcribant, quod impertinens
33 eſt, quodq; cauſę nõ ſeruiat. Imò pro-
hibitũ eſt ꝓponere vlla facta falſa aut
nõ probabilia, aut præter ſtylũ, aut cõ
34 ſuetudinem non receptam. Aduoca-
tis etiam prohibitum eſt ſcribere &
allegare, quæ ſemel ſcripta & allegata
35 fuere. Item, ex vno facto, duos, tres,
quatuor, aut plures articulos efficere,
& addere, aut plures reſumptiones
& iterationes coaceruatim conne-
36 ctere. Ipſis etiam Aduocatis prohi-
bitum eſt aliqua facta ponere in ſuis
contradictionibus, aut ſaluationibus,
quæ facta ad principalem cauſam ſer-
uiunt, aut etiam repetere (vt dictum
eſt) illud, quod ſemel in ſuis ſcriptu-
37 ris ſcriptum & allegatum fuit. Quin
& iiſdem Aduocatis etiam vetitum
eſt ponere, & allegare aliquas rationes
iuris, aut eas in ſuis inuentariis inſcri-
bere, quæ de ſuis ſcripturis ad claudẽ-
dum proceſſum cõficiũt & exhibent.
38 Aduocatis etiam interdictum eſt liti-
gare aut ſcribere iniurias contra ali-
quem

quem (quiſquis etiam is fuerit) aut aliquid proponere, vel in medium adferre, quod materiæ non ſeruiat, aut conueniat, vt ſuprà ſemel dictum eſt. Sic
39 contrà Aduocatis præcipitur, primo vt ſcribant per rationes iuris, quando partibus per iudicem ordinatum eſt ſcribere per facta cõtraria. Sed ſi ipſis ordinatũ eſſet, vt ſua facta ſolùm diſpoſitiuè, atq; vnumquodque factum per ſe, ac diſtinctè conſcriberent, & ſi ipſis aliquid ex iure addere, ſiue adiungere vellet, id facerent ſeorſum & ſeparatim per aliquod motiuum iuris.
40 Secundò Aduocatis præcipitur, vt ſolùm ponant fines, ad quos ipſi eaſdem ſuas ſcripturas producendo ſeruire & explotare volunt, idq; ſub pœna centum ſolidorum Pariſienſium. Tertiò,
41 materia appellationis ipſis iniunctum & ordinatum eſt, vt deducant ſua grauamina, ſine vlla repetitione alicuius de principali, præcipuè, quando proceſſus ſcripto receptus aut exceptus eſt.
42 Poſitiones non admittuntur in cauſis, in quib⁹ iudex procedit ſimpliciter, et de plano, vt ſuprà tetigim⁹.
43 Prudentis eſt Aduocati, ſi in fine ſuarum poſitionũ, aut ſcripturarum ponat & addat, quod omnia facta ſua quæ ſcripturis inſeruit, inſcripſit, & exhibuit, vera ſint, quodque de illis ſit publica vox & fama, vt ſuprà meminimus, & ſi contrà, neget facta partis aduerſæ, tametſi ad ea nondum ſatis plenam ac ſufficientem ſolutionem dederit, atque ideo ſi præſentet ſe ea probaturum, vbi probatio ſeruiet, & opus erit, & præterea ſi ad hæc omnia & ſingula imploret officium iudicis, & interim non omittat petere expenſas, & cætera, vti ſuprà ſemel dictum eſt. Eſt etiam magnæ prudentiæ Aduocati vel actoris, ſi idem actor vel Aduocatus ſuas poſitiones non articulet, nec congreget coniunctiuè, quia ſi pars aduerſa eas negaret, actor ſe ſubiiceret periculo perdẽdæ litis, quia per coniunctiuas poſitiones deberet omnes articulos ſimul probare, & ſi vnam earum probare non poſſet, diceretur, poſitiones coniunctiuas non poſſe probare. Atq; ideo disiunctim exhibebit ſuas poſitiones probandas. Nam ad earum verificationem ſufficit vnam eſſe veram, vt docent Dialectici, & vt notatur in .c. Inter cæteras, extra. de reſcript. cum ſimilibus.

CAPVT CLIII.

De Poſitionibus Iuramento affirmandis.

Summæ.

1 *In Conſilio { Mechilini. & Flandriæ } Facta iurantur coram Commiſſarijs.*

2 *Commiſſarij mandant partibus, vt reſpondeant per verbum credit, vel non credit.*

3 *Procuratores iurare poſſunt pro ſuis magiſtris.*

SIcuti proximè præcedentibus capitibus commonſtratum eſt, quomodo iuretur de calumnia, & quid ſit poſitio, & quæ poſitionem concernant, ita hoc quoque capite aperiẽdum eſt, quomodo iuretur ſuper verificatione poſitionum, quæ in proceſsibus pro facto allegantur, & ſcripto ſunt exhi-
1 bitæ. Pro his itaq; notãdum eſt, quod in prouinciali Flandriæ conſilio, & etiã in magno Mechilinienſi cõſilio vſitata praxis habet, quod quãdo cauſa litis conſiſtit in facto, aut factis probandis (quæ coram Commiſſariis deponi, & iuramento affirmari conſueuerunt) quod tunc partes ambæ iuramento vtantur conſuetudinario, ſecundum ſtylum Curiæ, quo affirmando iurant, quod putent & firmiter credãt ſuas ſcripturas, quas depoſuerunt,
2 & exhibuerunt veras eſſe, & certas. Ideoque iidem Commiſſarij mãdant partibus, vt ſuper illo, aût illis factis
3 depoſitis reſpondeant per verbũ credit, vel non credit. Et quando altera partium nõ eſt præſens, ſed eſt abſens, tunc iurat illius abſentis procurator, in eadem cauſa ſui magiſtri.

CAPVT CLIIII.

De Reſponſionibus ad Poſitiones.

Summæ.

1 *Reſponſuro quæ obſeruanda ſint.*
2 *Reſponſiones in ſcripto ſunt exhibendæ.*
3 *Ad ſemel interrogata, & reſponſa.*
4 *Super eodem articulo bis interrogatus, iniuria afficitur.*
5 *Reſpondens ſit propenſior ad negandum.*
6 *Reſpondendum non eſt* *Ad ea quæ in iuramento non intelliguntur.*
7 *Reſpondendum eſt tantum ad principalem quæſtionem.*
8 *Ad incerta.*
9 *Ad poſitiones ſuperfluas.*
10 *Ad poſitionem impertinentem.*

11 *Ad poſitionem obſcuram, niſi &c.*
12 *Ad poſitionem quæ alium reſpondentem requirit.*
13 *Ad poſitionem præiudiciariam.*
14 *Ad poſitionem, ad quam reus reſpondere non tenetur.*
15 *Ad poſitionem negatiuam.*
16 *Ad poſitionem generalem.*
17 *Reſpondendum non eſt* *Ad poſitionem captioſam.*
18 *Ad poſitionem plures articulos implicantem.*
19 *Ad poſitionem in iure fundatam.*
20 *Ad poſitionem calumnioſam.*
21 *Ad poſitionem impoſsibilem.*
22 *Ad poſitionem proprij criminis.*

Reſpon-

23 Reſpondendum eſt { *Ad crimina manifeſta. &c.*
24 *Ad poſitiones claras, & irrefragabiles.*
25 *Reſpondere nolens pro agnoſcente cenſebitur.*
26 *Forma* { *Exceptionis formandæ contra poſitiones.*
27 *Reſpondendi negatiuè ad debitas poſitiones.*
28 *Poſitionum effectus eſt credere rem ita eſſe, qualis ponitur.*
29 *Ad poſitionem* { *Non reſpondentis.* / *Falſi negantis.* / *Tacentis.* / *Non reſpondentis ad interrogata.* / *Obſcurè reſpondentis.* / *Dolum committentis.* } *Pœna.*
30 *Poſitionum* { *Dubia, videbis apud Speculatorem.*
31 *Confeſſiones videbis infra. cap. 173.*
32 *Ad poſitiones reſpõſio fit in* { *Conſilio Flandriæ* / *Conſilio Mechilin.* } *Coram Commiſſariis.*
33 *Ad poſitionum reſponſionem citandæ ſunt partes.*
34 *Parte confitente non eſt opus vlteriori probatione.*
35 *Reſponſiones ad poſitiones fiunt per (credit, vel non credit.)*
36 *Procurator* { *Olim reſponſionum loco negabat in poſitionibus contenta.*
37 *Suadet plerunque vt pars pronior ſit ad negandum.*
38 *Sciens factum aduerſarij verum eſſe, illud negare non debet.*
39 *Qui falſo reſpondere ſuadet, tenetur ad reſtitutionem, &c.*
40 *Ad articulos* { *Iteratos.* / *Contrarios.* / *Obſcuros.* / *Captioſos, &c.* } *Reſpondere non oportet.*
41 *Ad articulos partim veros, partim falſos reſpondebitur diſtinctim.*

QVemadmodum capite proximo probè inſtruximus eũ, qui contra aduerſariũ ſuũ debitè poſitiones formare velit, ita hoc capite aduerſarium docere conabimur, quomodo contra eaſdẽ poſitiones ſeſe opponet, & cau
1 tè reſpondere curabit. Cuicũq; igitur ad poſitiones exhibitas reſpondendũ erit, huic diligẽter obſeruandũ erit, an eæ poſitiones ſint pertinẽtes, an impertinẽtes, legitimæ, an ſuperfluæ. &c. de quibus mox narrabimꝰ. Diuini enim iudicij illum eſſe pũto, qui aduerſarij poſitiones ritè obſeruare, notare, & ad eas legitimè reſpondere poterit. In reſponſionibus enim formandis, et in poſitionibus reprobãdis, multæ cau
2 telæ ſunt obſeruandæ. Primò, curandum eſt, vt omnes reſponſiones ſcripto exhibeãtur, ſicuti ipſę poſitiones ſcripto priꝰ fuerũt exhibitę, vel certè ſi tale ſit iudiciũ, in q̃ acta oĩa ſcribãtur.

Eſt enim admodum vtile & commodum, ſi omnes reſpõſiones ſcribãtur.
3 Primò, vt de illa reſpõſione facta, certo conſtare poſſit eam fuiſſe factam, & ne ſuper eodẽ articulo reſpondens iterũ interrogetur, quod omnino fieri nõ debet, ſiue is pri⁹ negauerit, ſiue confeſſus fuerit. l. licet. ff. naut. caupo. & ſtabula. &. c. At ſi. in fine. ibi. cum ſuo ſit functus officio. ext. de iudic. Niſi fortaſsis nouũ quid emergeret, veluti ſi priora acta fuiſſent perdita, vel ſi aliud ſimile fuiſſet recẽter emerſum, aut accidiſſet, quo caſu reſpondens ſuper eo interrogari poſſet, vti notatur. c. Cæterum. ext. de iuramen. calum. Si enim Iudex iterũ ſuper eo-
4 dem articulo reſpondentem interrogaret, is ipſum grauaret, & iniuria afficeret, imò talem reſpondentem (ſi is parum memor eſſet primæ reſpõſionis, aut ſi primam reſpõſionem in ſecunda mutare vellet) ad periuriũ anceps, et ſic ad infamiam publicã adigeret. Nam ſi in ſecunda reſpõſione contraria primæ ex cauſa reſponderet, ſe periurum redderet. Eſſet enim periurium, vel in prima, vel in ſecunda reſponſione. Ideoque reſpondentem ad iteratam reſponſionem iudex nõ debet cogere, ob dictum periculum, nec reſpondens interrogatus reſpondere
5 tenetur. Sit præterea cautus ille reſpõſurus, & contra quem poſitiones ſunt exhibitæ, ſic vt ſaluo iuriſiurãdi ſacramento, propẽſior ſemper ſit ad negandum, quàm ad confitendum, maximè quando poſitiones dependent ex ſuo reſpondentis facto, tunc enim certius vel negare, vel affirmare poterit, quæ de ſe, & ſua eſſe nouit, quæq; ſic eſſe vel non eſſe certa cognoſcit. Nã poſt talem negationem rei, actori incumbit onus probandi negata, quod erit difficilius, trita ac vulgata. l. Ei qui di-
6 cit. ff. de probat. Non debet aũt Reus reſpondere ad ea, de quibus in iuramento non fuit expreſſum, aut opinatum, veluti de his, quæ ad cauſam non ſufficiunt. l. Quotiens. §. Finali. ff. de noxalib. & l. Qui iuraſſe. §. Pen. ff. de
7 iureiuran. Reſponſio enim ſolùm referri debet ad id, quod principaliter quæritur, & nõ ad id, quod aliquo mo-
8 do augeri, aut locupletari poteſt. Ad planè incerta nemo quoq; reſpondere tenetur, per. d. l. Qui iuraſſe. §. 2. ff.
9 de iureiuran. Poſitioni ſuperfluæ non eſt reſpondẽdum, vtpote quæ eadem eſt cum iam facta, vel cum iam conceſſa, ſiue cum iam negata, vel ſi ſit contraria iam factæ, vel iam negatis, vel profeſsis, ſic vt videatur poſitio contra poſitionẽ facta, quib⁹ caſibus non eſt reſpondendum. c. Cum tu. ext. de teſtib. & c. Veniens, in fine. ext. de iureiuran. l. Finali. C. Si aduerſus vẽdit. & l. Si quis libertatis. §. Finali. ff. de
10 petit. hæredi. Poſitioni impertinenti ad negotium non eſt reſpondendum, vt licet videre per Speculatorem multa iura ad hoc allegantem. Verũ ſi dubium eſſet, an ea poſitio eſſet impertinens, tunc ad eam reſpondẽdum eſſet, ſed cum ſolita proteſtatione præmiſſa, hoc modo. Iure impertinẽtium, & non admittendarum poſitionum ſem-
11 per ſaluo &c. Ad poſitionem obſcuram nemo reſpondere cogitur. Non tamen obſcura poſitio ſtatim reiicienda, ſed clarius explicanda, & tunc demum ad ipſam reſpondendum erit.
12 Poſitioni ponenti aliquid, ad quod non tu, ſed alius reſpõdere debet, etiã
13 reſpondere non cogeris. Poſitioni ad cuius reſponſionem præiudiciũ fieret tibi reſpondenti, quaſi ex quadã præcipitatiõe, non cõpelleris reſpõdere. l. Qui

Qui interrogatur, & l.ſeq.ff. de inter
14 roga.actio. Poſitioni quæ talis eſt, cui non ſit reſpondendum, non cogeris reſpondere: vt ſi filius, qui ſe ab hæreditate paterna vltrò abſtraxit, & ſe priuauit, pertraheretur in iudicium tanquam hæres: & pertrahens ſic diceret: Ego pono te eſſe hæredem, certè is filius non cogeretur ad eam poſitionem reſpondere, l. Si filius. ff. de in terrog.actio. Poſitioni negatiuæ non
15 eſt reſpondendum, quia qui negat, is nihil ponit, ſed remouet: ſiue eius poſitio ſit negatiua explicita, ſiue implicita.
16 Poſitioni generali in genere generaliſsimo non eſt etiam reſpondendum. Verbi gratia, ſic dico: Pono, mihi fundum dari debere. Vel ſic. Pono, quod N. mihi debet aliquid. Tales enim poſitiones nimium ſunt generales, ideoque & obſcuræ, & reſponſione indignæ, ſed cum obſcuris prorſus reſpuendæ. Si quis enim mihi tantum daret fundum vnius digiti, vel feſtucam, aut floccum aliquem, is contra quem fieret poſitio, ſeipſum à poſito debito liberaret. Nimia enim generalitas parit obſcuritatem, & ob ſcuræ poſitioni reſpondendũ non eſt, vt ſuprà viſum eſt. Poſitioni quoque
17 captioſæ non eſt reſpondendum, verbi gratia. Fingatur pater aliquis, qui in ſua poteſtate adhuc habeat filium, qui negotiando ſibi certum parat, vel parauit peculium, quiq; Petro Sollio mercatori debeat 30. libras, quas is filius ſuo conſtituto tempore non exoluit, ob quod dictus mercator Petrus Sollius patrem dicti filij conuenit, & citat in iudicium pro ſolutione prædicti debiti filij ſui, nõ quidem ob id quod is pater ſit, aut hæreditatis paternæ gratia, ſed cauſa peculij, quod filius ſibi comparauit, & apud patrem ſuum depoſuit. Si igitur is pater ita conuentus contra dictum mercatorẽ exciperet, negãdo quod filius apud ipſum aliquid haberet peculij, idq; iuramẽto ſuo aſſeueraret, ipſe pater per tale iuramentum à ſolutione facienda liber eſſet. Verùm ſi contingeret, vt poſtea apud eundem patrem aliquid inueniretur, quod eſſet de peculio filij (etiam tempore iuramenti præſtiti) & mercator aduerſarius replicando, talem poſitionem formaret: Ego pono quod hæc res eo tempore, quo iuraſti, fuerat in peculio filij tui, ergo malè iuraſti nihil fuiſſe in peculio, & per conſequens mihi abs te, cauſa eiuſdem peculij debetur ſolutio. Ad hanc poſitionem pater reſpondere non tenetur, propter eius captioſitatem, & inconueniens quod inde ſequeretur, ſi enim id confiteretur, periurum ſe redderet, quod iuraſſet nõ eſſe, quod tamen erat. Si verò negaſſet, etiam deieraſſet, cũ in rei veritate, id in peculio filij fuiſſet. Quocirca tutiſsimum iuramentum foret, ſi pater in eo caſu ſic iuraret: Ego per meum iuramentum affirmo, quod filius meus nihil apud me habeat peculij, quod ſciam, & ſi haberet, ego tibi ex eo perſoluerem, & ſi contingat ipſum poſthac aliquid peculij corradere, ex eo à me tibi ſatiſfiet. Sed hoc iuramentum cum mente conſcia conſtare deberet, alioqui & ipſum eſſet periurium: ſed ſi poſtea aliquid reperiretur, cuius non fuiſſet conſcius, periurium non æſtimaretur, quod contra mentem non fuiſſet cõmiſſum, & excuſata fuiſſent dicta inconuenientia. Nihilominus pro illa re, in peculio filij, contra iuſiurandum patris reperta, aut pro aliis rebus, quas is filius poſtea apud patrem peculij loco conquiret, & deponet, pro iis in-

quam dictus mercator eundē patrem conuenire poterit, quod ipſius actio ob pri' iuramentū patris extincta nō
18 fuerat. Poſitioni multiplici ſeu implicitæ, & implicanti in ſe plures articulos, ſeu plura dicta, non eſt reſpondendum, l. Ita fidei. ff. de iure fiſci. Verbi gratia: Pono Titium filio Meuij, & mihi debere centum. Iſta poſitio duo cōplectitur, quorū vnū poteſt eſſe verū, & alterū falſum, idq́; (vt dicunt) ſimul & ſemel. Poſitioni item, quæ eſt de iu
19 re, non eſt reſpondendum. Verbi gratia. Ego pono, quod impubes nō poſſit facere teſtamentū. Vel Pono talem legitimè, rectè, & ſecundū iuris ordine proceſſiſſe, vel Ego Pono Ioannē iſtam rem canonicè, ritè, & iuſtè in iudicio peregiſſe. Certè his & ſimilibus poſitionibus nemo reſpondere cogitur, ob id quod nemo cogatur probare ius ſcriptū, ſed tantū factū ex quo ius oritur. Poſitioni item calumnioſę non eſt ſimpliciter reſpondendū, ſed
20 cautè, & cū diligenti obſeruatione, et matura deliberatione. Eſt autem poſitio calumnioſa, quæ per quandā calliditatem & ſubtilem interrogationē inducit ad concedendum, quod iam negatum eſt: vt ſi in prima poſitione aduerſarius meus negaſſet Lucium fuiſſe ſuum procuratorem, ego ad infringendam huiuſmodi negationem cuniculis, & ambagibus aduerſarium aggrediar, formando poſitiones contrarias, ſed per obliquum, ad hūc modum. Ego pono quod is denominatus procurator (licet à te negatus) vendiderit vina tua, item quod culturam vinearum tuarum adminiſtrauit. Itē pono, quod ipſi mandaueris, vt quæ præmiſſa ſunt, vel aliquid ex eis, diligenter curaret, & tuo nomine perficeret, &c. Si enim hoc concedat, manifeſtè concluditur contrarium eius, quod prius negauerat. Poſitioni item im-
21 poſsibili, vel contra naturam aliquid ponenti non eſt reſpondendum, neq; talis poſitio etiam eſt admittenda, veluti ſi quis ponat virginem peperiſſe,
22 præter diuam Virginem Mariam. Poſitioni item, quæ eſt ſuper crimine, cōtra quem ponitur, reſpondere nullus cogitur, quia nemo cogitur reſpondere ſe criminoſum eſſe, quod ſane intelligendū eſt, ſcilicet de criminibus occultis, & ad reip. perniciē nō pertinētibus. Attamē ſi ad ea reſponderet, negando, de iniuria proteſtando, & reparationē poſcendo, non video quid
23 peccaret, cùm vnicuique curandū ſit de bono nomine. Et certè ſunt crimina, ad quæ omnino reſpōdendum eſt, ſcilicet manifeſta, per ſententiā publicata. Itē quę impediūt executionē officij, aut retētionē beneficij, vel quæ periculū grauius diſsimulata minātur vel quæ propriā infamiam gignūt, aut per confeſsionem, aut condemnationem ſunt notoria. Vide Speculatorē, lib. 2. partic. 2. de poſitioni. §. 40. Hactenus de poſitionibus, ad quas reſpōderi nō licet, nūc accipe quomodo
24 ad debitas poſitiones reſpondendū erit. Poſtquā igitur formatæ, & oblatæ fuerunt poſitiones, & eæ fuerūt repertæ pertinētes, claræ, & certæ, & cōtra quas nulla cadit exceptio, tūc debet ad eas reſpōderi. c. Præſentiū, de te
25 ſtib. lib. 6. Nā ſi interrogatus ſuper iis legitimis poſitionibus, & reſpondere iuſſus, omnino reſpōdere nollet, poſitiones haberentur pro cōfeſsis. Iuxta illud, qui tacet conſentire videtur, niſi certè legitima cauſa eū recuſantē excuſaret. c. 2. de confeſ. lib. 6. & ibi gloſſa. De huius autem reſpondere nolentis pœna, alia videbis mox infrà.

Sed

Sed notandum eſt, quod aliquando fiant exceptiones contra poſitiones, verum illæ exceptiones ad contradicẽdum poſitionibus, aut ad eis reſpondendum fieri debent ante expiratum tẽpus dilationis permiſſæ, & ſub hac
26 forma vel ſimili. Contra poſitiones & articulos oblatos per talem Titiũ actorem, vel talem. N. ipſius procuratorem, in cauſa talis fundi, procurator & procuratorio nomine talis rei. N. &c. proponit & dicit excipiendo, quod huiuſmodi prætenſæ poſitiões & articuli ſunt generales, nimis obſcuri, incerti, informes, indeterminati, dubij, multiplices, indefiniti, in iure fundati, captioſi, de facto alieno, & impertinentes, & tales, qui non magnoperè releuarent actorem à probationibus. Ideoque ad eas quatenus propoſitionibus dantur, non eſt pro parte rei reſpondendum, quatenus verò offeruntur vt articuli, nullatenus ſunt admittendi, vti ex eorum inſpectione patebit euidenter, & latius (ſi fuerit opus) productionibus monſtrabitur. Quare prædictus procurator, rei petit per vos Iudicem pronunciari, decerni, & declarari poſitiones, & articulos prænarratos, & exhibitos non eſſe admittendos, ſed plane reiiciendos eſſe, ac ſimul reiicere, & nullo modo admmittere: partem reã ad inſtantia iudicij abſoluendo, & actorem in expenſis legitimis condemnando: ſaluo iure addendi, diminuendi, & cætera. Accipe nũc viciſsim formam reſponſionis ad debitas poſitiones exhibitas. Procura-
27 tor nomine procuratorio Iodoci rei, ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum poſitionum, & articulorum prætenſorum Ioannis actoris, ſic quod reſponſiones, quas forſitam ad impertinentes, & indiuiſibiles poſitiones huiuſmodi à ſe fieri cõtinget: pro non factis habeantur reſpondet, dat, facit, & exhibet, medio iuramento, reſponſiones infra ſcriptas. Imprimis enim procurator Iodoci prædicti reſpondendo ad ſecundam poſitionem, dicit quod non credit eam eſſe veram, & cætera. Tertia dependet à ſecũda negata, ſimiliter & quarta. Ad quintam credit ſe fundum poſſidere, & eius reſtitutionem Ioannis & aſsignationem iuſtè contradicere. Poſtremò & finaliter credit confeſſa de confeſsis, & negat negata. De effectu aũt poſitionũ hæc paucula ac-
28 cipe. Effect⁹ poſitionũ hic eſt, quod is qui ponit aliquid, eo ipſo q̃ ponit, videtur cõfiteri id quod ponit. Nã non debet aliquis ponẽdo aſſerere, niſi id q̃ certò ſcit, vel credit. Sũt aũt quædã pœnæ conſtitutæ illis, qui ad debitas poſitiões aut reſpõdere nollet, aut ad eas falſò reſpõderet, &c. de quibus ſequentia perpende, ac primò, de pœna nõ reſpondentis, vel falſo reſponden-
29 tis, aut falſo confitentis, de qua vide l. Si quis in iure interrogatus, & l. de ætate. §. 1. & 2. ff. de interroga. actio. De pœna verò falſo negantis, vide, l. Non alienum. eodem titu. De pœna verò tacẽtis, vide d. l. De ætate. Sed limita. vt Specu. hic. De pœna autem non reſpondentis ad interrogata, vide eandem l. §. Quod autem, & l. Si defenſor. §. 2. in fine. Pœnam autem obſcurè reſpondentis videbis, d. l. De ætate. §. nihil. De pœna autem dolum committentis circa rem de qua agitur, vide l. Si ſeruus non ſit, in fine, eodem titu. Notandum
30 quoque hic eſt quod multa occurrãt circa hanc poſitionũ materiã dubia, q̃ hoc loco mihi enarrãda nõ aſſumpſi, ſed

ſed ea apud Specu. tibi videnda relinquo. Nobis enim hic ſufficiebat vſitatiſsima explicaſſe, & ad reliqua viam
31 iudicaſſe tyronibus. Hoc loco item non impertinenter tractari potuiſſent confeſsiones, quæ ad poſitiones fieri ſolent, ſed quia illas tractabimus infrà, ſub Cap. 173. De probatione facta per partium confeſsionem, ideo hoc loco de illis nō meminerimus, ſed ad reſponſiones formandas pergemus. Reſponſiones igitur communiter fi-
32 unt, tam in priuinciali conſilio Flandriæ, quàm in magno Mechilinienſi conſilio coram commiſſario ordinato ac deputato, ad informationem faciendam, & coram ſuo adiuncto, ad finem, vt ſeipſos; ſcilicet commiſſari⁹, adiunctus, ac partes in illo regularent. Et incidentia (ſi quæ inciderent aut conſurgerent) terminarent & deciderent, aut relationem (vulgò) rapportū ad conſilium (ſi difficilia fuerint) facerent & referrent. Ad dictas itaque reſ
33 pōſiones faciendas debet primò pars aduerſa citari, ſi enim non citaretur, reſponſiones nullas facere teneretur. Sunt autem reſponſiones (vt ſæpè diximus) introductæ, vt producens releuetur ab onere probationis per confeſsionem aduerſarij. c. Statuimus, de confeſ. lib. 6. & l. Eum qui, primo reſ
34 ponſo. ff. de iureiurand. quia ſi partes aut pars credat, aut confiteatur, tunc vlteriori probatione non erit opus.
35 Et fiunt reſponſiones per verbum credit, vel non credit, quod ex occaſione iuramenti de calumnia procedit, quia ſi præſtitiſſet iuramētum veritatis, ſiue de veritate, teneretur & obligaretur reſpondere per verbum ſcio, vel non ſcio. Nam vſus cōmunis in reſponſionibus hic eſt, vt pars compellatur ad reſpondēdum per verbum credit, vel non, ſed iſtud eſt erroneum (vt quidam ſuſtinent) quod pars aliquando neceſſariò ſcripturas cambire aut
36 mutare, ac inuicem tradere debet. A multis autem annis vſi ſunt in magno Mechilinienſi conſilio, quod procurator loco omnium reſponſionum neget factum, aut facta contenta in ſcripturis partis aduerſę, ſine ampliori reſponſione per verbum credit, vel non credit. Sed id ab hinc aliquot annis ipſis procuratoribus partium per eiuſdem conſilij ordinationem prohibitum eſt, & ipſis mandatum, vt poſtea ſemper reſpondeant per verbum credit, vel non, priuſquam commiſſarius
37 decedat à Mechilinia. Nonnulli conſulunt reſpondentibus ſiue reſponſuris, vt ſemper magis proniores ſint ad negandum, quàm ad confitendū, maxime quando poſitiones dependent à cauſis aliorum (vti ſuprà diximus) iuramēto & conſcientia ſemper ſaluis. Quando verò procurator certò ſcit, q̄
38 factum in ſeipſo verum eſt, debet illud credere, aut alioqui ipſe ſeipſum ac ſuum dominum, ſiue clientulum grauaret, & maximè ſuam læderet cō
39 ſcientiam. Aduocatus enim aut procurator, qui ſuum dominum ac magiſtrum falſo per reſponſiones facit, iubet ſiue ſuadet reſpondere, is tenetur de damno & intereſſe partis. Sed corrupta praxis de iſto eſt in contrariū. Nam multi aduocati & procuratores nonnunquam conſulunt dominis ac magiſtris ſuis, vt illum aut illum articulum, negent, & non confiteantur, quod ipſi cum tali confeſsione, etiam ſi vera eſſet, ſuam cauſam perderēt, ac in ſua cauſa ſuccumberent. Sed hi non conſiderant, quod veritatem ſimulanter, & falſo negando, ſuas animas damnant, & ita veritatem negantes, ad

40 tes ad inferna deſcendant. Sed reſponſiones formaturis ſciendum eſt, multos articulos irreſpõſibiles, & ad quos reſponderi non poteſt, quales ſunt articuli reiterati, quia ſuper illis ſemel reſponſum eſt. Item articuli contrarij, ac non releuantes, etiamſi iidem eſſent probati. Item articuli obſcurè, malitioſè aut captioſè poſiti, aut qui ſunt cum duobus intellectibus, aut qui purè in iure conſiſtunt, aut qui ſunt purè illatiui, aut alternatiui, aut qui generales ſunt ſine ſpecificatione, aut declaratione, aut qui impoſsibiles ſunt, & id genus ſimiles, quorum hoc capite paulò antè etiam meminimus. Su-
41 per articulis autem partim credibilibus, & partim non, poteſt reſpondẽs diuidere ſuum reſponſiuum, & credere illud, quod eſt credibile, & reliquũ non credere, vt ſcriptum eſt, aut (vulgò) vt iacet.

CAPVT CLV.

De Commiſſariis.

Summæ.

1 *Commiſſarij alij ſunt* { *referendarij, qui. / alij / ad deciſiones cauſarum, qui,*

2 *Commiſſarij referendarij* { *teſtium depoſitiones ad Curiam referunt, / ſed*
3 *ſurrogare non poſſunt.*

4 *Commiſſarij ad decidendum* { *ſunt iudices delegati.*
5 *pronunciant ſententiam, & alios ſubrogant.*
6 *appellationes à ſe ad Curiam permittunt.*

7 *A commiſſariis referendariis non appellatur.*
8 *In Francia referendary per appellationem à procedendo non impediuntur.*
9 *In conſilio Flandriæ ſunt 4. commiſſarij ordinarij.*
10 *Præſes, & conſiliarij Flandriæ quot commiſsiones habeant.*
11 *Commiſſarij in conſilio Flandriæ omnes ſunt referendarij.*
12 *Commiſſariorum in Concilio Flandriæ quod ſit officium.*

15 *In Concilio Mechil. commiſſarij* {
13 *Committuntur à ſolo præſide.*
14 *Aliquando ſunt referendarij, aliquando ad terminandum.*
15 *Proceſſum inſtruunt vſque ad definitiuam.*
16 *Non poſſunt ſine nouo mandato iterũ informare ſuper factis contentis in reprobationibus.*

17 *Commiſsiones in Conſilio* { *Flandriæ expediuntur ſub chirographo graphiarij. / Mechilinienſi expediuntur ſub chirographis conſiliariorũ.*

18 *Poteſtas commiſſariorum cum conſenſu partium, & Commiſſarij prorogari poteſt.*

Acturus

ACturus hic de Cõmiſſariis, primò
cõmiſſariorũ diuerſitatẽ ponere
volui. Cõmiſſarij itaq; ſunt duplices:
1 quidã em̃ ſunt Cõmiſſari referẽdarij,
nẽpe, quorũ officiũ eſt informationes
audire, & q̃ inde cognoſcere poſſunt,
id ad Cõſiliũ fideliter referre. Alij ſunt
cõmiſſarij fortiores, ſcilicet qui ordi-
nati ſunt ad decidẽdũ cauſas, ad termi
nandũ, & ad iudicãdũ, quorũ officiũ,
vſum, & praxim ꝑ variis Curiis ex ſe
2 quẽtibus cognoſces. Cõmiſſarij itaq;
referẽdarij (vt dixim⁹) tantũ accepta,
& teſtium depoſita referunt, & ideo
nullas ſententias ferunt, aut pronun-
ciant, ſed ſolum committuntur ad te-
ſtes recipiendos, ad teſtes iurare faciẽ-
dos, ad ipſos audiẽdos, ad iudiciũ ſiue
proceſſum inſtruendum, ad proceſ-
ſum verbalem faciendum ſuper om-
nibus differẽtiis aut incidentibus, quę
coram ipſis eueniunt, & ad relationẽ
de iis omnibus ad Curiam ſolummo
do faciẽdam, & nihil eorum omniũ
terminandum & decidendum. Hoc
3 quoque de referendariis notandũ eſt,
quod non poſſint ſubrogare, neq; ali-
quem in ſuas vices, aut loca ſubſtitue
re aut cõmittere, niſi ea poteſtas in ſu
is commiſſionibus per articulum fuiſ
4 ſet expreſſa. Alij verò commiſſarij, nẽ
pe ordinarij ordinati ſunt ad termi-
5 nandum, ſuntq́ue tanquã iudices dele
gati, feruntq; ſententiã, & ordinãt ſu
per partiũ differentiis, ſed tamen ſub
cõditione remiſſionis faciẽdæ ad Cu
riã, à qua ſuã cõmiſſionem acceperũt,
6 ſi modo ad eam partes appellare vo-
luerint. Nã ab his cõmiſſariis licitum
eſt partibus appellare ad Curiã dicto
rũ cõmiſſariorũ. Qui quidẽ cõmiſſarij
ad terminandũ omnino ex ſe etiã ſub
rogare poſſunt, idq; etiã, ſecũdũ ſtylũ
Parlamẽti Pariſiẽſis: Sed ſecũdũ ſtylũ
harũ regionũ id ipſis nequaquã licet,
niſi ipſis ea poteſtas expſſe à ſuperiori
7 bus data & cõceſſa fuiſſet, & ſuis com
miſſionibus articulatim inſeratur. Di
xi à Cõmiſſariis ad terminandum li-
cere appellari, propter referẽdarios, à
quibus nõ appellatur, nec eſt neceſſe,
q̃ hi ſententias ferãt, ſed ſolũ informa
tiones audiant, à quibus quoq; infor-
mationibus faciẽdis etiã appellari nõ
licet, etſi ab ipſis appellaretur, procede
rent nihilominus iidem referendarij
ſemper vlterius vſq; ad tẽpus, quo ip
ſis eſſet à Curia inhibitũ ne procede-
rẽt vlterius, & tunc eã appellationem
proceſſui verbali inſerunt, & inſcribũt
niſi ipſis videretur q̃ dicta appellatio
aliquo modo eſſet fundata, quo caſu
ipſi etiã eidẽ appellationi deferunt, ce
dũt, & ſuũ curſum habere permittũt.
8 In Frãcia verò cõmiſſarij præfati refe-
rẽdarij, non obſtãte vlla appellatione
procedũt ſemp vlterius, atq; recipiũt
ſcripto id quod partes depoſitionib⁹
9 ſuis dixerũt, & ordinãt, vt ea depoſita
ponãtur in ſacco. In ꝓuinciali verò Flã
driæ conſilio, vt cognoſcas, quomodo
cõmiſſiones peragãtur hæc obſerua.
Sunt in eo cõſilio quatuor cõmiſſarij
ordinarij, qui quocunq; locorũ ad in-
formationes audiẽdas mittuntur, vt
quibus id mun⁹ ex officio ordinario
cõpetit, ſed tamẽ reſtrictiuè, nẽpe, vt
nõ oẽs eas cõmiſſiones accipere poſ-
ſint, ſed tantũ eas quas præſes, aut con
ſiliarij accipere recuſant. Præſes enim
10 cõſilij quotãnis duas cõmiſſiones, &
ſinguli cõſiliarij vnã cõmiſſionẽ ſin-
gulis annis accipere poſſunt, quas vo-
lũt, & quando volunt, reliquæ dictis
quatuor cõmiſſariis ordinariis cõpe-
tunt. Qui (vt Præſidi, & cõſiliariis op
tio accipiendi, vel nõ accipiendi relin
quatur) quoties aliquæ commiſſiones
ad in-

ad inquiſitiões faciēdas eueniunt, eaſ-
dē ſtatim ad Curiā deferunt, & cōmit
tūt, vt Præſes, vel conſiliariorū aliquis
(qui tūc nullā habuit) eā accipiāt. Si ve
rò ab iis nō recipiātur, tales cōmiſſio-
nes accipiūtur ab vno illorū quatuor
cōmiſſariorū, qui ſuo ordine, & vice
tunc ſequitur, qui adiunctum etiā (ſi
velint) ſecū aſſumere poſſunt, q, tamē
in cōſilio Mechiliniensi ꝓpter ſuſpi-
cionē eſt prohibitū. Hi itaq; cōmiſſa-
11 rij Flādriæ oēs ſunt referēdarij, & nul
li alij, niſi princeps aut cōſiliū princi-
pis ipſis maiorē & ampliorē poteſta-
12 tē tribuiſſet & cōmiſiſſet. Vnde iidem
Cōmiſſarij cōſilij Flādriæ faciunt aut
cōficiūt informationes (vulgò) enque
ſtas, recipiuntq; productiões ſine plu
ri. quas informatiōes ad Curiā clauſas
ac ſigillatas (vt decēt) deferunt, & Cu
ria tunc curat & mādat vt partib' dē-
tur nomina & cognomina teſtiū, vt
(ſi velint) iis teſtibus cōtradicāt, ipſoſ
13 que (ſi quid cauſæ norint) reprobēt, et
cōfutent. In magno verò Mechiliniē-
ſi cōſilio nō ſic cōmiſſiones per vices
aut ex arbitrio cōmiſſariorū aſſumun
tur, ſed ibi omnes commiſſiones di-
ſtribuuntur ſecundum placitū & pru
dentiam ipſius Præſidis, qui induſtriā
& aptitudinem perſonarum & quali
tatē vel naturā cauſarū ad eā cōmiſſio
14 nē cōſyderare debet. Hui' itaq; magni
cōſilij Mechiliniēſis cōmiſſarij omnes
aliquādo ſunt referēdarij, & aliquādo
ſunt cōmiſſarij ordinarij, ad terminan
dum & iudicandum, nempe iuxta po
teſtatem ipſis à principe, aut ab ipſius
priuato conſilio, aut à parlamento fa
ctam, conceſſam, & commiſſam. Ge-
15 neraliter tamen ipſorum eſt officium,
vt non tantùm informationes audi-
ant, ſed vt etiam proceſſus inſtruāt vſ-
que ad definitiuam excluſiuè, recipiē
tes omnes actiones proceſſuum, ſcili-
cet reprobationes, cōtradictiones, ſal-
uationes, & cōcluſiones, in iure, ſiue in
cauſa. Quibus omnibus peractis cau-
ſam & omnia actitata cōcludunt, &
ad curiam terminanda, deferunt, in
quam tunc nullæ ampliores reſpon-
ſiones, allegationes aut iuridicæ actio
nes aliæ tranſmitti poſſunt, quod om
nia tunc concluſa ſint in iure, ſed ta-
men tunc licet partibus in Curiā tranſ
mittere certa iuris motiua, quibus iu-
dicem acuent, præmoneant, & ad cer
16 tius ſententiam ferendam inſtruanr.
Hi tamen commiſſarij commiſſi ad
proceſſum inſtruendum vſq; ad defi-
nitiuam excluſiue, nō poſſunt ſine no
uo mandato iteratā informationē fa-
cere ſuper factis cōtentis, in reproba-
tionibus ſiue cōtradictionibus, & ſal
uationibus, & ſuper iiſdem ſemel au-
ditis, etiam ſi poſtea occurrerent &
inciderent aliqua, quę pars aduerſa ad
ſuas reꝓbationes, cōtradictiones, aut
ad ſaluatiōes faciēdas maximè condu
cere & cōuenire putaret. In Flādrię ꝓ-
17 uinciali cōſilio oēs cōmiſſiones audiē
dorū teſtiū poſtquā in curia ordinatæ
fuerint, ſcribuntur, notantur, & expe
diūtur à graphiario ſub ſuo chirogra-
pho. Sed in magno Mechiliniēſi conſi
lio ipſimet cōmiſſarij expediūt ſuas cō
miſſiōes ſub ſuis ipſorū ſigillis, & chi
rographis, quēadmodū etiā faciunt in
18 Parlamēto Pariſiēſi. Quādo poteſtas
cōmiſſarij ad informationē faciēdam
cōceſſa eſt, & expedita, partes poſſunt
eandē poteſtatē cū ipſorū cōmiſſario-
rū & etiā partiū conſenſu prorogare.
Sed de hac prorogatiōe & conſenſu
certa acta expediri debet ꝑ Curiā, &
nullo modo ꝑ cōmiſſarium, quod de
ea prorogatione facta, & cū conſenſu
partiū permiſſa, ipſi non crederetur.

CAP.

CAPVT CLVI.

De Commiſſariis & Adiunctis.

Summæ.

1 *Commiſſarij Flandrenſes accipiunt adiunctos, quos partes permittunt.*
2 *non poſſunt aſſumere adiunctos.*
3 *Commiſſarij Mechilinienſes* { *aſſumũt aliũ conſiliariũ, ſi* { *Præſidens aut Partes eũ* } *permittant.*
4 *per ſe informationem audire, & ſcribere debent.*
5 *Commiſſarij, ſi bini ſint, coniunctim informationem audire debent.*
6 *Commiſſarij articulos eiuſdem facti ſimul colligare debent.*
7 *Adiuncti iurare debent ſe nihil ex informatione detecturos eſſe.*

1 Dixi capite præcedenti, quod com
miſſariis conſilij Flandrenſis per
miſſum ſit, vt in ſuis commiſſionibus
peragendis poſſint ſecum aſſumere a-
liquem clericum, aut amanuenſem,
(quem adiunctum vocamus) qui in
præſentia Commiſſarij teſtium depo
ſitiones fideliter annotent, & ſcriptis
excipiant. Sed huiuſmodi adiunctos
non capiũt pro ſuo arbitrio, quos vo-
lunt, propter ſuſpicionem fauoris, aut
odij, ſed tantùm ipſis adiunguntur,
quos partes ipſis commiſſariis adiun-
ctos eſſe permittũt. Quocirca contra
tales adiunctos reprobãdos, nihil am
plius dicendum à partibus, quam
quod talem adiunctum non recipiãt,
2 ſed illum, vel illum habere velint, ſine
vlla expreſſione cauſæ. In magno ta-
men Mechilinienſi conſilio commiſ-
ſariis planè interdictum eſt, ne pro
ſuis adiunctis, ſuos clericos ſeu ama-
nuenſes accipiant, etiam & ſi in illis
3 accipiendis partes conſentirent. Quin
ne ipſis quidem cõſiliariis admiſſum
aut conceſſum eſt, vt ſecum alium cõ-
miſſarium pro ſuo arbitrio aſſumant,
niſi facerent cum præſidis & cum par
tium conſenſu. Quocirca conſtitutũ
4 & ordinatum eſt in præfato magno
conſilio Mechilinienſi commiſſariis,
vt ipſimet informationem & enque-
ſtam perſonaliter faciant, ac teſtes ip-
ſos iurare faciant, iuramenta ab ipſis
capiant, eoſdem interrogent, & ipſo-
rum depoſitiones ipſi manu fideliter
ſcribant, ſi modo ipſi laborem ferre
poſſint, & quod non iubeant ſcribi
eo caſu, per ſuos adiunctos, clericos.
Si verò ſcribere nequeant, ſaltem de-
poſitiones proprio ore ſuis amanuen
ſibus ſcribendas pronuncient, & vbi
conſcripſerint, ea coram iiſdem teſti-
bus relegant, & an ſic res habeant, ſi-
cuti ſcripſerunt, aut legerunt, eoſdem
5 denuò interrogent. Item ipſis etiam
commiſſariis & adiunctis (ii quando
hi adfuerint) iuſſum, & ordinatũ eſt,
vt ſimul, & coniunctim ſuas informa
tiones & inquiſitiones faciant, & ne
vnus eas inquiſitiones faciat in abſen
tia alterius, quia duo ſimul melius vi-
dent,

vident, quàm vnus ſolus (& vt vulgò
6 dicitur) plus vident oculi, quàm ocu-
lus. Commiſſariis prætereà mandatũ
& ordinatum eſt, vt inter examinan-
dum, teſtes ſimul congregent articu-
los idem factum continentes, ſiue de
vno facto loquentes, & quorum v-
num ab altero dependere videbitur,
nempe, vt euitetur confuſio, & ver
borum prolixitas. Clerici ſiue ama-
nuenſes commiſſariorum, qui infor-
mationes aut inquiſitiones primò le-
ui manu, ſiue minutim conſcribunt,
quique eadem ſcripta in mundum
poſtea redigunt, tenentur præſtare iu
ramentũ in manibus ſuorum domi-
norũ, ac iurare ſeſe non reuelaturos
7 ſecretum informationis, aut informa
tionum, nec ex depoſitis, aut ex pro-
batis, aut non probatis ſe quicquam
partibus detecturos.

CAPVT CLVII.

De Probatione.

Summa.

1 *Probatio eſt* { *vis, & poteſtas iudicij.* / *anima proceſſus.* }

2 *Probatio aliquando competit* { *Actori ſoli.* / *Reo ſoli.* / *Vtrique ſimul.* }

3 *Probat* {
- *Actor ſolus, quando reus* { Negat *petitionem actoris.* / *aut,* / Non *ponit facta contraria.* }
- *Reus ſolus, in multis caſibus, vide cap. ſeq.*
- *Vtraque pars* { *quando non ponuntur facta contraria.* / *aut* / *In materiis poſſeſſoriis.* }

}

1 IN probando ſiue in probationibus
formandis cõſiſtit omnis vis & po
teſtas iudicij, ſiue proceſſus, quia qui
probare non poteſt, is nihil habet, ni-
hilque conſequitur. Ideoque multi di
cunt, quod probatio ſit anima pro-
ceſſus. Probatio autem nonnunquã
2 competit actori ſoli. Aliquando ve-
rò ſolus reus probat, & nonnunquã
probat vterque. Actor autẽ ſolus pro
3 bat, quando reus negat ipſius petitio-
nem ſeu libellum duntaxat, non po-
nendo factum contrarium, aut facta
contraria. Reus verò probat ſolus in
multis ac variis caſibus, vt infrà decla
rabimus, cap. ſeq. Vterque probare de
bet, quando ponuntur facta contra-
ria. Vtrique item partium probatio
incumbit in materiis poſſeſſoriis. Nã
in his vtreque partes & actores ſunt,
& rei.

CAPVT CLVIII.

Quando reus probare tenetur.

Summæ.

Reus, vel Rea probare tenetur

1 *Quando proponit factum deſtructiuum petitionis.*
2 *Quando ius commune militat pro actore.*
3 *Quando cauſa pro actore eſt priuilegiata.*
4 *Quando actor obtendit falſitatem.*
5 *Reus tamen raſuram ſuam iuſtificare debet.*
6 *Quando negando affirmat implicitè.*
7 *Quando probationem ſuam præſentat.*
8 *Quando parti iuramentum defertur.*

1 REus aut rea ad probationes tene-
tur, quando excipiendo proponit
factum peremptorium, & deſtructi-
uum petitionis, ſiue libelli actoris, hu
iuſmodi ſunt ſolutio, liberatio (vul-
gò) quietantia, tranſactio, Pactum de
de non petendo, innouatio, præſcrip-
2 tio, & ſimilia. Reus aut rea præterea
tenetur probare, quando ius commu
ne aut præſumptio eſt pro actore aut
actrice, exempli gratia. Ego actor pe-
to à Fratre meò ius meum, quod mihi
ſucceſsionis cauſa, in certo fundo de-
betur, vel debere putatur, qui fundus
ad patrem noſtrum, dum viueret, per
tinebat. Frater meus negat mihi in eo
fundo aliquod ius cōpetere: Hoc ca-
ſu idem frater meus docere, ac proba-
re debebit, quomodo ab eo fundi iu-
re, & hæreditate detruſus, & priuatus
fuerim. Præſumptio enim, & ius com
mune pro me actore, & petitore mili
tat, & hæreditatem mihi cū fratre cō
munem cōpetere cenſet, ob id quod
ego cū eodē fratre eiuſdem patris ſim
filius. Re⁹ aut rea item probare debet
quando controuerſiæ cauſa eſt priuile
giata pro actore, aut actrice, verbi gra
tia. Si pupillus, aut mulier, aut alia pri
uilegiata perſona, nimium, aut plura
creditori perſoluiſſet, eademque hoc
ipſum, quod nimium perſoluerat, re-
peteret, tunc creditor docere debebit
3 per articulos, quod tātùm ſibi debita
receperit, aut ſi id præſtare nō poteſt,
probare debebit, quod prius fuerat
debitum, & quæ ſolutiones ſuper eo
factæ. Si plus ſolutum ab actore, vel
actrice per ſyngraphas, aut per alios
modos cōmonſtretur, ſcilicet credi-
tor vel creditrix tunc probare debe-
bit, ob quam cauſam illud nimium,
aut plus receperit, quia pupillus, aut
mulier, aut alia priuilegiata perſona,
4 decipi non poteſt. Reus vel rea etiam
probare debet in crimine falſi, verbi
gratia. Quando actor aut actrix petit,
& exigit debitum, & ſi reus aut rea
tale debitum neget. Et ſi contra actor
vel actrix hoc ipſum debitum proba-
re pergat per inſtrumenta, & reus vel
rea huiuſmodi inſtrumenta negaret,
& vt falſa reiicere vellet, tunc hic re-
us vel rea talis inſtrumenti falſitatem
docere debebit, potiſsimùm, quando
non apparet vlla ſuſpitio falſi per raſu
ram, aut

ram,aut liturā facti, hæc enim ſi apertè apparerent,actoris eſſet probare,et iuſtificare ſuum inſtrumentum,quod bonum eſſet,& non vitiatum,nempe
6 per regiſtrum,ex quo exſcriptum fuerat. Debet etiam reus,aut rea probare quando ponit negatiuam,quæ implicitè continet affirmatiuam, quæ vocari ſolet negatio prægnans. Exempli gratia.Si actor aut actrix habeat donationem teſtamentariam , eamque poſcat, & ſi reus, vel rea, eandem neget,ſed reprobet,dicendo quod teſtator eam donationem faciens,non fuerat ſatis compos mentis,tunc idem reus aut rea debet probare ſuam negationem,aut negatiuam,quia ſic negando,tacitè & implicitè affirmat, quod teſtator tempore condendi teſtamenti alienatus fuerat à ſuis ſenſib⁹.Similiter ſi actor aut actrix obiiciat, & dicat,tu renunciaſti ſucceſsioni ſiue domui mortuariæ, & reus aut rea negando reſpondeat, ego eam renunciationem non feci cum libera voluntate, reus aut rea tunc probare debebit eā negatiuam,quia ipſe aut ipſa ſic negās implicitè affirmat,quod eam renūciationem aliquo metu, aut vi compul-
7 ſus fecerit. Reus aut rea debet etiam probare & docere,quando ipſe aut ipſa talem probationem præſentat & offert,quia cum ea præſentatione & oblatione, ipſe aut ipſa ſeſe ad oblatā
8 probationem aſtringit & obligat.Poſtremò, quando pars, aut iudex cauſam ponit, ac committit iuramento aduerſarij,tunc is aduerſarius tenetur iſtud iuramentum, ſiue inſiurandum oblatum acceptare, quod iuramentum aut inſiurandum, probationis loco habendum eſſe, cenſendum eſt.

CAPVT CLIX.

Quid probari debet.

Summæ.

1 *Probanda ſunt facta,in iudiciis exhibita.*

Non ſunt probanda:
2 *Facta impertinentia,aut ſuperflua.*
3 *Quæ Iudex ſcit,vt Iudex.*
4 *Facta,quæ nec commodant,nec incommodant.*
5 *Facta per aduerſarium confeſſa.*

1 DEbent primò doceri ac probari facta,& pro factis concepta, aut præcogitata,potiſsimū,quę in iudiciis ſunt ſeruita,& exhibita, & quę quiſque ſuę cauſę,ſuiſq; iuribus ſeruire et profutura eſſe,putabit,quod addo,ob id quod nemo impertinentia, inuali-
2 da,aut ſuperflua probare teneatur.Id
3 quod Iudex ſcit, vt Iudex, hoc eſt, ꝙ ipſi, vt iudici,notū eſt,non eſt probandum,nec probatione indiget,vt latius infrà monſtrabitur.cap. Omnis enim ꝓbatio ad hoc requiritur, & cōducit, vt iudex de rebus certior fiat,quarum certitudinē ſi iudex vt iudex ſemel cōſecutus fuerit, ſupuacanea erit omnis probatio.

probatio. Sed id quod non ſcit, aut quod ſcit non tanquam Iudex, id ipſi omnino probandum erit, quantumuis id aliis modis cognoſceret vt Ioannes, aut Petrus. De hac enim cogni tione Iudex dicere poſſet, quod ſcio,
4 neſcio. Facta, quæ producenti nec incommodare, aut releuare poterunt, ea non ſunt probanda, quod eorum probatio eſſet omnino ſuperuacanea, & inutilis. Sic etiam non ſunt probanda
5 da facta, quæ pars aduerſa in ſuis reſponſiuis credidit. Quorſum enim attineret velle probare ea, quæ aduerſarius ſua ſponte fatetur, & pro confeſsis relinquit, & vt confeſſa in fauorem producentis ſunt permiſſa, & conceſſa?

CAPVT CLX.

Quis in productionibus ordo.

Summæ.

1 *Probatio prior incumbit actori.*
2 *Reus ad productionem, ante actoris productionem, compelli non debet.*
3 *Reus ante actorem producere poterit, ſi maturationem optet.*

1 QVando ambę partes ſimul paratæ ſunt ad producendum, actor aut actrix (ſi velit) præcedere debet,
2 vti diximus ſuprà cap. 141. Imò quod magis eſt, ita hunc ordinem obſeruari volunt, vt in Conſilio Flandriæ prouinciali, & etiã in magno Mechlinienſi cõſilio ſtatuerint, & omnino nolint, vt reus aut rea vllo modo ad productionẽ ſuam faciendam cõpellatur, priuſquam actor aut actrix ſuã productionem fecerit, aut facere iuridicè recuſauerit.
3 Attamẽ ſi reus aut rea accelerationem deſideraret, poſſet tunc ſemper cum ſua productione præcedere cùm vellet, quia tempus ad productiões præfixum ambabus partibus eſt commune.

CAPVT CLXI.

De Diuerſis Probationum ſpeciebus.

Summæ.

Probatio-

Probationes fiunt per:

1 *Teſtes.*
2 *Confeßionem aduerſarij.*
3 *Euidentem notitiam,& conſpectum rei.*
4 *Literas,Inſtrumenta,Schedulas,&c.*
5 *Libros,Epitaphia.*
6 *Famam publicam.*
7 *Sola fama non habet locum in criminalibus.*
8 *Dilationem iuramenti.*
9 *Communem omnium opinionem.*

10 *Probationes* { *Factorum fiunt,per modos prædictos.* *ſed* *Iuris,fiunt per* { *Leges.* *Canones.* *Conſuetudines.* } }

Probationes {
11 *Factæ,in vno iudicio,etiam valent in alio iudicio.*
12 *Factæ coram arbitro,etiam valent coram iudice.* }

1 VArij multipliceſq; ſunt probatio
nũ modi. Primò enim probatio-
nes fiunt per teſtes,c.2.& c. Ex literis
extra de probat. Aliquando verò fiũt
2 per confeßionem partium,aut aduer
ſariorum c. Cum ad ſedem, extra de
reſtitu.ſpolia.& l. Si ſine.ff. de inter-
rog.actio. Item fiunt per certam noti
3 tiam, & euidentiam facti, ſcilicet per
ipſum rei aſpectum,c.Euidentia,ex-
tra de accuſat.c.Ad noſtram, extra de
iureiuran .l. Prima.ff. de vent. inſpi-
cien. Sic etiam fiunt de atroci iniuria
quæ multorum conſpectibus patuit.
4 Item fiunt per literas , aut per inſtru-
menta, vt per totum, extra de fid.in-
5 ſtrument. Item per libros antiquos,p
rotulas, aut per ſcripturas ſiue recen-
tes,ſiue antiquas, iuxta qualitatem re
rum,aut per ſepulturas, aut per epita-
phia vetera in lapidibus,in marmore,
in muris,vel in columnis inſculpta.c.
Cũ cauſam,extra de ꝓbat.& l.Cẽſus.
ff.eod.titu.de probat. Item fiunt per
literas ſigillatas cum ſigillo Epiſcopi,
c.Poſſeſsionem,extra de probat.Vide
Speculatorem,de ſigillis latè tractan-
6 tem. Item per famam, cum aliis præ-
ſumptionibus.c.Tertio loco,extra de
præſumpti.Nam vicinorum multorũ
fama,probationem facit,c. Vltimo ex
tra de frigid.& malefic. Aut certè fiũt
per famam, cum vno teſte.c.ſicut,ex-
tra de probat. Sed hæc fama tantùm
operatur in ciuilibus. Nam fama non
ſufficit ad condemnandum de crimi
ne,quia in crimine debent eſſe proba
tiones apertißimè, & meridiana luce
clariores,ſecus aũt in ciuilibus.l.Vlti-
ma.C.de probat. Item fiunt per vehe
mentem ſuſpitionem , de qua pro-
batione infra latius, c. 178. Item. Per
7 iuramenti delationem factam ab ad-
uerſario,l.1.& 2.& l. Manifeſtè.ff. de
iureiuran. & c. Finali, extra eodem.
Vel factam à iudice alterutri litigan-
tium, quia hæc iuramenti delatio ſe-
miplenam probationem habet, l. In
bonę fidei.C.de reb.credit.c.Ex inſi-
nuatiõe,extra de procurat. & c.extra
de probat. Item,per denunciationem
publicarum perſonarum. Item, per
8 communẽ omnium opinionem, &
ferè per omnium ſententias,& iudi-

cia indubitata, c. Excommunicamus, in fine 1. extra de hæretic. l. Iudicia. C. de rei vendica. & d. c. Sciant 2. q. 7. Et habent prædicta locum in probatione facti. Sed ſciendum eſt, quod hactenus probandi ſpecies enarratæ tan
9 tum intelligendæ, ſunt de probationibus factorũ, non de probationibus iuris. Hæc enim probatio iuris fieri debet aut per leges, aut per canones, aut per conſuetudines, interdum directè, & interdum per argumẽta. Hęc quoque de probationibus notanda, & priuſquam prę ſens caput abſoluamus, ſequentem annotatiunculam memoriæ ſcrinio diligenter commen
10 dabimus. Primùm quod probationes factæ in vno iudicio, quales ſunt atteſtationes, confeſsiones, & huiuſmodi, fidem quoque faciunt in alio iudicio. Secundum, quod probatio
11 nes factæ coram arbitro, fidem quoque faciunt coram iudice, de quibus videbis latius apud Speculatorem de probationib. &c. De quorum nonnullis nihilominus infrà per diſtincta capita, pro noſtrarum virium tenui portiuncula, tractabimus.



CAPVT CLXII.

De probationibus per teſtes. Et primò de teſtibus producendis ante litiſconteſtationem.

Summæ.

Probatio teſtium
1 *eſt omnium validiſsima.*
2 *fit regulariter poſt litiſconteſtationem.*

Exceptio.

Probatio teſtiũ fit ante litiſconteſtationẽ
3 *quando timetur de morte teſtis.*
4 *quando teſtis diu abſuturus erit.*
5 *quando agitur de electione alicuius firmanda, vel infringenda.*
6 *quando in cauſa matrimoniali teſtis diu aberit.*
7 *quando in criminalibus per præcedentem informationem res perquiritur.*
8 *quando teſtimonia petuntur ob perpetuam, aut longam memoriam.*

9 *Teſtes auditi ante litiſconteſtationem, iterum audiri debent, ſi poſt litiſconteſtationem ſuperuiuant, aut adſint.*

Item.

Probatio teſtium fit ante litiſconteſtationem
10 *quando aliquod acceſſorium ante litiſconteſtationem opponitur.*
11 *in exceptionib.* *Dilatoriis.* *Declinatoriis.* *Peremptoriis.*
12 *in caſibus à Speculatore explicatis.*

PRoximè præcedenti capite, vtcumque commonſtrata probationum varietate, condecens eſt, vt eas probãdi ſpecies ex ordine tractemus latius, ac primò de probatione, quæ fit per
1 depoſitiones teſtium. Hæc enim inter omnes probationum ſpecies habetur efficaciſsima, potiſsimùm, cùm fiat viua voce, c. Cum Ioannes, & quæ ibi notantur, extra de fide inſtrument.
2 Sed de hac probatione teſtium ſciendum eſt, quod regulariter non producantur teſtes ante litiſconteſtationem, c. Quoniam frequenter, extra, vt lite non conteſta. non proced. ad teſtium receptionẽ. Dixi regulariter, quia aliquando ex cauſa teſtes produci poſ
3 ſunt ante litiſconteſtationem, imò etiam ante inceptum iudicium, ſcilicet quando timetur de morte teſtis, vel teſtium à me producendorum, nempe, quod ſint infirmi, vel ſenio confecti,
4 vel quod accincti ſint ad bella. Vel ſi timeatur de teſtis, vel teſtiũ lõga, & diutur-

diuturna abſentia, ob id quod velint
hi teſtes traiicere mare,nauigare ad In
dos,proficiſci Romam,aut Cōpoſtel-
lam, aut Hieruſalem, aut ad alias re-
giones longinquas. Item præueniri
5 poterit teſtium productio. Si agatur
de electione alicuius aut confirman-
da,aut reprobanda.c. Cum qui. ext.
de eo qui mitti.in poſſeſſ.cauſ.rei ſer-
6 uan. Item, Cum agitur de matrimo-
nio carnali,& is qui conuenitur, mali
tiosè ſe abſentat, & contumax eſt.
7 Prætereà,Si agatur de alicuius crimi-
ne per modū inquiſitionis præceden-
tis.c.Veritatis. ext. de dol. & contu.
8 &.c.Nouit.ext.de iudic. Item quan-
do petuntur teſtes audiri,produci,aut
publicari, aut ad perpetuam rei me-
moriam,aut ad ſeſe cum talium teſti-
moniis iuuandum,aut prouidendum
in futuris temporibus,ſcilicet, quan-
do timetur de ipſorū morte, aut lon-
ga abſentia, vti dictum eſt. Prædicti
autem ſex caſus habentur expreſſe in
d.Decretali.Quoniam frequēter.ext.
vt lit.non conteſta. in quibus ſolis ca-
ſibus deberent audiri teſtes ante litiſ-
9 conteſtationem.Nihilominus ſi præ-
fati teſtes poſt litis conteſtationē, ad-
huc ſuperuiuerēt, aut adhuc in patria
eſſent,deberent iidem tunc denuo au
diri, alioqui ipſorum præmiſſa teſti-
monia eſſent inualida & nulla,etiam
ſi ea præſente parte fuiſſent facta. Sed
ſi auditi teſtes illi mortui eſſent, aut
non reperibiles ad deponendum, eo
caſu teſtimonium valetudinarium,&
abſentium haberetur bonum ac vali-
dum. Sunt interim adhuc plures alij
10 caſus,& cauſæ,in quib' teſtium pro-
ductio ante litiſconteſtationem fieri
poteſt,nimirum quando aliquid ante
litiſconteſtationem, acceſſoriè aut in-
cidenter opponitur,& probatur,vt.c.
11 veniens.ext.de teſtib. Item in exce-
ptionibus dilatoriis & declinatoriis
fori: & etiam in quibuſdam perem-
ptoriis,ſcilicet cum excipitur de re iu-
dicata,vel tranſacta.c. Inter monaſte-
rium.ex.de re iudica.&,c. Exceptio-
12 nes,de litiſconteſta. lib. 6. Reliquos
autem caſus,in quibus teſtes recipiun
tur ante litiſconteſtationem breuita-
tis cauſa hic prætereo,quod eos ad ſa-
cietatem vſq; videre licet, apud d.Spe
culatorem titulo aut rubrica. de teſti.
Et apud dominum Andr. Alciat. in
ſuo iudiciarij proceſſus compendio.
eodem titu.de teſtib.

CAPVT CLXIII.

De Producendis teſtibus.

Summæ.

1 *Teſtes producendi* { *Primò ſunt excogitandi.* / *Deinde citandi per iudicem.* / *Tertiò citatos præſentabit Iudici,aut deputato.*

2 *Dilationes ad productionem petendæ.*

3 *Seipſos præſentare non poſſunt.*
4 *Inuiti ſunt compellendi.*
5 *Produci debent a partibus, non à iudice.*
6 *Producendi ſunt ſumptibus producentis.*
7 *Teſtes* { *Debent habere à iudice ſecuritatem.*
8 *Produci poſſunt per varias ciuitates.*
9 *A veritate dicenda ſeipſos excuſare non poſſunt, ſed ad teſtimonium ferendum compelli debent.*
10 *Se excuſantes per ignorantiam, etiam compelli debent.*

11 *Iudex qui inuitum compellere nollet, tenetur de damno & expenſis.*
12 *Dominus feudalis, qui prætorem ſuum non compellit ad teſtimonium audiendum, perdit iuriſdictionem ſuam.*

13 *Ad informationem non ſunt compellendi* { *Clerici.* *Spirituales perſonæ.* *De quibus Speculator.*

1 QVI teſtes producere voluerit, is
primò in ſuam memoriam colli-
gat, & cogitet quos nouerit ſuæ cau-
ſæ fauturos, atque eoſdem omnes cu-
rabit per iudicem citari, & citatos (vbi
comparuerint) ſtatim producet, aut
præſentabit iudici aut curiæ Graphia
2 rio. Sed in euentũ quo non ſatis mul-
tos teſtes inuenire poterit, conſultum
erit ad eam productionem dilationes
aliquot à iudice petere. Quæ vbi à iu-
dice cõceſſæ fuerint, curabit vt ſub pri
ma dilatione producat, quos primò
habebit paratos. Sub ſecũda dilatiõe
producet quos poſteà reperire dabi-
tur. Sub tertia dilatione producet
quos tũc amplius reperire poterit. Ad
quas dilationes, & productiones de-
bet conſentiri ad minus vna dies, aut
plures ad arbitriũ iudicis, qui certam
& competẽtem dilationem & termi-
num aſsignabit parti ad productionẽ
ſuorum teſtium, vti docetur. c. Indu-
3 ciæ. §. Spacium. 3. q. 3. Dixi teſtes de-
bere per iudicem citari, quia teſtes nõ
poſſunt ſeipſos offerre, pręſentare, aut
ſeipſos ingerere ad ferendum teſtimo
nium, ſed debent ad id citari, iuridicè
cogi, & ſi neceſſum ſit, minis, ac pœ-
nis per iudicem compelli. Alioqui e-
nim tanquam ſuſpecti haberentur, &
reiici poſſent. l. Quæ omnia. §. Sed &
ſi aduerſarius. ff. de procurat. & Au-
4 tentica. Rogati. C. de teſtib. Vnde fit
vt non rarò etiam teſtes inuiti produ-
cantur, cõpellẽte, ſcilicet iudice. Quin
5 & hoc de productiõe teſtiũ eſt notan
dum, ꝙ ipſi à partibus, vel per partes
produci debeat, et nullo modo à iudi
ce aut per iudicẽ, aut à iudicis officio,
quia iudex ex ſuo officio partiũ facta
in cauſis ciuilibus, aut in cauſis crimi-
nalibꝰ ciuiliter intẽtatis, inquirere nõ
poteſt, licet id poſsit in criminalibus
6 cauſis, criminaliter intentatis. Pro-
ducendi ſunt prætereà teſtes ſumpti-
7 bus ipſius partis producentis. l. Quo-
niam. C. de teſtib. Ad hæc, ſi teſtes
eſſent tales qui non tutò poſſent ad
teſtimonium ferendum accedere, eo
caſu iudex debebit ipſis liberum ac-
ceſſum, & reditum permittere, aut
(vt dicunt) ſecurum ſaluiconductum
concedere, argumento. c. Hortamur.
3. q. 9.

3. q. 9. &.c. Ex parte. extr. de appellat. &.c. Sine.33. q. 2. Teſtes recipi debent altera parte præſente, vel ſe
8 contumaciter abſentante.c.2.extr. de teſtib. &.l. Si quoniam .C. eodem. Vel certi produci poterunt teſtes de prouincia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, ſi iudex id proſpexit expedire, ſed cum ſecuritate (vt dixi) præſtita. Si autem videretur ipſi hoc non expedire, ſcribet iudici ſub quo degunt teſtes, vt eos recipiat & audiat iuxta ſchedulã informationis eo tranſmiſſam, & ſecundum formam ac ſtylum loci. Et de his vide latius Speculatorem, ponentem formam commiſ-
9 ſionis & receptionis teſtium. Nemo teſtium poteſt ſeipſum à teſtimonio ferendo, aut à veritate quam nouit, di-
10 cenda, excuſare ac ſubſtrahere. Sed eſt ad hoc, etiam in cauſis ciuilibus, per mulctas & pœnas compellendus, ac conſtringendus, quæ pœnę ad id à iudice conſtitui poſſunt, vt fere per to-
11 tum.ext.de teſtib.cogend. Imò etiam poteſt cõpelli ad hoc per citationem realem, quam capturam vocamus. Si contingeret quòd teſtis citatus, execu-tori reſponderet, ego non veniam, quia ego de cauſa nihil ſcio, tamẽ deberet venire & comparere, & ad hoc compellẽdus eſt, ſaltem vt illa ita declaret & affirmet ſub ſuo iuramento. Et ſi iudex compellere teſtes nollet, ad veniendum & ad teſtimonium ferendum, & ſi pars intereſſe aliquod ex eo ſubiret, iudex ipſe deberet & obligaretur illud intereſſe cum omnibus expenſis inde dependentibus
12 emendare, luere, & exoluere. In Feudorum Curiis, ſi dominus ſuum Bailliuum compellere nollet teſtes, ad teſtimonium ferendum, ipſe (ſecũdum iura feudalia) amitteret ſuum principatum, dominationem, ſeu ditionem
13 atque proprietatem ſui feudi. Sed ab hac compulſione excipiendi ſunt clerici & ſpirituales perſonæ, quę ad hoc ſine cõſenſu ſuorum prælatorum non ſunt per iudicem ſæcularem compellibiles. Excipiuntur prætereà multi alij qui à teſtimonio ferendo ſeipſos excuſare poſſunt, de quibus infrà videre licebit in capitulis, De teſtium reprobatione, & de teſtium ſaluatione.

CAPVT CLXIIII.

De Teſtium multitudine producenda, ſiue de teſtibus producendis (vulgò) per turbam.

Summæ.

1 *Multitudo ſiue turba ad quas cauſas ſit producenda.*
2 *Ex multitudine ſeu turba producendi ſunt teſtes ad minus decem.*
3 *Infra decem non cenſetur multitudo, ſeu turba teſtium.*
4 *Ex multitudine decem idem loquentes cauſam comprobant.*
5 *Ex multitudine ſeu turba teſtes produci poſſunt* { *Coniunctim.* *vel,* *Separatim.* }

6 *Conſueta.*

6 *Conſuetudines* { *Notoriæ in parlamento probatione non indigent.*
ſed
Non Notoriæ probandæ ſunt decem teſtibus. }

Contingit aliquando vt ad cogni-
tionẽ cauſæ, & ad ſtabiliendã veri
tatem cauſarum, producendus ſit non
ſolum vnus, aut alter teſtis, ſed vt pro
ducenda ſit tota multitudo, imò ferè
tota ciuitas, totúſue pagus aliquis, aut
ex eis maior pars, qui habentur ſe-
1 niores & cordatiores. Verũ hæc pro-
ductio non fit ob controuerſias per-
ſonarum priuatarum, aut in reb' par-
ticularibus, ſed tãtùm propter cauſas
publicas, & ſuper articulis, qui ſunt
de iure publico, de inolita, & diu poſ-
ſeſſa conſuetudine, de vſu ac ſtylo ali-
cuius iuriſdictionis, aut de priuilegiis
2 diu vſurpatis, & de ſimilibus. Ad quę
omnia verificanda, ex ea multitudine
ſeu turba produci poterunt tot teſtes,
quot productor ipſe voluerit, ſed ſu-
pra decem vſque ad ſexaginta, ſi ita ve
3 lit. Infrà enim denarium numerũ non
cenſeretur multitudinaria productio
quæ in dictis caſibus requiritur. Sed
4 ſuprà denarium excedat oportet. Ex
ea multitudine ſiue turba ſi reperti
fuerint decem, duodecim, viginti, tri-
ginta, quadraginta, quinquaginta, aut
ſexaginta teſtes, idem loquẽtes, idẽq;
quaſi ex vno ore loquentes, hi ad con
firmationem iurium, cõſuetudinum,
ſtylorum, et priuilegiorum ſufficerẽt.
5 Sed hic notandum eſt, quod non ſit
neceſſe tot teſtes producere ſimul, niſi
id ita placeat, ſed ſufficit quod ad iura
prædicta, aut ad conſuetudines, ſty-
lum, & ad priuilegia probanda, pro-
ducantur, & audiantur ſeparatim, in
tanto numero, quãto volet ipſe pro-
ductor, modo vſque, & vltra decem
producat. Atque hic modus audiendi
ſingulos ſeparatim, ſecundum pluri-
mos habetur commodior, melior, &
ſecurior, ſicuti particulares informa-
tiones omnes, quæ iura, aut dictas cõ-
ſuetudines non concernunt particula
tim, & viritim fieri conſueuerunt. Et
certè etiam fieri poſſet, vt in ea multi
tudinis aut turbæ productione etiam
inquirenda, ac probanda, ſint ſimul a-
lia facta particularia, ad quæ quoque
tutior eſſet particularis inquiſitio.
6 Vtuntur in Parlamẽto Pariſiẽſi, quod
non faciant fieri probationes ſuper
conſuetudinibus Notoriis, potiſſimũ
quando partes ſeipſas ſuper ea noto-
rietate informant. Sed conſuetudines
non notoriæ debent ibi probari, de-
cem teſtibus vno ore idem loquenti-
bus, vti iam antè diximus.

CAPVT CLXV.

De Teſtium numero.

Summæ.

1 *Particularis cauſa iure tantùm decem teſtes requirit.*
2 *Iudex pluralitatem teſtium coarctare poteſt.*

3 *Fidei*

3 *Fides teſtantium inſpicienda potius, quàm ipſorum teſtimonia.*
4 *Duo teſtes fideles ad probationem ſufficiunt.*
5 *Plures teſtes fortius probant.*

Plures teſtes requiruntur
6 *In teſtamentis ſolemnib. condendis. ſ. 7. aut. 8.*
7 *In teſtamentis ſimplicibus.*
8 *In teſtamentis pietatis.*
9 *In teſtamentis militum reip.*
10 *Ad reuocationem teſtamenti ſolemnis.*
11 *Ad interpretationem teſtamenti obſcuri.*
12 *In codicillis teſtamentorum.*

13 *Vnus teſtis, nullus teſtis.*

Vnus teſtis probat, ſcilicet
14 *Qui executor eſt commiſsionis acceptæ.*
15 *Graphiarius, in ſuo regiſtro.*
16 *Probatione ſemiplena.*
17 *Cum ſuo iuramento.*
18 *Ad matrimonium impediendum.*
19 *Cum publica fama conſonante, ſed hoc in ciuilibus.*
20 *Spoliato per vim, & cum ſuo iuramento.*
21 *Ad reuocationem Procurationis.*
22 *Nuncius, in literarum ſuarum præſentatione.*
23 *Qui prodit molimina contra Papam.*

AD comprobanda iura, priuilegia, & conſuetudines locorum diximus produci poſſe teſtes vſq; ad ſexaginta. In particularibus verò cauſis reijcitur hæc turba, ne confuſio potius
1 quàm certitudo rei paretur. Quamobrem iure ſtatutũ eſt, nẹ ſuper vno particulari facto plures particulares teſtes produci poſſint, quã decẽ, quod in Pariſienſi Parlamento hodie quoque vſurpatur, adeò vt illi teſtes qui ſuperabundãtes numerum prædictum excedant, prorſus reijciantur, ſicuti citat d. Manſuerius in ſuo aureo, ac perutili tractatu de iudiciorũ praxi, ſub Rubrica. de teſtib. colum. 6. Sed in his noſtris Regionibus non eſt præfixus
2 certus teſtium numerus. Iudicis tamẽ eſt immodicã teſtium multitudinem inhibendo cohibere, & conſtringere. l. Prima. §. Quanquam. ff. de teſtibus, vbi elegãter textus. Quanquam quibuſdam legibus ampliſsimus numerus teſtium definitus ſit, tamen ex conſtitutionibus principum hæc licentia ad ſufficientem numerum teſtium coarctatur, vt iudices moderẽtur: et eũ ſolum numerum teſtium quem neceſſarium eſſe putauerunt euocari patiantur: nec effrenatã poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur. Non enim ad mul
3 titudinem reſpici oportet, ſed ad ſynceram teſtimoniorum fidem, & ad ea teſtimonia, quib' lux veritatis certius affulget. l. Ob carmen. §. Finali. in fi
4 ne. ff. de teſtib. Regulariter igitur ſuper vnoquoq; facto ſiue articulo duo teſtes, non ſuſpecti, & idem deponentes, ſufficiunt. Textus eſt in. l. Vbi. ff. de teſtib. qui habet. Vbi maior numerus teſtium non obtinetur, ſiue adijcitur,

tur, ibi duo teſtes ſufficiunt: pluralis
enim elocutio, tunc duorum nume-
ro contenta eſt.c.In omni.&c.c. Licet
vniuerſis.extra.de teſtib. Et iuxta il-
lud Dominicum. In ore duorum, vel
5 trium teſtium, ſtat omne verbum. Si
tamen plures teſtes non ſuſpecti ha-
beri poterunt, illorum quoque teſti-
monia ſunt recipienda, vt fortior &
comprobatior ſit atteſtatio. Quin &
caſus ſunt, in quibus vel iura, vel ca-
nones, vel conſuetudines omnino re-
quirant plures non ſuſpectos teſtes,
quàm duos, & in quibus duo teſtes
non ſufficiunt. Quos quidem caſus
Speculator clarè expreſsit.in titul. de
teſte.§. de numero teſtium. lib. 1. §.
4. Ideóque ad eum locum lectorem
remitto, aliquot tantùm eorum ca-
ſuum huc attuliſſe contentus, quibus
aut duo teſtes ſufficiant, aut plures o-
6 mnino requirantur. Primò igitur in
teſtamẽtis ac vltimis voluntatibus, ſi-
ue in elogiis ſolemnibus ordinandis,
vbi teſtator diſponit de ſuis bonis, &
hæredem vel hæredes inſtituit, ibi ne-
ceſſariò requiruntur ſeptem teſtes, de
iure ciuili.l.Hac conſultiſsima in prin
cipio &.l.Final.C.de teſtamen. &.§.
Finali. inſtitut. de teſtament. ordi-
nan. Quod ſi literas teſtator ignoret,
vel ſubſcribere, aut neſciat, aut ne-
queat, octauo ſubſcriptore pro eo ad-
hibito, eadem obſeruare decernit.d.l.
Hac conſultiſsima, quam ibidem vi-
dere licebit. Et eo caſu ſunt octo te-
ſtes neceſſarij. Item, ſi teſtator ſit cæ-
cus, octo etiam teſtes ſunt neceſſarij,
vt in prædicta.l.Hac conſultiſsima.§.
Finali. Secundò, In ſimplicibus ac
7 minus ſolemnibus teſtamentis, qui-
bus prouidetur nepotibus aut nep-
tis, & filiis, duo, tres, aut qua-
tuor teſtes ſufficiunt, vt in prædi-
cta.l. Hac conſultiſsima.§. Ex im-
perfecto. &.§. Finali .C. de teſta-
ment. &.l. Finali .C. famil. herc.
8 Tertiò, In teſtamentis, aut legatis,
ſiue in relictis ad eleemoſinas, vel
ad pias cauſas, duo teſtes cum præſ-
bytero, aut Notario ſufficiunt, ſi-
ue in teſtamento, ſiue in codicillis
ea legata exprimantur .c. Cum eſ-
ſes. &.c.Relatum.ext.de teſtament.
Quod & hodie quoque non ſolum
in cauſis pietatis, ſed etiam ad om-
nes cauſas, imò & ad omnes per-
ſonas, conſuetudine approbata, re-
9 ceptum eſt. Quartò, in teſtamen-
tis conditis à militibus reipubli. qui
ſunt in expeditione, ſufficiunt quan
doque duo, quandoque vnus te-
ſtis, ſed quia hodie (teſte Specula-
tore. lib. 1. particul. 4. titul. de te-
ſte.§. de numero teſtium. nume.4.
ad medium) hos milites non ha-
bemus, ideo & hunc caſum ceſſa-
re certum eſt, ſicuti apertè mon-
ſtratur in inſtitut. de teſtament. mi-
lit. in principio. &. §. Planè. & .l.
milites.C. eodem.de teſtament.mi-
10 lit. vbi de hoc. Quintò, Ad reuo-
cationem teſtamenti ſolemnis requi-
runtur de iure ciuili quinque teſtes.
d. l. Hac conſultiſsima. §. Si quis
autem, verſicul. in qua voluntate
quinque teſtium iuratorum depoſi-
tiones ſufficiant.C. de teſtament. &
quemadmodum teſtamen. ordinent.
11 Sextò, Ad interpretandam aut eluci-
dandam ſolemnis teſtamenti obſcu-
ritatem vel ambiguitatem, de iure &
neceſſariò requiruntur, tres teſtes.
12 Septimò, In codicillis neceſſariò re-
quiruntur quinque teſtes.l. Finali. in
fine.C. de codicillis.Niſi in legatis ad
pias cauſas, vbi duo teſtes ſufficiunt,
ſicuti paulo antè diximus.

Diximus

Diximus iam ſæpè, quod ad cauſarum probationes ad minus requi-
13 rantur duo teſtes. Nulla enim cauſa vnius teſtimonio probari terminariùe poteſt, quia (vt dici ſolet.) Vox vnius, vox eſt nullius, vti habetur .c. Admonere .33. q. 2. & .l. Iuriſiurandi .C. de teſtibus, & ibi Bald. Hoc tamen etiam fallit in quibuſdam caſibus, in quibus creditur dicto vnius. Hi autem caſus ſunt ferè triginta, quos videbis apud Speculatorem. titulo de teſte, ſuprà allegato. Interim aliquot caſus hic ex principalioribus inſerere conſtituimus, in tyronum iuris fauo-
14 rem àc commoditatem. Primò itaque ſoli, & vni executori in ſua executione, aut (vulgo) exploto, & dicenti ſe citaſſe vel denunciaſſe creditur .c. Cum parati, extra. de appellat. & .l. Magis .§. Illud. verſicul. Nec tamen .ff. de rebus. eor.
15 qui ſub tutel. vel cur. ſunt. Item, Graphiario ſoli in ſua acta, aut in ſuo regiſtro creditur, fideſque adhibetur. Alias vnicus teſtis efficit duntaxat ſemiplenam probationem.
16 l. Theopompus .ff. de dot. præleg. l. Prima .§. Finali .ff. quemadmodum teſtament. aperi. l. Si duo. ff. de iureiurand. Si enim duo faciunt plenam, vt .4. q. 3. ver. Vbi numerus, & .c. in omni. extra. de teſtibus. ergo vnus teſtis ſemiplenam proba-
17 tionem efficit. Vnicus item teſtis ſufficit, cum iuramento principalis perſonæ. l. In bonæ fidei .C. de rebus credi. & .c. Sicut. extra de pro-
18 bationib. Vnus teſtis etiam ſufficit, dictoque ipſius creditur, cum ipſi iuramentum defertur .c. Finali. ex-
19 tra. de iureiurando. Vnus teſtis progreſſum in matrimonio impedit, hoc eſt, vnus teſtis matrimonium contrahendum impedit .c. Super eod. 2. extra. de teſtib. c. Prætereà .2. extra. de ſponſalibus. & .l. Teſtium .§. Ideoque, ibi aliàs veluti conſentiens fama confirmat rei de qua quæritur, fidem .ff. de teſtibus. Vni prætereà teſti creditur, quando cùm ipſius teſtimonio publica vox & fama conſonat, ſed hoc potiſsimũ in cauſa ciuili, non autem in cauſis criminalibus, Io. And. in .c. Pretereà .1. & Panor. in .c. Tam literis. extra. de teſtibus. In cauſis verò criminalibus (vt dixi) non ſufficit vnius probatio, cum publica fama, ſed debent in iis eſſe probationes apertiſsimæ, & Meridiana luce clariores. l. Vltima .C. de probatio. & .c. Sciant
20 cuncti .2. q. vltima. Vni quoque ſoli ſpoliato creditur, hoc eſt, Creditur iuramento dicentis, ſe rem per alterius violentiam perdidiſſe, modo priùs eam violentiam probet .c. Finali. extra. quod met. cauſ. & .l. Si quando. C. Vnde vi, quæ lex quotidie in iudiciis practicatur. Dictum vnius teſtis præſumptionem efficit & inducit. l. 2. in fine. ff. Quemadmodum teſtament. aperi. & .l. Theo-
21 pompus aliàs Pomponius .ff. de dote prælega. Vni teſti etiam creditur in ſemel traditi mandati reuocatione, aut in reuocatione poteſtatis alicui traditæ, & cum ſuo iuramento .c. Ex inſinuatione. extra.
22 de procurato. vbi de hoc. Creditur etiam nuncio ſoli in ſuarum literarum præſentatione, atque de re-
23 ſponſione ipſi data. Creditur item vni reuelanti inſidias factas eſſe, aut conſpirationem factam eſſe Papæ. Similiter ſi quis prodat alia crimina læſæ maieſtatis, capitulo.

Si

Si quis papa.§.Propter occultas fraudes.LXXIX.diſtinct.c.Quæro.§.Verum.6.q.1.notatur in .l.Quiſquis.C. Ad.l.Iul.Maieſta. Creditur vni tanquam recitatori, propter eius fidem indubitatam.c. talia.8.q.3.&.c. De Syracuſanæ.28.diſtinct.

CAPVT CLXVI.

De Teſtium Iuramento.

Summæ.

1 *Chriſtianorum dicta pro iurato teſtimonio habenda ſunt.*
2 *Teſtis non iuratus,nihil probat.*
3 *Teſtis iuratus fortius probat,quàm non iuratus.*
4 *Iuramenti forma à teſtib.requirenda.*
5 *Iuramenti forma ab authore vſurpata.*
6 *Iuramenta teſtium præſtanda ſunt in præſentia aduerſarij.*
7 *Procuratore comparente ad iuramentum recipiendum,quid commiſſario faciendum.*
8 *Teſtes producturus debet aduerſarium citare ad videndum iuramenta teſtium.*
9 *Nec producente,nec citante comparente commiſſarius a progreſſu ceſſabit.*
10 *Iuramenta teſtium ſunt de ſubſtantialib.proceſſuum.*
11 *Affirmatio ſimplex per iuramentum poſtea comprobata,pro iuramento cenſenda eſt.*
12 *Iuramenta non ſunt præſtanda diebus feſtis.*
13 *Teſtes examinari poſſunt feſtis,ſi pridie iuramentum præſtitiſſent.*
14 *Teſtes iurati tempore commiſſionis,examinari poſſunt poſt commiſſionem extinctam.*
15 *Præſbiter coram iudice laico iurare non debet.*
16 *Officiarij Principum an iuramenta coram iudice præſtare debeant.*
17 *Teſtes examinandi ſunt ſingulatim.*
18 *Teſtis è veſtigio ſuum teſtimonium corrigere poteſt.*
19 *Teſtis literatus cum conſenſu,ſuam depoſitionem ſcripto exhibere poteſt.*
20 *Teſtimonium rei quæ contingit a decem annis, a tempore teſtimonij metiendum eſt.*

1 QVamuis in foro conſcientiæ, & coram Deo, idem cenſeri debeant ſimplex & ſyncera aſſertio, vel affirmatio, & iuramentum, ob quod iubet Chriſtianis tantùm affirmare per eſt, eſt, & negare per non,non. In iudiciis
2 tamen non creditur teſti, niſi iurato, quantumuis is etiam magnus, aut in ſublimi ſtatu aut dignitate conſtitutus fuerit, aut etiam quantocumque præclaro curiæ honore prefulgeat, vulga.l.Iuriſiurandi.C.de teſtib. vbi textus in principio ſic habet.Iuriſiurandi religione teſtes prius quàm perhibeát teſtimonium iamdudum arctari præcipimus, & vt honeſtioribus potius teſtibus fides adhibeatur. &c.cui concordat.c.Nuper.ext.eodẽ.titu.de teſtib.& textus ſingularis & quotidianus.in.c.Tuis queſtionibus.ex.de teſtib.Et licet (vt dixi) chriſtianis ſimplex affirmatio iuramenti loco eſſe debeat,

3 debeat, tamen iura habent in illis dif ferentiam, quæ maiorem ac meliorem fidem teſti iurato, quàm non iurato attribuũt.d.l.Iuriſiurandi in principio.C.de teſtibus.c.Quotiens,et.c. Licet vniuerſis. ext. de teſtib. Ideoq; etiam maiorem punitionem periuro, aut peieranti, quàm ſimpliciter affirmanti adiudicant. Teſti itaque depo-
4 ſituro, Iudex iuramentum ſub hac forma proponet. Tu iurabis, quod dices, aut mihi, aut Graphiario, aut Notario illi (cui hoc commiſero inquirendum) totam, plenam, & meram veritatem, quam credas vel ſcias ſuper hac quæſtione, q̃ vertitur inter .N. & N. Hæc forma, quia multos habet articulos, à me hic prolixius non tractabitur. Lectori tamen vt Speculatorem de hac videat, conſulo. in titulo. De teſtium iuramento.lib.1. parti. 4. Præterea formã iuramenti teſtium habes clarè, in vltima gloſſa. Incipiente. Iuramentis, in.c, Fraternitatis. ext. de teſtib. Aliam item iuramenti formam videbis apud Cynum, in.l. Teſtium. in.1.q.C. de teſtib. Annectam ipſe etiam formam ſacramenti, qua
5 Brugis multis annis, cum ciuitati Brugenſi fueram à conſiliis ante teſtium examinationem vſus fui, quæ ſuperiori formæ non admodum diſsimilis eſt, ſcilicet. Ego iuro ac promitto dicere veritatem de & ſuper omnibus ac ſingulis, quæ à me hic interrogabuntur, quatenus concernant negotium ac cauſam ſuper qua productus ſum, tam pro vna quàm pro altera parte, aut partibus, & quod nec amore, nec odio, nec timore, nec precio, nec pro vlla re mundi, quam mens humana excogitare, aut concupiſcere, aut odiſſe, aut lingua loqui poterit, veritatem cognitam ſubticebo, ita me Deus adiuuet, & cæt. §. Primò. in Autentico. de teſtib. collat.7.c. Hortamur.3.q.9.c.de Parentela. 35.q.6.c. Cum dilectus &.c. Qualiter. extr. de accuſat. c.Pura.3.q.9. Et quod dicent veritatem pro vtraque parte. Autentica ſed Iudex .C. de epiſcop. & cleric.c. Veniẽs.2.extra. de teſtib. Manſuerius in ſua Praxi, Rubrica. De te-
6 ſtib. Atque iſtud quidem iuramentum ipſe teſtis adiuratus præſtare debet, præſente aduerſario, vel ſe contumaciter abſentante, vt in talibus fieri decet, niſi de aliter audiendis teſtibus, inter partes conueniret .c. Secundo, extra. de teſtibus. Autentica. Sed & ſi quis .c. de teſtibus .c. Chartę .3. q. 9. Alioquin enim examinatio teſtium nulla eſſet. argumento .c. 2. cum ſeq.
7 3.q.9.&.l. De vnoquoque .ff. de re iudica. &.l. Nam ita diuus .ff. de adoptionib. Si autem procurator an videndum iurare teſtes compareat, eo caſu, debet Commiſſarius diligenter animaduertere & examinare ipſius mandatum, ac procuratorium, ne ſua informatio ſiue enquæſta, quàm facturus erit vllo modo illuſoria ac fruſtra-
8 toria fiat.d.c.2. extra. de teſtib. Quando verò inter partes de auditione teſtium non conuenit, nec concordes ſunt, tunc producens tenetur curare vt partem aduerſam peremptoriæ citet, vt ad illum diem & ſequentes dies videat ſuas teſtium productio-
9 nes fieri.d.c.2.extra. de teſtib. Si partes citatæ eſſent, & non comparerent, nec etiam producens compareret ad contumaciam deſiderandam vel petendam, Commiſſarius non procederet ad teſtium auditionem, abſque noua citatiõe, quia Commiſſarius eo caſu non poteſt declarare vel decerne re contumaciam irrequiſitus, ſicut i-

notatur in.d.c. 2. in verſicul. Si verò, & ibidem Doctores, extra. de teſtib.
10 Hoc loco autem ſciendum eſt, quod iſtud iuramentum, quod teſtis facit & præſtat, eſt neceſſariū, ac de productionum ſubſtantialibus, ideoque iuramentum ab ipſo teſte omitti nō poteſt, niſi cum partium conſenſu, textus eſt notabilis & quotidianus in .c. Tuis quæſtionibus, cum ibi notatis, & iuncta bona gloſſa. in verbo, Remittatur. extra. de teſtibus. Et Speculator titu. de teſte. §. Sequitur de teſtium iuramento in fine. Et Maſſuerius in ſua Praxi, titul. de teſtibus.
Ideoque ſi teſtis nolit iurare, Commiſſarius ipſum ad hoc compellet per detentionē ipſius perſonæ .l. Si quando, in principio. C. de teſtibus .l. Iuriſiurandi. C. eodem titul. de teſtibus, iuncta gloſſa ibidem. argumento .l. Primæ. ff. de feriis. & .l. Finali. in fine.
11 C. de tempor. appellat. Si verò teſtis deponeret ſuum teſtimonium non iuratus, aut non præſtito prius iuramento, & tamen ipſe poſteà iuramentum præſtaret, affirmando id quod dixerat ac iniuratus depoſuerat, verum eſſe, talis affirmatio cum iuramēto ſequente nullius eſſet momenti, (vt nonnulli dicunt.) Sed alij contrarium dicunt ac cenſent, quando teſtis eſt boni nominis & famæ, quod prior affirmatio per ſequens iuramentum confirmata, valida eſſet, & efficax. Vide Speculatorem in titu. de teſte. §. Sequitur de teſtium iuramento in fine.
12 Item ſciendum eſt, quod iuramētum teſtis non accipitur diebus dominicis aut feſtis, quibus diebus nullus iurare
13 debet, ſed tamen diebus feſtis examinari poteſt, iuſtitiæ, ſcilicet obtinendæ cauſa, potiſsimum ſi pridiè, ſcilicet die non feſto iuramentum præſtitiſſet de veritate dicenda. Ita tenet d. Maſſuerius, in ſua Praxi. titul. de teſtibus, per notata. in Clementina Vnica. in prima gloſſa. de offic. iudic. delegat. Et Specul. titu. de feriis. §. 2. verſic. Quid ſi tunc. &. §. 3. verſicu. Quid ſi renunciant, quia habetur teſtis pro recepto poſtquam iurauerit die non feriata, allegans in vtramque partem opiniones, quas ibi lector videre per ocium
14 poterit. Ideoque vtuntur etiam vt audiant & examinent benè teſtes Commiſſarij, poſtquam ipſorum poteſtas finita & extincta ſit, quando teſtes prius iurati fuerunt eo tempore quo commiſsio ipſorum adhuc durauerat, vti teſtatur Speculator loco iam
15 iam allegato. Presbyteri autem non præſtant iuramentum, aut non iurant coram iudicibus laicis, ſed tantùm manum propriam pectori applicāt, quæ manus applicatio, iuramenti loco habetur & reputatur. Aut curator ipſis presbyteris ac ſacerdotibus iuramentum fieri ac præſtari in manibus Epiſcopi, aut alterius ordinarij. Speculator titulo. de Teſte. §. Sequitur de teſtium iuramento. verſic. Quid de preſbytero. & Autentica. Sed Iudex .C.
16 de epiſco. & cleri. Officiarij quoque Principis iuramentum non præſtant. ſed interrogantur & examinantur ſuper iuramento, quod Principi præſtiterunt, in aduentu ipſorū officiorum, quod quibuſdam diſplicet, dicentes illud nequaquam ſufficere, quia prius iuramentū ad alium finem præſtitum fuit, ſcilicet, Quod erunt ſuo Principi fideles, quodque benè ſuis ſtatibus ac officiis inſeruient, Quod quidē iuramentum nō ſeruit ad dicendā in hoc negotio, aut in hac cauſa veritatē. Do
17 ctores in d. Autentica. Sed iudex .C. de epiſ. & cleri, Teſtes debent examinari

ſtari non coniunctim, ſed ſigillatim, & quilibet per ſe, alioqui non valerent ipſorum dicta teſtimonia, vt .c. Venerabili. ext. de teſtibus. &. l. Nullum.C.eod.titu.de Teſtib.Et audiri debent in iudicio, & producti, & iurati, & cũ conſenſu partium, ſi fuerit in cauſis leuibus, ſed in cauſis grauibus cum citatione partium, licet in-
18 uitarum. Teſtis è veſtigio poteſt ſuam depoſitionem corrigere, addere, vel minuere, & ea correctio, additio, vel diminutio debet à Commiſſario recipi, & ſcribi ſub prima depoſitione, dicendo quod teſtis ad mentem reuerſus, & ad certiorem memoriam actus dixerit, & corrigendo depoſuerit quæ ſequuntur. &c. Sed ſi poſt interuallum priorem depoſitionem corrigere, mutare, vel minuere vellet, tũc non debet recipi, nec audiri, vt notatur.c.cum cauſam.ext.de teſtibus. Et Cyn. in Autentica. Qui ſemel.C.de probat.Barto.tangit. in.l. Si poſtulauerit.§.Qui ſi negauerit.ff. de Adult.
19 Teſtis qui eſt literatus, cum conſenſu iudicis vel Cõmiſſarij poteſt dictum ſuum in ſchedulã ſcriptam redigere: & in ſcriptis tradere, & valet tale ipſius teſtimonium, iuxta.l. Diſcretis. C. Qui teſtament.facer.poſſunt. Si verò talis ſchedulæ atteſtatio, non fiat cum conſenſu iudicis aut Commiſſarij, ipſa non valet, argumẽto.l.De minore.§.Tormenta.ff.de Quæſtionib.
20 Quando autem & vbi teſtis dicit rem de qua ferendũ eſt teſtimoniũ, quę cõtigerit ante decem annos, tunc illud ſumitur à tempore lati teſtimonij, & eſt inſpiciendum tempus litis conteſtationis, vt notat Barto. in.l. Celſus circa finem.ff.de vſucap.

CAPVT CLXVII.

De Articulis formandis & Exhibendis.

Summæ.

1 *Teſtes producturus ex petitione ſua articulos colligit.*

2 *Idem ſunt* { *Articuli.* / *Capitula.* / *Intentio, Intendit.* / *Interrogatorium.* }

3 *Articulorum poſitio, imitatur poſitionem factorum.*
4 *Articuli ſimul cum poſitione exhiberi poſſunt.*
5 *Articuli contractius, Poſitiones fuſius ſpecificant.*
6 *Articulorum copia non eſt danda parti.*
7 *Articuli formandi ſunt per voces affirmatiuas.*
8 *Articuli non ſunt exhibendi conditionaliter, vel diſiunctim.*
9 *Articulorum non exhibitio, proceſſum non vitiat.*

1 TEſtes producturus, debet prius intentionem ſuæ examinationis faciendæ ex petitiōe ſua elicere, eamque in ſcriptum quoddam redigere, idque iudici tradere, vt ſuper iis contentis examinationem futuram inſti-
2 ſtuat. Et vocatur illa ſcriptura ſchedula, quandoque articuli .c. Finali. extra. de teſtibus. cogend. & .c. Præſentium .§. Teſtes. extra. de teſtibus, lib. 6. Quandoque verò vocantur capita, vel capitula .c. Cauſa quæ. 2. & c. Fraternitatis & .c. Per tuas, extra. eodem titul. de teſtibus. Et apud pleroſque totum id ſcriptum vocatur intendit vel intentio. Aliquando vocatur interrogatorium vel aſſertiones
3 c. Accuſator. 6. q. vltima. Fiunt autem articuli eodem modo ſicut & poſitiones, excepto duntaxat, quod in poſitionibus dicitur. Item ponit talis vel talis, & hic dicitur loco articulorum talis vel talis probare intendit. Sed qui volunt ſe breuiùs expedire
4 ſimul faciunt poſitiones, & articulos, ſic dicentes vel ſcribentes. Ponit talis vel talis, & probare intendit. Et ſic poſitiones negatas dant pro articulis, vt licet videre apud Speculato-
5 rem. Secundò, quod per articulos ſpecificantur ea quæ in poſitionibus
6 generaliter fuerant poſita. Formatis itaq; articulis ab actore & reo, eorūdē articulorū copia dāda nō erit partibus, niſi id conſuetudo loci in vſu habeat, ſed vel iudici, vel Graphiario, vel Notario dandi erunt articuli. Et quotienſcunque mutatur genus, vel forma articulorum, toties iſtud verbum (Item probare intendit) repeti debet. Articuli quoque debent fieri per verba affirmatiua & nō
7 negatiua. Et per eos articulos poteſt articulator declarare, colorare, ſpecificare, & ampliare, quæ in petitione continentur, eorundem verò ſub-
8 ſtantiam minimè. Articuli non ſunt ſub diſiunctione vel conditionaliter formandi, niſi fortè agatur de alieno facto, & de quo probabilis eſt ignorantia .l. Regula .ff. de iur. & fact. ignoran. tunc enim poſſunt ſub
9 conditione formari articuli .c. Conſtitutus. extra. de in integ. reſtitut. Veruntamen ſi contingat vt non dentur articuli, ſcilicet vbi non eſt ea conſuetudo recepta, ea non exhibitio non vitiat proceſſum. Vide Speculatorem hæc prolixè tractantem, & articulorum formam apertè ponentem. Vbi, &c.

CAPVT CLXVIII.

De Interrogatorijs.

Summæ.

1 *Interrogatorium quid ſit.*

2 *Interrogatorij copia non datur parti.*

IN

1 INterrogatoria dicuntur quęſtiones ſchædulæ, aut libelli articulorum, quos pars fieri curat ſuper negotij circunſtantijs ad teſtes ſuper iis producendos, & examinandos .c. Præſentium .§. Teſtes.ext. de teſtib. lib. 6.
2 Talis autem interrogatorij copia non datur parti, contra quam, teſtes producuntur, propter periculum ſubornationis, aut potius perpetui odij contra teſtes gerendi. Ex articulis enim interrogatorij, & ſimul ex productis teſtibus pars facile colligeret, quid ſingulę partes contra ipſum eſſent teſtaturæ, quod ipſum conſcire omnino non expedit, quantum enim hinc periculi oriri poſſet, nemo non facile intelligere poterit.

CAPVT CLXIX.

Interrogatoria qualiter & quibus danda.

Summæ.

1 *Interrogatorium quis exhibere debeat.*
2 *Ad interrogatorium conficiendum petitur tempus dilationis.*
3 *Interrogatorium primò exhibetur iudici.*
4 *Forma exhibendi interrogatorium.*
5 *Interrogatorium à Iudice traditur Commiſſario.*
6 *Obſeruandæ ſunt teſtium perſonæ, mores, & affectus.*

1 INterrogatoria, ſiue libelli articulorum exhibendi ſunt ab eo, qui teſtes ſuper aliqua cauſa producere vo-
2 let. Hæc interrogatoria ſi producturus in promptu non habeat, à iudice petet terminum dilationis, vt ea maturè & debitè exhibere poſſet. Atque talis dilatio ipſi deneganda non erit, quæ longa conſuetudine recepta inoleuit, quæ quidem conſuetudo eſt optima legum interpres .l. Si de interpretatione.ff.de legibus, de qua re
3 vide Speculat. Collectis itaque ſuis articulis, & ſuo interrogatorio ritè confecto, producturus id interrogatorium primò & ſecretò exhibebit Iudici, vt hic per ſe, aut per aſſeſſorem corrigat, & reſecet articulos ſuperfluos, & ſi qui deſint, ex officio ſuo ſuppleat. Argumento.l. Vnicę.C. quę
4 deſint aduoca.part.iud. ſupple. Hos articulos exhibebit ferè ſub hac forma. Interrogatoria infra ſcripta, dat, & exhibet procurator procuratorio nomine talis .N. ſecundū quæ oīa & ſingula, petit ſingulos teſtes partis aduerſæ interrogari, & interrogationes huiuſmodi cum reſponſionibus teſtium, in actis redigi, & conſcribi, alioquin de inualidatione depoſitionum, & quod ſibi non præiudicent
5 proteſtatur, vt moris eſt. Hoc interrogatorium Iudex poſteà ita accuratum tradit Commiſſariis examinatoribus, vt hi certā habeant formam, & certos articulos, ſuper quibus teſtes examinare debeant. Nihilominus ſi interim alia interrogauerint, quàm iuxta expreſſos articulos, nullum ex hac inquiſitione præiudicium

naſceretur partibus, argumento.l. Finalis.ff.de interroga.actio. Datis itaq; & exhibitis commiſſario articulis, ſuper quibus teſtes examinandi erunt, & de quorum circunſtãtiis inquirendi erunt, diligẽter Commiſſarius obſeruabit perſonas teſtium, quomodo deponant, audacter, confidenter, frigidè, dubitanter, an vacillanter, &c. vt tanto certiora recipiat teſtimonia. De his omnibus vide Speculatorem.

CAPVT CLXX.

De Teſtium Examinatione.

Summæ.

1 *Teſtes examinandi ſunt ſeparatim ab inuicem.*
2 *Examen teſtium ſimul, colluſionis eſt ſuſpectum.*
3 *Teſtes de periurio non faciendo, præmonendi ſunt.*

Informatio fit
4 *In ciuilibus per Iudicem, Graphiariũ, Notarium, vel Commiſſarium.*
&
5 *In criminalibus per ſolum Iudicem.*

6 *Abuſus eſt in criminalibus audire teſtes per Commiſſarium.*

Iudex informationem commiſſurus alteri
7 *Videat qualis ſit Commiſſarius.*
8 *Videat quales ſint teſtes.*

Informatio facienda
9 *De teſtium vacatione, & officio, & ætate.*
10 *An non deponant ea ex affectibus.*
11 *Non ab ebrijs Commiſſarijs, aut ebriis teſtibus.*
12 *In domo Commiſſarij, niſi dignitas aut infirmitas teſtium aliud*
13 *ſuadeat ſuper factis, & ſuper circunſtantijs.*
14 *Circunſtantiæ quæ ſint.*
15 *Iuxta interrogatorium exhibitum, ſed in quibuſdã locis tantũ.*
16 *Poſt viſa facta contraria, idq; prudenter.*
17 *In Conſiliis Mechil. & Fland. quoquo modo.*

Teſtes
18 *Debent claris verbis deponere.*
19 *Debent depoſitionis ſuæ cauſas exprimere.*
20 *De viſis cauſam non reddunt.*
21 *Non poteſt teſtari ſic, Ego ſcio ex fama communi, vel vt omnis mundus.*
22 *Debent dicere, Ego vidi, aut audiui.*
23 *A Commiſſario inſtrui poſſunt, vt pertinenter reſpondeant.*

Teſtes

24 Teſtes. *Ætatis decem annorum cum dimidio in ciuilib. teſtari poſſunt.*
25 *Depoſitiones ſuas ſcripto aliquando exhibent.*
26 *Recordantes ſe erraſſe, depoſita corrigere poſſunt.*

27 *Teſtis correctio, priori depoſitioni eſt aſcribenda.*

28 Teſtes *Vacillantes, tortura ad certiorem depoſitionem cogendi ſunt.*
29 *Falſa loquentes, incarcerari poſſunt. &c.*
30 *Obſcurè locuti, obſcuritatem explicare debent.*
31 *In ſua notiſsima lingua examinandi ſunt.*

32 *Teſtium depoſita à Commiſſario ſunt ſcribenda.*
33 *Teſtium depoſitiones ſeparatim ſunt ſcribendæ, & ſingulatim.*

NOn parum refert quomodo in
teſtium examinatione proceden
dum fuerit. Proceditur autem hoc or
1 dine, poſtquam teſtes iurauerunt.
Iudex ſuper articulis datis ſecrete,
diſcrete, & ſingulatim teſtes eoſdem
per ſe, aut per Commiſſarium ſuum
audiet, interrogabit, & examina-
bit, hoc eſt, quemlibet ſeorſum exa-
minabit, & per ſe, ſic vt nullus ſciat,
2 quid alter dixerit & depoſuerit. Hoc
enim niſi fieret, vn⁹ inſtrueret alium,
ſic vt ſequeretur dictum alterius, quo
facto colluſio & falſitas eorum facilè
depræhenderetur. Hoſtien. in. c. Ve-
nerabili. extra de teſtibus. Archid. in
c. Præſentium. §. Teſtes. eodem ti-
tul. lib. 6. Hanc examinandi formam
imitatus fuit Daniel, Præmonitione
3 ad teſtes facta prius. cap. 13. Nouit
enim quàm periculoſum ſit falſum di
cere teſtimonium, & ipſam verita-
tem tegere. Ideoque ſecretò, & ſe-
paratim illos Seniores, qui accuſabant
Suſannam, examinauit, vt omnis vi-
taretur teſtium colluſio, & nequitia
teſtium depræhenderetur, ſicuti e-
tiam latè de hac re deſcribit Specula-
tor. Dixi per ſe, aut per ſuum Com
miſſarium, quia iudex poteſt etiam
ad examinationem teſtium aſſume-
4 re, Commiſſarium, Notarium, Gra-
phiarium, aut ſimilem perſonam
publicam, qui teſtes diligenter, &
prudenter examinet, ipſorumque
reſponſa diligentius connotet, &
5 ſcripto excipiat. Hoc tamen fieri
non licet in cauſa criminali, quia in
ea iudex examinationis officium al-
teri committere non poteſt, ſed per
ſeipſum teſtes examinet, & pruden-
ter omnia, & ſingula ſcriptis exci-
piat oportet. In ciuilibus verò ne-
gociis rarò ipſi iudices (vt nunc ſunt
mores) per ſe teſtes examinant, ſed
6 id officij Notariis, Graphiariis, ac
ſimilibus publicis perſonis commit-
tunt, de quo abuſu conquæritur Ho
ſtien. vt ſcribit Ioan. Andr. in c.
Præſentium, de teſtibus. lib. 6. ſu-
per gloſſa. Interrogatoria. quam vi-
de. De hoc item conqueritur Specu-
lator. titu. de teſtific. §. Nunc tractan-
dum, verſicul. Licet autem dixerim.
lib. 1. particula. 4. Potius enim Iu-
dices quæuis alia cõmitterent Com-
miſſariis, quàm hanc teſtium exa-
minationem, quia in probatione,
quæ ex teſtibus habetur, totum ius
cauſæ dependet.

7 Et ſi omnino placeret hanc teſtium
examinationem alteri committere
eam certè cum gemina conſideratiõe
faciat. Primò, vt id officij probatis,
idoneis, & doctis Notariis, Graphi-
ariis, vel Commiſſariis demandet,
non inſulſis, & ſtupidis quibuſuis.c.
Si qui teſtium. extra. de teſtibus .c.
Primò.extra.de teſtib. cogend. & .c.
8 Primò.extra.de conſanguin. & affi-
nit.Secundò, qualitatem teſtium con
ſideret, quia quando teſtes ſunt vel
priuilegiati, vel honeſtæ perſonæ, vel
ſenes, vel infirmi, qui aut nollent,
aut non poſſent coram iudice com-
parere, ſed quos iudex eam ob cau-
ſam ſequi deberet, tunc iudex eo ip-
ſo poterit eam examinandi curam
committere vel delegare Notario,
Graphiario, vel Commiſſario, ſicu-
9 ti dicta iura ſatis oſtendunt. Et vt
reuertamur vnde paululùm digreſſi
ſumus, ſciendum eſt, quod teſtes
primò interrogari & examinari de-
beant, de & ſuper ipſorum vacatio-
ne, officio, ætate, habitatione aut
reſidentia, & an vni aut alteri par-
tium vllo propinquitatis gradu, &
quoto gradu ſint coniuncti, & an ipſi
in cauſa controuerſiæ directè aut in-
directè aliquid amittere, aut ſibi a-
liquid lucrifacere aliquid poſſint.
Horum enim omnium cognitio, plu-
rimum teſtimoniorum authoritatem
10 aut eleuat, aut minuit. Sunt etiam te-
ſtes examinandi, imò & compellendi
per iuramentum, vt apertè teſtentur
an quæ depoſuerunt, ab ipſis ſint de-
poſita, ac reſponſa, ex odio, aut inui-
dia, aut ex amore, aut ex amicitia, aut
inductione, aut ex corruptione, aut
ex vllius hominis perſuaſione.c. &
per totum.ext. de teſtib.cogend.l. Si
quando.c.de teſtib.&.l.Prima.ff. eo.
11 titu.de teſtib. Notariis quoq; prædi-
ctis, Graphiariis ac Cõmiſſariis dili-
gẽter cauendum, ne ipſi examinaturi
ſint ebrij. Item, curãdum erit ne teſtes
audiant & examinẽt ebrios, aut alio-
qui mente, ſenſibuſque turbatos, non
obſtante communi prouerbio: Ex o-
re pueri, ſtulti, & ebrij plærunque e-
bullit veritas. Imò (vt græcum habet
prouerbium.) In vino veritas. Nam
quamuis ebrij ad veritatis teſtimo-
nium plærunque ſint propenſiores,
ebrietas tamen nihilominus occaſio-
nem præbet inconſiderationis, inco-
gitantiæ, odij, amoris, fauoris, & re-
liquorum affectuum, quos omnino
in ſynceritate teſtimoniorum procul
abeſſe conuenit, & verum, ſynce-
rum, & incorruptum iudicium in
iis præſens adeſſe requiritur, quæ ſola
cauſa eſt, cur pueri, ſtulti, & amentes
à teſtimoniis arceantur, quod ſenſu
communi, & iudicij vera ſynceritate
12 careant. Commiſſarius poteſt, & de-
bet iubere teſtes accerſiri ad ſe, hoc
eſt, vt veniant ad ſuum, aut hoſpitium
aut domiciliũ, vt ab ipſo ibidem exa-
minentur, quibuſdam duntaxat per-
ſonis exceptis, ad quas ipſe Commiſ-
ſarius tunc ex honeſtate & vrbanita-
te quadam adire & accedere debebit,
ſcilicet ad Principes, Duces, Comites,
Marchiones &c. Itẽ, ad Archiepiſco-
pos, Epiſcopos, Suffraganeos, Præpo-
ſitos, Abbates, & ad ſimiles inſignes
perſonas, magnę nobilitatis, atq; dig-
nitatis ornamẽto cõmendatas. Adire
etiam debent ad infirmos, ſenes, de-
biles, ad honeſtas etiã & antiquas ma
tronas. Item ad ſenatum, magiſtra-
tum, aut ad collegium ſenatorium, &
ad ſimiles perſonas publicas. Vrba-
nitatis quoque erit ſi Commiſſarius
adeat ad ædes conſanguineorum, aut
affinium

affinium ſuorum, quæ omnia in diſcretione commiſſarij conſiſtunt, ſic tamen,, vt in officio examinationis ſuæ conſeruet propriæ mentis integritatē, & interim nihilominus domini ſui, aut curiæ ſuæ honorem, & mandatū.
13 Commiſſarius item tenetur & obligatur diligenter interrogare & examinare teſtes, nō ſolum ſuper facto principali, ſed etiam de & ſuper cauſæ circunſtantiis. Circunſtantiæ autem ſunt
14 tempus, hora, dies, locus, modus, inſtrumētum, quo animo quis præſens adfuit, quoties, cauſa, & ſimiles aliæ. c. Cum cauſam, extra de teſtib. & l. Ter
15 tia. ff. eod. titu. de teſtib. Hæ circunſtātiæ vt certius in examine ſeruentur, et ne cōmiſſarij impertinētia rogent, in quibuſdam Curiis praxis habet, vt cōmiſſario dentur certa interrogatoria, ad teſtes meliùs ac ſynceriùs interro-
16 gandos, & examinandos. Quocirca nonnulli commiſſarij, vt ſuam examinationem ſyncerius peragerent, tam ſunt diſcreti, vt teſtes omnino examinare nolint, antequam viderint facta contraria. Ex his enim viſis meliùs ſua interrogatoria facere poterunt. Porrò, In Parlamento Pariſienſi non interrogat nec examinat Commiſſarius extra articulos ſiue extra articulata, ſed bene interrogat de, & ſuper circūſtantis, quia circūſtantiæ extra articulos aut extra articulata, nullæ cen-
17 ſendæ ſunt. In magno Mechilinienſi verò, & in prouinciali Flandriæ conſiliis, Commiſſarius format ſua interrogatoria, in omnibus iis, quæ ipſi aliquo modo ad veritatis inquiſitionem pertinere videbuntur. Commiſſarius
18 quoque curare debet, vt teſtes clarè, et dulcidè loquantur, & vt deponant de facto, de quo ipſi interrogantur & examinantur, & nequaquam de iure, l.
19 Teſtium. C. de teſtib. Commiſſario item curandum eſt, vt teſtes viuidos, ac ſufficientes rationes ſuorum teſtimoniorum aſtruant, & certam ſuarū ſcientiarum rationem conteſtentur, tam clarè, & intelligibiliter, vt quinq; teſtes quaſi ex vno ore locutos fuiſſe ſentiantur. Maxima enim & præcipua difficultas in teſtibus examinandis eſt efficere, vt teſtis bene concludat, ac narret ſuę depoſitionis rationes quod Iudicis ſit magis conſiderare & attendere ad rationes teſtium, quàm ipſorum principalem depoſitionem.
20 Porrò de negociis aut rebus, quæ teſtificandæ erunt de viſu non poteſt teſtis cœcus teſtimonium ferre de re oculis ſuis conſpecta, neque etiam certam ſuæ ſcientiæ cauſam dare poterit. Idem cenſendum eſt de ſurdis, mutis, qui teſtificari non poſſunt de obiectis ſuorum ſenſuum, quibus orbati ſunt.
21 Quin & ſi teſtis dicat, ſcio hanc rem eſſe veram, & Commiſſarius mox roget vnde & quomodo ſcis hanc rem eſſe veram, & teſtis reſpondeat, quia ego ſcio ex fama publica, & ſicuti totus mundus ſcit, aut ſcio quod mihi dictum eſt à perſonis id bene ſcientibus, aut quia fides mea talis eſt, aut q; ita mihi videatur, omnes iſtæ rationes ſunt inualidæ, & nihil adſtruunt, quia nullam certam notitiam præbere poſſunt, per confirmationem alicu-
22 ius ſenſus exterioris. Similiter quando teſtis dicit, ego certò ſcio, quia ego præſens adfui, ea ratio non ſufficit, niſi ſimul etiam dicat, quod aut viderit, aut audiuerit, fieri enim poteſt, quod nonnulli fuerint præſentes, qui tunc aut dormierant, aut aliis rebus occupa-
23 ti fuerant. Commiſſarius examinaturus poteſt teſtes acceptos præmouere, & inſtruere, vt bene, & pertinenter

veritatem teſtentur, verum non po-
teſt eoſdem ſubornare aut inſtruere,
vt aliter deponant, quàm ſecundum
rei veritatem. Iſtud enim eſſet crimi-
24 nale, & grauiter puniendum. Teſtis
item interrogari poterit ſuper illo,q;
vidit, & ſciuit in ætate decem anno-
rum cum dimidio, quia iura præſu-
munt,quod tunc fuerit capax intelle-
ctus & iudicij. Verùm id durum vide
tur, ideoque nõ magni faciendum in
criminalibus,in quibus teſtimoniorũ
probationes debent eſſe ſole ac luce
meridiana clariores, & longe certiſsi-
mæ, l. Sciant cuncti. C. de probat. c.
Sciant cuncti 2.q.8. & c. Epiphaniũ,
5.q.6. quales non ſunt puerorum te-
ſtificationes, qui ob ætatem ex certa
ſciẽtia & cum prudenti iudicio,cum-
que eorum diſcretione nondum teſta
25 ri poſſunt. Commiſſarius bene poteſt
conſentire, vt teſtis ipſemet (vti ante
diximus cap.166.) ſuam depoſitionẽ
ponat in ſcriptis,quando cauſa ciuilis
eſt, etſi is teſtis ſit vnus practicus, aut
vir alioqui Doctus, ſed id faciens de-
bet poſtea ipſi commiſſario ſuam de-
poſitionem legere, ad ſciendum an in
26 ea aliquid corrigendum, aut amplius,
ſiue lâtius ſuper ea examinãdum erit.
Si teſtis poſt depoſitionem recordare
tur ſe in deponendo erraſſe, poterit is
ſeipſum, itaque depoſita corrigere, &
certiora iam deponere, & Commiſſa
rius debet ipſum ad hoc admittere,
dũmodo id ſtatim faciat, & priuſquã
à loco decedat, aut certè, priuſquam
parti locutus fuerit. Aliter enim ipſe
de ſubornatione aut corruptione par
tis aut alterius per talem reuocationẽ
ſuſpectus fieret, vti etiam notatum
27 eſt ſuprà c.166. Et quamuis teſtis (vt
diximus) ſua depoſita corrigere po-
teſt, commiſſarius tamen eam depoſi-
tionem teſtis prius factam non corri-
get, nec mutabit. Sed eandem priorẽ
depoſitionem ſimul ſcriptã ſeruabit,
& eidem correctionem poſtea factã
aſſcribet, adiungens ſimul & tempus,
quando teſtis eam correctionem fe-
cit, & etiã cauſam cur eam correctio-
28 nem fecerit. Quãdo teſtis vacillat aut
variat, hoc eſt, quando ipſe aut dubi-
tat, aut dubiè aut timidè loquitur, di-
cendo nunc iſtud, nunc illud, ſine cer-
ta aſſertione, vnde nõ poteſt certa ſci-
entia ac reſolutio haberi, tunc Iudex,
ſed non Commiſſarius, poterit talem
verſipellem (dummodo perſona vilis
ſit) ad torturam rapere, & ſimul eun-
dem torquere, vt ſaltem hoc modo
ab ipſo veritatem extorqueat, quam
leuiter elicere non potuit. Sic etiam, ſi
29 teſtes falſo loquerentur, ita vt Com-
miſſarij clarè & apertè intelligerẽt fu
cum, corruptionem, aut ſubornatio-
nem factam fuiſſe, poterit tunc Iudex
eoſdem teſtes apprehendere, & ap-
prehenſos in carcerem coniicere, &
poſtea etiam ipſos ad Curiam mitte-
re, vt ibi, tanquam falſarij, puniantur.
30 Si verò teſtis obſcurè locutus ſit, ip-
ſius ſolius erit eam obſcuritatem ex-
plicando interpretari, & ſuam depo-
ſitionem clariorem reddere, quod nul
lus alius efficere poterit. Quocirca vt
omnis vitetur obſcuritas, commiſſa-
rius diligenter curare, & præuidere
debet, ne teſtes in narrãdo obſcurè lo
31 quantur. Secundò, vt vitetur obſcuri-
tas, teſtis examinandus, & interrogan
dus eſt in ea lingua, quam potiſsimũ
nouit, & in qua maximè exercitatus
eſt, ſiue ea lingua ſit Teutonica, ſiue La
tina, ſiue Hiſpanica, ſiue Gallica, &c.
Quocirca bonum eſt Cõmiſſarios va-
rias callere linguas. Nam in quacun-
que lingua teſtis depoſitionem ſuam
pronun-

pronunciat, ea non eſt reiicienda, neq; reprobanda, modo cognita ſit, & certa. Depoſitiones omnium teſtium de
32 bent conſcribi, aut in certam ſcripturam redigi, alioqui Curia aut Iudex non poſſet quicquam ex depoſitis legitimè iūdicare, & proceſſus haberetur vicioſus & defectuoſus. In cōſcribendis autem teſtium depoſitionib⁹, Commiſſario habenda eſt magna prudentia, & diligens cautio, vt in ſcribēdo linguam, ideoma, & modum loquendi teſtium, quam proximè poterit, imitetur, & iiſdem vtatur terminis, quibus teſtis in deponendo vſus
33 fuit. Singulorū quoque teſtium depoſitiones poni & conſcribi debent ſeparatim, & per ſe, & ad longū, & non ſic cōſcribere, Magiſter Paulus dicit et deponit idem, quod depoſuit magiſter Iudocus, illud ènim magnū viciū eſſet in informationibus audiendis. In quib⁹ cōmuniter vnus teſtis nō poteſt ſcire, quid alter dixerit. Sic etiam non eſt audiendus, neque recipiendus is teſtis, qui ad hunc modum deponere volet. Ego Petrus teſtor, & depono idem, quod depoſuit Ioannes, neſcit enim Petrus quid Ioānes depoſuerit, deinde neſcit quid commiſſarius ab ipſo exquiſiturus erit.

CAPVT CLXXI.

De Varia fide, & authoritate teſtium.

Summæ.

1 *Non omnibus teſtibus æqualis fides eſt, & authoritas.*
2 *Teſtis negatiuus nihil probat.*
3 *Negatiua { Simplex nihil probat. ſed.*
4 *Reſtricta probat per indirectum.*
5 *Negatiua reſtricta aliquando fortior eſt affirmatiua.*
6 *Negatiuæ laicorum per indirectum probantes, fortiores ſunt pro reo affirmatiuis clericorum.*
7 *Rei cauſa ſemper eſt fauorabilior.*
8 *Negatiuæ credulitatis, & purgationis ad probandum ſunt validæ.*
9 *Plus fidei (cæteris paribus) habent in dignitate cōſtituti, quàm non conſtituti.*
10 *Diuiti quàm pauperi videtur plus fidei tribuendum.*
11 *Vnicuique in ſua arte credendum eſt.*
12 *Teſtes, idem quaſi præmeditatum loquentes, ſubornationis ſunt ſuſpecti.*
13 *Teſtis mentitus in vno, mentitus cenſetur in aliis.*
14 *Teſtis contraria aſſerens repellitur.*
15 *Vni teſti credendum non eſt.*
16 *Si duo teſtes ſibi contraria deponant, neutri credendum eſt.*
17 *Teſtis vnus contradicens multis, teſtis eſt nullus.*
Si teſtes vnius partis {
18 *Concordent, & motus iudicis accedat, hi probant.*
19 *Diſcordent in pari numero, creditur præſtantioribus.*
20 *Plus ad fidē præſtātes, quā ad numerū teſtiū ſpectādū.*
21 *Æquæ præſtantes concordet, ipſis credendum eſt.*
22 *Æquæ præſtantes diſcordent, concordandi erunt.*

Teſtim-

23 *Teſtimonia inſtrumentalia minus valida ſunt, quam teſtium coram commiſſariis.*
24 *Atteſtationibus inſtrumentalibus creditur in Conſilio Mechilinienſi.*
25 *Teſtibus* { *ægrotis decumbentibus.* &
26 *coram arbitris auditis* } *creditur poſt mortem ipſorum.*

1 IVdicis eſt diligenter conſyderare qualitates teſtium, non enim omnibus par, & æqualis adhibẽda eſt fides, & authoritas. Imò quibuſdam teſtibus nulla prorſus habenda eſt fides,
2 veluti teſtibus negantibus. Maior enim fides duobus teſtibus affirmantibus, quàm decem, aut centum, imò mille teſtibus negantibus, adhibetur. Hinc illa dialecticorum maxima. Teſtis negatiuus, teſtis nullus, vel Teſtis negatiuus nihil probat. Cui accinnũt Panormitanus, & Felinus, in c. In noſtra, extra de teſtib. Idem Panor. in c. Bonæ memoriæ primò nu. 13. extra de elect. cuius diſtinctionem ibidem videbis, & memoriæ ſcrinio commẽdabis, quoniam vtilis & quotidiana eſt in praxi, & potiſſimum in teſtiũ materia, & Imol. in c. Super hoc, extra de renunciat. Sed ſciendum eſt hic quod prædictæ maximæ iuxta omnium ſcriptorum ſententias tantùm
3 intelligendæ ſunt de negatiua, vaga, nuda, & ſimplici, hoc eſt, quæ nulla certi temporis, loci, aut perſonarum expræſſione eſt reſtricta, & coarctata. Talis enim negatiua, nec directè, nec indirectè quicquam per teſtes probare poteſt. Hinc fit quod tũc onus probandi transferatur ad aduerſarium, et hoc ideo, quia talium negationum non ſunt adiectæ cauſæ, & circumſtãtiæ. Nam ſi ſimpliciter, & generaliter dixiſſem, nego, quod contraxi matrimonium cum Sempronia, non eſt neceſſe quod per teſtes iſtam negatiuam
4 probem, quæ ſimplici negatione ſatis negata probatur, ſed ſi negatiua mea haberet reſtrictionem temporis, loci, vel perſonæ: tunc ea negatiua poteſt probari indirectè: vel per obliquum, ſeu per quandam cauſam concurrentẽ. Veluti ſi quis accuſaretur, quod interfeciſſet Titium hora ſecunda noctis, in noua platea, accuſatus poteſt negare factum, quod Titium non interfecerit, & ſimul negabit circunſtantias, & ꝓbabit per obliquũ quod prædicta hora, in noua platea non fuerit, ſed quod eadem ſecunda hora noctis fuerat cum quibuſdam amicis in alio loco, ita vt fieri non potuerit, vt ibi exiſtens vllo modo potuiſſet Titium interficere in dicta noua platea. Quocirca teſtes qui deponunt de prędictæ negatiuæ circunſtantiis, ſcilicet quod is hora ſecunda noctis cum ipſis fuerat in alio loco citato, non apertè teſtantur, quod non interfecerit Titium, ſed tamen ipſorum teſtimonia ſunt talia, vt virtualiter, & per obliquum probent, & euincant ipſum nõ interfeciſſe Titium, ex hoc quod docent ipſum tunc temporis, & eo loco, non fuiſſe, quando, & vbi Titius dicitur interfectus, ſed quod eo tempore cum ipſis in alio loco fuerit, longin-
5 quo à loco interfectionis. Eſtq; hæc obliqua negatiuæ probatio tam efficax, vt præferatur probationi factæ de affirmatiua, de quo vide gloſſam notabilem, in verbo. Aliqui, in c. Cle-
6 rici 81. diſtinct. quæ dicit. Ad hunc modum. Si duo teſtes clerici dicerent, ꝙ Ioannes clericus commiſiſſet homicidium

dium Brugis, & tali nocte, & ſi accu-
ſatus probaret per alios duos teſtes,
etiam laicos, quod illa eadem nocte
cum ipſis teſtibus fuiſſet Gandaui,
quodque non potuiſſet tale homici-
dium committere Brugis, vbi non
fuit, & præterea quod non potuiſſet
id committere, quin id ipſi vidiſſent,
quum eo tempore & loco ab ipſorũ
conſpectu nõ ſemel abfuiſſet. Et hęc
probatio præferenda eſt priori, nem-
7 pe quia eſt pro reo: cuius cauſa ſem-
per eſt fauorabilior, quod iura ſint
ſemper proniora, & promptiora, ad
abſoluendum, quàm ad condemñan-
dum, vt in c. Ex literis, extra de pro-
bat, & in l. Abſenten. ff. de pœnis. Et
ita de aliis ſimilibus exemplis dicen-
dum erit, ſi quando per occaſionem
occurrant, prout notatur, in d.c. Bonę
memoriæ primò, cum ſingulari gloſſa
ibidem in verbo. Per rerũ naturam.
8 Quando ergo dicitur, quod plus cre-
ditur duobus teſtibus affirmantibus,
quàm centum, imò mille negantibus,
vt in c. Super hoc, extra de renuntiat.
non habet locum in negatiua ſic coar
ctata: ſed tantùm in negatiua ſimpli-
ci, & in negatiua credulitatis, vel pur
gationis, argumento, c. Ad noſtram,
extra de probat. ad quæ loca ſupra al-
legata prolixitatis euitandæ gratia, re-
currendum eſt, vbi etiam comperient
lectores de diſtinctiõe negatiuarum,
ſcilicet de triplici negatiua, facti, iuris
& qualitatis, &c. Sed hactenus de te-
ſtibus affirmantibus, & negantibus,
poſt hos ad alios. Plus etiam ſunt cre-
9 dendi teſtes in dignitate conſtituti,
quàm non conſtituti. Panor. in c. In
noſtra nu. 6. extra, de teſtib. & c. Si te
ſtes. §. Item in teſtibus fides. 4. q. 3.
Nam quãto dignitas teſtis maior eſt,
tanto maior fides ipſi adhibebitur,
nempe propter dignitatis reuerentiã,
ſed hæc ſane intelligenda ſunt, ſcilicet
cæteris paribus. Nam ſi quis ſtolidus,
aut ſenſu communi carens (quod ali-
quando fit) in dignitate conſtitutus
eſſet, non maior ipſi adhibenda eſſet
fides, quàm viro prudenti, & cordato
in dignitate non conſtituto. Imò ne
principi quidem ipſi. Alioqui ſapiens
fruſtrà dixiſſet. Væ patriæ in qua prin
ceps puer eſt, puer inquam non ętate,
ſed ſapientia. Maior itaque fides adhi
betur Imperatori quã Regi, Regi quã
Cãcellario, Archiepiſcopo aut Epiſco
po, quàm Officiali aut eius vicario, no
10 bili quàm plebeo. Maior item fides
adhibenda videtur diuiti ſeu opulẽto
quã inopi ſiue pauperi, cæteris paribꝰ
(vt diximus) quia pauper, egenus, in-
ops, & miſer faciliùs corrumpi putan
tur, aut de corruptione aut ſuborna-
tione ſuſpecti videntur. Dixi videtur,
putantur, & cæteris paribus, quia ſi
ambo pietate, religione, & honeſtate
pares eſſent, pares quoque fide æſtimã
di erunt. Verùm pauperi bene fama-
to & inculpatæ bonæque vitæ, magis
creditur, quàm diuiti malè famato ac
culpatæ malæque vitæ, c. Si teſtes. §.
Teſtium fides 4. q. 3. & l. Teſtium fi-
11 des, in principio. ff. de teſtib. Item (vt
in genere loquamur) vnicuique potiſ
ſimum credendum eſt in ſua arte, vt
Medico in ſua medicina, obſtetrici in
ſua inſpectione, Iuriſtæ in ſuo iure, cle
rico de ſuis libris, aduocato de ſua pra
xi ſiue practica, fabro ferrario de fer
ro fabricando, fabro lignario de ligno
fabricando, & ſic deinceps de ſimili-
bus, l. Prima in principio & ibi Bar-
tol. & alij ſcribentes. ff. de vent. inſpi-
cien. & Speculator in. §. Finali, ver.
hoc quoq; no. de probat. & iuxta il-
lud. Tractant fabrilia fabri, & exper-
to crede

to, crede Roberto, & ars facit credi cui
libet in ea experto. Hoc eſt, Vnuſquiſ
que tractat, & libenter diſputat de iis,
in quibus verſatus eſt, quia in iis ſe va
lere putat, ideoque in iis, vbi verſatiſ-
ſimus eſt, ipſi credendum eſt. Cum au
12 tem plures ſiue multi teſtes ſuper v-
no facto & materia vnum ac præme-
ditatum ſermonem loquūtur, illi ſunt
ſubornationis ſuſpecti, & præſump-
tio eſt, quod prius ſimul collocuti fue
runt, vt ſimiliter ac conformiter de-
ponerent. Quando verò teſtis in vno
13 articulo mentitus fuiſſe deprehendi
tur, à tota ipſius depoſitione perit au-
thoritas fidei, ſic vt ipſi in ea depoſi-
tione credendum nullo modo fuerit,
tametſi in articulis reliquis aliter ve-
ritatem diceret ac deponeret. Porrò ſi
14 vn⁹ teſtis ſibi ipſi cōtradiceret, vtpote
ſi diceret ſibi cōtraria, vel varia, Vel e-
tiā ſi diceret verū in vno, & falſum in
alio, tale ipſius teſtimonium repelli-
tur c. Si teſtes, verſic. Qui falſo vel va-
riè 4. q. 3. & l. Vbi pugnātia. ff. de reg.
iur. & c. licet, circa finem, extra de pro
bat. & l. Cum precium. C. de liber.
15 cauſ. Sic etiam nec vni ſingulari teſti
in ſua depoſitione credendū eſt. Et ſi
16 duo ſint teſtes, quorum alter alteri cō
tradicat, neutrius teſtimonio ſtādum
erit. Vtrique enim in ſua depoſitione
ſingulari iuxta credendum erit c. licet
17 extra de probat. Si verò vnus plurib⁹.
contradicat, tunc vox vnius, vox nul
lius, vt ſuprà diximus. Vnius enim di-
ctum non eſt tam efficax, vt reliquo-
rum omnium dicta reiiciat, aut dam-
nare poſſit, niſi is vnus inſcriptus eſ-
ſet cum reliquis in aliquo inſtrumen
to, l. Prima. §. Siquis. ff. quemadmod.
teſtamen. aperiant. Quando plures te
ſtes ſunt, qui ſibiipſis contrariantur, iu
ra tunc tribuunt iudici certam regu-
lam, atque conſiderationem, hanc tra-
dunt, ſecundum quam ipſi in ea varie
18 tate procedendum erit. Si enim plu-
res teſtes pluribus cōtradicant, hi pro
ducuntur, vel ab vna parte tātum, aut
ab vtraque parte ſimul. Siquidem ab
eadem parte plures producti fuerint,
quorum teſtimonia ſatis concordant,
& ſi negotij qualitas, & motus animi
iudicis cum his conuenerit, ſequenda
ſunt iſtorum dicta, ita vt ſecundum
ea, ipſi ſententia pronuncianda erit, et
non ſecundum dicta teſtium partis
aduerſę, l. Ob carmen. §. Finali. ff. de
teſtib. & c. Si teſtes. §. Si teſtes. 4. q. 3.
Sed ſi teſtes vnius partis ſibi inuicem
19 contradicant, ſintque hi in pari nume
ro, ſtandum erit ipſorum dictis, qui
ſecundum naturam, & proprietatem
cauſæ, potiſſimum in depoſitionibus
conueniunt, quique præſtantioris cē-
ſentur eſſe fidei, omnique ſuſpicione
carent. Formabit autem, & ſtatuet Iu
dex motum animi ſui ex teſtibus fide
dignioribus, & ex argumentis & iu-
diciis, quæ cauſæ aptiora eſſe conſpe-
20 xerit. Non enim tam ad numerum, et
ad multitudinem teſtium, quàm ad e-
orundem ſynceram fidem attendere
& iudicium ſuum colligere debet, c.
In noſtra, & c. Veniens, extra eod. ti-
tu. de teſtib. Vide Speculatorem, eod.
21 titu. de teſte. Hi ſyncerioris fidei teſtes
ſi inter ſe concordent, ipſorum dictis
inſiſtendum erit. Si verò, & hi inter
22 ſe contrarientur, Iudex curare debet
vt ipſos quoquo modo (ſi poſſit) con
cordet, vt ipſorum dicta fiant valida,
c. Cum tu. extra eod, de teſtib. Quod
ſi Iudex hos teſtes nullo modo con-
cordare poterit, tunc Iudex ex motu
& ex proprio iudicio animi ſui obſer
uabit, quibus potior fides erit adhibē
da, idque cū ſumma diſcretione, quā
apud

23 apud Speculatorem vide. Teſtimonia producta per atteſtatiões, aut per inſtrumẽta confecta & ſcripta per notarium aut tabellionem, aut per aliquem iuſtitiarium ſeu magiſtratum minus ſunt valida, quam quæ per priuatos teſtes fiunt coram Commiſſariis aut coram magiſtratu, vbi informatio aut enqueſta pendet, ideoque iis teſtimonialibus literis non creditur, nec ſtatur, niſi ea ipſa teſtimonia fuiſſent facta, & audita per literas requiſitoriales, & parte vocata, vt decet & neceſſarium eſt. Vtuntur tamen in
24 magno Mechilinienſi conſilio, & recipiunt atteſtationes huiuſmodi inſtrumentales, &c. productas per alteram partium, quando pars aduerſa ſu per eas atteſtatiões iuuare cupit, quia aut nullas alias promptiores probationes habeat, aut quia pars eas non re-
25 probat, aut confutat. Teſtibus item valetudinariis, hoc eſt ægris, & decũbentibus, vix vlla fides adhibetur, niſi hi teſtes valetudinariè auditi & examinati nuſquam ab hoc ſeculo migraſſent, ſic vt alios teſtes, poſt litiſcon teſtationem, ad manũ productor non habeat, nec eos inuenire poſſit, niſi illos valetudinarios prædictos, quorũ
26 teſtimoniis tũc fides adhibenda erit. Teſtimonium quoque auditum per arbitros, efficit probationem coram iudice ordinario, quatenus iidem teſtes defuncti fuerint, ſed ſi adhuc ſuperuiuant, & ſuperſtites ſint, tunc in libera optione partis aduerſæ erit ipſos aut admittere, aut non admittere, niſi aliter prælocutum fuiſſet. Quocirca teſtimonium auditum coram arbitris, nullam probationem efficere poteſt, nempe quod id ab aduerſario reiectari poteſt.

CAPVT CLXXII.

De Falſis Teſtibus.

Summæ.

1 *Teſtis ſemel falſus, perpetuò falſus eſt habendus.*
2 *Teſtimonium falſum lege diuina eſt prohibitum.*
3 *Teſtis falſidicus tribus perſonis præiudicat.*
4 *Qui veritatem celat, cum falſidico comparandus eſt.*
5 *Teſtis falſidici punitio.*
6 *Teſtis veritatem occultans, puniendus eſt.*
7 *Teſtis qui aliud antea dicit, & aliud poſtea depônit, impoſtor eſt.*
8 *Teſtis falſus puniendus eſt à iudice, coram quo periurauit.*
9 *Teſtis commiſſario de falſitate ſuſpectus, comprehendi poteſt.*
10 *Teſtis citatus ad deponendum, & non cõparationẽ, ad comparitionem cogendus, & de contumacia puniendus eſt.*
11 *Non teſti, ſed Commiſſarij ſcriptis credendum, ſi de iis oriatur quæſtio.*

Nemi

12 *Nemo teſtem ſuæ cauſæ, falſitatis redarguere poteſt.*

Teſtimonium falſum eſt duplex.
- 13 *Simplex, vel extra iudicium, nempe omne mendacium.*
  - 14 *Mendaciorum cauſæ variæ.*
  - 15 *Mendaciorum noxiorum, varia incommoda.*
  - 16 *Mendacia noxia à Deo puniuntur.*
- 17 *In iudicio, fit cum adiuratione.*

18 *Teſtimonij falſi in iudicio multiplicia incommoda.*

Teſtimonium falſum punitur lege
- *Diuina*
  - 19 *occulta, ſine iudicio humano.*
  - 20 *expreſſa, ſcilicet lege talionis.*
    - *Lex talionis quæ fuerat.*
- *Humana, varij.*

1 Teſti, qui ſemel repertus atque cõuictus eſt falſum depoſuiſſe teſtimonium, huic nunquam fides vlla erit adhibenda, neque is ad teſtimoniũ ferendum in aliquo iudicio admittendus erit, ſed vti infamis ab omni teſtimonio ferendo arcebitur, vti notatur in l. Luciꝰ. ff. de his qui notan. infam. & facit l. Si quis maior. C. de trãſact. Quocirca curet omnis teſtis, ne vllam falſitatem in ſua depoſitione committat aut admiſceat. Nam ſi ſemel admiſerit, nunquam ipſi in aliquo fides adhibebitur. c. Teſtes, & c. Pura, & c. Hortamur. 3. q. 9. Hoc falſum teſtimo-
2 nium quàm ſit indignum, ex eo patet quod Deus hoc populo ſuo Iſraelitico, cũ tanto ſtudio in Decalogo prohibuerit, cũ nono præcepto ſuo dixerit. Non loqueris contra proximum falſum teſtimonium. Deut. 4. & 10. Vbi & hoc notandum eſt cõtra quoſdã, qui nimis anxij reformidant quicquam teſtari contra proximũ. Quod Deus non prohibuerit ſimpliciter, ne teſtimonium ferrent contra proximũ quia hoc ad legitimæ iuſtitiæ vſum omnino inter homines eſt neceſſariũ, vt pateſcat veritas, quæ non eſt abſcõdenda, ſed illuſtranda, & vt per iuſtitiam tribuatur vnicuique quod ſuũ eſt. Sed tantùm prohibuit, ne quis falſum teſtimonium ferret, contra proximum, quia niſi contra Deum, contra veritatem, cõtra ſalutem propriã, & contra ſalutem proximi commit-
3 ti poteſt. Nam falſidicus teſtis, tribus perſonis nocet & offendit. Primùm enim offendit Deum, cuius maieſtatẽ non obediendo, contemnit. Secundò offendit iudicem ipſum, quem mentiendo fallit, & à verò iudicio ſeducit. Tertiò innocentem lædit, & ipſi cum ſuo falſo teſtimonio damnum
4 infert. Et his malis ſunt obnoxij non ſolum, qui falſum teſtimoniũ dicunt, ſed etiam qui veritatem adiurati celant, & occultant. Nam eiuſdem criminis rei ſunt apud Deum, & qui veritatem occultant, & qui mendacium dicunt: Illi prodeſſe non volunt: & iſti nocere ſtudent. c. Primò, extra de
5 crimine falſ. Et ex his conſequitur, vt qui in tribus offendit, triplici quoque pœna plectatur. Primò, eñ quia Deũ offendit ſeptennis pœnitentia ipſi iniungitur

iungitur ꝑ periurio,c.quicunq; 6.q.1.
Quia iudicem deluſit, infamabitur,c.
Quiſquis cõuict⁹, & præterea verberi
b⁹ caſtigabitur.22.q.5.& c.Illi qui 5.q.
5.vel certè extraordinariè punietur.Et
quia proximũ lædit,iuxta modũ læſio
nis, præter reſtitutionẽ damni punie-
tur,argumento.c.Nihilominus 3.q.9.
ita gloſ.in d c. Primò, in verbo lædit.
6 Teſtis quoque qui adiuratus interro
gatur de veritate dicenda, & eam ſub
ticet,is pro falſario reputandus, & e-
tiam puniendus eſt, vt eſt caſus egre-
gius, in l. Prima,in principio.ff. Ad l.
Cornel.de falſ.& d.c. Primò. Teſtis
7 autẽ qui in taberna, aut caupona, aut
in platea aliter locutus eſt ſine iuramẽ
to, quàm deponit coram Commiſſa-
rio cum iuramento, hic pro decepto-
re reputabitur, & pro impoſtore pu-
niendus erit, maximè ſi aliquod ſala-
rium ad ita deponendum, aut ad tale
teſtimonium ferendum prius accè-
8 piſſet.Falſus teſtis puniendus eſt,non
à quouis iudice, ſed tantùm à iudice,
coram quo ipſe falſum depoſuit, ſed
hoc non habet locum in remiſsioni-
9 bus.Formam punitiõis habebis mox
infrà. Quando commiſſarius in exa-
minatiõe ſuæ informationis expreſ-
ſè,& apertè comperit teſtem falſa fuiſ
ſe locutum,ipſe tunc poterit,imò de-
bebit ipſum appræhendere, & in car-
cerem coniicere,vt à cõſilio,aut à ma-
giſtratu puniatur. Qui citatus non cõ
10 paret, ob id quod veritatem dicere re
cuſet,is nõ punietur, vt falſarius,quia
iuramentum nondum præſtitit, ſed
Iudex ipſum curabit ad ſe accerſitum
ipſumque compellet ad veritatem de
ponendam, ipſumque tunc de ſua cõ
tumacia puniet,& in expenſis,dãnis,
& intereſſe,in quæ producens ob ip-
ſius contumaciam incidit, condemna
bit,vt pulchrè notat Speculator, in ti
tu.de teſte. §.Sequitur, verſic.vltimo,
per l. Quidam,in fine,& l. Tutor.ff.
de adminiſtra.tuto.Nam quia teſtifi-
candi munus publicum eſt,& neceſſa-
rium,ideo nullus à ferendo teſtimo-
nio ſeſe contumaciter abſtrahere de-
bet,vt l.Eum, & l. Sed ſi quis in pri-
mò.ff.quemadmo.teſta.aper.& c.Pri
11 mò, extra de crimine falſ. Si oriretur
controuerſia inter teſtem & commiſ
ſarium, ſcilicet de depoſitione teſtis,
& ſuper ſcriptione & annotatione
commiſſarij,ita vt teſtis diceret ſe ali-
ter depoſuiſſe, quàm ſcriptum eſſe cõ
periat, tunc in ea controuerſia, teſti
nulla fides adhibebitur, potiſsimum
ſi commiſſarius adiunctum & clericũ
haberet,idem cum ipſo affirmantem.
Sed tota fides pendebit ab ipſo com
miſſario,cum ipſius adiuncto. Nemo
12 poteſt ſuum teſtẽ in ſua propria cau-
ſa falſitatis redarguere, aut falſum im
ponere.Et ſi contingeret vt is teſtis à
producturo interrogaretur de re ali-
qua, iſque teſtis ad talem priuatam in
terrogationem aliquid reſponderet,
quod ipſe productor ad cauſæ ſuæ fa-
uorem cõpetere putabit: Id reſpon-
ſum pro ſimplici dicto,& non pro de
poſitione habendum erit. Quia autẽ
iuriſperito non indignum,ſed fas eſſe
putaui ſubinde (vbi commodũ erit)
parum theologari,ideo huic loco non
nulla adiicere placuit,quæ ad falſitatis
teſtimoniorum conſyderationẽ mul-
tum facere videbantur.Principio igi-
13 tur ſciendum eſt, quod falſum teſti-
monium bifariam conſyderatur . Eſt
enim aliud ſimplex,vel extra iudiciũ,
aliud verò in iudicio commiſſum.Ad
prius falſum teſtimonium pertinet
omne mendacium, quod eſt duplex.
Aliud enim committitur ignoranter,

14 quod culpa carere videtur. Aliud ſciẽ
ter, quod variũ eſt & multiplex. Alius
enim mentitur ex timore Dei vel hor
rore naturali, ſicut obſtetrices Ægyp-
tiæ. Alius ex metu, aut imbecillitate
carnis, ac fidei, vt S. Petrus in negan-
do Chriſtum. Alius ex charitate, & fi-
de debita, vt Michol mentiendo libe-
rauit Dauidem maritum ſuum. Alius
ex ſtudio iuuandi proximi, ſic Iona-
thas. f. Saulis liberauit Dauidem ex
manibus Saulis patris. Alius ex fide,
vt Raab. Alius ex metu, & pudore ſi-
mul, vt Sara quæ maritum dicit eſſe
fratrem. Et quando angelis negabat
ſe riſiſſe. Alius mentitur proprij com
modi gratia, vt Ananias, & Sapphira.
Actuum 5. Alius aduládi gratia. Alius
nocendi atque proximo detrahendi
cauſa. Alius deniq; nõ tam ioco, quã
ex leuitate mentis, & ex mala praua-
15 que mentiendi cõſuetudine. Quã ma
lum autem ſit hoc falſum teſtimoniũ
coram Deo, præcipue quod ad nocen
di ſtudium ſpectat, & ad detractionẽ
vel aſſentationem, id multis patet mo
dis. Primò enim tales mendaces exclu
dit cœlo, pſal. 5. Secundò ſeparat eos
à Deo, & cõiungit Diabolo, quia Dia
bolus eſt mendax, & pater mendacij.
Tertiò linguas eorum veritati, & lau
dibus diuinis conſecratas conſpurcat
ad gratiam mendaciſsimi mẽdacij au
toris. Quartò fidem in hominum cõ
merciis neceſſariam aut labefactat aut
tollit. Quĩtò Chriſtianę religioni pro-
brum infert, Deo mentitur, & proxi-
mi commodis plerumque incommo
dat, quod quotidianis exẽplis notius
eſſe puto, quàm vt priſcis exemplis la
16 tius commonſtretur. Et quanquam
hæc mendaciorum mala leges non pu
niant, Deus tamen (niſi reſipiſcant) ea
acerrimè aliquando puniet, de cuius
punitione non eſt quod mea temeri-
tas hic quicquam pronunciet, quum
ea in ipſius diuino arbitrio tota con-
ſiſtat, ideoque ipſi tota aſſerenda, po-
tius quàm humanæ vltioni, aut foren
ſi iudicio. Sed hæc de falſo teſtimo-
nio, ſiue mendacio extra iudicium o-
biter dicta ſufficiant. Falſum autem
17 teſtimonium in iudicio eſt, quando
aliquis adiuratus aut ſcienter falſum
& merè confictũ deponit, quale fuit
falſum teſtimonium contra prophe-
tam Naboth. Aut quando verba ad
peruerſum ſenſum detorquentur, ſic
falſum ferebant teſtimonium de ver-
bis Chriſti (Soluite templũ hoc, &c.)
Et teſtes illi contra Stephanum. Act.
6. Aut quando aliquando adiuratus
veritatẽ celat, vel ex malicia, vel ex me
tu inani, ne contra proximum teſtan-
do, charitatem fraternam violare vi-
deatur, cum tamen interim mentien-
do non reuereatur Deum, quem men
tiendo offendit, nec propriam animã
quam cõmaculat, nec alterius proxi-
18 mi cõmodum, quod celádo remora-
tur & impedit. Quantum quoque
malum ſit hoc falſum teſtimonium
nemo ſatis expenderit. Primò enim
(vt & ſuprà dixi) Deum (qui veritatis
eſt patronus) ſui mendacij patronum
efficit. Secundò nomen Dei menda-
cio polluit, & ipſius mandatum vio-
lat. Tertiò iuriſiurandi vſum in rebus
humanis neceſſarium corrũpit. Quar
tò iudicem deludit & corrumpit, a-
deo vt ob tale falſum teſtimoniũ nõ
rarò bona adiudicẽtur impropriis do
minis, & eripiantur veris poſſeſſorib.
aut hæredib. ob quod etiam proximo
ſuo plurimum (vt ſuprà diximus) in-
commodat. Imò fit vt ob falſum teſti
monium ſubinde plectantur innocẽ-
tes, & abſoluantur nocentes. Imò vt
per iudi-

per iudicem aliquãdo innoxij rapiantur ad torturam, per quam contra ſe falſa aſſerere malint, quàm ea tormenta diutius perpeti. Hanc autem falſi teſtimonij malitiam, licet non ſtatim puniant leges humanæ, quia non ſemper ea falſitas venit in propatulum, non ob id tamen falſi teſtes fœliciores, ſed multò ſunt infœliciores, quia grauiſsimum eſt incidere in manus Domini, cuius notitiam nulla humana fallere poſſunt. Puniuntur itaq; falſa teſtimonia bifariã, ſcilicet le-
19 ge diuina, & lege humana. Lex iſthęc diuina aliquando eſt occulta, aliquando expreſſo mandato prolata. Occulta eſt qua Deus ſine humano intellectu omne malum punit, quia coram Deo nullum malum impunitum. De hac occulta punitione, non eſt, quod hic à me quicquam temerè pronun-
20 cietur. Punitio verò diuina, quæ de hoc malo expreſſa legitur, ſtatuitur Deuteronomij 19. nempe vt falſus teſtis puniatur lege talionis, quæ exigebat animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede, manũ pro manu. Hæc lex multò fuit iuſtiſsima, quia per eam falſus teſtis patiebatur, quod fratri ſuo facere cogitauit, quodq; frater ſuus fuiſſet paſſurus, niſi mẽdacium ac falſitas teſtimonij fuiſſet depræhenſa. Si iſthæc lex talionis apud nos Chriſtianos adhuc duraret, & executioni mandaretur, non tot paſsim committerentur periuria, nec tam faciles eſſent multi ad ferendum falſum teſtimoniũ cõtra ꝓximũ, & poſtremò ſi qui ita contra proximũ falſa fuiſſent teſtati, hi è medio tollerentur, ad quod Deus eam
21 talionis legem tulit, vide Deut 19. Porrò lex humana, quomodo falſum teſtimonium puniat, in hoc capite ſuprà monſtrauimus, & in noſtra praxi criminali capitibus C.xix. de falſis C.xx. De falſitate per cõſenſum C.xxj. De falſitate in verbis C.xxij. De falſitate ſcriptorum c.xxiij. De falſitate ꝑ abuſum, & C.xxiiij. De falſitate per ſilentium, apertè expreſsimus. Quin & iura paſsim de eius punitione clarè commonſtrant, vt nõ ſit opus huc ea congerere, potiſsimum quod hic non criminalem, ſed ciuilem praxim cudere conemur.

CAPVT CLXXIII.

De Probatione facta per cõfeſsionẽ partiũ.

Summæ.

1 *Confeſsio alia fit*
- *in iudicio* / *extra iudicium* — 1.
- *præſente parte* / *abſente parte* — 2.
- *cum cauſa* / *ſine cauſa* — 3.

2 *Reus actoris petitionem in iudicio confitens, conuictus habetur.*
3 *Reus confitens damnationi ſubiicitur.*
4 *Confeſsio omnem probationem excludit.*
5 *Confeſsio extra iudicium (ſi conſtet) præiudicat.*
6 *Confeſsio cum cauſa etiam præiudicat.*
7 *Confeſsio coram arbitris præiudicat.*
8 *Quando confeſsio coram arbitris faciat fidem.*

Confeſsio
9 *ſine cauſa ad ſe obligandum, non præiudicat.*
&
10 *ſine cauſa ad ſe exonerandum, præiudicat.*

Confeſsio
11 *Ægroti decumbentis præiudicat.*
12 *Per errorem facta nulli præiudicat.*
13 *Facta coram iudice incompetente, non præiudicat.*
14 *Obſcura, non præiudicat.*
15 *Facta in præiudicium ſui Domini aut Superioris, non valet.*
16 *Facta per procuratorem præiudicat.*
17 *Facta per procuratorem in præiudicium clientis non præiudicat.*
18 *Facta per Aduocatum, quando præiudicet.*
19 *Facta per Tutores, aut Curatores, non præiudicat.*
20 *Minoris, qui minor eſt 25. annis, ligat.*
21 *Tutoris cum damno Pupilli, non præiudicat.*
22 *Per principalem perſonam præiudicat.*
23 *Error facti ſine damno nulli præiudicat.*

1 ANtequam commonſtretur, quo-
modo per confeſsionem partis
naſcatur probatio, primò conſideran-
da eſt confeſsionis veritas. Ex enim
confeſsiones ſunt duplices. Quia earũ
aliæ fiunt in iudicio, & aliæ extra iudi
ciũ. Rurſum aliæ fiunt in pſentia par-
tis, & aliæ in partis, aut partiũ abſen-
tia fiunt. Item aliæ fiunt cum cauſa; et
2 aliæ ſine cauſa. His confeſsionibus ita
que ſic diſcriminatis, ſciẽdũ eſt quod
quãdo reus in iudicio cõfitetur acto-
ris petitionem, ſeu libellum exhibitũ,
tunc cenſetur conuictus, & omnes a-
liæ probationes faciẽdæ ceſſant, quod
confeſsio facta in iudicio, plenã pro-
bationẽ efficiat, l. Poſt rẽ, in fine ſui. ff.
de re iudica. & l. Prima. ff. de confeſ.
& l. Vnica. C. eodẽ tit. de confeſ. Ideo
que tũc nullę reſtãt aliæ partes iudicis,
3 quã vt cõfitentem condẽnet, l. Proin-
de. 2. in fine. ff. ad l. aquil. Et ita confeſ
ſio nõ inducit obligationẽ ad vllas p-
bationes faciẽdas, ſed ſecũ omnes vlte
riores probationes cõfert, aut potius,
4 ab omni probandi onere releuat, libe
rat, eaſque prorſus extinguit, teſte Io-
anne And. in c. Bonæ, extra de elect.
Bald. in l. Si ex cautione 10. q. C. de nõ
num. per. quod verum eſt, niſi in mu-
tuo per chirographũ, & in dote, ſecũ-
dum eundũ Baldũ, in l. Generaliter 1.
q. eodẽ tit. vbi etiã dicit tũc ceſſare de
5 bere omnia priuilegia l. Aſsiduis C.
Qui potio. in pigno. hab. Porrò con-
feſsio extra iudiciũ, etiam probatio-
nes omnes tollit, dummodo pars eam
confeſsionem per dignos teſtes veri-
ficare poterit, aut per iuramentum cõ
fitentis. Sic quoq; cõfeſsio facta, aut
in abſen-

in abſentia,aut in præſentia partis va-
lida erit ad vlteriores probationes fa-
ciendas,ſi modò ea confeſsio,aut teſti
6 bus,aut iuramẽto probata exiſtat.Cõ
feſsio verò cum cauſa', vel confeſsio
cauſæ,fit quando confitens exprimit
cauſam litis,ſcilicet ex qua cauſa debi
tum ſit ortum, nempe aut ex mutuo,
aut ex mercibus', aut ex permutatio-
ne,aut ex domus conductione, ex pa
cto, aut ex aliquo contractu. Et hæc
confeſsio fieri poteſt in iudicio, aut
extra iudicium.Et vbicunque ſit,con
fitenti præiudicat, & probationes tol
lit, modò de ea confeſsione conſtet.
7 Sic & multo magis confeſsio facta
cum cauſa coram arbitris, præiudicat
in iudicio coram iudice ordinario,ea-
que vti poſſumus in iudiciis ordina-
riis,l.Penultima,in fine.C. de recept.
arbit.Abbas in c.Pręſentata,in 1.colũ.
de teſtib. & Ioan. de Imol. eodem c.
8 Præſentata. Sed quomodo intelliga-
tur, quod confeſsio facta coram arbi
tris,faciat fidem coram iudice, vt va-
leat,aut vt extraiudicialis,aut vt iudi-
cialis,videbis pDoctores in locis iam
iam allegatis. Vbi Abbas intelligit
de extraiudiciali confeſsione, ſecun-
dum Cynum in l.Prima.C. de cõfeſ.
& Ioan.Andr.& Anto.de Butrio, in
d.c. Præſentata. & eundem. Anto.in
c.Quintauallis.ver.14.differentia,ex-
tra de iureiuran. Sed Ioan. de Imol.
in d.c.Præſentata ſuſtinet,quod valet
vt iudicialis confeſsio. Sed confeſsio
9 facta in iudicio,aut extra iudicium ſi-
ne cauſa, item facta abſente parte nõ
ſtatim præiudicat confitenti, vt per
talem confeſsionem ſe obliget,aut o-
neret,ſicuti videre licet in tractatu D.
Lanfranci de Ariadno, de confeſsio-
nib.numero 40. Cuius allegationes
prolixitatis vitandæ gratia, hic omit-
timus & lectorem eò remittimus.
10 Sed confeſsiones factę in iudicio, aut
extra iudicium ad aliquem exoneran
dum aut quietandum, omnino præiu
dicant,etiam ſi eſſent factæ ſine cauſa,
& in partis,aut partium abſentia, dũ-
modo ea facta fuerit legitimè, c.2. &
3.extra de confeſ. & l. Vnica.C.eodẽ
titu.de confeſ.Confeſsio autẽ omnis
facta in lecto,à graui morbo laboran
11 te, aut in articulo mortis conſtituto,
aut facta ab eo, qui in morbo ſupre-
mam,ſiue vltimam voluntatem teſta-
ri voluerit, ea omnino præiudicat, ſi-
ue ea ſpectet ad ſeſe obligandum,ſiue
ad ſeſe liberandum, & exonerandũ.
Quod intelligendum eſt, niſi ea con-
feſsio ante mortem reuocaretur. Præ
ſumitur enim talis confeſsio in vitæ
diſcrimine facta, eſſe ſyncera, vera, nul
12 loque humano effectu corrupta. Cõ-
feſsio verò erronea, hoc eſt, facta per
errorem, nulli præiudicare poteſt, l.
Non fatetur.ff. de confeſſ.& l.Error.
C.de iur. & facti ignor. & l. prima
c.de falſ.cauſ.adiect.lega.Et intelligi-
tur cõfeſsio facta per errorẽ, quãdo res
aliter fuit, aliterq; ſe habuit, quàm cõ
13 fitens putabat, aut opinabatur. Con-
feſsio facta coram incompetenti,hoc
eſt,coram non ſuo iudice,non præiu-
14 dicat,nec nocet.c.Atſi.extra de iudic.
Confeſsio item dubia,incerta,& non
ſatis clara non præiudicat, quia vt cõ
feſsio valeat ipſa debet eſſe clara ac cer-
ta,alias talis confeſsio ſine cauſa facta
incerta eſſet probatio,quæ in iure cen
15 ſetur nulla, nulliuſque roboris aut ef-
fectus,c.In præſentia,extra de confeſ.
Cõfesio quoque facta in præiudiciũ
ſui Domini, aut ſui ſuperioris non va
let,c.Cum tempore, extra de arbit.ſic
nec valet etiam confeſsio à demente,
lunatico, aut à furioſo facta.l. In ne-

gotiis. ff. de. regul. iur. &c, c. Finali, extra de ſucceſsio. ab inteſta. Sic etiã
16 confeſsio facta per procuratorẽ præiudicat, niſi eam reuocet, quod facere poterit quouis tempore ante ſententiam, quando errorem ſuum, & detrimentum inde ſecutum probabit, c. Cum olim, prope finem, extra de offic. delega. & c. Finali, extra de confeſſ. Quod autem procuratoris confeſſio aliquando noceat domino, probatur. c. Primò ad finem §. verum, extra de poſtulan. De iſthac procuratoris reuocatione notandum eſt, quod ſint nonnulli practici, qui dicãt, quod procurator eam confeſsionem ſine releuamento reuocare non poteſt. Confeſ-
17 ſio item facta per procuratorẽ in præiudicium ſui Domini, cui ſeruit, nequaquam valet, niſi ad hanc confeſſionem ſpeciale mandatum, aut pro-
18 curatorium habuiſſet. Confeſsio facta per aduocatum, præſente ſuo cliẽtulo, aut eo abſente, ſciente tamẽ, aut permittente, eadem eſt, ac ſi per ipſum clientulum fieret, l. Prima. C. de erro. aduoca. Vnde ſi tacet, ſibi præiudicat, niſi eam aduocati confeſsionem reuo
19 caret, c. Olim extra de cẽſib. Quæ quidem reuocatio ſecundum nonnullos debet fieri intra triduum. Sic etiam confeſsio facta per tutores in pupilli aut pupillorum abſentia, aut cõfeſsio per curatores in minoris vel minorũ ſeu adultorum abſentia, non præiudicat, nec obeſt. l. Certum. §. Si quis abſente, verſic. Sed an ipſos. ff. de confeſſio. Neque etiam valet confeſsio à pupillo facta, quia hic ipſo iure ab omni præiudicio tutus eſt, c. Paruuli. 22. q. 5. Verùm pubes minor. 25. annis
20 bene obligatur ex confeſione, ſed reſtituitur, ſi læſus fuerit, d. l. Certum. §. Vltimo. ff. de confeſ. & l. Si ex cauſa iudicati. §. 2. ff. de minorib. Attamen in ſpiritualib⁹ tenet ſententia lata cõtra minorem, vt c. Ex parte, extra de
21 reſtitu. ſpolia. Confeſsio item quæ fit per Tutorem vel Curatorem nõ præiudicat, dummodo hæc Tutoris vel Curatoris cõfeſsio noceat pupillo vel adulto. notatur in d. l. Certum. §. 2. ff. de confeſ. vt & ſuprà hoc capite 173.
22 meminimus. Sed confeſsio facta per pricipalẽ perſonã, ſi fiat legitimè, vt ſuprà dictum eſt, præiudicat, & cõfitenti nocet, quia huius cõfeſsioni Iudex innititur d. l. Vnica. C. de cõfeſ. & c. 2. extra eodẽ titu. Nec talis reuocari poteſt, niſi errore probato. Vide Specula
23 torẽ. Sed hic ſciendũ eſt, quod error facti, ſi damnũ erroris nondũ ſecutũ ſit, nemini noceat, l. Error. C. de iuris & fact. ignor. Secus aũt cenſendum eſt, ſi erratũ ſit in iure. Nam tũc ſtatim cõfeſsio habetur pro iudicato, l. Prima C. eod. titu. de confeſ. concordat textus in l. Poſt Rem, in fine ſui. ff. de re iudi. & l. Vnica C. eodem titu. de con feſſ.

CAPVT CLXXIIII.

De probatione per literas, ſcripturas, aut inſtrumenta.

Summæ.

1 *Literæ ſcripturæ ac inſtrumenta alia ſunt* { *publica.* / *alia,* / *priuata.* }

Publica

Publica inſtrumenta ſunt:
2 *Quæ per publicas perſonas conſignantur.*
3 *Quæ ſigillis autenticis muniuntur.*
4 *Regiſtra, protocolla, & acta indicialia.*
5 *Rationes priuilegiatæ.*
6 *Originales literæ, de quibus fides adhiberi ſolet.*
7 *Copiæ ex originalibus quando fidem habent.*
8 *Copia quomodo ex originali parãda, dũ metuitur*: *ne permittatur originalis exſcriptio. aut, ſumptuum ferendorum grauitas.*
9 *Videndum an originalibus inſint vitia, aut loca ſuſpecta.*
10 *Inſtrumenta vetuſtate, aut ex alio accidente corrupta reſtituenda ſunt.*
11 *Plura originalia pari fide ſunt prædita.*
12 *Copiæ autenticæ ex originalibus exſcriptæ, originalium fidem habent.*
13 *Scripturæ vetuſtæ, arma, inſcriptiones, &c.* — *probationem efficiunt.*
14 *Scripturæ vetuſtæ ex libris eccleſiaſticis.* — *probationem efficiunt.*
15 *Inſtrumenta quæuis publica, arma, inſculpta.* — *probationem efficiunt.*
16 *Si dubitetur an notarius ſignauerit literas, certitudo ex verbis notarij petenda.*
17 *Literæ notariorum, &c. & Acta indicialia ſunt inſtrumenta publica.*
18 *Conſuetudo literis fidem tribuit.*
19 *Literæ priuatorum propriis manibus ſcriptæ, probationes faciunt.*
20 *Literæ negationum, cõtractuum, locationum, &c. autentitatæ habentur pro inſtrumentis publicis.*
21 *Teſtes non ſunt inſtrumenta publica.*
22 *Quæſtiones variæ circa fidem inſtrumentorum.*

DIximus præcedenti capite quòd probationes per inſtrumenta mi noris ſint ponderis quã affirmationes teſtiũ coram cõmiſſariis, habent tamẽ aliquando plenam fidẽ, vt iis creditur ſicuti teſtibus, vti patebit ex ſequenti
1 bus. Sed priùs notandũ eſt quod ſicut omnes literæ, aut ſcripturæ, aut chirographa ſunt duplicia, ſcilicet publica & priuata, ſic etiã omnia inſtrumenta ſunt duplicia, alia enim ſunt, aut publica aut priuata, de quibus dicemus in hoc, & in ſequenti capitibus. Publicæ
2 itaque literæ aut ſcripturæ ſunt illæ, quæ aut cõſcriptæ, aut ſaltem ſubſignatæ ſunt per tabellionem, notariũ, graphiariũ, & per ſimiles perſonas publicas. Aut quæ recognitæ, munitæ, & ſi-
3 gillatæ ſunt, cum autenticis Principũ, Ducum, Comitum, Ciuitatum, Pariũ curiæ, aut aliorũ iuſtitiariorũ ſigillis. Aut ſunt regiſtra, protocolla, aut lite-
4 ræ, ſiue ſcripturæ, aut acta iudicialia, quæ vtriſq; partibus ſunt cõmunia, ꝙ quidẽ protocolla, regiſtra, & acta iudicialia, faciunt plenam fidem, ſecundũ Inno. in c. Primo, extra de ꝓcura. dũmodo ea regiſtra, ꝓtocolla, vel acta, facta ſint per eos qui habẽt authoritatẽ faciẽdi autẽticã ſcripturã, aliàs regiſtra ꝓtocolla, & acta, nullã faciũt fidẽ, vti tenet Bald. referẽs Innoc. in Autẽtica. Si quis in aliquo C. de edẽd. Aut ſunt
5 priuilegiatæ ratiões, chirographa, aut aliæ ſcripturæ in archiuis publicis, aut Principũ aut Ciuitatum theſaurariis quieſcẽtes, vt in Autẽ. Ad hæc. C. de fid. inſtru. & ibi hoc tenet Bald. Idem
6 tenet Barto. in Auten. Si quis C. qui pot. in pig. hab. Quin & generaliter

omnes ſcripturæ aut literæ, quibus de iure aut cōſuetudine fides attribuitur ex appellantur literæ publicæ, quorū originales exhibitæ & productæ plenam efficiunt probationem, potiſſimùm quādo pars aduerſa eas de raſura aut alio vicio notabili, aut de aliqua ſuſpitione loci, vel perſonæ, &c.
7 reprobare non poteſt. Dixi de originalibus literis, quia exemplaria, aut copiæ (quas tranſumpta vocant) ex dictis originalibus exſcripta, non parē fidem habēt, nec ipſis ita creditur, vti originalibus, niſi eadem exemplaria ad originales literas per commiſſariū collationata fuerint, idque in præſentia partis, aut certè in abſentia partis, ſi ea ad hanc collationem videndam fuiſſet vocata, & contumaciter ſeſe ab ejus collationis conſpectione ſubtraxiſſet, & ob id contumax declaratus eſſet.
8 Porrò ſi pars metueret ne ipſum originale ſibi permitteretur, aut daretur, vt ex eo per cōmiſſarium collatio fieret, aut ſi metueret immodicos ſumptus, nempe quod nimiò conſtaret commiſſariū adducere, aut mittere ad locum vbi originale requieſceret, eo caſu Iudex poſſet ordinare & committere magiſtratui aut iudici eius loci, vt eam collationem ibi faciat, in vocatæ partis præſentia, aut in eius abſentia, ſi citata contumaciter comparere nollet. Tunc enim huius iudicis collationi eadem fides adhibebitur, ac ſi à cōmiſſario facta fuiſſet. Sed eo caſu is Iudex debebit acutè animaduertere, an in tali originali non inſint aliqua vicia, aut an ipſe locus originalium literarū nō ſit ipſi ſuſpectus. Nā
9 ſi quæ vitia, aut ſuſpitiones reperiat ea vicia ſcilicet ſuſpecta, loca, nomen, ſumma, data, locū, & ſimilia diligēter annotabit, & ita notata cum tranſumpta collatione remittet ad commiſſarium, aut ad priorem iudicem.
10 Cæterum ſi aliquæ literæ, ſcripturæ, aut inſtrumenta fuiſſent negligenter cuſtodita, aut ſi in aquam cecidiſſent, aut ſi à muribus, aut blattis eſſent corroſa, aut madore aliquo putrefacta, aut ſi ipſa ex nimia vetuſtate inciperent fieri tenebroſa, obſcura & vicioſa, tum Iudex poterit eaſdem in præſentia partis vocatæ reſtituere, & renouare ita vt ſint legibilia.
11 Contingit vt originales literæ aliquando duplicentur aut binæ, vel ternæ, aut quaternæ ſcribantur, ob periculum incendij, aut alicuius alterius caſualis perditionis, quę omnes originales dicuntur, & parem fidem faciunt, & vocantur etiam duplæ, triplæ, &c. Sic etiam literæ, ſcripturæ, aut inſtrumenta quæ poſtea ex
12 his originalibus legitimè ſunt exſcripta, & accuratè (vt dicunt) groſſata, aut in mundum redacta. Aut ſi ſecunda vice, ex tabellionis, notarij, graphiarij, aut alicuius ſimilis, regiſtro, protocollo, ſiue imbreuiatura exſcriptæ ſunt, ob id quod pars ſuas literas, ſiue priora inſtrumenta ſua perdiderit, ex omnes literæ, & inſtrumenta legitimè exſcripta erunt æquè bona, ac alia priora deperdita, dummodo iſthæc duplicatio facta ſit parte vocata, & chirographo graphiarij vel notarij
13 autentico munita. Antiquæ item ſiue vetuſtæ ſcripturæ, antiqua arma, inſignia, aut alia ſigna, aut ſcuta picta, aut inſculpta in lapidibus, in ſepulchris, aut tumbis, vel ad muros, aut ad columnas, ea omnia publicæ quoque ſunt probationes, ideoque iudicem plurimùm mouent, vt ex his fidem colligat, potiſſimum ſi multum eſſent vetuſta, aut ſi tam longo ſtetiſſent tempore, vt eorum initij vix vlla extaret

extaret memoria,ideoq; & vehemen
tem probationem proculdubio effi-
ciunt,& tantò maiorem fidem faciũt,
14 ſi cum iis, & alia adminicula concur-
rant.Sic etiam dici poteſt de illis lite-
rarum, aut ſcriptorum probationib⁹,
quæ reperiuntur in antiquis eccle-
ſiarum libris,miſſalibus , martyrolo-
giis, aut in ſimilibus , quorum initij
quoque memoria non exiſtat. Nam
15 hæc omnia probationem magnam ef
ficiunt.Imò omnes huiuſmodi prædi
ctæ ſcripturæ ſiue inſtrumenta publi-
ca in iudiciũ exhibita, & iudici pro-
ducta,ſecundum Innoc.in.c. Primo.
ext.de fid.inſtru.plenam faciunt fidẽ,
ſino vllo alio adminiculo, adeo vt nõ
ſit opus ampliori teſtiũ productione,
aut depoſitione, aut vt notarius, gra-
phiarius,aut ſimilis deponat dictum
ſuum,quia & ſi omnes teſtes,& nota
rij,& graphiarij mortui eſſent,ſolę il-
le ſcripturę,aut inſtrumenta publica,
aut arma,aut inſcriptiones ſepulchro
rum,aut vetuſta ſcripta prædicta,ple-
nam fidem facerent,vt in c.2.extra de
fid.inſtru.& voluit gloſ. in l.2.in pri-
mò, ff.quemadmo.teſta,aperian. Ve-
runtamen ſi dubitaretur an tabellio,
16 notarius,aut graphiarius talem ſcrip-
turam, aut tale inſtrumentum ſcripſiſ
ſet,tunc reuocandus eſſet tabellio, no
tarius vel graphiarius vt deponeret,
ac iuramẽto affirmaret, an tale inſtru
mentum conſcripſiſſet,aut ſubſignaſ-
17 ſet,& tunc ipſius dicto ſtabitur,fideſ-
que firmior erit, vt in l.Si quis decu-
rio. C.de falſ. Ad maiorẽ quoque di-
ctorum comprobationem adijcit eti-
am Inno.in d.c.primò, & dicit:quod
dicta inſtrumenta confecta per tabel
liones, notarios, graphiarios & ſimi-
les,& etiam quod acta iudicialia di-
cuntur, & ſint publica inſtrumenta.

Cęteræ verò ſcripturæ,cenſeantur pri
uatę, ſed hæc tantùm ſecundum In-
nocentium loco prędicto. Si vero cõ
18 ſuetudo eſſet, vt non quibuſuis inſtru
mentis publicis,ſed tantum certis qui
buſdam inſtrumentis plena eſſet ad-
hibenda fides , tunc iis ſolis quoque
fides eſſet tribuenda. Si verò conſue-
tudo & praxis haberet , vt quibuſuis
ſcripturis adhibẽda eſſet fides, eæ quo
que iuxta eam conſuetudinem plenã
facerent fidem , etiamſi per tabellio-
onem,notarium, vel graphiarium nõ
eſſent confectæ,caſus eſt,in c.Cum dĩ
19 lectus, extra de fide inſtru . Ideoque
iuxta communem conſuetudinem
omnes ſcripturæ,ſchedulę,aut ſyngra
phæ,quas priuatæ perſonę conſcribũt
manibus proprijs coram iudice,cen-
ſentur inſtrumenta publica,& plenã
fidem faciũt,etiam ſine teſtibus,caſus
eſt ſingularis in l.Ne in arbitris. C.de
arbi.in primò, et ibi tenet hoc ſingula
riter Baldus. Sed hic nec abſurdè quęri
20 poſſet , an chartæ papyraceæ, in qui-
bus negotiationes,aut contractus,aut
locationes,&c.à tabellionibus, nota-
rijs,graphiarijs, & ſimilibus deſcribũ
tur,publicorum quoque inſtrumen-
torum vim obtineant.Reſponſionem
ad hanc quæſtionem videbis in gloſ.
in l.notationem. §.inſtrumentorum.
ff.de verbo.ſignific. quæ tenet quod
tales chartæ in quib⁹ negotiationes,et
cõtractus,&c.ſunt deſcriptæ & cõfe-
ctæ à tabellionib⁹,notarijs,graphiarijs
et ſimilib⁹ publicis perſonis,etiam pu
blicorum inſtrumẽtorum appellatio-
nes mereantur. Verùm teſtes propriè
non dicuntur inſtrumenta publica,v-
21 ti latiùs diſputat D.Lanfrancus ab A-
riadno:numero primo, in ſuo tracta-
tu de inſtrumentorum fide, & produ
22 ctione.Poſſent huc adduci multò plu

res quæſtiones, de fide inſtrumentorum, ſcilicet. An publicum inſtrumentum ſemper plenam fidem faciat. An exemplum quandoque fidem faciat, & quando non. An protocollū quandoque faciat fidem, & quando non. An breuiaturæ credatur, ſi inter ipſam & inſtrumentum diuerſitas oriatur, & ſic de ſimilibus aliis multis ad hanc materiam concernētibus, ſed quia harum meminit prædictus d. Lanfrancus in.d.allegato tractatu. De inſtrumentorum fide & productione, numeris.10.11.17.18. &c. ideo breuitatis ſtudio has quæſtiones hic omittimus, & lectorem ad d. D.Lanfrancū conſulendum tranſmitto, & ad alia propero.

CAPVT CLXXV.

De Probatione per ſcripturas priuatas.

Summæ.

1 *Scriptura priuata quæ dicatur.*

2 *Scriptura priuata alia concernit* { *Commodum proprium.* / *Commodum alterius.* / *Commodum proprium, & alienum.*

Scriptura priuata {
3 *Ad proprium commodum, nihil probat.*
4 *Ad obligationem ſui, probationem efficit.*
5 *Tam pro ſe quàm pro alio, aliquando probat, aliquando non.*

6 *Libri rationarij mercatorum probationem faciunt tantum apud ſuos mercatores.*
7 *Libro mercatorum bonæ fidei creditur apud omnes.*
8 *Libri redituum.30.annorum probationem faciunt.*
9 *Scripturam ſuam qui fatetur, damnationi fit obnoxius.*
10 *Scripturam ſuam negans, de calumnia damnandus eſt.*
11 *Propria confeſſio fortior eſt citato auxilio.*

12 *Solis ſcripturis probantur* { *Compromiſſa in arbitros.* / *Commiſſiones officiariorum.* / *Priuilegia.* / *Appellationes ab interlocutoria.*

Obligatio non cauſata, apud {
13 *Priuatos efficatiæ eſt exigua.*
14 *Mercatores eſt valida, & ligat.*

15 *Exemplum obligationis non cauſatæ.*

Exceptio {
16 *Contra non cauſationem.*
17 *Contra ſchedulam in principio eſt proponenda.*
18 *Friuola, requirit nantizationem.*

19 *Scriptura priuata, epiſtola, & rationarium, probationem faciunt.*

Pri-

20 *Priuata ſcriptura eſt triplex* { *Apodyxa.* / *Rationarium.* / *Epiſtola.* } *quæ probationem efficiunt, aliquando* { *Plenam.* / *Semiplenam.* / *Nullam.* }

21 *Apodyxa quando plenam probationem faciat.*
22 *Rationarium contra ſe probationem facit.*
23 *Epiſtola contra debitorem ſcribentem probationem facit.*
24 *Scriptura negata comparationem ad aliam requirit.*
25 *Quando & in quibus literæ ſunt conferendæ.*

26 *Obligatoria ſcripta* { *Non requirunt diem & locum quantum ad ſui ſubſtantiam.*
27 *Requirunt diem & locum* { *Quantum ad prioritatem.*
28 *In legitimatione.*
29 *In efficiendis naturalibus.* } }

CApite præcedēti viſum eſt de ſcriptura publica,et inſtrumento publico,ſupereſt vt nūc de ſcripturis pri-
1 uatis quædam explicemus. Sunt itaq; priuatæ ſcripturę quas aliquis propria manu conſcripſit, aut ſubſignauit ſuo ſigno manuali conſueto,aut quas ſuo
2 ſigillo ſigillauit. Huiuſmodi autem ſcripturæ trifariam diſtinguūtur. Sūt enim harum aliæ quæ in proprium commodum ſunt conſcriptæ,hoc eſt, pro ſemetipſis , aliæ conſcriptæ ſunt pro aliis,& tertiæ tam pro ſemetipſis
3 quàm pro aliis ſunt conſcriptæ.Illa autem ſcriptura quam quis pro ſemetipſo ſcripſit,nullam in propria cauſa, & pro ſuo commodo probationem efficit,aut pro ipſo ſcribente quicquā probat , niſi ea ſcriptura corroborata eſſet cum duobus aut tribus teſtibus.
4 Sed ſcriptum illud quod quis ſcribit pro alio, hoc eſt , ad alterius commodum,& ad ſui obligationem, vel liberationem,id cōtra ſe ſcriptorem probationē efficit,ſiue id fiat, aut factum ſit ad obligandum,ſiue ad quietādum
5 aut liberandum. Ea autem ſcriptura, quam quis ſcribit, aut ſcripſit partim pro ſe,& partim pro alio, ea nonnunquam probationem efficit,et aliquando non,ſecundum qualitatem & con-
6 ditionem ſcribentis. Nam libri mercatorum rationarij , quos mercatores conſcribunt, & aſſeruant pro ſe, & pro aliis , hi probationem quidē inter mercatores faciunt , cum quibus contractant & negociantur, ſed non contra alios cum ipſis non contra-
7 ctantes. Nihilominus ſi mercator eſtimaretur honeſta perſona et verax, veraque ſcribendi aſſuetus, & perpetuo fidelis apud omnes haberetur. Quin & ſi librum & vltimam clauſulam propria manu conſcripſiſſet , aut etiam ſi ſcripſiſſet cauſam ob quam,et cur ita ſit,tunc eius libro fides adhibetur,& ipſi creditur apud omnes.
8 Redituum libri, rotulæ, chartularij, ſunt etiam priuatæ ſcripturæ,attamen quādo dominus ſuos reditꝰ ſuper illis triginta annis ſine cōtradictiōe alicuiꝰ recepit,probationem efficiunt,& au-
9 tentici habentur. Scriptura priuata admodum ſcribenti præiudicat, quia ſi ipſe ſuam ſcripturam in iudicio confiteretur , ilico eſſet condemnabilis exoluere , aut ſi contra eam aliquid dicere vellet , nantizare aut

con

cõſignare condẽnaretur ad ſummam
in.d.ſua ſcriptura priuata contentá, vt
ſtatim hoc capite infrà clarius per exẽ
10 plum demonſtrabitur. Quod ſi quis
talem ſuam ſcripturam non agnoſcen
do negaret ac inficiaretur, & poſteà
tamen veraciter cõſtaret eandem fuiſ
ſe, & eſſe ſuam, is ſtatim de iure con-
demnabilis eſſet, & de calumnia puni
bilis ad diſcretionem iudicis. Proba-
11 tiones quæ per literas fiunt (vti alias
diximus) minoris ſemper ſunt robo-
ris, quàm depoſitiones teſtium, nem-
pe quæ illas longè ſuperent. Et conſue
tudinarij in conſiſtoriis (vulgò) vier-
ſchariis, & in Curiis feudorum aſſe-
runt & ſuſtinent propriam ac iudi-
cialem confeſsionem præcedere cita-
tum auxilium, & omnibus probatio-
12 nibus eſſe validiorem. Multa tamen
ſunt, quæ aliter probari nequeũt, quá
per literas, ſicuti compromiſſa in arbi
tros, commiſsiones officiariorum, a-
ctitata, priuilegia, appellationes ab in
terlocutoriis, & plura alia iſtiuſmodi.
13 Priuatæ ſcripturæ, apochæ ſiue chiro-
grapha, quæ obligationem ſine cauſa
continẽt, de iure ſunt aut nullius mo-
menti, aut certè efficaciæ perquam e-
xiguæ, ideoque non obligant, iuxta
vulgatiſsimum ac tritiſsimum .c. Si
cautio. extra. de fid. inſtru. cum ſimili-
bus iuribus. Intelliguntur autem ſcri-
pta obligatoria, aut obligationes non
eſſe cauſatæ, vel eſſe ſine cauſa, quãdo
obligationis cauſa in eis non exprimi
tur, ſcilicet, an ſint ex mutuo, aut ex
vini, aut alterius mercis emptione, aut
14 ex aliis cauſis ſimilibus. Quod tamen
ſanè intelligendum (opinor) ſcilicet,
niſi ſtatutum, aut loci conſuetudo ali
ter diſponeret & ordinaret, vti Bru-
gis, Antwerpiæ, ac in aliis Ciuitatib⁹,
in quibus frequentes mercatores ne-
gotiantur. In his enim ſtatutum & or
dinatum eſt, quod ſuper priuata ſcri-
ptura, apocha, chirographo, ſiue obli-
gatione etiam non cauſata, nec vllam
obligationis cauſam continente, red-
15 datur ius. Exempli gratia. Sit Petrus
Bauerius mercator, qui aut Brugis, aut
Antwerpiæ habeat priuatam ſcriptu-
ram, apocham, chirographũ, ſiue obli
gationem à Ioanne Nigro, continen-
tem quod hic Ioannes Niger ipſi Pe-
tro Bauerio debeat, & obligatus ſit
ad ſummã mille librarum groſſorum
monetæ Flandriæ, ſine ampliori cau-
ſatione vel ſpecificatione cauſarum,
vnde tale debitum ortum eſſet, certè
talis obligatio quantumuis ſimplex,
16 & nõ cauſata in d. loco valet. Ideoq;
non eſſet audiendus debitor obliga-
tus ſi in iudicium vocatus, ad ſuum
confitendum aut negandum chiro-
graphum, hanc exceptionem contra
talem obligatoriam ſchedulam pro-
poneret, & obtenderet, dicẽdo quod
cauſam nullam contineret, quodque
ob id de iure huiuſmodi obligatio eſ-
ſet inualida, & nulla, iuxta dictum tri
tiſsimum. c. Si cautio, quodq; præte-
reà creditor actor veniat declarandus
non receptibilis, virtute, ſcilicet, illius
ſcripturæ, apochæ, chirographi, aut ob
ligationis non cauſatę. In hac inquam
exceptione non eſſet debitor Ioannes
Niger audiendus, ſed ilico eſſet cogen
dus ad confitendam aut negandam
ſuam ſcripturam, chirographum, ob-
ligationem, aut ſignaturam. Si eá con
fiteatur, & nihil aliud dicat, aut dicere
ſciat quàm dictę cauſationis omiſsio-
nem, nullaſque exceptiones alias alle-
gare poſsit, contra talem ſchedulám
obligatoriam, tunc actor petet vt reus
confitens condemnetur, ad eam ſum-
mam ipſi exoluendã, in chirographo,
apocha,

apocha, & ſcriptura, expræſſam. Et tunc ſtatim iuxta ſuam confeſsionem in iudicio à iudice ad perſolutionem eiuſdem ſummæ condemnatur ſine vlla conſyderatione an debiti cauſa in literis ſit expræſſa, an non expræſſa.
17 Porrò ſi reus vellet dictam exceptionem, aut quamuis aliam contra ſuam ſchedulam, aut etiam contra totam actoris petitionem opponere id ipſi licet, ſcilicet vt vel in principio eã proponat, ſi modo eam in promptis habeat, ſin minus, petet à iudice diem ad exceptionem ſuam proponendã, quẽ diem Iudex ipſi non negabit, ſed ipſi ad hoc cõmuniter trium dierum tempus aſsignabit, aut aliud vel breuius, vel longius, pro ſua prudentia, & ſecũdum rei ac negotij exigentiam. Et ſi tunc reus intra id tempus conſtitutũ ſuam exceptionem non protulerit, is haud dubie ad ſummam in chirographo, ſiue ſcriptura contentam exoluẽdam condemnabitur, ſimul cum expenſis.
18 Aut ſi reus aliquam exceptionem proponat non releuantem, inanem, & friuolã, ipſe nihilominus per iudicem ſemper condemnabitur ad conſignationem (vulgò) namptizationem, & expenſæ reſeruabuntur vſq; ad definitiuam. Et poſtea, ſcilicet conſignatione aut namptizatione facta ac furnita, procedere & litigare reo licebit, quandiu ipſi placuerit, ac ſibi vtile videbitur, etiam vſque ad ſententiã definitiuam incluſiuè. Et actor interim eam pecuniæ conſignationem cũ debita cautiõe præſtita leuabit. Quod quidem ſtatutum ab hinc multis ſeculis Brugis, & poſtea Antuerpiæ publicatum, & in fauorem mercatorum in hunc vſque diem firmiter, & conſtanter obſeruatum eſt.
19 Priuata itaq; ſcriptura omnis, quam quis propria manu conſcripſit aut ſubſignauit, præcipuè cauſata. Item, & epiſtolæ (quas miſsiuas vocamus) & item proprij libri rationarij, fidem & probationem in iudicio faciunt, ſicuti videre licebit apud Panormitã. in c. Secundò, extra de fid. inſtru. vbi reliqua, & ampliora de iſtarum probationibus explicantur, cum varis diſtinctionibus. Huiuſmodi quoque diſtinctiones ponit D. Lanfrancus ab Ariadno in d. ſuo tractatu. de fide inſtr. vbi ait ſcripturam
20 priuatam eſſe triplicem. Prima vocatur apodyxa, id eſt, euidens probatio, quæ datur à parte parti. Secunda ſcriptura habetur liber rationarius. Tertia, eſt epiſtola abſentis ad abſentem, de qua ſuprà. De quibus omnibus, & ſingulis hic explicãdum eſt. Et primò
21 De apodyxa. Quærit itaque D. Lanfrancus: An Apodyxa faciat plenam probationem. Reſpondit diſtinctè ſic. Aut debitor eam confitetur ſua manu fuiſſe ſcriptam, & tunc ea plenam facit probationem, aut eam negat ſua manu fuiſſet ſcriptã, & ſimul negat contenta in ea. Et hic opus eſt diſtinctione, nam talis ſcriptura aut habet ſubſcriptionem partis aut partium, aut certè ſimul cum ſubſcriptione rei, habet ſubſcriptionem trium teſtium, qui certò cognoſcunt, & teſtantur eam ſcripturam aut ſubſcriptionẽ eſſe rei, aut certè nullius teſtis ſubſcriptionem habet, ſed tamen debitoris rei ſubſcriptioni interfuerunt, aut ipſum talem ſchedulam ſcribentem, aut ipſi ſubſcribentem viderunt, & tunc talis apodyxa, aut euidens probatio certò probat, vt in Autentica. Si quis. C. Qui potio. in pig. hab. Aut talis ſcriptura habet ſolam ſubſcriptionem teſtium, qui debitoris nomine ſubſcripſerunt, vel qui debitori ſubſcribenti

adfue-

adfuerunt, hi ſi tres fuiſſent ſemiplenã probationem ſimul cum aliarum literarum exhibitione & collatione faceret, vt in Autentica. Et ſi contractus C. de fid. inſtru. Aut talis ſcriptura nullam teſtium ſubſcriptionẽ habet, nec ad eam poteſt fieri vlla alterius ipſius ſcripturæ comparatio ſeu collatio, nec aliqui teſtes interfuerũt qui vidiſſent eam apodixam per debitorem ſcribi aut ſubſcribi, & tunc ea nullam facit probationem, ſed tantùm qualecunque iudicium ex iis colligere licebit, ita ſuſtinet. Bald. in. l. Nuda. ff. de donat. & in. l. Admonendi. ff. de iureiurã. Et Iaſon Maynus in ſua aurea repetitione. d. l. Admonendi. ff. de iureiurã. in colũna .75. cum .7. ſeq. vbi ſummariè & notabiliter tractat apodixæ
22 priuatæ materiam. De ſecunda ſcriptura, ſcilicet, de libro rationum, dicit. Aut liber conficitur per debitorem ſcribentem, & tunc facit contra ſe plenam probationem, pro ſe autem nihil probat. gloſ. eſt in. l. Quædam, in .§. nummularios. ff. de edend. & facit textus in. l. Exemplo & in. l. Rationes. C. de probat. & in. l. Cum de indebito. §. Finali. ff. de probat. Sed hoc poſterius fallit in his quæ dependent à libera ſcribentis voluntate, quia tunc pro ſe etiam fidem faciũt, vt in. l. Neſennius Apollinarius. ff. de nego. geſ. Exemplum poteſt poni in proteſtatione, quæ dependet à pura & libera proteſtantis voluntate. Item, Confirmat hoc per ſcripturam pro ſe, quæ fit in hæreditatis aditiõe. Reliqua autem quæ huic materiæ quã aptiſsime congruunt, quæque ponit Ang. in. d. l. Quædam. in. §. nummularios. ff. de edend. prolixitatis vitandæ gratia hic omittim⁹, & eõdem curioſum lecto-
23 rem remittimus. De tertiò autem ſcripturæ genere, nẽpe de epiſtola, quam abſens ſcribit abſenti, hoc notãdum eſt, quod ea, aut à debitore, aut ab alio conſcripta fuerit. Si ea ſcripturæ epiſtola per debitorem eſſet confecta, pleniſsime probaret. Si verò per debitorem non eſſet conſcripta, ſed per aliquem alium, qui eam epiſtolam debitoris nomine conſcripſiſſet, & nihilo minus haberet ipſius debitoris qualecunque ſubſcriptum ſignũ, aut ipſius ſcriptoris ſignum, debitoris nomine & requiſitione poſitum, ea epiſtola ita conſcripta, & ſubſignata, verã probationem efficeret, vt in. l. Si contra per calumniam. C. de epiſco. & cleri. Nam ſignum multum operatur ad faciendam ſcripturam eſſe indubitatam teſte Baldo ita notante, in. l. In bonæ
24 fidei. C. de reb. cred. Porrò ſi ea epiſtola nullo ſigillo obſignata fuiſſet, nec munita chirographo, eamq; debitor negaret ſua manu fuiſſe ſcriptam, aut à ſe miſſam, tũc ad literarum comparationes confugiendum eſt, quæ quidem cõparatio ſi cõformis reperiatur plenã efficit probationẽ, ſecũdũ Bart. in. d. l. admonẽdi. ex in. d. l. Nuda. Cæterũ quia hic de literarum cõparatiõe quædã attigimus, nõ abſurdum eſſet,
25 & hic ſubiungere paucula, quomodo & quando, & in quibus ſcripturis literarum comparatio fieri debeat, ſed tempus, & publica negotia nos aliò vocant, ideoque candidum lectorem remittimus ad D. Alex. de Imo. in ſuis conſiliis, conſilio .76. per totum. maxime in .2. & .3. columnis, in .3. parte, & in conſilio .84. in .1. colum. in .3. parte, & in conſil. 122. eadem parte, & qualiter probetur per teſtes, quem ſcripſiſſe talem ſcripturam, videte per eundem in. d. conſilio .74. in .2. columna, et plenè Felinus. in. c. 2. in .1. columna. in verbo.

verbo.7.declaratio.ext.de fid. inſtru. Vbi plenè,an & quando literarũ comparatio locum habeat,&.d. Lanfrancus,in.d.ſuo tractatu,de inſtru.fid.& productione, folio in libro meo.212.
26 numero.59.&.60.Item, de ſcripturis priuatis hoc quærẽdum eſt. An ne requiratur in ſcripturis priuatis, vt in iis notentur,dies,& locus,quando,& vbi ſcriptæ fuerint, ad quod reſpondendum eſt paucis,& dicẽdum,quod quatenus cõcernitur contractus ſubſtantia,hactenus non requiritur dies neque locus,& hoc pacto intelligitur l.Cum tabernã.§.Idem quæſiit.ff. de pignorib.Ita intelligit Cynus illũ textum.in.l.Optimam.C.de cõtrahen. ſtipula.Neque etiam ad debiti probationem,vllus requiritur dies aut locus vt in.l.Publia.in fine.ff.depo.Verum
27 ad temporis prioritatem aut poſterioritatem probandam, omnino requiritur diei expreſsio,quia ſine ea expreſſione certitudo temporis haberi, & conſtare non poterit. Et iſta eſt diſtinctio notabilis Angeli.in.§.Si quis. in Auten.de inſtrument. vbi ſubiicit ca-
28 ſum eſſe ſingularem in quo dies & locus de ſcripturæ priuatæ ſunt ſubſtantia,ſcilicet,in filiorum naturalium legitimatione.Ideoque in huius legitimationis ſcriptura priuata dies & locus requiruntut.Item, ibidem allegat alium caſum,in.l. Quantum verò, in
29 Auten.Quib.mod.natura.effic. legit. Vide quoque de his D.Alex.de Imol. in ſuis conſiliis,conſilio.70. in.5. colum.in.1.parte,& in conſilio.15. in.3. colum.in.3.parte,& in conſilio.76.in 4. colum.eadem parte, & in conſilio 179.in.2.parte,& in conſilio.132.in.2. colum.in.4.parte.


SCABINI.
SCRIBA.

CAPVT CLXXVI.

De literarum Productionibus.

Summæ.

1 *Probationum literæ exhibendæ ſunt teſte præſente.*
2 *Copia literarum exhibitarum permittenda eſt partibus.*
3 *Copia extractæ clauſulæ, cum inſpectione totius originalis, parti permittenda eſt.*
4 *Copia clauſulæ teſtamenti, cum inſpectione totius teſtamenti permittenda eſt parti.*
5 *Graphiarius copiam parti denegans, per literas compulſorias compellendus eſt.*
6 *Literas originales ſemel exhibitas productor recipere poteſt.*

7 *Literas falſas exhibens* { *A ſe non ſcriptas, punitur de falſo.*
8 { *A ſe ſcriptas, vel curatas, punitur acrius.*

Diximus literas, & priuatas ſcripturas, & publicas, in iudiciis magnã vim habere probandi: Sed ex literæ non ſimpliciter, ſed competenter ſunt exhibendæ. Nam huiuſmodi literæ quas ad probationes exhibere cupimus, tantum exhibendæ ſunt in iudicio coram parte citata, & præſente, aut ſaltem vocata, & contumace effecta & declarata. Et in huiuſmodi literarum productionibus, pars (ſi prius adſit, vel per procuratorem) requiret originalis ſcripturæ exhibitæ copiam, quæ ipſi denegari non poteſt: Nam ex iis cognoſcere debet, quid cõtineant, an contenta vera ſint, an vitia, an falſa contineant, & vt ex his perſpectis, & cognitis, videat quid reſpõdere velit. Ideoque pars etiam debet habere copiam integram literarũ exhibitarum, ſed cum ſuis expenſis, potiſſimũ quando producens eas, totas & integras producit. Quod addidi non temerè, quia quando pars ipſa non plus producit, quàm vnicum extractum, hoc eſt, vnicam dũtaxat clauſulam ex ipſis literis originalibus, eo caſu pars aduerſa tantùm habere debet literarum & ſigillorum inſpectionem, ſimul & lecturam, & illius extractus exhibiti copiam, & non plura. Sic in materiis teſtamentorum, ſufficit producere donationis aut legati competentem articulum, aut articulos, & non eſt neceſſe totum, & integrum producere teſtamentum, aut codicillum. Attamen ſi pars aduerſa deſideret & velit integrũ videre teſtamentum aut codicillum, debet ei oſtendi, & integra lectura de illo dari & concedi, verum copia totius teſtamenti non pariter ipſi tradenda erit. Quando autem Iuſtitiarij, Graphiarij, clerici, aut ſimiles recuſant teſtamentorum, aut originalium oſtendere copiam: aut ſua protocolla, aut regiſtra, vt extractus, aut copias ex illis excipiant, tunc compellendi ſunt ad hoc faciendum per literas compulſoriales, quia omnia acta ſunt & debent eſſe cõmunia vtrique partium, ita vt neutri earum denegãda ſit copia. Poſtquam itaque literarum ori-

originalium productio in iudicio ſemel facta eſt, poterit tunc is productor eaſdem literas originales iterum ad ſe repoſcere, recipere, ſibique reſeruare, in proceſſu verò copiam dumtaxat autenticam, & debitè collationatam, & ſignatam per commiſſarium, in præſentia partis aduerſæ (vt decet) relinquere tenebitur. Porrò ſi contin-
7 gat vt aliquis in ſuis productionibus, ſeſe iuuare vellet falſis inſtrumentis, aut aliis falſis ſcripturis, apochis, chirographis, ſiue obligationibus, quas ipſemet non confeciſſet, nec ſubſignaſſet, is punitur pœna falſi, potiſsimum ſi conſcius eſſet eas literas fuiſſe adulterinas, & falſas. Sed non tam acriter, neque tam rigoroſè, quàm ſi ipſemet eas confeciſſet & adulteraſſet. Attamen præter hanc punitionem, etiam ſuam cauſam amittit, ſiue in ſua cauſa
8 ſuccumbit. Verùm ſi eas falſas literas ſtudio & calumnioſè productor ipſemet, vel conficta manu conſcripſiſſet, vel ſubſignaſſet, vel per aliquem ignotum fraudulenter conſcribi, ac ſubſignari curaſſet, is profectò rigoroſius puniendus eſſet de crimine falſi.

CAPVT CLXXVII.

De Probatione per euidentiam facti & per aſpectum.

Summæ.

1 *In Notoriis, iuris ordo ad probationem non requiritur.*
2 *Crimen iudici Notorium accuſatione læſi non indiget.*
3 *Crimina*
4 *Ciuilia* } *per aſpectum iudici innoteſcunt.*

Contingit aliquando, vt factum tam ſit euidens, ac manifeſtum, vt apud iudicē non ſit opus vlla probatione, nempe quādo iudex ipſemet ſuis propriis oculis factū vidit & conſpexit, tunc enim ipſi cauſa fit planè
1 euidens & notoria, ita vt non requirat ad notitiam rei aliā probationem c. Euidentia. ext. de accuſat. Sic quo-
2 que euidentia patrati ſceleris non indiget apud iudicem clamore accuſatoris, ſed ſuper notorio is iudex procedere poterit, nemine accuſante c. Ad noſtram. 3. ext. de iureiuran. & l.
3 Prima. ff. de vent. inſpicien. Et ſicut hæc notitia certa contingit per aſpectum in crimine, ita & certa cognoſcitur per aſpectum in ciuilibus. Nam ſicut atrox, aut leuis iniuria fit manifeſta, & certa per iudicis præſentiam, & conſpectum, ita vt alia teſtium probatione non indigeat. Et ſicut læſio grauis, aut leuis per aliquem facta in ſuo corpore certior & euidentior fit per
4 vulneris inſpectionem, ita etiam per inſpectionem perſonæ, ſenectꝰ ipſius, iuuentus, imbecillitas ſeu infirmitas iudici certò conſtat & patet, ita vt ad earum rerum notitiam ampliori probatione non indigeat. Atque ita cenſen-

ſendum eſt de omnibus aliis, quæ iudici per proprium aſpectum certò innoteſcunt, & de quibus ob id ampliorem probationem non requirit, qualia etiam ſunt differētiæ limitum, qui terminantur & deciduntur per ſolam loci inſpectionem. Item & huiuſmodi ſunt literæ, chirographa, ſepulchra, epithaphia, & reliqua omnia per iudicis conſpectionem nota, & certificata.

CAPVT CLXXVIII.

De Probatione per Præſumptionem.

Summæ.

1 *Præſumptio aliquando probationem facit.*
2 *Præſumptio quid ſit.*
3 *Præſumptio quid ſit, ſecundum Goff.*
4 *Exemplum præſumptionis boni pueri, bonique viri futuri.*

5 *Præſumptionum alia eſt* { *Temeraria.* / *Probabilis.* / *Vehemens.* / *Neceſſaria.* }

6 *Præſumptio temeraria quæ ſit.*
7 *Non eſt ſuſpitioſa Chriſtiana charitas.*
8 *Exempla præſumptionis temerariæ.*
9 *Præſumptio probabilis quæ ſit.*
10 *Exempla præſumptionis probabilis.*
11 *Præſumptio probabilis ſemiplenam probationem efficit.*
12 *Præſumptio violenta quæ ſit.*
13 *Exemplum præſumptionis violentæ.*

Præſumitur violentē {
14 *Ex cohabitatione cum ſuſpecta.*
15 *Ex laſciuis colloquiis, & moribus.*
16 *De ignorantia, quando de ſcientia non conſtat.*
17 *Maritum viuere, ſi de morte non conſtet.*
18 *Obligationem eſſe factam cum conſenſu, donec conſtet contrarium.*
19 *Aliquis eſſe bonus, donec conſtet de malo.*
20 *Aliquis bonus, ex bonis procreatus.*
Aliquis malus {
21 *Qui ſemel fuit malus.*
22 *Qui cum malis conuerſatur.*
23 *Qui arma geſtat probibita.* }
24 *Maſculum puerum natum, ante puellam.* }

25 *Infantem extinctum ante matrem in naufragio.*
26 *De fraudulentia, quando aliquis ſua vendit ſine neceſſitate.*
27 *Vicinum ſcire facultatem ſui conuicini.*
28 *Vxorem ſcire facta mariti.*
29 *Mulierem eſſe vxorem eius cui cohabitat.*
30 *Aliquem eſſe idoneum, donec conſtet de contrario.*
31 *Præſumitur violentè* { *Vxorem obijſſe ante maritum, donec conſtet de contrario.*
32 *Aliquis ſemper furioſus, qui ſemel furioſus.*
33 *Mulierem ex alio concepiſſe, quæ poſt mortem mariti peperit menſe vndecimo.*
34 *Aliquis eſſe falſarius, qui falſis inſtrumentis ſemel eſt vſus.*
35 *Titulus bonus, niſi conſtet de contrario.*

36 *Præſumptio violenta iudicem inflectit plurimum.*
37 *Præſumptio iuris, vel neceſſaria, quæ ſit.*

38 *Eſſe matrimonium in verbis de futuro ſequente copula.*
39 *Sponſum conſenſiſſe in conditionale matrimonium, ſequente copula.*
40 *In matrimonium conſenſiſſe, quando cohabitat.*
41 *Ius præſumit* { *Præſbyterum eſſe fornicatorem, ſi cum ſuſpecta cohabitet.*
42 *Proles eſſe viri & mulieris, quibus cohabitant.*
43 *Eum eſſe hæreticum, qui hæreſes ſpirat, &c.*
44 *Voluntariè profeſſum, donec conſtet de contrario.*

45 *Præſumptio quintuplex, in l. Is qui fidem.*
46 *Præſumptionibus non eſt iudici nimium innitendum.*

47 *Præſumptio alia eſt* { *Cui ſimpliciter inſiſtitur.* / *Cui inſiſtitur, donec probetur contrarium.* / *Cui nullo modo inſiſti poteſt.*

QVoniam in ſuperiorib⁹ capitibus breuiter perſtrinximus de veris & plenis probationibus, quæ per te-
1 ſtes & per inſtrumenta fieri monſtrauimus, ſupereſt vt & paucula de præſumptione dicamus, quæ aliquando plenam, & aliquando ſemiplenam probationem efficit. Hæc vt clariora
2 euadant, prius ſtatuenda eſt præſumptionis definitio, & commonſtrandũ vnde oriatur præſumptio, de qua loquimur, & quot ipſius ſint ſpecies. Præſumptio igitur eſt qualecunque argumentum & iudicium ad credendum aliquid ex probatione alterius, fidem, vel fidei opinionem præbens. Exempli gratia. Ex cohabitatiõe perſonarum ſuſpectarum, præſumitur carnale commercium. c. literis. ext. de præſum. Verum hæc præſumptio ad id probandũ parum eſt efficax, & in-
3 certa ſuſpitio potius vocanda. Ideoq; à Goffredo definitur generaliter ad hunc modum. Præſumptio eſt alicuius facti dubij, ex quodã iudicio, aut plena, aut ſemiplena probatio. Vel eſt modus quo ex circũſtantiis colligitur vel appræhenditur veritas, hæc aũt appræhenſio aliquãdo certa, aliquando eſt incerta, ideoq; etiã certã, aliquãdo incer-

incertam probationem facit. Exempliũ ſumere licet, ex .c. Ex ſtudiis. ext. de præſumpt. Vbi notatur exemplum
4 præſumptionis de bono puero, qui futurus eſt vir bonus, ad hunc modum. Iſte puer libenter ſacras conciones audit, ſtudioſus eſt ſacræ lectionis, parentibus eſt obediẽs, omnibus facilis, comis, moriger, nulli rebellis, nõ procax, non pertinax, doctis, bonis, ac ſapientibus libenter ſe adiungit, malorum conſortia, vt peſtem fugit, omne ludorum genus aſpernatur, & omnia virtutum, bonorumq; morum exempla ſectatur, igitur ex his ſignis, & indiciis certò colligitur, & præſumitur, quod ſit puer natura bonus, quodque pariter futurus ſit vir bonus. Verùm non omnes præſumptiones tam ſunt certę & euidentes, qualis eſt iſthæc.
5 Quocirca notandum eſt, quod præſumptionis quatuor ſint ſpecies. Eſt enim præſumptio alia temeraria, alia probabilis, alia violenta, & alia neceſſaria, de quibus ex ordine dicemus.
6 Temeraria itaque ſiue leuis præſumptio eſt, quæ conſurgit ex leuibus cauſis, ſcilicet, ex malis, aut ex leuibus hominibus, aut alioqui ex puerilibus, aut aliis leuibus cauſis: veluti ſi aliquis ſemel, aut iterum cum aliqua muliere conuerſari viſus fuiſſet, atque ex hoc aliquis ſiniſtram ſuſpitionem, ac leuem præſumptionem mali conciperet, temeraria eſſet hæc præſumptio, & indigna, dubium enim eſt, quo animo, & ob quam cauſam cum ea conuerſatus ſit. Ideoque in dubiis, pius animus ſemper piè ſentit, & opinatur, iuxta illud Pauli .1. Cor.13.
7 Chriſtiana charitas, benigna eſt, non æmulatur, non cogitat malum, &c. Ideoque dubia quæuis in meliorem partem ſemper interpretanda ſunt. c. Secundò, extra. de regul. iur. cum multis aliis ſimilibus, quæ in omnibus dubiis æquam interpretationem
8 habendam eſſe cenſent, adeò vt ſi quis videat pręsbyterum amplexantẽ mulierculam, præſumendum eſſe cenſent quod id virtutis, & alicuius boni cauſa fecerit, ſcilicet, vt ipſi benedictionẽ impartiat, aut vt ipſam ad reſipiſcentiam per oſculum virtutis adhortetur c. Abſit .11. q. 3. & .c. In ſcripturis, 96. diſtinct. Verùm, vt nunc ſunt huius ſæculi mores (teſte D. Alciato in ſuo iudiciarij proceſſus compendio, titulo, de præſumptione) non tantum fidei hodie tribuitur præsbyteris, & ea excuſatio calua notatur, vt quæ non rarò fallat. Accipe & alia temerariæ præſumptionis exempla: Si quis videat iuuenem & puellam vſpiam ſimul colloquentes, & colludentes temerè præſumet ſi ob id de ſtupro, aut illicito ſuſpitionem habeat. Aut ſi videat egregiam ac formoſam mulierem præter ſolitum incedere in veſtitu honoratiori, ac ſplendidiori, ac ſolitò cultiorem eſſe, & ornatiorem, aut anulis, aut gemmis, aut catenulis aureis, ac ſimilibus, atque ex eo colligat aut pręſumat quod ea ſibi comparauerit aut furto, aut cõcubitu, aut alio ſimili turpi quæſtu, certè temeraria erit huiuſmodi & præſumptio, & indebita ſuſpitio, nimiſque leuis & inualida, ideoque & à iure repellitur, veluti quæ animum iudicantis promouere non debeat .c. Primum .2. q. 1. & .c. licet Heli. ext. de ſymonia. Nam iſtas omnes, & ſimiles temerarias, leues, ac friuolas præſumptiones prudens iudex negli-
9 git, & explodit. Probabilis autem ſiue vniuerſalis præſumptio, dicitur illa quæ eſt iudicis, & quam iudex

10 ex indiciis colligit. Hæc autem ſur-
git multis ex cauſis & ſuſpitionibus
ipſiſque ſtandum eſt, donec contra-
rium probetur, vt quando reus, poſt
peremptorias exceptiones, proponit
dilatorias, iudex præſumit, quod id
faciat ad calumniandum, et ad partem
aduerſam vexandam & moleſtãdam.
Item, Si res iſthæc aliquãdo fuerit pa-
tris, præſumitur nũc eſſe hæredis. Vel
contrario modo. Iſte Petrus nunc poſ-
ſidet hanc rem, quæ prius fuit Ioãnis,
ergo Petrus præſumitur eſſe aut filius
aut hæres Ioannis. Et hęc probatio,
aut probationem contrarij, ſemiple-
11 nam probationem facit. Præterea in-
ducit etiam purgationem, maximè fa
ma crebreſcente, vt.c. Si quis de gra-
du.ex.de purga.cano. Vide latiùs Spe
12 culatorem. Violenta præſumptio eſt,
q̃ ſurgit ex veriſimili & efficaci proba
tione. Ideoque vocatur hæc præſum-
ptio iuris, nempe quod ius ex violen-
13 ta præſumptione præſumit rem ita eſ-
ſe, veluti ſi apparet chirographum eſſe
cancellatum, aut tranſcriptione pęnę
eſſe viciatum, præſumit debitorem li-
14 beratum eſſe. l. Si chirographum. ff. de
probat. Item violentè præſumitur
quod aliquis cognouerit vxorem vel
ſuam, vel alterius, ſi cum ea diu habi-
tauit, etiam ſi nullus eorum concubi
tum vidiſſet, nec vllæ conſequerẽtur
proles. Item vehemens, & violen-
ta eſt præſumptio, ſi quis inuentus ſit
nudus cum nuda, & ſolus cum ſola
in lecto vno concumbens, violentè
enim tunc præſumitur facta fornica-
tio, vel adulterium & cæt. c. literis.
15 extra. de præſumpt. Item. Si quis
ter aliquem monuiſſet ne cum vxore
ſua loqueretur, & poſtea eundem
iterum inueniret ipſum cum ipſa lo-
quentem, violenta eſt ſuſpitio mali,

adeò vt ex hac poſsit ipſum Iudici
tradere puniendum. In Autentico.
vt lic. mat. vel auiæ. §. his quoque
colla.8. Facit ad hũc. §. c. Si quiſquam
ext. de cohibit. cleri. & mulier. vbi
tractatur latè, de hac materia ſuſpitio
nis. Et Autentica. Si quis ei. C. ad. l.
16 Iul. de adulter. Sic ius ſemper præſu-
mit ignorantiam, vbi de ſcientia non
conſtat, & is ſemper ignorare pręſu-
mitur, qui de ſua ſcientia probare
non poteſt. l. Verus. ff. de probat. &
17 §. Quod autem inſtitu. de lega. Item,
Ius præſumit maritum alicuius viue-
re, donec de ipſius conſtiterit morte,
etiam in dubio, idq́; vſque ad centum
annos. l. Finali. C. de ſacroſanct. eccle.
18 Item, Ius præſumit obligationem ali-
quam factam eſſe cum conſenſu & li
bera voluntate, niſi de coactione &
19 violentia illata conſtiterit. Item.
Quilibet de iure præſumitur bonus,
& legalis, niſi cõſtet de ipſius malitia,
aut malus eſſe probetur. Guido papę
in ſuo tractatu de præſumptio. num.
37. Et Laurentius de Rodulphis in
20 ſuo tractatu de vſur. num. 4. Præ-
ſumitur etiam bonus, qui natus eſt
ex parentibus bonis. l. Si ſeruus com
munis. §. Qui mancipia. ff. de ædil.
21 ædict. Item, Ius præſumit eum ſem-
per malum, qui ſemel fuit malus in
eodem genere mali ac delicti. c. Se-
mel malus. de regul. iur. lib. 6. iun-
cta ibi gloſſa. in verbo. Semel malus
vbi huius exempla varia ponuntur,
& l. Si cui. §. hiſdem. ff. de accuſat.
& plenè de hoc per Barto. in. l. Non
ſolum. §. Si plures. ff. de no. oper.
nunciat. & in. c. Scribat. extra. de
22 præſumptio. Item, Qui cum malis
conuerſatur, malus eſſe præſumi-
tur, ſufficit enim quod aliquis ma-
lus eſſe præſumatur, & vt ſuſpectus
repel-

repellatur, ſi cum malis conuerſari probetur .l. Si plures .§. Si pares .ff. de adminiſtrat. tutor. Item, Ille qui
23 geſtat ſuſpecta arma, præſumitur habere malum animum, vt notat Bald. in feudis. in titu. de pace tenend. & eius violatorib. in .§. Si quis ruſticus, & ibi vide textum, qui prohibentur portare arma: & qua pœna puniantur, de hac materia portatus armorum, & qua pœna puniantur, vide quæ pleuè dixit & conſcripſit Dominus Guido Papæ in deci. curiæ Parlamenti .q. CCCC.
24 XXIIII. Item, Quando duæ proles, maſculus & fœmella ſimul naſcuntur, ius præſumit, quod maſculus primo natus ſit, niſi contrarium conſtet. Vel ſic: Si in vtero matris ſimul naſcantur, maſculus & fœmina, nec apparet vter prior natus fuerit, preſumitur maſculus primo natus.l. Si fuerit.§. Finali .ff. de rebus dub. Huius ratio eſt, quod maſculus natura fortior eſſe præſumitur.
25 Item, In naufragio matris cum infante, præſumitur infans prius fuiſſe mortuus .l. Inter ſocerum. ad principium .ff. de pact. dotalibus, &.l. Si mulier .ff. de rebus dub. Vbi textus. Si mulier cum filio impubere naufragio periit, filius prior ſubmerſus eſſe creditur, propter ipſius ætatem imbecilliorem. Nam ſi filius ad pubertatem vſque adoleuiſſet, & ſic vnà cum matre ſubmerſus fuiſſet, preſumeretur tunc matrem prius fuiſſe mortuam, quod tunc filius adultus fortior habeatur .l. Cum pubere .ff. de rebus dub. Diſtinctio hæc eadem etiam ſeruanda eſt in patre & filio ſimul mortuis .l. Qui duos .§. Cum in bello. & .§. Si Lucius .ff. de rebus dub. Sed ſi pater & filius ambo ſint viribus pares, etiam ambo pariter mortui eſſe præſumuntur, l. Si hi qui inuicem .ff. de donat. cau. mort. Ita decidit gloſſa. in verbo infantem. in .d. l. Inter ſocerum. ff. de
26 pact. dota. Item, Quando aliquis debitor donat aut vendit omnia ſua bona, abſque neceſſitate, aut coactione, ius præſumit quod hoc ad ſuos creditores fraudandos faciat .l. Omnes .§. Lucius. & .§. Qui omnia
27 ff. Quæ in fraud. credit. Item, Vicini præſumuntur ſcire facultatem, ſecreta, facta, & vitam alterius vicini .c. Quoſdam, & ibi per Doct. extra. de præſumpt. & .l. Si vicinis C. de nupt. & .c. Paratus. verſicul.
28 Principi. 23. q. 1. Item, Vxor præſumitur ſcire facta mariti. Et ſimiliter conſanguinei præſumuntur noſſe facta ſibi coniunctorum, vt dicit Andr. de Yſernia in libr. feudorum, in titul. de natur. ſucceſſ. feudo.
29 circa finem. Item, Apud ignotos mulier præſumitur eſſe vxor, quæ tanquam vxor tractatur, hoc eſt, ſi quis habet mulierem in domo, & eam alat & tractet, non ſecus quàm ſi vera vxor eſſet, ea certè etiam præſuménda eſt eſſe ipſius vxor, vt pro-
30 batur in .c. Illud. ext. de præſum. Item, Quilibet preſumitur idoneus, niſi de inidonietate mōſtretur .c. Finali. ext. de preſum. Sic preſumitur aliquis eſſe dignus, niſi probetur eſſe indignus .l. Seruus .ff. de manu. teſta.
31 Item, Præſumitur vxor prior obiiſſe mortem ante maritum, quãdo eſt dubium vter prior deceſſit, per gloſſam in .l. Si poſſeſſor .ff. de religio. & ſumptibus funer. Itẽ, Aliquis præſumitur maior, niſi minor probetur, not. gloſſa. in .c. In præſentia. extra. de pro-
32 bat. Itẽ, Præſumitur aliquis perpetuò

furioſus, qui furioſus fuit, vt proba-
tur .l. Ambiguitatis .C. de vſufruct.
33 Præſumitur mulier ex alio concepiſ-
ſe, quę poſt mortem mariti per vnde-
cim menſes peperit, vt in Autentico.
de reſtitut. & ea quæ parit. §. Mulier
& videtur probari in .l. Gallus, in
34 primo .ff. de liber. & poſthu. Aliquis
falſarius eſſe præſumitur, qui ſemel
ſcriptura ſuſpecta in iudicio vſus eſt,
35 l. Iubemus .C. de probat. Ex titulo
putatiuo præſumitur bona fides, niſi
aliqua alia præſumptio in contrarium
appareat. In .l. Penultima. C. de præ-
ſcript. long. temporis & ponit D. Ioã.
à Graſsis in .c. Si diligenti. ext. de præ
ſcript. Et non præſumitur bona fides,
niſi ea in iudicio allegetur per partem
vti notatur in. §. Aliæ. inſtit. de actio.
Quia probatio bonæ fidei eſt facti &
animi, ideo debet allegari antequam
præſumptio haberi poſsit, ſecundum
Bald. in feudis, in titũ. Si de feud. con
tro. fuer. In .c. Si quis per XXX. Item,
Ius præſumit vbique bonam fidem,
niſi conſtet de contrario, & ſic dein-
36 ceps. Hæc itaque violenta præſump-
tio, in enarratis caſibus iudicem per-
mouere poteſt, & inflectere, vt ex iis
conſideratis ad liberandũ, ad condem
nandum, & ad æqua pronunciandum
inclinetur. c. Dixit Dominus .32. q. 1.
& .l. Filium .ff. de his qui ſui vel alie
iur. ſunt .& c. literis. extra. de præ-
ſumpt. niſi probetur contrarium.
37 Quartam præſumptionis ſpeciem di-
ximus eſſe præſumptionem neceſſa-
riam, quæ eſt, quam communiter vo
cant, præſumptionem iuris, & de
iure. Hæc eius eſt efficaciæ vt ple-
nam probationem inducat, & iudi-
cem ad pronunciandum permoueat,
& probationem in contrarium non
recipiat. Dicitur autem ideo præſum
ptio iuris & de iure, quia ius ex cir-
cunſtantiis vehemẽter præſumit rem
neceſſariò ſic eſſe vel non eſſe, adeò
vt propter talem præſumptionem iu
dex ius ſuper ea ſtatuat, & ſententiam
38 pronunciet. Verbi gratia. Si quis con
traxit cum quadam de futuro, & po-
ſteà eam cognouerit, ius certè præſum
ptiuè ſtatuit inter huiuſmodi verum
matrimonium eſſe contractum, &
eius cauſa nullam aliam probationem
eſſe admittendam. Nam ex quo eam
cognouit, & verba de futuro præceſ-
ſerint, præſumptiuè intelligitur eam
in actum conſenſiſſe, tanquam ex ef-
fectu matrimonij futuri, quãuis cum
ea per verba de præſenti nõ plenè con
traxerit .c. Is qui. & ibi in exẽplis no
tatis. ext. de ſponſalib. Item, Ius præ-
39 ſumit, quod ſponſus conſentit in ma-
trimonium, qui mulierem duxit in
vxorem cum conditione, vt eam car-
naliter cognoſceret. Ius enim tũc prę-
ſumit amborum purum conſenſum
acceſsiſſe, ideoque ſtatuitur matrimo
nium tale eſſe ſeruandum, in .c. De il-
lis. ext. de deſponſat. impub. & .c. Per
tuas. ext. de condit. appoſit. not. Spe-
culator. in titu. de præſump. in .c. vni-
40 co. Item, Ius præſumit quod filia quæ
nupta eſt contra ſuam voluntatem, in
matrimoniũ tamen conſenſerit quan
do ipſa viro permiſit ſe cognoſci, &
cum ipſo familiam alere incipit.
41 Item Ius præſumit præsbyterum eſ-
ſe fornicatorem & concubinarium,
quando mulierem ſuſpectam, in
ſua domo continet, quia ex cohabi-
tatione perſonarum ſuſpectarum, prę
ſumitur (vt ſuprà diximus) carnale cõ
mercium, c. literis, extra de præſump-
42 tio. Item, Ius præſumit, quod proles
ſpectent ad virum & mulierem, quã-
do vir ille & mulier ſimul alentes fa-
miliam

43 miliam cohabitant. Item, Ius, præci-
puè canonicum, præſumit illum eſſe
hæreticum, aut ſaltem hæreſeos, vel
hæreticarum opinionum ſtudioſum,
qui hæreticorum libros apud ſe in
ædibus ſeruat, & eos publicè vel iacti
tat, vel de iis gloriatur, vel illorum cō
tenta fauorabiliter prædicat, vel qui
redolet hæreſim. Quæ addo propter
eos, qui ipſorum libros habere curāt,
vt vel contra eos ſcribant, vel ſimpli-
citer eos legant, tantùm vt cognoſcāt,
& videant quid aſſerant, quibus ar-
gumentis & ſcripturis innitantur, nō
vt imitentur, aut ſe ſeduci permittāt,
44 ſed vt eos confutēt. Quādo monaſti-
cus quiſpiam qui (vt dicunt) profeſ-
ſus eſt, de vi ac violentia ſuorum pa-
rentum conqueritur, dicendo, quod
monaſterium contra animi ſui volun
tatem ingreſſus ſit, præſumptio vehe-
mens eſt in contrarium. Nam ob id,
quod confitetur ſe eſſe profeſſum, ius
præſumit, quod omnia ſint acta ac ce-
lebrata per ipſius conſenſum, donec
aliqua in contrarium probatio profe
ratur. Vide notabilem gloſſam, pro
hac præſumptiōis materia in l. Is qui
fidem, in verbo. Contra præſumptio-
nem, extra de ſponſalib. & matrimo
45 nio. Quæ quidem gloſſa quintuplicē
præſumptionem in medium adfert,
ſicuti ſtudioſo lectori ibidem videre
licebit. Varia quoque de his præſump
tionibus, & plura quàm hactenus di-
cta exempla, eiuſque membris conue
nientia reperies, paſsim apud Docto-
res, & maximè apud Speculatorem,
46 eodem titu. Sed priuſquam huic capi
ti finem imponam, iudicem diligen-
ter præmonitum eſſe velim, ne hiſce
præſumptionibus nimium innitatur,
ſed vt reliqua omnia diligenter conſy
deret, antequam ad definitiuam deſ-
cendat, & vt cum matura deliberatio
ne omnia prius perquirat, quàm ex
ſuſpitionibus præſumtiuis vllam ſen-
tentiam pronūciet, & ſemper æquior
ſit ad cauſam rei, quàm actoris. De his
itaque vide latius Speculatorem, &
ſignanter D. Guidonem Pape in ſuo
tractatu. De præſumptionibus iuris
tantum: & de iure. Et ne in præſump
tionibus imprudentius peccetur, no-
tāda eſt triplex illa præſumptionis di-
ſtinctio, cuius meminit gloſſa ſuper
rubro. C. de probat. & præſumpt. Nā
quædam eſt talis, tamque certa, & ve
47 hemens, vt ipſi omnino ſtandum eſ-
ſent, etiam ſi quis contra ipſam pro-
baret contrarium, vt ſi mulier ſtipula-
ta eſſet dotem, vt l. Prima in princip.
C. de rei vxo. act. Alia talis eſt cui ſte-
tur, donec contrà probetur: vt ſi res
aliqua fuiſſet patris, ea quoq; hæredis
eſſe præſumitur, vt l. Siue poſsideris,
C. eodē. Alia talis eſt, cui nullo modo
ſtandum erit, niſi adiuncta adminicu
la habeat: qualis eſt probatio per pri-
uatum inſtrumentum, vt l. Inſtrumen
ta C. eodem.

CAPVT CLXXIX.

De Probatione per Iuramentum.

Summæ.

1 *Iuramentum ad probationem magnam obtinet efficaciam.*

2 *Iuramentum eſt triplex* { *Voluntarium.*
3 *Neceßarium.*
4 *Iudiciale.* }

5 *Iuramentum iudiciale recuſari poteſt.*

6 *Iuramentum neceßarium fit* { *ob defectum melioris probationis.*
ad purgationem ſui.
ad examinationem proceßus. }

7 *Iuramentum* { *nulli defertur, quando probatio eſt nulla, aut plena.*
defertur actori, vel reo, in probatione ſemiplena.
defertur reo, quando partes pares habent probationes. }

8 *In iuramento deferendo obſeruandum eſt iudici* { *An probatio ſit plena, an ſemiplena.*
9 *An ſemiprobatio ſit* { *criminalis.*
ciuilis, & hæc an { *famoſa.*
non famoſa. }
ſpiritualis. }
10 *Vtra partium certius probet.*
11 *Perſonarum qualitates.* }

12 *Actor metuens ne reo deferatur iuramentum, allegabit reum ſibi ad hoc ſuſpectum eſſe.*
13 *Iuramentum defertur à perſona principali, non a procuratore, niſi, &c.*
14 *Actor iuramentum deferre poteſt reo ſuper toto libello.*
15 *Actor ad vnam libelli partem iuramentum, ad alteram probationē deferre poteſt.*
16 *Actori ſemiplenè probanti, a iudice iuramentum defertur.*
17 *Actore nihil probante, aut non ſemiplenè probante, reus abſoluitur.*
18 *Iuramentum defertur reo, quando ambæ partes pariter probant.*
19 *Iuramentum damni defertur actori ſpoliato.*
20 *Antequam iuramentum deferatur a iudice quæ ſint ſpectanda.*
21 *Quis ſit iuramenti effectus.*

1 NEmo eſt qui nō fatebitur iuramē
tum in probando magnā habere
efficaciam. Hoc enim religio Chriſtia
na de omnibus pręſumit, quod nemo
iuraturus ſit, niſi quod cū veritate cō-
ſtare putabit, niſi is aut ſit impius, aut
diuini præcepti prorſus incurius, ac
propriæ ſalutis contemptor, quū ſub
pœna perdendæ cœleſtis gloriæ iuret
ſe dicturū veritatem. Pro ampliori ita
que iſtius iuramenti explicatione, ſci-
endū eſt triplex eſſe iuramētum, ſcili-
cet. Voluntariū, Neceſſariū, & Iudicia
2 le. Voluntariū iuramentum eſt, quod
pars parti, vel in iudicio, vel extra iudi
ciū volūtariè defert, de quo in l. Iuſiu
randū. ff. de iureiuran. Iuramentū ne-
3 ceſſariū eſt, quod ipſe Iudex alicui de-
fert, & etiā ad tale iuramentū cōpellit.
Ideoque hoc iuramentū nemo recuſa
re poteſt, niſi prætendatur iuſta recuſa
tionis cauſa, l. Generaliter. C. de iure-
iuran. & l. Mandante. ff. eodem titu.
4 Iudiciale iuramentum eſt, quod pars
parti in iudicio tantùm defert, & iudi
ce approbante. Hoc iuramentum nō
5 eſt neceſſarium, vt quis præſtet, quum
iſtud liberè nunc recuſare poſsit, l. De
lata. C. de iureiuran. Nec huic obſtat,
quod olim non licuit recuſari, ſed re-
ferri.

ferri. Vnde vide gloſſam in c. Finali, extra de iureiuran, quia illa conſuetudo iam exoleuit, & iudicialis iuramenti recuſatio cuiuis permittitur. Verùm ita recuſando, cauſam ſuam multum labefactat, & veritatem agnoſcere videtur. Neceſſarium porrò
6 iuramentum tribus ex cauſis fieri ſolet. Primò, quando alicui defertur ob defectum melioris probationis. Secũdò, quando purgandi ſui cauſa alicui defertur. Tertiò, Quando defertur propter litem examinandam, argu. §. Item ſi quis, inſtitu. de actionib. Sed hic notandum eſt, quod non ſemper, nec omnibus, nec in quauis cauſa iura
7 mentum deferri poſsit. Nam quando omnino nihil probatum eſt, aut quando totum, aut plene eſt probatũ: tunc non debet vlli deferri iuramentum. Quando verò ſemiplenè eſt probatũ, tunc cum ea ſemiplena probatione, iuramentũ quoq; defertur reo vel actori, ſecundum arbitrium iudicis, vt hoc iuramentũ ſemiplenã probationẽ iuuet, abſoluat, & certã, plenãq; faciat. Quãdo aũt actor pro ſe vnã probationem, & reus itidem pro ſe vnam probationem habet, tũc reo deferendum eſt iuramentũ, nõ actori, quod Iudex ſemper debeat eſſe pronior ad abſoluendũ ſeu liberandũ, quã ad condemnandũ, vulgata l. Arrianus. ff. de actio. & obligat. concordat c. Veniam nunc & ibi gloſ. in verbo. Si faciendũm 35. q. 9. In iuramenti itaque delatiõe qua
8 tuor iudici ſpectanda ſunt. Primùm, An actor aliquid plenè probet, an ſemiplenè, vel nihil, vt iam diximus. Secundũ, An ſemiplenę probatiõis quæ
9 ſtio & cauſa ſit, aut criminalis, aut ciuilis, aut merè ſpiritualis. Nam ſi cauſa fuerit criminalis, non eſt iuramentũ à iudice deferendum reo, l. Finali. C. de probat, & c. Finali, extra de iureiurand. quia in criminalibus omnes probationes debent eſſe apertiſsimæ, l. Dolum C. de dolo. c. Sciant cuncti. 2. q. 8. Si verò cauſa fuerit ciuilis, ea aut eſt famoſa, aut non famoſa. Famoſa, vt eſt actio doli, furti, iniuriarum, cauſa metus, & cauſa ob quam aliquis de iure, vel ex ſententia lata ſit infamis, quantumuis in ea ciuiliter ſit actum & proceſſum, vt l. Prima. ff. de his qui notan. infa. Ideoque in hac ciuili cauſa famoſa iuramentum nõ defertur reo, licet partes id poſcant, ne videlicet reo detur occaſio peierandi, vt ſcilicet infamiam à ſe per tale iuramentum euadat. Sed de his vide Speculatorem, lib. 2. particula. 2. Rubrica, de iura. delatione. Non famoſa cauſa eſt, aut grauis, vel ardua, & non facile defertur l. legitimos. ff. de legit. tutorib. Aut eſt parua vel leuis, & tunc iuramentum deferendum, vel non deferendum relinquitur arbitrio iudicis, vt ex rerum, & perſonarum conſideratione decernat, quod iuſtum videbitur. Si autem cauſa fuerit merè ſpiritualis, veluti cauſa monachatus vel matrimonij, tunc iudex nequit deferre ob defectum probations. Si autem non ſit merè ſpiritualis, tunc poteſt, vide hic latius Speculatorem.
10 Tertiò, Iudici diligenter obſeruandum eſt vtra partium certius, & clarius veritatem noſcere, & probare videatur: Hinc eſt, quod ei de cuius facto agitur, præcipuè deferendum ſit iuramentum, c. Videtur ibi. Qui enim melius, extra qui matri. accuſ. poſſ. In alieno enim facto, aut in aliorũ cauſa, non debet deferri iuramentum, ne ipſi detur occaſio anceps ſubeundi periurium, vt ibi, & l. Videam⁹ in primò ff. de in lit. iurand. & l. Iuſiurandum.

§. 2. de

CAPVT CLXXX.

De ſemiplena probatione.

Summæ.

Probatio ſemiplena fit
1 *Per vnicum teſtem irrefutabilem.*
2 *Duo probi teſtes plenam probationem faciunt.*
3 *Per famam publicam.*
4 *Per ſcripturam priuatam.*
5 *Per fugam.*
6 *Per aſſertionem coactionis.*
7 *Per collationem ſcripturarum.*
8 *Per indicia, quæ iudici ſic apparent.*

QVia hactenus de plena ac ſemiplena probatiõe meminimus, vt quæ plenam probationem efficiãt in 178.capite mõſtrauimus, reſtat vt pauca etiam de ſemiplena probatione dicamus, pro qua ſciendum eſt multa eſſe ſemiplenæ probationis genera.
1 Primò enim ſemiplena probatio fit, per vnum teſtem non reprobabilem, l. Theopompus. ff. de dote præleg.l. Prima. §. Finali.ff. Quemadmodum teſta.aperi.& l. Si duo.ff.de iureiurã. Quod autem vnus teſtis nón confutabilis ſemiplenam probationem efficiat,ex eo patet, quod duo teſtes n[illegible] reprobabiles ac omni exceptione ma-
2 iores,faciant plenam probationem.Ideoque à paritate rationis dictus vnicus teſtis ſemiplenam probationem efficere tantùm poteſt,atque ita tenet gloſſa in verbo . Decidi oportet,ver-
3 ſus medium C.de reb.credi. Secundò fit per vulgarem famam,quæ etiam ſemiplenam efficit probationem, potiſſimum, quando ea fama procedit ex viris honeſtis, & ex iudiciis apparentibus, & non ex plateari rumore, qui plerumque falſus eſt, l. In bonæ fidei. C.de reb.credi. concordat, c.2. circa
4 finem extra de probat. cum gloſſa prima. Tertiò,fit per ſcripturam priuatã ſiue domeſticam,quæ quidem non ſola,ſed cum aliis adminiculis valet, & ſemiplenam inducit probationem, l. Inſtrumẽta.C.de probat. Quartò per
5 fugam.In Authen.de collato.& de aliis capitulis,collat.9.§.Super hoc,& §.Si quis autem,& c.Nullus,extra de præſumpt. & c. Decernimus 3. q. 9.
6 Quintò, quando quis ſe dicit in vrbe compulſum, quod quia non eſt veriſimile, facit ſemiplenam probationem
7 tantùm.Sextò, per collationẽ alterius ſcripturæ, ex qua nõ plenè, ſed qualis qualis ſumitur probatio, aut fides colligitur.In Authẽ.de inſtrumẽto,caut.
8 & fide.§.Si verò moriatur, & §. ſeq. colla.6. Septimò,Iudex ſæpè etiam ſumit ſemiplenam probationem ex præſumptionibus & iudiciis,vt hic ſuprà dictum eſt.Sed vide hic Specula. qui optimè tractat,& gloſſ.in verbo.Decidi oportet, in d.l. In bonæ fidei. C. de reb.credit.

CAPVT CLXXXI.

De Cõcludendo ſuper principalibus factis.

Summæ.

1 *Concludere ſuper principalibus factis quid ſit.*
2 *Concluditur ſuper principali aliquãdo* { *ſuper productionibus teſtium tantum.* & *ſuper productione teſtium, & titulorũ ſimul.*

POſtquam altera partium, aut ambæ partes, ſimul à ſuorum factorum probationibus ſupercedere ſtatuunt, nec habent quod amplius probent, tunc altera pars, aut ambæ ſimul omne negotium actum in cauſa, & ſuper principalibus factis concludũt.
1 Eſt enim concludere, ſuper principalibus factis, renũciare vlterioribus productionibus, aut acceptare diem ad reprobationes teſtium, aut ad reprobationem productionum, idque diuerſimodè. Nam aliquando concludunt partes tantùm ſuper productio-
2 nibus teſtium, ſine pluri, & poſtea faciunt titulorum productiones: Aliquando verò concludunt ſimul ſuper omnibus, tam teſtium, quàm titulorum productionibus, & poſtea nihil producunt amplius.

CAPVT CLXXXII.

De atteſtationum publicatione.

Summæ.

1 *Atteſtationes teſtium an partibus publicandæ ſint.*
2 *Atteſtationes publicantur partibus, vbi ius ſcriptum locum habet.*
3 *Ad atteſtationem faciendam citandæ ſunt partes.*
4 *Atteſtationum copia permittenda eſt partibus.*
5 *Partes ad atteſtationes nihil opponentes, repelluntur.*
6 *Atteſtationes non publicantur hoc tempore* { *Vbi ex conſuetudine iudicatur.* *In Conſilio Mechlinienſi.* *In Conſilio Flandriæ.* *In Parlamento Pariſienſi.*
7 *Atteſtationes alicubi publicantur in cauſis realibus.*
8 *Atteſtationes publicandas fore ſupplicarunt Hollandi & Brabantini.*
9 *Status Hollandiæ, & Brabantiæ quinam ſint.*
10 *Supplicatio Hollandorum, & Brabantorum, pro concedenda atteſtationum publicatione.*

Atteſtationū publicatio
11 *Accelerationem iuſtitiæ confert, & lites citius præſcindit.*
12 *Partes ad concordiam facilius excitat.*
13 *Nihil incommodi, ſed plurimum commodi habet.*
14 *Rex ſupplicationes cum varijs Conſilijs conſultat.*

Conſilia diſſuadēt publicationem, quod
15 *cauſæ enarratæ non ſint certæ.*
16 *allegata non ſint probata.*
17 *multum inde oriretur incommodi.*
18 *eius cauſa pauci a lite ſuperſederent.*
19 *eius cauſa rarius proceſſus terminentur.*
20 *teſtes ob eam citius corrumperentur.*
21 *informationes debite fiant.*
22 *ob futura incerta, non ſit diſcedendum a ſtylo.*

Cōſilia regi ſuadent
23 *vt priuilegium permittat ſub forma experimenti.*
24 *vt priuilegium permittat vſque ad reuocationem.*
25 *vt poſt publicationes negentur vlteriores informationes.*
26 *vt informatiōes ante litiſ. impetrētur, & audiātur a Cōſiliariis.*
27 *Rex conſultata cum ſuis deliberat.*
28 *Reſponſio Regis ad ſupplicationes Hollandorum.*
29 *Reſponſio Regis ad ſupplicationes Brabantorum.*

1 DIxi præcedenti capite depoſitiões teſtiū non debere publicari aut cōmunicari partib⁹, ꝑpter pericula ex eo emerſura. Sed hoc tātū locū habet in quibuſdā locis, & etiā in quibuſdā
2 priuatis cauſis. Nā in regionibus illis in quibus iuſtitia iure ſcripto adminiſtratur, informationum ſeu atteſtationū publicatiōe vtūtur, & vtriq; partiū omniū atteſtationū cōmunicatur copia, vt nō minus vtriq; cōtra teſtimonia, quā cōtra teſtes ipſos, excipiatur.
3 Sed quādo Iudex volet huiuſmodi atteſtatiões publicare, partes ad hoc pri⁹ curabit vocādas, p ædictū citatorium. Partib⁹ eīm nō vocatis, nō debet iudex quicquā ex depoſitis aperire, vel publicare partib⁹, l. In cauſæ prima. §. Cauſa aūt cognita. ff. de minorib. 25. annis & c. Tenor literarū, extra de ſenten. & re iudica. Poſtquā autem partes ad hoc citauerit, dabit eis terminū ad recipiendum copiam atteſtationum, inſtrumentorum, munimentorum, obligationum, & omniū actorū, & productorum, vt ſi quid nouerint, quod contradicant, tā cōtra teſtiū depoſita & producta, quā cōtra teſtes ipſos excipiāt, & exceptionū cauſas ꝓponāt.
4 Quā quidē atteſtationū & productionū copiā partibus Iudex cōmunicare tenetur, c. Quoniā cōtra, extra de probat, & l. Secunda, C. vt lit. pend. & ſuper eis diſputetur. Originalia autem remanebunt apud iudicem, vel graphiarium, vel notarium, ne adulterentur, aut ab aliquo vitientur, c. Finali. ff. de tabu. exhibend. & c. Vide ad hāc
5 materiam Speculatorem. Porrò ſi partes poſt huiuſmodi publicationem ſibi factam, & intra terminum ad cōtradicendum ſibi à iudice conceſſum nihil opponere norint, repelluntur,
6 & Iudex in cauſa pergit. Sed in multis regionibus, quæ ſolis conſuetudinibus reguntur, atteſtationes nullo modo publicantur. Sic neque in conſilio prouinciali Flandriæ,

neque

& hoc,quod ea publicatio planè cõformis eſſet cum iure ſcripto. Ex quibus commonſtratis,viſis,ac conſideratis,ipſius Maieſtatem rogauerunt, vt prædictæ publicationis atteſtationũ partibus faciendæ priuilegium ipſis in debita forma prædicta,elargiri,expediri, & ſuis literis cum ſigillo munire
14 dignaretur. Quorum ſupplicationib' acceptis & viſis,ipſius Maieſtas,vt certius quiddam de iis ſtatueret,cum matura, ac prudenti deliberatione rem omnem prius conſultare voluit, cum variis ſuis conſiliis, ne his ſupplicationibus temerè, & inconſultò aſſentiri, aut refragari videretur. Miſsis itaque his ſupplicationibus ad Cancellariam Brabantiæ, ad Conſilium Mechiliniẽſe, ad Conſilium Flandriæ, ad Conſilium Hollandiæ, & ad reliqua iſtarũ regionum Conſilia:requiſiuit ab ipſis prudentem reſolutionis ſententiam, & quid ad eam ſupplicationem reſpondendum eſſet decernerent. Quæ quidem Conſilia viſis diligenter prædictis ſupplicationibus, & negotio prudenter diſcuſſo, ſententias ſuas ſingulatim, & ſimul concordantes ad ipſius Maieſtatem clauſis literis tranſmiſerunt, concorditer reſpondentes petitam cauſam ſibi nõ videri talem, cui ipſius Maieſtas ob cauſas ab ipſis prænarratas cõſultò acquieſcere deberet præcipuè quod cauſæ in libellis ſuis
15 ſupplicibus memoratæ,nõ ſtatim ſint tales,quales pro eo tempore eſſe ab iis creduntur, ſed quod partim magis pẽdeant à futuro rerum euentu, quàm ex facie primò apparente. Qui quidẽ euentus futurus, qualis erit, incertus
16 ſemper haberi debet. Partim pendet ex facto, an ſcilicet ab ipſis allegata ſint talia, veraq; eſſe probentur. Ideoque quia ipſorum allegata, non ſunt probata, neque etiam certa,neq; talia,
17 quibus veluti ſolido fundamento tutò innitendũ foret. Neque talia,vt de iis incõmodis, quæ ex nõ publicatione oriri poſſe aſtruunt,quicquã cõperti,ac certi demonſtrari poſſet,ideo ipſius Maieſtati ſuaſerũt ſupplicatorib' petitionẽ ſuã nõ eſſe annuendã, potiſſimũ quod omnia ipſis ſecus euẽtura videbantur. Nempe quod ex atteſtationũ publicatione,nõ ſolũ nihil commodi, ſed potius cõtra plurima incõmoda & detrimenta horrenda inde eſſent emerſura. Et quod longiores ꝓceſſus ex iis futuros eſſe,metuerent, tũ in informationibus audiendis, tũ in reprobationibus faciendis, maximè in locis, vbi huiuſmodi abbreuiationes ex publicatione ſperarentur. Ex ea enim publicatione aiebant non minus reprobationũ, non minuſq; informationũ concurrere ad depoſitiones ſecundariò informandas, aut confutandas, quàm ad teſtes ipſos repellendos, ſicuti per quotidianam experientiam id quotidie euenire conſpicitur in Curiis ſpiritualibus, in qui-
18 bus perpauci ſunt,qui poſt publicationem ſibi factam à lite vlteriori ſuperſedere velint. Quod fieri dicũt,vel ex collitigantium pertinacia, vel ex malo animo alterius partis,quæ ſuũ collitigatorem temporis diuturnitate & ſumptuum immenſitate labefactare ſtudet,quod minus faceret, ſi depoſitorũ cõſcius non eſſet. Quin ne in Curiis quidẽ ſecularibus,potiſsimũ Hollandiæ vſuuenire cõſpicimus, vt partes ægrè, & non libenter à lite diſcedant, quãtumuis etiã ipſorũ cauſæ manifeſtę fuerint,& informationęs omnium articulorũ ex cõiectura fuerint apertiſsimę, & ex teſtibus ferè norint quid iidẽ cõtra ipſos, vel pro ipſis te-

ſtati fuiſſent, quodq; ſecundò per informationem ordinariam auditi, nihil aliud teſtarentur, quã quod in prę uia informatione contra ipſos teſtati
19 fuerant. Præterea, quod in iis regionibus in quibus atteſtationum publicatio locũ habet, rarius ac tardius proceſſus expediantur, quàm in locis, vbi dicta publicatio nõ pmittitur. Quod autem ſupplicatores præſumant ex publicatione dicta, futuras ilico aut ſæpius partiũ cõcordationes, vti id in quibuſdam locis fieri contendunt, id fortaſsis fieri poteſt in præfatis locis, vbi tot proceſſus non intentantur, & per conſequens pauciores proceſſus definiuntur. Certè id ex ipſa publicatione fieri non eſt (inquiunt) veriſimile. Neque præſumendũ eſſet, quod teſtes propter publicationẽ non faciendam non minus liberè teſtaturi eſſent quod res haberet, quã teſtarẽtur ſi publicatio ſuarũ attteſtationũ eſſet euulganda. Imò contrà pptiùs metuendũ
20 eſſet, quod ob publicationem faciendã finerẽt ſe potius corrũpi, ad atteſtationem ſuàm adulterandam, aut fucãdam, nempe vt nudam veritatem per ſonarũ grãtia tegerent, quæ palliatio in libera & non reuelanda depoſitione ob perſonarum qualitatem, gratiã, aut fauorem locum habere non præſumitur. Cauſantes poſtremò & hoc, quod nulli Magiſtratus ſint conſueti
21 habere vllũ reſpectum ad depoſita, niſi ea ex fide dignis perſonis ſint prolata, & cum debitis cauſis, & cum certa notitia circumſepta, ita vt ſi parti teſtium depoſitiones maximè publicarentur, ex tam eſſent cum ratione & æquitate conſentaneæ, vt pars non haberet, quod reprobare poſſet. Ex his præſcriptis cauſis, & ex aliis hic breui
22 tatis cauſa omiſsis, & præcipue etiam quod ob futuros, eoſq; incertos rerũ euentus non temerè diſcedẽdum eſſet à multis ſeculis inolita conſuetudine, ſtylo, & praxi receptiſsima, nõ ſolùm in Brabantia, & Hollandia, ſed penè in omnibus huius inferioris Germa-
23 niæ regionibus, cenſuerũt præfata Cõſilia, & regiæ Maieſtati ſuaſerunt, nec fore cõſultum, nec vtile, vt dictis ſupplicatoribus, ob cauſas ab ipſis allegatas, annueret, & petitũ priuilegiũ ipſis faueret, & concederet. Nihilominus hoc addentes, quod ſi Regię Maieſtati omnino placeret dictis ſtatibus ſuã conſentire petitionem ex certis cauſis ipſius Maieſtatẽ mouẽtibus, ipſis itidem videri conſultum, vt talem permiſsionem ipſis permitteret cũ reſtrictione, limitatione, & ſub certis conditionibus, nempe ſub quadam forma experimenti capiendi, an poſtea ad cauſas prætenſas talis permiſsio aliquid profutura, & quid vtilitatis allatura videretur. Aut certè vt indefinitè
24 permittat, vſque ad reuocationes, nẽpe vt ſi poſtea eam conceſsionem parum vtilitatis, ſed potius plurimum incõmodorum, & malorum attuliſſe cõperiat, eandem priuilegij conceſsionem tunc eo caſu liberè reuocare, & omnia in priſtinum ſtatum denuò reſtituere poſſet. Sic tamen vt intra tem
25 pus hoc experimenti capiundi ipſius Maieſtas ſtrictè prohiberet omnibus Magiſtratibus, notariis, ac perſonis publicis, ne vllas vlteriores certificationes ac atteſtationes ad requiſitiones par-
26 tium fieri permitterent. Sed ſi partes interim ante litiſconteſtationem vllas præcedentes informationes fieri vellent, ad futuram rei memoriã, tũc eas facerent in forma iuris, impetrantes ad hoc ſpecialẽ commiſsionem ad eã cauſam peculiariter pertinentem. Atque vt

que vt

que vt ea inquiſitio per commiſſarios audiretur, & ſecreta in clauſis & obſignatis literis ſeruaretur, vſque ad futuram publicationem faciendam, aut donec Iudex (coram quo proceſſus erit inſtituendus) decernet ita omnino fieri expediri, ac debere.
27 Has conſiliorum literas, ac reſolutiones acceptas Regia Maieſtas in ſuis ſtatuum, priuato, & financiæ Conſiliis exhibuit, & ſimul communicauit cum ſuis, quid hac in re ſupplicatoribus reſpondendum expediret. Et quum prędicti ſtatus, & ſupplicatores cõſtanter conceſſionẽ peti priuilegij vrgerent, & ambo (licet diuerſo tempore) hanc cõceſſionem ſub eorundẽ fere verborum tenore, expoſcerent, Regia Maieſtas Statibus Hollandiæ veluti prioribus ſupplicatoribus reſpondit, & priuilegium optatum eis conceſſit, ad formam hic ſubiectam.

Reſponſio Regis ad ſupplicationes Statuum Hollandiæ.

28 *NOtum facimus, quod nos viſis, & cõſideratis cauſis prædictis, propẽſi fuerimus ad vota, & petitiones dictorum ſupplicatorum, adeo vt ex reſpectu bonorum & fidelium ſeruitiorum nobis ab ipſis præſtitorum, ampliantes noſtrum prædictum priuilegium* (quod expræſſum fuit in ipſorum ſupplicatione) *ipſis permiſimus, & conceſſimus, & per has permittimus, & cõcedimus ex gratia ſpeciali patefactionem, & publicationem omnium atteſtationum, etiam in omnibus cauſis indeciſis, & in ſtatibus quibuſcunque, tam in noſtro prædicto Conſilio, & in aliis Curiis, ac Magiſtratibus, & Iuſtitiariis Hollandiæ, quàm in noſtro magno Conſilio, & quomodocunque eæ cauſæ cô aut per reſortum, aut per recentem actionem deuolutæ fuerint, aut deuoluendæ erunt. Ordinantes dilecto, & fideli noſtro Præſidenti, & Conſiliariis magni noſtri Conſilij, & ipſorum vicariis, & aliis qui ſunt de noſtro Conſilio in Hollandia, Itẽ reliquis omnibus aliis Iudicibus & Magiſtratibus ciuitatum, & Curiarum Hollandiæ, vt ad prædictam noſtram conceſſionem ſeſe componant, & cõforment. Atque hæc omnia ſub conditionibus, & reſeruationibus in primis noſtris literis narratis, & contentis. Annunciantes, & mãdantes vlterius noſtro prædilecto, & fideli Præſidenti, & iis qui ſunt de noſtro Cõſilio Status, & Secreto, Item magno noſtro Conſilio, & item Conſilio noſtro Hollandiæ, & reliquis omnibus noſtris Iudicibus & Officiariis, quorũ iſta intererũt, vt prædictis ſtatibus Hollandiæ ſupplicatoribus, hanc noſtram præſentem graciam, conceſſionem, & conſenſum annuẽtem, ſub conditionibus, reſeruationibus, formis, & modis ſinant, & permittant quietè, & pacificè poſſidere, & vſurpare. Ita vt ceſſent, omnia impedimenta & contradictiones in contrarium, ob id, quia nobis ita placuit. In quorum teſtimoniũ has literas noſtro ſigillo appenſo munire curauimus. Datum in ciuitate noſtra Bruxellenſi anno Domini 1556. & 23. Martij ante Paſcha, &c.*

Proximo anno ſequenti ſuam ſupplicationem ad idem obtinendum regiæ Maieſtati exhibuerunt Status Brabantiæ, iuxta tenorem ſuprà allegatam. Quibus regia quoque Maieſtas, ad eundem fere modum, & formam reſpondet, quibus Hollandis.

Reſponſio Regis ad ſupplicationes Statuum Brabantiæ.

29 *NOtum facimus, quod nos prædictam Statuum ſupplicationem cũ ſuis cauſis maturè conſiderantes, & conſultantes inclinati fuerimus, ad clementer annuendum petitioni prædictorum ſupplicatorũ Statuum Brabantiæ, præcipuè ex conſideratione, & reſpectu fidelis, ac debiti ſeruitij, tum Imperatori Domino, ac patri noſtro, tum nobis fideliter præſtiti, habentes ad hoc ſententiam, & conſiliũ, primò, Cãcellarij noſtri, & reliquorum noſtri Conſilij Brabantiæ, deinde & Capitum, Præſidentis, & Conſiliariorum, Statuũ, & priuati conſilij, poſtremò ex matura deliberatione noſtri dilecti, &c. Ducis Sabaudiæ &c. eandem ſupplicationem interpretantis, aut ampliantis noſtram prædictã conceſſionem, manentis aliâs in plena ſua poteſtate, & vigore, annuimus & conceſſimus, & ſimul ex ſpeciali gratia per has ipſis concedimus patefactionem, publicationem, atque copiam omnium depoſitionũ, & atteſtationum, etiã in omnibus cauſis decisis, & in quocunque ſtatu eæ fuerint, tam in noſtro Conſilio, & Cãcellariæ, quàm in Curiis feudalibus Brabantiæ, ſimul etiã in omnibus reliquis Curiis, Prætoriis, & Magiſtratibus noſtræ ditionis, ac Ducatus Brabantiæ prædictæ. ſiue illæ cauſæ per recentem actionem in prima inſtitutione ſolum inteutatæ fuerint, aut poſtea intentandæ erunt. Et ſiue illæ eò deuolutæ fuerint, aut per appellationem, reformationem, aut alio quoquo modo, ſiue quæ poſtea eò deuoluendæ erunt. Prætereà ſiue eæ fuerint in proceſſibus nondum decisis, & modò in cauſa couclusis, & de ipſis ius expetitum fuerit, ſiue non. Et præterea in omnibus locis, in quibus iuxta depoſitionem communium, & ſcripto rum iurium, prædictæ publicationes, & patefactiones requirendæ erunt, & pertinere comperientur. Excepto tamen, & ſane intelligendo, quod in prædictis proceſſibus iam deciſis, nondumque tamen per ſententiam prolatis, ac euulgatis, huiuſmodi publicationes expetitæ ſolummodo permittentur ad ſuperſedendum ab iiſdem proceſſibus, aut vt cum partibus amicè tranſigant. Ita tamen, quod ipſis tũc neque ordinario, neque extraordinario modo quicquam amplius ad dictas publicatas atteſtationes addere licebit. Et prætereà, quod partes eandem publicationem ſibi faciendam per Requeſtã expetent ab iis Magiſtratibus, & Iudicibus, coram quibus illi proceſſus præducũtur. Qui quidẽ iudices tunc partibus petitam publicationem cõcedeutes, ſimul ipſis præfigẽt certum tempus, intra quod à proceſſu cedere, aut cum partibus tranſigere poterunt, vt eo tempore expirato, iudex in cauſa cõcluſi proceſſus ad definitiuam, & ſententiam pronunciandam procedere poſſet, vt æquum erit, & decebit, mandantes & ordinantes noſtro dilecto, & fideli Cancellario, & prædicti noſtri Conſilij Brabantiæ Conſiliariis. Item ibidem Vicario ſeu monitori noſtræ Curiæ feudalis. Et præterea quibuſuis alijs Curiis, Prætoriis, & Iuſtitiariis omnibus dicti noſtri Ducatus Brabantiæ, vt ad prædictam noſtram conceſſionem. ſeſe accommodent, & regulent, aut conforment. Committentes ſimul, & mandantes dicto noſtro Cancellario, & Conſiliariis Conſilij noſtri in Brabantia. Item noſtro Vicario ſiue Monitori Curiæ noſtræ feudalis. Prætori Louanienſi. Amanno Bruxellenſi, Sculteis Antuer-*

Antuerpienſi, & Buſcoducenſi, & quibuſuis aliis noſtris Vaſallis, & inferioribus Magiſtratibus, Iudicibus, Iuſtitiariis, & officiariis Ducatus noſtri Brabantiæ, & ipſorum vicariis, ac locum tenentibus & vnicuique ipſorum particulariter, quorum iſta intererunt, vt prædictis Statibus Brabantiæ huius priuilegij impetrandi ſupplicatoribus, noſtrā præſentem gratiam, interpratationem, ampliationē, & conſenſum ſub conditionibus, formis, & modis ſupra dictis, permittant quietè, & pacificè poſſidere, & vſurpare. Ita vt ex eo ceſſent omnia impedimenta, & contradictiones in contrarium, ob id, quia nobis ita placuit. In quorum teſtimonium hiſce literis ſigillum noſtrum appenſum iri curauimus. Datum in ciuitate noſtra Bruxellenſi vigeſimo ſexto die Martij 1557.

CAPVT CLXXXIII.

De Reprobatione in genere.

Summæ.

1 *Reprobare quid ſit.*

2 *Reprobantur* { *Productiones indebitæ.* / *Teſtes.* / *Schedulæ, vel tituli.* }

1 REprobare in iure eſt exceptionē aliquam proponere, aut contra facta, aut contra perſonas, aut cōtra res aliquas, nempe allegare illa non debitè, nec legitimè facta, aut eſſe perſonas non audiendas, aut res eſſe admiſsione indignas. Ideoque hæc omnia reiicienda, & ad probationem contra ſe non admittenda. Reprobantur itaque
2 tripliciter. Primò enim reprobantur productiones, reprobantur & teſtes, reprobantur etiam tituli, & literæ, cōtra ſe productæ. Et hæc omnia duobus modis, ſcilicet & per reprobationes aut contradictiones iuris, & per reprobationes facti. De his tribus reprobationibus nunc paucula ex ordine dicemus.

CAPVT CLXXXIIII.

De Reprobandis productionibus.

Summæ.

1 *Reprobare productionem, quid ſit.*

2 *Reprobātur productiones* { *non factæ in præſentia partis, vel procuratoris.* / *non factæ coram conſtituto commiſſario.* / *in quibus teſtes vltro ſe ingerunt, non citati.* / *in quibus teſtes non iurant in conſpectu partis.* / *in quibus teſtes non diuiſim examinantur.* }

1 REprobare productionem, ſcilicet teſtium, aut titulorum, eſt quando aduerſarius ſe cõtra talem productionem opponit, & dicit eam non eſſe legitimè factam, eoque reiiciendam. Nempe quod in ea deſint illa quinq; aut vnum ex illis quinque, quæ ad debitam, ac legitimam productionẽ
2 neceſſariò requirũtur. Quæ ſuprà cap. 170. diximus eſſe iſta, ſcilicet, vt omnis productio fiat in præſentia partis, aut procuratoris ſui vocati, & ad hoc citati. Item, vt fiat coram commiſſariis, qui ad hoc ſpeciale mandatum habent, & poteſtatem. Item, vt ipſi teſtes non compareant ex ſeſe, ſed tantum citati. Item, vt teſtes citati, & producti iurẽt in præſentia partis aut procuratoris, de veritate dicenda. Poſtremò, vt iidem teſtes audiantur, & examinentur ſeparatim, & nullo modo coniunctim. Si vnum ex his quinque deſit, ipſa productio ab aduerſario meritò reiicitur: Allegabit enim quod ea facta ſit, aut parte non vocata, aut per commiſſarios qui nec commiſſionem nec poteſtatem habuerunt, aut quod teſtes venerint vltrò, & ſeipſos ad teſtandum promouerint, ſuáque teſtimonia nõ citati depoſuerint, aut quod teſtes non ſint iurati in præſentia partis, nec ſecretè auditi, nec examinati diſiunctim, aut ſinguli ſeorſum, & id genus ſimilia, quales productiones ſuprà monſtrauimus eſſe inualidas capitibus 163. 166. 170.

CAPVT CLXXXV.

De Reprobandis teſtibus, per reprobationes iuris.

Summæ.

1 *Reprobãtur teſtes*
- *vacillantes, & variantes.*
- *ſibi contraria deponentes.*
- *ſingulares.*
- *depoſita ſua non cauſantes.*
- *de auditis tantum loquentes.*
- *impertinentia teſtantes.*

2 *Reprobatio teſtium, ob depoſita illegitima non habet locum in Conſiliis Flandriæ & Mechil.*

3 *In Francia reprobantur teſtes ſuſpecti ante iuramentum præſtitum.*

EX reprobatione productionis facile euadit, quomodo reprobãdi ſint ipſi teſtes, & teſtiũ depoſitiones. Reprobãtur enim teſtes ipſi per reprobationes iuris, ſcilicet quãdo aduerſa
1 rius dicit, quod teſtes in ſuis depoſitionibus partim vacillent, partimque inter ſe varient, aut ſibi cõtraria deponãt, aut quod ſint ſingulares aut quod ſua depoſita nulla euidenti cauſa firment, aut corroborent, ſed tantũ vagè loquantur, aut quod tantũ loquantur de auditis, & non de viſis, aut certis, aut quod tantũ deponant impertinẽtia, aut quæ propoſito nõ ſeruiãt, aut ſimilia. Tales enim teſtes, & taliũ teſtium

ſtium teſtimonia, omnia habẽtur ſuſpecta, vti ſuprà diximus capitib' 163. 166. & 170. Sed hoc loco ſciendũ eſt, quod huiuſmodi reprobationibus iuris rarò vtantur in Conſilio Flandriæ, & item rarius in magno Mechiliniẽſi cõſilio. Sed partes de hoc ſeſe referũt ad iudicis diſcretionẽ, quia nec ibi, nec alibi huiuſmodi atteſtationes teſtium publicantur, neq; partibus cõmunicãtur, ꝑpter pericula quæ inde oriri poſſint, & per cõſequens partes ignorãt, & ſcire non poſſunt quid, aut quomo

3 do ipſi teſtes depoſuerunt. In Francia verò vtuntur teſtium reprobatione corã commiſſariis antequam iurent, quatenus ipſi eos cognoſcant, & ſi eos non cognoſcant, tunc ipſorum nomina, & cognomina exſcribunt, ac diem petunt & accipiunt, vt interea ſe informare poſſint, nunquid inuenire valeãt, quod ad taliũ teſtium reprobationes faciendas ipſis cõducat. Hęc enim niſi faciant à reprobationibus, ſiue à contradictionibus faciendis repelluntur.

CAPVT CLXXXVI.

De Reprobatione teſtium, per reprobationes facti.

Summæ.

Teſtes reprobãtur.

1 *Inimici, & partiales.*
2 *Amici, Parentes, cognati, & affines.*
3 *Aduerſarij mei famuli, & familiares.*
4 *Prætor, aut receptor producentis.*
5 *Raptor, fur, adulter, concubinarius.*
6 *Coniurator, Hermophroditus.*
7 *Iudæus, infidelis, hæreticus.*
8 *Accuſatus criminaliter, damnatus repetundarum.*
9 *Impuber, mutus, ſurdus, amens, pupillus.*
10 *Perſona eccleſiaſtica.*
11 *Precio corruptus, ſubornatus, falſarius.*
12 *Pauper leuis fidei.*
13 *Qui in ſimili cauſa proceſſum habet.*
14 *Qui aliquando contra partem teſtatus ſit.*
15 *Qui querelam contra partem habuit.*
16 *Qui in eadem cauſa fuit Iudex, aſſeſſor, procurator, aduocatus.*
17 *Qui ex fauore, odio, aut metu deponit.*
18 *A dignitate ſua depoſitus, Eiuſdem criminis conſors, libertus.*
19 *Obſcure, vel negatiue, vel impertinenter deponentes.*
20 *Cauſam teſtimonij ſui explicans.*
21 *Teſtes vacillantes, variantes, titubantes, & verboſi.*
22 *Recepti poſt renunciationem productionis, vel ante litiſconteſta.*
23 *Adulator, captator beneuolentiæ. Perſona vilis.*
24 *Teſtes idem, ac quaſi ex vno ore deponentes.*

Dd 4 Qui

Teſtes reprobãtur.

25 *Qui perſonas, nec quicquam de re nouerint.*
26 *Qui de loco, tempore, & perſonis diſcordant.*
27 *Quorum cauſa etiam agitur,*
28 *Non ſeorſim examinati, & inimicis cohabitantes.*
29 *Teſtis laicus contra clericum, & contra.*
30 *Homicida, infamis, vel improbæ vitæ.*
31 *Teſtis potus, vel ebrius deponens.*
32 *Furioſus, vel in cauſa propria deponens.*
33 *Qui accuſauit, & ſimul teſtari cupit.*
34 *Publica emenda damnatus.*
35 *Qui falſa deponit, & vtrique parti depoſita narrat.*
36 *Qui a productore ſemel liberatus fuit.*
37 *Qui a producente non fuit rogatus.*
38 *Qui teſtem criminoſum reprobat, de non iniuriando proteſtari debet.*
39 *Nemo reprobãdus de crimine, niſi ſimul deponat & locũ criminis cõmiſſi, & dãnatiõis.*
40 *Teſtes vltra decem reprobantur, vt ſuperuacanei.*
41 *Teſtem ſemel pro ſe productum, nemo contra ſe productum reprobare poteſt.*
42 *Teſtis reprobatus (licet reprobanti vtilis) nullius erit fidei.*
43 *Teſtes auditi*
per informationem præcedentem.
In præceſſibus ſummariis.
In compromiſſis.
In recredentiis, & acceſſoriis.
Ex officio iudicis.
non reprobantur.

1 REprobantur etiam teſtes per re-
probationem ſeu contradictionẽ
facti. Nempe, cũ pars dicit, quod teſtis
ille qui contra ſe teſtimonium tulit,
ſit ipſi capitalis inimicus, ipſique no-
cendi, & incommodandi cupidus, l.
Teſtium in principio. ff. de teſtib. &
l. Si quis C. eod. titu. & c. Repellãtur,
2 extra de accuſat. vel quod ſit magnus
vel ſingularis amicus ei pro quo teſti-
moniũ tulit, d. l. Teſtiũ, vel q, ſit parẽs,
qui cõtra filiũ, vel pro filio teſtari non
poteſt, ſicut nec filius pro vel cõtra pa
trẽ, etiã ſi vterque id maximè velit, l.
Parentes C. de teſtib. In quibus autẽ
caſibus hæc locũ non habeant, videre
licet apud Speculatorem titulo. De te
ſte. Vel cum dicit, quod teſtis ille ſit
germanus frater, vel affinis, aut con-
ſanguineus aduerſarij ſui, vel quod ſit
aduerſarij ſui ſocius, & cõfœderatus,
& ad lucri, vel perditionis cauſam par
3 ticeps. Vel quod ſit aduerſarij ſui fa-
mulus, c. Nullus 3. q. 5. §. Teſtes, Inſti-
tu. de teſta. ordinan. & l. Quoniam, et
l. Si teſtis productus C. de teſtib. Vel
quod ſit aduerſarij ſui familiaris, aut
domeſticus, ideoque repellendus, l. 2.
C. de teſtib. & l. Penultima. ff. eodem
titulo, & c. In literis, extra eod. titulo.
4 Aut quod ſit bailliuus, aut receptor
producentis, aut etiam ipſius vaſal-
lus, niſi in materia feudali, qui ob id
ad ferendum teſtimonium habetur
ſuſpectus. Vel quod ſit excommuni-
catus, qui tunc teſtari nõ poteſt. c. Ve-
niens 2. extra de teſtib. & l. Penul-
tima. C. de hæretic. Vel quod ſit
perſona infamis, aut leuis opinio-
nis, c. Ex parte, & c. Teſtimo-
nium,

nium.ext. de teſtib.&.l.3. §.l. Iulia.
5 ff.eod.de teſtib.Vel quod ſit fur, rap-
tor,adulter manifeſtus, & huiuſmodi
c.Ex parte.&.c.Super.ext.eodem.de
teſtib.et.l.Non poteſt.ff.de fruct.Vel
quod ſit cōcubinarius manifeſtus,vel
inceſtuoſus, qui cōtra accuſatum non
auditur.c.Conſanguineorum.3.q.4.
Aut quod ſit conſpirator, aut coniu-
6 rator .c. Conſpiratores .3. q. 4.& .c.
Cum oporteat.extr. de accuſat. Aut
quod ſit Hermophroditus.c. Si teſtes
7 verſic.Hermophroditus.4. q. 3. Vel
quod ſit Iudæus, ſiue Sarracenus, vel
infidelis,vel hęreticus,qui nō poſſunt
contra Chriſtianum deponere .c. Iu-
8 dæi.&.c.licet.extra.de teſtibus. & .l.
Quoniam.C.de hæretic. Vel quod ſit
accuſatus criminaliter qui non admit
titur ad ferendum teſtimonium con-
tra alium in cauſa criminali,niſi in ex-
ceptis criminalibus,& pendente accu
ſatione ſua.c.Finali.extra.de teſtib.et
l.Teſtium.ff.eodem. Vel qui per le-
gem Iuliam dānatus ſit repetūdarum.
9 Aut quod ſit talis, qui teſtari non po-
teſt,vt mulier,impubes,mut⁹, ſurdus,
furioſus, vel cui bonis interdictū eſt,
vel qui eſt inteſtabilis & in poteſtate
teſtatoris,vel hæres in eo teſtamento
10 ſcriptus. Vel quod ſit monachus,vel
canonicus regularis,vel conuerſus,vel
alius religioſus ſub obedientia conſti
tutus,qui non poteſt eſſe teſtis, ſine li
centia ſui ſuperioris.c.Non magnope
re.ext.ne cleri.vel monachi.l. Tertia.
§.In bello.ff.de re milita.&.l.Deo no
bis.C.de epiſco.& cler.& in Authen
tico.de monachis.§.Illud &.§.ſi quis
11 autem.Vel quod ſit corruptus,inſtru-
ctus,aut ſubornat⁹,hoc eſt,quod prę-
cium receperit, vel recepturus ſit pro
teſtimonio ſic vel ſic dicendo, vel pro
veritate tacenda.l.Si quis. in fi. C. de

teſtib.Vel quod repertus ac condem-
12 natus fuerit falſitatis.Vel quod ſit pau
per,& qui non habeat quinquaginta
aureos in bonis , quique apud vulgus
habetur improbus, leuis, & verſipel-
lis,contra talem enim corruptionis ſu
ſpitio facile præſumitur,vt in Auten-
tico.de teſtib.§.Primo. verſic. Sanci-
mus.vide Speculatorem. De paupere
verò probo, & pio , non eſt habenda
talis ſuſpitio. Vel quod teſtis ea quæ
loquitur ſine intellectu,mente, ac ra-
13 tione loquatur. Vel quod teſtis in ſi-
mili cauſa proceſſum habeat,ob cuius
fauorem metuendum eſt, ne pro ſuæ
quoque cauſæ defenſione teſtaturus
ſit,& interim ita teſtando alteri no-
ceat.c.Perſonas.extra. de teſtib. &.l.
Quoniam.C.eodem.Ideoque vulga-
ris eſt ſententia , quod eodem morbo
laborantes ab eodem teſtimonio re-
pellantur,hoc eſt,qui conſimilem cau
ſam habent , in cauſa conſimili teſtes
eſſe non debent. Teſtes enim debent
eſſe à cauſa liberi & non cauſarum ſo-
14 cij vel participes. Vel quod is teſtis ali
quando in alia cauſa criminali, contra
me tulerit teſtimonium , quare nunc
non debet admitti in iſta,quia præſu-
mitur eſſe mihi inimicus .c. Cum P.
extra.de accuſat.l.Produci.ff.de teſti.
15 quæ clarè hoc dicit :Vel quod habeat
cauſam aut quærelam cōtra eūm , con
tra quem producitur.c.Cum in iuuen
tute,prope finem.ext.de purgat.cano
16 ni.Vel quod fuerit in eadem cauſa iu
dex , vel Aduocatus vel Procurator,
aut alias à conſiliis parti , vel aſſeſſor,
vel executor, vel actor, vel arbiter .c.
Romana.de teſtib.lib.6.l.finali.ff. eo.
17 Vel, Quod ex amore,odio,vel ex com
modo,vel timore depoſuerit.c.Quo-
tiens.ext.de teſtib.c. Cū contra.& .c.
ſeq.ext.de teſtib.cogend.&.l.Eos.C.

18 de teſtib. Vel q̧ ſit ab aliqua dignitate
propter turpitudinē remot⁹.l.2.ff. de
Sen. Vel q̧ ſit ſoci⁹ criminis, ſiue in eo-
dē crimine irretitus .c. Veniēs. ext. de
teſt. &.l. Sicuti. C. de quæſti. Vel q̧ ſit
libertus, q̄ ne volēs quidē cōtra patro
nū ſuū audiri debet.l. libertorū. C. de
19 teſti. imò teſtificādo punitur. Vel q̧ ob
ſcurè vel cōfuſè depoſuerit, quare nō
valet, niſi iterū deponat, & dictū ſuū
declaret ſiue interpretetur q̧ facere po
teſt.c. Cū clamor. ex. de teſt. Quod nō
perhibeat teſtimoniū de auditis aut vi
ſis, aut de certa ſciētia, ſed tantū de cre
dulitate, q̧ ita eſſe credat. Sed vide la-
tiùs Spec. tit. de teſt. Vel q̧ depoſuerit
negatiuè.c. Cū eccle. §. Nos igitur. ex.
de cauſ. poſſ. et & propriè. Vel, Quod
impertinēter & ſuper alio depoſuit, q̄
ſuper quo fuit interrogatus & produ
ctus. Vel (vt nōnulli dicunt) q̧ depo-
20 ſuit extra articulata. Vel q̧ interroga-
tus nō reddit cauſam ſui dicti.c. Cum
cauſam quæ. ex. de teſt. Vel quod ſunt
varij teſtes, & in dictis ſuis varient, &
vacillēt. d.c. cū eccle. ext. de cauſ. poſſ.
21 & propri. Vel, Quod titubāter depo-
ſuerit, et in dicto ſuo vacillauerit, titu
bās enim pro ignorāte habetur. l. Fin.
C. de condic. indeb. &.l. non debet. 2.
§. In re obſcur. ff. de regul. iur. & præ-
ſumitur cōtra teſtē, ſi non cū conſtan-
tia, ſed cū trepidatione deponat .l. De
minore. §. Tormenta, ibi plurimum
quoq; .ff. de quæſt. Et poteſt iudex ſi
talē viderit vacillantē, pallidū, tormē-
tis afficere, & timorē incutere, vt cer-
tò ac intrepidè veritatem deponat .l.
Nullū in. fi. C. de teſt. quia vt ait Cic.
in Top. Sæpe pallor vultus, rubor &
titubatio faciūt, vt minus fidei alicui
habeatur. Et iuxta illud Ouidij. O q̄
difficile eſt crimē non prodere vultu,
Vide Spec. tit. de teſt. lib. prio. parti. 4.

Vel quod ſit nimiū verboſus, cōtra tā
lē enim etiā præſumitur iuxta illud. In
22 multiloquio nō deerit peccatū. Vel q̧
receptus ſit poſt ampliorē renūciatio-
nē factā, vel poſt publicationē vel ſuf
ficiētē productionē factā. Vel q̧ rece
ptus ſit ante litis cōteſtationē, quia tūc
teſtari nō licet.c.1.&.2.&.c. Quoniā
ex. vt lite nō conteſta. licet fallat in cer
tis caſib⁹, hic cauſa breuitatis omiſſis.
23 Vel, Quod ſit adulator, & aduerſarij
mei gratiā captās.c. Similiter, &.c. Ac
cuſatores.3.q.5. Vel, Quod ſit arenari⁹
vel perſona vilis, quæ ſine tormentis
24 nō debet admitti.l. Ob crimē. §. Si ea
rei. ff. de teſti. Vel, Quod teſtes omnes
idē dicāt in omnibus, ob id enim oēs
quoq; ſubornati præſumuntur.l. Te-
ſtiū. §. Ideoq; .ff. de teſt.l. Qui ſenten-
tiā. C. de pœnis. &.c. Si teſt. verſic. in
25 teſtib⁹.4.q.3. Vel. Quod non nouerit
perſonas litigantiū, nec noīa ipſorum
dicere potuit .c. licet ex quadā. in fin.
ext. de teſtib. &.l. Scimus. §. Sin au-
tem dubius. in fin. C. de iur. deliber.
Vel, Quod ſit huius rei inſcius & ig-
narus, vel ſaltem quod contra ipſum
ſit ſuſpitio violenta, quod nihil de iſt-
hac recognoſcat.l. Alij. ff. de accuſat.
26 Vel, Quod teſtes diſcordent de loco,
de tempore, & de perſonis .c. Licet
27 ext. de teſtib. Vel, Quod crimen teſti
obiectum contingat cauſam de qua
agitur.c. Primò. in fi. ext. de except.
28 Vel, Quod teſtes non fuerint ſingula-
tim & ſecretè examinati. Vel, Quod
teſtis cohabitet inimicis eius contra
quem producitur .c. Repellantur. &
c. Cum oporteat. ext. de accuſat. & .l.
29 Finali. ext. de teſtib. Vel, Quod ſit lai-
cus, qui non admittitur contra cleri-
cum in criminali cauſa.c. Veniens pri
mo. ext. de teſti.c. laicos. &.c. ſeq. per
totum.2.q.7. Vel quod ſit cleric⁹ qui
non

non admittitur contra laicū.c.Nullus
11.q.1.Sed intellige in criminali,vel co
30 ram iudice ſæculari.Vel quod homici
da ſit.c. Conſtituimus.3.q.5.Quod
mulier.c.Forus.ext.de verbo.ſignifi.
Verum ſecūdum leges,mulier in cau-
ſa ciuili & criminali poteſt eſſe teſtis.
l.Ex eo.ff. de teſtib. Vnde Specu. Vel
quod ſit infamis, vel non probatæ vi-
tæ,nec bonę exiſtimationis.c. Teſti-
moniū.ex.de teſtib.Vel quod publicā
pœnitentiam ſemel egerit, ob quam
quodāmodo redditur infamis, & per
conſequens à teſtimonio repellēdus.
31 Vide latiùs Spec.titu.de teſte. Quod
non tulerit teſtimonium ieiunus, ſed
bene potus.c.Primo.ext.de teſti.Sed
hoc intelligendū eſt decoris gratia,&
nō neceſsitatis cauſa,vt multi dicunt.
Ideoq; iſtud capitulū vix vſpiā obſer-
uatur,quod tamē obſeruatu maximè
eſt neceſſarium.Nā ſi ſtupidi & amen
tes à teſtimonio ferēdo arceantur, cur
non pariter & poti,qui vinolenta,bac
chica,beluina amentia ſunt capti, vix
ſcientes quid deponant, & poſtridie
ſæpe ignari vbi fuerint,nedū quid ege
rint.Vel,Quod aliquid de ſuo adden-
do,mendacio teſtimonium decolora
rit.c.Pura.3.q.9.Vide tamē Spec.tit.
de teſte. qui hunc modū moderatur.
32 Vel,Quod natura ſit furioſus, vel(vt
dixi)quod potu ſit egregiè captus,&
inſipidus. Talis enim pro abſente &
ignorante habetur.l.Prima.§.Sed fu
rioſus.ff.de acquir.poſ. Vel,Quod ſit
teſtis in re vel cauſa ſua.l.Omnib⁹.C.
de teſtib.c.Si teſtes.§.Item omnibus
33 4.q.3.&.l.Nullus.ff.de teſtibus. Vel,
Quod ſit ſimul & teſtis, & accuſator,
quod eſſe non poteſt.c. Forus.§. In
34 omni.ext.de verb.ſignific. Vel,Quod
fuerit ob carmē famoſum dānatus.c.
Si teſtes.§.Ob crimē.4.q.3.l.Ob car-
men.ff.de teſt. Vel,Quod ſit publico
iudicio,puta de calūnia, dāmnatus.l.
Quæſitū.l.Scio.&.l.Repetundarū.ff.
de teſti. Vel,Quod olim fuerit crimi-
noſus,adhuc præſumatur.l.Quiſquis.
C.ad.l.Iuli.maieſt.&.c.3.in fi.ext. de
35 pigno. Vel,Quod falſo vel variè teſti
monium dixerit,vel vtrique parti di-
ctum ſuum proderit.d.c. Si teſtes.§.
Qui falſo vel variè.4.q.3.l. Nullum.
C.de teſtib.l.Qui falſo.ff.eod.l. Eos.
36 ff. Ad.l.Cor.de falſ. Vel,Quod ab eo
aliquando liberatus fuerit,p̄ quo pro
ducitur, vel quod parens ipſius fue-
rit, vel quod teſtis in publicis vīculis
ſeu cuſtodia detineatur, vel quod ſe
ad pugnandum cum beſtia dentata lo
cauit,vel quod pecuniam ob teſtimo-
nium dicendum acceperit.c. Si teſtes.
§.l.Iulia.de vi.&.§. In teſtimonium.
37 4.q.3. Vel, Quod non fuerit rogatus
à producente,vt in Autenti.de teſtib.
§.Et licet.&.c.Quanquam.14.q.2.&
talis tamē eſt caſus in quo rogari de-
38 buit.Quiſquis aūt in reprobationib⁹
ſuis proponere volet crimē ob quod
teſtē reprobare cōtēdet, is debet illud
crimē ſpecificare, & interim proteſta-
ri,q̄ id nō iniuriādi cauſa dicat,ſed ſuę
cauſę patrocinandi gratia deponat,
& veluti ſuo propoſito plurimum ſer
39 uiens. Secundū ſtylū aūt parlamenti,
nemo poteſt reprobare aliquē de cri-
mine,aut de infamia, niſi ſimul depo-
nat locū vbi teſtis cōuictus, & condē-
natus fuerit,aut certe niſi reprobatus
40 ibidē crimē ſuū confeſſus fuerit. Et ſe
cundū eundem ſtylū,oēs teſtes q̄ vltra
decem ſunt auditi & examinati ſuper
vno articulo reprobantur. Nam con-
ſiliarij de parlamēto ius dicunt ſuper
primis decem teſtibus, vt ſunt ex or-
dine deſcripti; non habentes reſpe-
ctū ad alios ſequētes,etiā ſi iſti melius
ac ve-

ac veriſimilius probarẽt, quàm decem præcedentes. Productor autem nõ poteſt reprobare teſtem quẽ ipſe ex ſua parte prius produxit, quique poſteà etiam à parte producitur. Teſtis enim ab vtraq; parte productus, omni exceptione maior eſt habendus, & nullo
42 modo reprobabilis. Cõtingit aliquando vt pars teſtem aliquem reprobet, qui tamen pro ipſo improbante, & ad commodum ipſius depoſuerit, & ea depoſitio licet reprobanti commoda, nullius eſt fidei, propterea quod is teſtis ſimul cũ ſuo teſtimonio reprobatus fuerit, niſi fortaſsis ipſum conditionaliter reprobaſſet, ſcilicet inquã tum, aut quatenus aliquid depoſuit in
43 ſuum præiudicium & non vltra. Contra teſtes, qui audiuntur per informationem præcedentem, aut in proceſsibus ſummariis, aut in compromiſsis, aut in recredentiis, aut in aliis acceſſoriis, non valent reprobationes vllæ, quemadmodum etiam non ſeruiunt reprobationes, contra teſtem aut teſtes, quos iudex audit, aut audire facit ex ſuo officio. Atque ita hactenus de teſtibus, & de teſtium depoſitionib⁹, quos & quas ob dictas cauſas reprobare licet. Reliqua, & his ſimilia etiam in ſuperioribus capitibus, ſcilicet, 170. 171. 172. & 178. 179. vtcunque explicauimus.

CAPVT.

CAPVT CLXXXVII.

De Reprobatione titulorum, aut Scripturarum.

Summæ.

1 *Scripturæ probationem efficiunt, vt teſtes.*

2 *Ad ſcripturæ reprobationem diligenter eſt examinanda ipſius copia.*

Reprobantur literæ
- 3 *Propter falſitatem contentam.*
- 4 *Propter vitia raſuræ, aut lituræ.*
- 5 *Propter vetuſtatem, qua vix legi queant.*
- 6 *Propter datam, aut cauſam non expreſſam, aut quod pugnantia contineant.*

Falſitas eſt aut ex
- *Raſura*
  - 7 *In ſubſtantialib. ſ. Indictionis, vel, Anni Domini* — *ſic totum inſtrumentum habetur falſum.*
  - 8 *In non ſubſtantialib.*
    - *Elucidatis per locum non raſum, ſic raſura non obeſt, ſed fides manet.*
    - *Non elucidatis per locũ nõ raſum, tamẽ*
      - *In loco ſuſpecto, tunc totum inſtrumentum habetur ſuſpectum.*
      - *In loco non ſuſpecto, & tũc inſtrumẽtum nõ habetur vitiatũ.*
- 9 *Vitio articuli*
  - *Principalis, ſic vitiantur omnia copulata.*
  - *vel,*
  - *Non principalis, ſic non vitiantur reliqui articuli copulati.*
- 10 *Teſtis deponens falſum*
  - *Circa ſubſtantiam cauſæ omnia depoſita ſua falſificat.*
  - *Non circa ſubſtantiam cauſæ, ſed tantum circa circonſtantias, non falſificat reliqua.*
- 11 *Cancellatione facta*
  - *In cauſa ſæculari, valet cancellatio.*
  - *In cauſis pietatis, non valet cancellatio.*

12 *Priuilegiorum literæ reprobantur, quod*
- *Contineant ius commune.*
- *Priuilegiator concedendi poteſtatem non habuerit.*
- *Impetratio contigerit lite pendente.*
- *Impetratio fuerit ſurreptitia.*

12 *Priuilegiorum literæ reprobantur, quod.*
- *Tempus conceſſionis fuerit extinctum.*
- *Conditiones in iis contentæ non ſint purgatæ.*
- *Contrarium ſit iudicatum.*
- *Eo priuilegio abuſum ſit.*
- *Ei priuilegio renunciatum ſit.*
- *Id priuilegium per Principem reuocatum ſit.*

13 *Tranſumpta reprobantur*
- *Si facta ſint in abſentia partiũ.*
- *aut,*
- *Si facta ſint ab alio, quàm per Commiſſarium.*

14 *Reprobantur omnes* { *Atteſtationes aut, Literarum copiæ* } *conſcriptæ per non* { *Notarium, Graphiariũ, Iuſtitiariũ* } *loci proceſſuũ.*

1 SIcuti reprobãtur teſtes, & teſtium
depoſitiones, ita etiam reprobãtur
& tituli, inſtrumenta, ſcripta, obliga-
tiones, Apochæ, ac chirographa, quod
hæc in iudiciis probationem quoque
magnam efficiant, non ſecus quàm ip
ſi teſtes, quorum officium, & locum
obtinere videntur. Quocirca qui ſe
contra titulos, aut ſcripta opponere,
eaq; reprobare volet, is primò curare
debet, vt eorum fidelẽ habeat copiam.
2 Deinde hanc diligentiſsimè, ſæpiuſq;
leget, & releget, omneſque ipſius par-
tes accuratiſsimè obſeruabit, nũquid
vitij, nunquid falſi, nunquid ſuſpecti,
aut repræhenſibile contineat, quod a-
liquo modo reprobare poſſet. Vna e-
nim parte reprobata facile reprobatur
& totum. Reprobantur itaque ſcrip-
3 ta multis variiſque modis. Primò,
quod falſæ ſint, quæ falſitas colligitur
ex ſignatura ipſa falſa, & efficta, aut
ex ſigillo falſo, fictitio, vel imitatiuo,
& adulterino. Vel quod res aliter cõti
gerit, aliterq; tranſacta, atque tractata
4 fuerit, quã ſcripta loquantur. Item, ꝙ
ipſæ ſcripturæ ſeu literæ ſint vitiatæ
per raſuram, aut liturã, præcipuè in ſu
pecto loco, veluti in nominibꝰ, in da-
tis, in ſummis, in loco, aut in puncto,
vbi ipſa cõtrouerſiæ materia maximè
5 eſſet ſpectanda. Itẽ quod ſcriptura ſit
nimia vetuſtate penè extincta, & talis
quæ vix legi queat. Aut quod ſigillũ
ſit incognitum, ſine probatiõe, & non
6 autenticum. Item, Quod in illis ſcrip-
tis non cõtineatur debita datæ expreſ
ſio, nec cauſã rerum, vel quod tale ſcri
ptum ſibiipſi cõtrarietur. Hæc omnia
facile colligi etiã poſſunt ex capi. 147.
Sed ad hos quatuor falſitatis modos
opus eſt ampliori conſideratione, &
certiori diſtinctione. Pro quibus no-
tandæ ſunt aliquòt quæſtiones. Primò
ẽm quæritur an quæuis falſitas in in-
ſtrumẽto, totũ inſtrumẽtum vitiet, ac
falſum reddat. Pro cuius reſponſione
præmittẽda eſt hæc diſtinctio. Hęc fal
ſitatis ſuſpitio naſcitur, aut ex raſura,
aut ex alio quopiam vicio, aut ex cãcel
7 latione. Si ptopter raſurã appareat fal
ſitas, tũc ea raſura eſt circa ſubſtãtialia
inſtrumẽti, aut in aliis inſtrumẽti par-
tibus. Si itaq; raſura cõperiatur facta
circa ipſum ſubſtãtiale inſtrumẽti, pu
ta circa indictionem, vel circa annos
domini, vel ſimile, tũc totũ inſtrumen
tum redditur falſum, vt tenet Bald. in
l. Si ex falſis. C. de tranſact. (vbi vide.
D. Iaſo. Mayn. & D. Alexandrum &
Sali-

Sal.& Franciſ. Aret.& Felinum in .c.
Fraternitatis. de hæretic. & D. Alexã.
de Imol.in conſilio.43.4.parte. in.2.
8 colum.) Si autem raſura commiſſa ſit
in non ſubſtantialibus inſtrumẽti,ſed
in alia parte,aut in aliis locis inſtrumẽ
ti,tunc quoque gemina diſtinctione
opus eſt. Ea enim in aliis locis facta ta
lis eſt,vt locus non raſus locum raſum
elucidet,& explicet, & tũc fides loco
raſo,totiq; inſtrumẽto datur, ſic vt to
tum inſtrumentum integrum,& non
vitiatum habeatur. Aut locus non ra-
ſus,locum raſum nõ explicat,nec elu-
cidat.Sed & hic occurrit gemina di-
ſtinctio.Eã enim raſura,aut eſt in lo-
co ſuſpecto,aut in loco non ſuſpecto.
Si ſit in loco ſuſpecto , nempe in quo
pũctus ipſe quæſtionis verſatur, tunc
inſtrumentũ totum vitiatũ habetur.
Ita tenet Bald.in.l.fi.c.de edict. Diui.
Adria.toll. (vide tu plenè per Feli.in.
c. Ex literis.ext.de fid.inſtru. & ple-
nè in.c.Inter dilectos.in. 3.colũ. ver.
in textu ibi.Sed contra.de fide inſtru.
Si autem ea raſura cõmiſſa ſit in loco
non ſuſpecto, licet locum non raſum
non explicet,nec fidem præbeat,eſt ta
men talis vt inſtrumẽto non deroget,
nec fidem eripiat,ſed potius fidẽ om-
9 nem,& iuſtificationẽ relinquat. Por-
rò ſi in inſtrumento reperiatur aliud
vitium per quod iudicaretur falſitatis
ſuſpitio,tũc à ſimili, ſi iſtud vitiũ eſſet
tantum in vno capitulo , eoq; princi-
pali vitiarentur ſimul omnia cõnexa.
Verùm ſi ea plura connexa capitula eſ
ſent ſeparata, tunc propter vnum ca-
pitulum vitiatum,non haberentur vi
tiata capitula reliqua , ſicut tenet In-
noc.in.c.Fraternitatis.de hæret. Et
idem tenet Bald.in.d.l.Si ex falſis. C.
de tranſact.Idem quoque vſuuenit in
10 depoſitionibus teſtium. Nam ſi teſtes
falſum dicant circa ſubſtantiã negotij
principalis,vel circa id, quod eſt qua-
lificatiuum totius probationis,totum
ipſorum dictum vitiatum & falſum
cenſetur:veluti ſi teſtis interrogaretur
an affinis eſſet , iſq; reſponderet quod
non,cùm tamẽ in rei veritate eſſet affi
nis:totum ſuum dictũ vitiaretur, fal-
ſo enim negãdo in quo tota fidei pro
batio, vel reprobatio conſiſtit, etiam
tota ipſius depoſitio habetur falſa.
Minor enim ipſi fides adhiberetur ſi
eſſet affinis, quàm ſi non eſſet. At-
que ita determinat Innoc.in.d.c. Fra-
ternitatis, quod ſequitur Bald.in. d.l.
Si ex falſis.Secus autem iudicandum
eſſet , ſi teſtis falſum deponeret circa
aliquas circunſtantias,quæ negotium
principale non ſuſpectum redderent,
quia tunc ob illud falſum, non vitia-
retur totum ipſius dictum,vt not.In-
noc.in.d.c.Fraternitatis, veluti ſi quis
diceret contrahentem eſſe propin-
quum,alia affinitate,quàm in rei veri
11 tate eſſet, &c. Sed hic notandum eſt
de vitio cancellationis, quod quan-
do reperitur in aliquo inſtrumento
verbum aliquod cancellatum , tunc
præſumitur illud ſponte & conſultè
cancellatum fuiſſe per illum qui can-
cellandi poteſtatem habuit. Ideo-
que id quod cancellatum eſſet, habe-
retur pro vitio,& non ligaret. Veluti
ſi teſtator in inſtrumento legaret cen-
tum Titio. & in inſtrumento eſſet
vnum verbum quod diceret ducen-
ta, idque cancellatum eſſet, certe illa
ducenta ob cancellationem non debe
rentur.Sed hoc fallit in teſtamẽtis re-
lictis ad pias cauſas, quia illud præſu-
mitur inconſultè cancellatum, & per
conſequens ligaret illud cancellatum,
niſi poſteà probaretur contrarium,
ita notat Bartolus in .L. Proximè
in

in fi.ff.de his quæ in teſta.delent. Li-
12 terę autem priuilegiorum peculiarem habent reprobandi modum. Reprobantur enim iſtę multis variiſque modis. Primò, dicendo, quod contentum literarum ſit ius commune, & per conſequens, quod non ſit priuilegium. Item quod is, qui tale priuilegiũ conceſsit, non fuerit talis, qui tunc tẽporis tale priuilegium concedendi poteſtatem habuiſſet, aut quod impetratum & acquiſitum ſit proceſſu pendente, aut quod impetratum ſit per ſurreptionem & obruptionem, aut quod tempus in impetratione cõceſſum & limitatum, iam expiratum & extinctum ſit, aut quod inibi conditiones incertæ ſint, quæ nondum ſint purgatæ, aut quod contrarium iudicatum ſit, aut quod de illis abuſum ſit, aut quod de illis renunciatum ſit, aut quod per Principem reuocatum ſit, tanquam contrarians communi pro-
13 fectui. Tranſumpta autẽ, hoc eſt, copiæ inſtrumentorum reprobantur, & confutantur, hoc modo, quando dicitur, quod facta ſint in abſentia partis, aut quod facta ſint per alium, quàm
14 per Commiſſarium. Omnes præterea atteſtationes, aut copiæ factæ & conſcriptæ per Notarium, Officialem, aut per alios iuſtitiarios, quàm per iuſtitiarios loci, vbi proceſſus peragitur ſunt reprobabiles.

CAPVT CLXXXVIII.

De Saluationibus.

Summæ.

1 *Saluatio quid ſit.*
2 *Saluatio quid ſpectet.*
3 *Nec reprobatio, nec ſaluatio ſunt de ſubſtantia proceſſuum.*
4 *Reprobationes reprobatis ſunt odioſæ.*
5 *Gratioſior eſt ſaluatio, quàm reprobatio.*
6 *Nec reprobatio nec ſaluatio permittuntur ante proceſſus examinationem.*
7 *Reprobationes & ſaluationes ſunt proponendæ ante concluſionem in iure.*
8 *Reprobationes, ſaluationes, &c. poſt concluſionem in cauſa, repelluntur.*
9 *In Francia reprobationes, & ſaluationes non permittuntur ante examen proceſſus.*

POſt reprobationes depoſitionũ, teſtiũ, atteſtationũ, ac ſcriptorum, recto ordine ſequũtur earundẽ depoſitionum ſaluationes, quib᷑ productor ſuam depoſitionem contra reproba-
1 tionem ſaluat & iuſtificat. Saluationes enim ſunt defenſiones, aut ſolutiones, contra reprobationes ſeu contradictiones à parte productas, &
2 quibus ſuam productionem, ſuos teſtes, ſuorum atteſtationes iuſtificat, et verificat. Sed hoc de reprobationib᷑ ac ſaluationibus omnino notandum
3 eſt, quod neutra earum ſit de ſubſtantialibus proceſſus, ideoque nemo cogitur producta aut reprobare, aut ſaluare, niſi velit, ſed vtraq; partium poteſt ad omnia depoſita quieſcere, ab vlte-

vlterioribus actibus ſuperſedere, cedere, & in partium depoſitionibus, ac probationibus acquieſcere, & ſeſe referre, atque ſubmittere ad reprobationes & ſaluationes iuris. Et quia re-
4 probationes ſemper in ſeipſis ſunt reprobatis odioſæ, ob id quod Chriſtiana charitas non debet præſumere de teſtibus, ac teſtiū depoſitionib⁹, quàm quod fuerint viri pij, quiq; nihil aliud teſtari vellent, quàm quod haberet veritas. Ideoque indignè fertur à teſtibus, & à teſtium productoribus, ſi vel ipſi teſtes, vel ipſorum teſtimonia indebitè reprobentur, ſemper enim præſumit charitas, quod vnuſquiſque velit ſuum iuramentum, ſuam conſcientiam, & ſuam animam vera teſtando ſaluare, & in depoſitionibus nihil contra veritatem (qui Chriſtus
5 eſt) vellent aſtruere. Ideoque iuſtior, gratioſior, & humanior eſt ſaluatio, quàm reprobatio. Hæc enim plærumque odium, illa verò gratiam ſæpius parit, non ſecus quàm in libello, Iuſtior eſt belli defenſio, quàm illatio.
6 Quocirca vt omnia æqua ſint, Iudex non permittit, nec ordinat vllam reprobationem aut ſaluationem fieri ſuper depoſitis, ac reprobatis, priuſquā ipſe totum proceſſum viderit, examinauerit, & compererit totam materiam principaliter conſiſtere in reprobationibus, aut quod pars reprobatrix aliqua facta, aut aliquod factum inſeruerit, quod neceſſariò requiritur, vt per reprobatorem probetur, atque idem poſteà à parte deponente
7 ſaluetur. In prouinciali conſilio Flandriæ cœptum eſt ab aliquot annis practicari, quòd probatio vel ſaluatio ſuper contradictionibus & ſolutionibus, reprobationibus, & ſaluationibus fieri debeant antequam concludatur in iure, potiſsimum ſi articulus reprobationis pertinens eſſe com-
8 periatur. Nam poſtquam proceſſus concluſus eſt in iure, aut (vt vulgò) in cauſa, tunc nemo admittitur ad verificationem ſuarum reprobationum, aut ſaluationum, aut ad vllas probationes faciendas, vti dictum eſt ſuprà
9 cap. 181. Sic quoque in Francia omnibus iudicibus prohibitum & interdictum eſt informationem facere, aut faciendā curare ſuper reprobationibus, niſi proceſſus totus viſus & diligenter examinatus fuerit, & niſi compererit, quòd factum aut facta in reprobationibus poſita pertinenter concludant, ſic vt ea reprobatio duntaxat facta ſit contra teſtes, ſine quibus proceſſus nequaquam decidi poſſet.

CAPVT CLXXXIX.

De Interruptione proceſsus.

Summæ.

1 *Proceſſus interrumpitur per* { *Defectum præſentationis.* *&,* *Obitum alterius partis.* }

Eo *Ir-*

2 *Interruptio proceſſuum non purgatur niſi per* { *Principem. aut, Conſenſum partis.* }

3 *Interruptor condemnatur, cum expenſis & pars abſoluitur.*
4 *In conſilio Mechilinienſi non fit interruptio, niſi poſt annum & diem.*
5 *Quando proceſſus ſiſtitur, ob ſubmiſsionem, vel compoſitionem partium nulla cadit interruptio.*

6 *In prætoriis, & Curiis feudalib. cadit interruptio* { *Per non præſentationem. & Per mortem partis.* }

7 *Princeps de interruptione infra. 30. annos releuat.*

Quando altera pars moritur {
8 *Ante concluſionem in cauſa, fit interruptio, & altera pars accipit (Comparuit.)*
9 *Poſt concluſionem in cauſa, nulla cadit interruptio, nec accipitur (Comparuit.)*
10 *In materia manutenentiæ, altera pars in poſſeſsionem ponitur, ſine acceptatione (Comparuit.)* }

Fit vt ſuū proceſſus nō ſemper debitum & regulatū obtineat ordinem, ſed vt ipſius ordo debitus per
1 quædam incidentia remoretur, turbetur, & interrumpatur. Duobus itaq; modis proceſſus interruptus efficitur, ſcilicet per defectum præſentationis, & per defectum proſecutionis, qui fieri ſolet per obitum vnius partium.
2 Sic in prouinciali conſilio Flandriæ proceſſus cenſetur interruptus, quando actor omittit ſiue negligit cauſam præſentare ſuper rotula, quocunque in ſtatu cauſa fuerit. Et non poteſt tūc actor illam ſuam interruptionem purgare, niſi per Principis releuamentum, aut per conſenſum partis. Sed
3 interim hoc de iſta interruptione notandum eſt, quod ea non magis præiudicat, quàm quod interruptor hic ob negligentiam ſuam ſolummodo condemnetur de inſtantia cum expenſis, niſi ea interruptio fiat in materia appellationis nouitatis aut manutenentiæ, in quibus etiam à principali
4 ſuccumberet. In magno Mechilinienſi conſilio, nullus proceſſus cadit interruptus, niſi is per annū & diem, abſque vlla præſentatione quieuiſſet.
5 Quando verò partes ſtant & in procedendo non pergunt, ſed ſunt aut in ſe ſubmittendo, aut quod ſint iuſsi, ac citati comparere coram Commiſſariis ad amicè cum aduerſariis componendum ſeu tranſigendum, atque ob id cauſa vel proceſſus principalis maneat ſtans, ceſſans, & quieſcens, tunc tali ſubmiſsione aut ordinatione durante nulla cadit interruptio.
6 Sed in conſiſtoriis (vulgò) vierſcharíis, atque etiam in feudalium curiis, quando actor ſeſe non præſentat, tunc in quocunque ſtatu res, ac cauſa ſit, proceſſus cadit interruptus, quemadmodum etiam interrumpitur, quā do altera partium per mortem ab hoc
7 ſæculo diſcedit. Sed Princeps facile & ex ſua authoritate releuat ab omnibus

nibus interruptionibus proceſſuum,
quantumuis diu præteritæ fuiſſent,
dummodo triginta annorum præſcri
ptione actio ſopita & extincta non
8 fuerit. Sic quoque quando vna ſi-
ue altera partium ante concluſionem
in cauſa moritur, cauſa ſiue proceſſus
cadit interruptus, & aduerſa pars ca-
pit notam verbi (comparuit,) hoc eſt,
qua teſtatur ſe comparuiſſe, nec ſua
culpa proceſſum interruptum eſſe,
ſed per mortem partis. Atque iſtud
in materia ciuili. Quia in materia cri
minali nequaquã accipitur tale (com-
paruit,) quia per mortem delinquen-
9 tis, cauſa ſopita & extincta eſt. Quan
do autem altera partiũ moritur poſt
concluſionem in cauſa, tũc cauſa non
cadit interrupta, ſed manet in ſtatu,
donec ſuper ea ſententia feratur.
Ideoque non eſt tunc neceſſe accipe-
10 re notam (comparuit.) In materia
autem manutenẽtiæ ſuper beneficio,
quando altera partium moritur, tunc
altera ſuperueniens ponitur in poſſeſ
ſionem, dummodo de ſuo titulo, &
ſua inſtitutione canonica conſtet. Et
non tenetur accipere (comparuit.)
Sed contra fit in materiis complein-
tarum, in cauſis prophanis, quia in iis
accipitur (comparuit.)

CAPVT CXC.

De Arramentis acceptandis aut Relinquendis.

Summæ.

1 *Actore moriente ante concluſionem* { *Reus non tenetur ad Arramenta. ſed, Hæredes tenentur ad Arramenta intra annum.*

2 *Reo moriente ante concluſionem, hæredes ipſius intra annum citandi ſunt, ad arramenta acceptanda, aut deſerenda.*

3 *Alterutra partium moriente poſt concluſionem in iure, ceſſat arramentorum acceptatio.*

4 *Parte moriente ante litis conteſtationem, moritur & proceſſus.*

SVperioribus capitibus pauca obi-
ter meminimus de arramentis,
nempe quæ dicantur Arramenta, &
quomodo hæredes ad Arramenta ac-
ceptanda nouas procurationes conſti
tuere debeant, vti videre licet in ca-
pite. 90. Hic vbi agitur quid facien-
dum ſit, poſtquam res concluſæ ſint
in cauſa, conuenienter etiam expli-
candum eſt, quid faciendum ſit in ar
ramentis, antequam aut poſtquam
omnia in cauſa concluſa fuerint.
5 Pro quo ſciendum eſt, quod quando
actor moritur ante concluſionem in
cauſa, reus nõ cogitur citare, aut in ius
vocare viduam aut hæredes defuncti

ad arramenta aſſuměda,niſi velit. Sed ipſa vidua, & hæredes ipſi debent, & tenentur ea arramenta aſſumere, & continuare intra annum, & diem. Id enim ni fecerint, cadunt ab inſtantia, & ſoluere tenentur expenſas.

2 Sed quando reus moritur ante concluſionem in cauſa, tunc ſua vidua, ſuique hæredes, aut ſucceſſores citandi, atque in ius vocandi ſunt ab actore intra annum & diem, vt arramenta rei demortui aut aſſumant, aut deſerant, vel vt iis renuncient.

3 Quando verò alterutra partium moritur poſt concluſionem in cauſa, tunc non eſt neceſſe, vt illius mortui vidua aut hæredes in ius vocentur, ad arramenta aſſumenda, quia tunc cauſa ad iudicandum probata eſt, & parata. Nec quicquam amplius expectandum, quàm vt ſententia pronuncietur. Sed hactenus de arramentis aut ante, aut poſt concluſio-
4 nem in cauſa. Porrò ſi altera partium moreretur ante litis conteſtationem, tunc nulla opus eſt arramentorum acceptatione, ſed cum ipſius morte ſimul tota cauſa cadit extra iudicium, ſic vt omnia eatenus actitata, ſint nulla, & proceſſus ipſe ab integro, & à principio ſit denuo inchoandus.

CAPVT CXCI.

De Concludendo in Iure vel in Cauſa.

Summæ.

1 *Quid ſit proceſſum in Iure, aut Cauſa concludere.*

2 *Poſt concluſionem in iure, partibus nihil producere licet.*

3 *Partes renunciant, Iudex in iure concludit.*

In conſilio
4 *Mechilinienſi concluditur coram Commiſſario.*
5 *Flandriæ, partes in cauſa concludunt ſuper rotula.*

Poſt concluſionem
6 *Iudex partes interrogare poteſt.*
7 *Partes motiua iuris iudici tradere poſſunt.*

8 *Concluſio in cauſa eſt de ſubſtantialibus proceſſuum.*

Proceſſus

9 *Proceſſus* { *Factorum requirunt concluſionem in cauſa.*
ſed,
10 *Iuris non requirunt concluſionem, quia ſufficit ſatisfieri ordinationi diſpoſitiuè.*

1 PRoceſſus in iure ſiue in cauſa con-
cluditur, quando ambæ partes, ſci-
licet, altera alterius viderunt produ-
cta, & vniuerſas mutuas ſcripturas
atque munimenta quæque cum ſuis
inuentariis in iudicio ſiue proceſſu
ſeruita & exhibita, renunciantès aut
renunciando de ampliori productio-
ne, aut commonſtratione facienda,
& petentes aut petendo ſuper iis
omnibus ius per iudicem aut iudices
dici, ac ipſis reddi. Vel breuius. Pro-
ceſſus dicitur concluſus eſſe in cauſa,
quando allegationibus iuris & facti
vtrimque renunciatur. gloſſa. in .§.
Quia verò, in verbo. Concluſerint in
Autentico. de teſtib. collat. 7. Et Ang.
& Innoc. in .c. paſtoralis, ibi renun-
ciatum ſit an concluſum. ext. de cauſ.
2 poſſeſſ. & propriètar. Poſt hanc ita-
que concluſionem factam in cauſa,
non poteſt pars amplius quicquam fa
cere, vel petere in iudiciis ordinariis.
c. Cum dilectus. extra. de fide inſtru-
ment. & .l. Poſtquam. C. de pact. Et
ita cōcluſio in cauſa facit, vt nihil am
plius produci poſſit, niſi in caſibus no
tatis in Speculat. de renuncia. & con-
clu. verſ. & ſcias, & de inſtrumento.
edit. §. Nunc dicamus in principio.
Huiuſmodi autem concluſio in cauſa
3 recipitur & ſtatuitur, & ampliorum
productionum renunciatio fieri de-
bet à partibus, & ex eo quod partes
ita vlterioribus proponendis renun-
ciāt, totius cauſæ proceſſus in iure con
4 cluditur. Nihilominus in magno Me-
chilinienſi conſilio praxis habet, vt
proceſſus concludatur in iure coram
eo Commiſſario, qui mandatum &
commiſsionē ad proceſſum inſtruen-
dum habuit, vſque ad ſententiam defi
5 nitiuam excluſiuè. In Flandriæ autem
prouinciali cōſilio, ipſæ partes conclu
dunt proceſſum in cauſa, ſuper rotula
ſeu regiſtro præſente iudice & curiæ
Graphiario. Et quamuis partibus (vt
diximus) nō liceat poſt concluſionem
in iure, quicquam amplius producere,
6 ipſi tamen iudici omnino licitum eſt,
vt poſt concluſionem in iure ex ſuo
officio adhuc interroget partes, ſuper
illis, quæ ad materiæ deciſionem ſerui
re, & pertinere putabit, vt in .c. Iudi-
cantem. 30. q. 5. l. Vbicunque. ff. de in-
terrog. actio. quæ. l. Concordat. cum
gloſſa. prima. in verbo. Iudicis officiū
in. c. 2. extr. de offic. iudic. in verſicu.
Item interrogare debet, & habetur, in
c. Cum Iohannes Heremita, circa finē
extra. de fid. inſtru. & in. c. Cum cla-
mor. ext. de teſtib. Sicuti etiam latiùs
videre poteris per D. Iohānem à Graſ
ſis in ſuo tractatu in arborem iudicio-
rum, folio verſo. numeris. 11. 12. 13. 14.
15. 16. ſub rubrica ſeu titulo. De offic.
iudicis. quia veritas ſæpius examinata
magis ſplendeſcit in lucem .c. Graue
35. q. 9. quia officium iudicis eſt latiſ-
ſimum. l. Prima. ff. de iuriſdictio. om-
7 nium iudic. Partibus autem vtriſque
poſt concluſionem in cauſa licitum
eſt, & permittitur, vt iudici exhi-
beant tot & talia iuris motiua, quot
& qualia ipſis expedire videbitur, vſ-
que ad ſententiam excluſiuè. Sed nul

la noua facta (vt dictum eſt) ipſis exhibere tunc permittitur. Sed quæri hic poſſet, an prorſus neceſſarium ſit, vt proceſſus ita concludan-
8 tur in iure. Ad quod reſpondendum eſt, quòd concluſio in cauſa planè ſit neceſſaria. Nempe, quod ipſa ſit de eſſentialibus ſiue ſubſtantialibus iudicij ſeu proceſſus, vide bonam gloſſam in Clement. Sæpe. de verborum ſignificatio. in verbo. concluſione, & Panorm. in c. Cum .I. & A. extra. de ſentent. & re iudicata. Hinc eſt quod in præfato ſupremo Mechlinienſi Conſilio, nulli proceſſus, qui in factis conſiſtunt iudicentur, niſi prius Conſilio per actam conſtiterit proceſſum in iure conclu-
10 ſum eſſe. Sed in proceſsibus iuris, hoc eſt, qui in iure conſiſtunt, ſufficit explere, ſiue ſatisfacere ordinationi ſeu appointamento diſpoſitiuo, ſic vt in illis concluſio in cauſa, nullo modo ſit neceſſaria.

CAPVT CXCII.

De Receſsu capiendo, ad proceſsum viſitandum.

Summæ.

1 *Poſt concluſionem in cauſa, accipitur tempus ad terminandum.*

2 *In conſilio* { *Mechilini.* & *Flandriæ* } *Proceſſus examinatur tempore commodo.*

3 *In Francia proceſſus ſuper* { *Incidentibus terminantur quàm citiſsimè fieri poteſt.* / *Principali intra* { *Tres menſes.* / *Semiannum.* } }

4 *Ad terminandum aſſumuntur aliquando plures examinatores.*

5 *Proceſſus ciuiles intra triennium terminandi ſunt.*

6 *Iudices* { *Inferiores non terminantes intra triennium puniuntur decem libris.* / *Maiores non terminantes intra triennium puniuntur triginta libris.* }

7 *Proceſſus terminatur* { *Quondam, intra ſex hebdomadas.* / *Nunc, tempore commodiſsimo.* }

8 *Iudex inferior non terminans* { *Primò, admonetur à Curia.* / *Secundò, mandatur à Curia ſub pœna certa.* / *Tertiò, damnatur in pœnam conſtitutam.* }

Poſt-

1 POſtquam itaque proceſſus in iu-
re, ſiue in cauſa concluſus fuerit,
tunc ex magiſtratibus, aut ex conſi-
liariis decernuntur aliqui, qui ex con-
ſilio ad certum tempus conſtitutum
ſecedant, vt tali proceſſui perlegendo
atque examinando, tantò liberiùs va-
care poſsint, & expeditiùs perqui-
rere, vtrius partis probata ſint æquio-
ra, & vt iudex certiùs ſecundum
propoſita & allegata iudicare poſ-
ſet. Ad hanc examinationem facien-
dam, alij iudices capiunt tempus
ſtatutum, & præfixum. Alij verò
tempus non præfixum, ſed tempus
quando ipſis id fieri maximè vide-
2 bitur oportunum. Nam in ſupre-
mo Mechiliniensi Conſilio, & etiam
in prouinciali Conſilio Flandriæ vi-
ſitatur, diſcutitur, & examinatur
proceſſus, tempore ipſis maximè com
3 modo & oportuno. In Francia au-
tem (ne proceſſus diu hæreant) con-
ſtitutum eſt, vt omnes proceſſus vi-
ſitentur, & examinentur, ſcilicet, ſu-
per incidentibus, quàm citiſsimè id
fieri potuerit, & ſuper principali, in-
tra tres menſes, & paulò diutiùs, ſe-
cundum exigentiam cauſarum, certe
vt id fiat ad minimum intra ſemian-
4 num. In Camera legali Flandriæ, in
Curiis feudalium, & in Conſiſtoriis
ſeu (vulgò) vierſchariis, pares curiæ,
aut ſcabini, quando res ſunt arduæ, &
graues, ita vt ſibi in ſententia pronun
ciandi non ſatis fidant, aſſumunt ad
ſe plures deputandos, & ſecum con-
ſulturos, vt ex maiori examinantium
numero, & ex pluribus conſiliariis, et
doctis, certior & verior cauſarū cog-
nitio eluceſceret, quæ prius paucio-
ribus non ſatis innotuit. Sed iſthæc aſ-
ſumptio, ſæpe redundat ad graue o-
nus partium, & ad proceſſuum retar-

5 dationem maximam. De iure aūt ciui
li oēs cauſæ ſiue proceſſus ciuiles, de-
bent à tempore litis conteſtatæ intra
triēnium terminari: alioqui perit eo-
rum inſtātia. Sed hic excipiendæ ſunt
cauſæ fiſcales, & cauſæ publicarū fun
ctionum, vulgata. l. Properandum in
6 principio. C. de iudic. Et ſi iudices ad
hanc terminationem intra dictū trien
nium tardiores, & negligentes repe-
riantur, hi grauiter puniendi erunt,
ſed diuerſimodè, nempe pedanæi ac
inferiores iudices, puniendi ſunt tres
libris auri. Maiores verò iudices de-
cem libris auri. d. l. Properandum.
§. Sinautem vtraque parte. C. de iu-
7 dic. Sed quia triennium multis vide-
batur æquo longius, ideo annō 1526.
ad requiſitionem multorum, per in-
ſtructionem Cameræ conſtitutum,
& in Conſilio mandatum eſt, vt ſen-
tentia detur, ac ius reddatur intra
ſex hebdomadas, ſed quia id intra tan
tillum temporis fieri non poterat,
propter immodicam, & penè infini-
tam aliarum cauſarum confluentiam,
quibus terminandis tantillo tempore
non ſat commodè ſatisfieri potuit,
idcirco poſteà ea inſtitutio iterum re-
uocata fuit, & ordinatum, vt cauſæ
omnes teminarentur, non præfixo cer
to tempore, ſed quàm citiſsimè id fie-
ri poſſet, ad omnium tum partiū, tum
conſiliariorū, ac totius Curiæ commo
8 ditatem maximā. Quando inferiores
Magiſtratus quò diutius differunt à
iudicādo, curia ſcribit ad illos, & man
dat ipſis, vt ius dicant, & ſententiam
pronuncient, intra ſex hebdomadas,
aut certè intra aliud ab ipſis præfi-
xum tēpus. Quod ſi huic primo man-
dato non obediant, tunc ipſis ſecun-
do idē ſub ſtrictiſsima pœna mādant.
Cui ſi ne ſecundo quidē obtēperent,

necius dicat, tunc Princeps euocat totam cauſam ad ſuum præfatum Conſilium, & illi rebelles, & non obtemperantes citantur, vt videant, & audiant contra ſe pronunciari pœnã, in quam condemnandi erunt ſuaptè culpa, & ob inobedientiam mandati ſuperioris.

CAPVT CXCIII.

De Euocatione proceſſuum.

Summæ.

1 *Euocare proceſſum quid ſit.*

Euocationis cauſæ ſunt
2 *Iudex ſuſpectus.*
3 *Iudex in iure dicendo negligens.*
4 *Cauſa priuilegiata.*
5 *Cauſa ex qua alius proceſſus dependet.*
6 *Cauſæ extraneorum mercatorum.*
7 *Cauſæ iuriſdictionum quorumuis exterorum.*

8 *Dux Philippus cauſas ex Parlamento Pariſienſi euocauit Mechiliniam.*

Comes Flandriæ euocat
9 *Ex Conſilio Flandriæ per patentes literas, & oſtiarium.*
Et,
10 *Ex Conſilio Mechili. per ſuas clauſas literas.*

11 *Euocare proceſſus ſolius eſt Principis.*
12 *De euocatione Principis conqueſti ſunt quatuor membra Flandriæ.*

1 EVocare cauſam, aut proceſſum, eſt ipſum à iudice (coram quo peragitur) euocare ad Principem, aut ac Principis Conſilium. Vel, Euocationes ſunt literæ patentes, quibus Princeps ob cauſas graues, & vrgentes, litem ſeu cauſam coram aliis tribunalibus intentatam ad ſe, aut ad ſuum conſilium euocat, veluti eam cauſam talem, tamque grauem exiſtimans, vt eam coram eo iudice peragendam eſſe nolit, ſed quod ipſius notitiam, ad ſe peculiariter, aut ad ſuum conſilium præcipuè ſpectare putet. Ideoque totum proceſſum, & eius cauſæ cognitionem inde euocat, & ad ſe recipit, aut ad ſuum conſilium trãſmittit. Huiuſmodi itaq; euocationis cauſæ ob quas Princeps ſibi ipſi earundem notitiam attribuit, ſunt variæ. 2 Primò enim proceſſum ad ſe euocat ob id quòd ipſe iudex, coram quo iudicium ſeu proceſſus pendet, ſibi Principi ſit ſuſpectus, aut quod ſeſe per certas 3 cauſas ſuſpectum reddiderit. Secundò, quod ipſe iudex in iuſtitia adminiſtranda, & in iure dicendo nimium tardus, negligens, & defectuoſus fuerit, quantumuis tamen ſæpius ad ius dicendum, & ad iuſtitiam adminiſtrandam à ſuperiori Conſilio per literas præmonitus fuiſſet.

Tertiò,

4 Tertiò, Quod cauſæ illæ priuilegiatæ
ſint & tales, de quibus illæ Iudex ordi
narius cognoſcere non debeat, aut ta-
les, aut tanti ſint momenti, vt eas Prin
ceps ſuæ ſolius notitiæ reſeruet, & ad
nullius alterius notitiam, aut iudiciū
5 peruenire nolit. Quartò, Quod cauſæ
ſint tales, vt ex earum notitia depen-
deat alius proceſſus, coram alio iudice
productus, ſic, vt hic ꝓceſſus grauior,
ſine certa cognitione alterius, non ſa-
tis dignè ac debitè peragi poſſet, quod
q̄ue ſic alter ab altero totus depēdeat.
Atque ob id Princeps vnum proceſ-
6 ſum euocat ad tribunal alterius. Sic
quoque per inſtructionē Cameræ, Co
mes Flandriæ ſpecialiter ſibi reſeruat
euocationem, qua euocet coram ſua
perſona, & corā ſuo priuato, aut ma-
7 gno Cōſilio, omnes cauſas extraneo-
rum mercatorum, Aut etiā cauſas om
nium aliorum exterorum, quæ ſpe-
ctant peculiariter ad ipſorū ditionem
dominatum, aut principatum, qualeſ
cunque aut cuiuſcunque dignitatis
aut ſtatus, ex ditiones fuerint. Huiuſ-
8 modi autem reſeruationem olim ſibi
arrogauit, & aſſumpſit Carolus Dux
Burgundiæ, quando magnum conſi-
9 lium Mechiliniæ inſtituit, anno 1473.
Quando Comes Flandriæ euocare cu
pit aliquas lites, cauſas ſeu proceſſus
ex Flandriæ conſilio ad ſe, aut ad ſuū
priuatum conſilium, tunc id efficit
per patentes literas mandatorias, &
per explota ſiue executiones oſtiario-
rum. Sed quando cauſas pendētes co
10 ram magno conſilio Mechilinienſi e-
uocare cupit, tunc eas euocationes,
nec per literas patentes, nec per explo
ta, ſiue per executiones oſtiariorum
facit. Sed ſcribit literas clauſas ad Cu-
11 riam quibus mandat vt ipſi totus is
mittatur proceſſus. Euocare itaq; pro
ceſſum nullius eſt quàm ſolius Princi
pis, qui per huiuſmodi ſuam euocatio
nem curat, ne prima inſtantia capiatur
12 neue impediatur. Qua de re quatuor
membra Flandriæ olim grauiter con-
queſti ſunt.

CAPVT CXCIIII.

De Referendariis proceſſuum.

Summæ.

1 *Referendarij qui ſint.*
2 *Referendarius in Conſ. Mech. conſtituitur à Præſide.*
3 *Referendarij officium.*
4 *Referendarius refert nudam proceſſus ſubſtantiam.*
5 *Referendarij non debent innoteſcere partibus.*
6 *Referendarius qui innotuit parti, remouetur, & ignotus aſſumitur.*
7 *Referendi conſuetudo olim non fuit in vſu Conſilio Flandriæ,*

1 PRoceſſuum referendarij ſunt qui-
bus proceſſus poſt concluſionē in
cauſa ad examinandum ſunt cōmiſsi,
quiq; poſt examinationem factam fi-
deliter ad Senatum referre debent v-
niuerſam proceſſuum ſubſtantiam, et
articulos in quibus proceſſus tanquā
in cardinibus verſentur. Vtuntur ita
2 que in magno conſilio Mechilinienſi
vt proceſſus referantur per vnum, at-
que eum conſiliarium, quem præſes
ad hoc cōſtituit & committit. Hic vt
fideliùs, & certiùs proceſſuum verita
tē, & ſubſtātiam ad cōſilium referat,
primò vniuerſum proceſſum viſitat,
diſcutit, & examinat, & inuētaria cō
notat, mox videt an inuentaria illa v-
trimque ſint expleta, aut (vt ita dicā)
plenè furnita. Deinde ex ſcripturis col
ligit certos quoſdā factorū extractus,
quæ à partib' fuere producta, & pro-
bata, vel non probata, & quomodo.
Poſtea ex verificationibus aut proba-
tionibus illorum factorum in decenti
ordine colligit difficultates omnes, q̄
ſunt in proceſſu, aut quas in proceſſu
4 inuenit. Quibus peractis tandem om
nia in proceſſu reperta, cognita, & eno
tata in Curiam refert, caſus oēs, pro-
ductiones oēs, & merita ꝓceſſuū, ſum
mariè recitat. Imò ſimul & puncta re
citat & narrat, in quibus proceſſus ip
ſe, iuxta ſuam opinionem cōſiſtat, ad
hunc finem, vt vnuſquiſque conſilia-
riorū melius, & diligentius ad ea pun
cta animum intēdat, intellectū acuat,
& fœlicius cuncta capiat, & cognoſ-
5 cat. Ad hanc quoque formam præſcri
ptam praxis habet in Parlamento, vt
referendarij iſti ſecretè celentur, & oc
cultentur: Nolunt enim prodi quis ſit
relator ſiue referēdarius, adeo vt ſi cō
tingat quod pars perceperit, quis fue-
rit conſtitutus referendarius, aut qui
onus proceſſum examinandi & refe-
6 rendi habuerit, ilico ea referendi com
miſsio à Curia committatur alteri in-
certo, qui eum proceſſum examinet
& referat. Atque hæc fiunt ad euitan
dam omnem ſuſpitionem mali. Hæc
quoque ita fieri, & facta fuiſſe nonnū
quam audiui in magno Mechilinien-
7 ſi conſilio. In Flandriæ verò conſilio,
quōdam rarò vtebantur iſthac relatio
ne proceſſuū, Rarò enim referebant
proceſſus, aut extracta inde confecta,
quātumuis tamē illud (vt ſuperiori ca
pite diximus) per inſtructionem anni
1426. iniunctū & ordinatū fuerat,
vt cōſiliarij per ordinem, & per vices
aſſumerēt quilibet vnum proceſſum,
& illum viſitarent, & referrent, pro
partium ſecuritate, & citiori expedi-
tione proceſſus.

CAPVT CXCV.

De ſcripturis amiſsis.

Summæ.

1 *Si proceſſuum fragmenta perierint, referendarius omnia ad graphiarium remittit.*

Si informationes periſſent
- 2 *culpa graphiarij, hic ad omne damnum tenetur.*
- 3 *dolo partis, tenetur ad nouam informationem, & pœnam arbitrariam.*
- 4 *culpa productoris, hic cauſam perdit, & à noua inquiſitione arcebitur.*

In conſilio

5 *In Conſilio* { *Flandriæ* *&* *Mechilin* } *informationes perditæ recuperantur ex Minutis graphiarij.*

6 *In Francia teſtes ſua depoſita apud graphiarium ſubſcriptione muniunt.*

1 SI referendarius, aut proceſſus relator, reperiat quod cauſæ nõ ſint debitè completæ, ac furnitæ, ſed potius, quod nonnulla ſcripturarum fragmẽta ſint amiſſa ac deperdita, ilico saccũ, & cauſam omnem denuò remittit in graphiariã, vt ſcilicet graphiarius ſuppleat, reſarciat, et addat omnia omiſſa, & decenter ea quæ vel per negligentiam, aut per obliuionem nõ ſunt ſubminiſtrata, reſtituat.
2 Porrò ſi ipſæ informationes ſeu (vulgò) enqueſtæ amiſſæ eſſent, idque accidiſſet & prouenißet per graphiariorum negligentiã, tunc ipſi graphiario de illa amiſsione reſpondendum eſſet, qui ſuapte culpa omnia damna & intereſſe, quæ pars ob id pateretur, ſuſtinere, & reſarcire deberet, & præter hoc ob negligentiã tam craſſam, & indignam, grauiter, et arbitrariè puniendus eſſet.
3 Si autem eædem informatiões amiſſę eſſent per occultum dolũ, ac malitiam partis aduerſæ, idq; vel euidẽter, vel præſumptiuè conſtaret, tũc ob eam fraudulentiã reſoluere debebit expenſas nouæ informationis ſiue enqueſtæ faciẽdæ, & præter iſtud grauiter puniẽdus eſt de malitia.
4 Si autem amiſſæ eſſent per negligentiam aut culpam producẽtis, tunc is productor aliam informationẽ ſiue enqueſtam (ob ſuſpitionẽ ſubornationis) facere non poterit. Tunc enim præſumeretur, quod ipſe eã enquæſtam ſciens, volenſque amiſiſſet, vt vel hoc modo teſtes alios ſubornatos produceret. Ideoq; tunc pars aduerſa obtinebit ſuam concluſionem,
5 & cauſa ipſi adiudicabitur. In prouinciali Conſilio Flandriæ, & etiã in magno Conſilio Mechilinienſi (vt nouæ informationes vitentur) iubent vt informationes ſiue enquæſtæ deperditæ denuo exſcribantur, ac in mundũ redigantur, ex diario, ac minutis, quas cõmiſſari' ſeruauit, cuſtodiuit, donec
6 ſuper proceſſu ſententia eſſet prolata. His perdẽdarum informationum periculis vt cõmodè mederetur, in Francia vtuntur, vt Commiſſarius iubeat vnumquemq; teſtiũ ſuam depoſitionem ſubſignare in ſuis minutis, ad finẽ, vt ſua minuta, tam ſint autentica, quàm ſint ex iis excepta, & groſſata, deinde vt ob defectum vel amiſsionẽ groſſę, Iudex ſemper ſuum recurſum, & refugium habere poſsit ad minutam, tanquam ad originalem prototypum.

CAPVT CXCVI.

De aſſumendis conſiliariis.

Summæ.

Conſilia

1 *Conſilia augentur ob* { *ſuſpitionem conſiliariorum & cauſarum grauitatem* } *ex* { *authorit. Principis. authorit. Conſilij. requiſitione partium.* }
2 *In locum ſuſpectorum,aut impotentium, ſufficiendi ſunt alij.*
3 *Exemplum aucti Conſilij Flandrenſis.*
4 *Ob cauſas regionum conſilia augenda.*
5 *Exemplum aucti Conſilij in cauſa telonij Iſerkenboirt.*
6 *Princeps auget Conſilium, ad requiſitionem eiuſdem Conſilij.*
7 *Exemplum aucti Conſilij in cauſa.D.de Naſſau. & D.de Bergis.*
8 *Exemplum aucti Conſilij in cauſa tutorum D. de Cruninghe,&c.*
9 *Conſilium ad requiſitionem alterius partis* { *Augmentationem admittit, ſi ſibi non ſatis fidat. Augmentationem ſui recuſat, ſi ſe cognoſcat ſufficient.* }
10 *Exemplum recuſatæ augmentationis ad Conſilium.*

INcidunt nonnunquam cauſæ tam
graues,vt priuatis Conſiliis ad cau-
ſas æquius decidendas,etiam adiūgan
1 tur plures conſiliarij,aliunde petiti,id
que ferè fit bifariā, nēpe vel ob quoſ-
dam conſiliarios ſuſpectos, & amo-
uendos,vel ob ipſam cauſarum graui
tatem.Atque hæc trifariàm,ſcilicet ex
authoritate Principis id mandantis,
aut ex authoritate ipſius conſilij, aut
ex requiſitione partis.Pro his ſciendū
2 eſt,quod quando aliquis conſiliario-
rum, aut plures conſiliarij habentur
ſuſpecti,aut ſi ob aliquas cauſas viſita
tioni & examinationi proceſſus om-
nino intereſſe nequeant, tūc Princeps
conſueuit id Conſilium augmentare,
numeroſius, ac fortius reddere, atque
alios plures conſiliarios in locum ſuſ-
pectorum, & comparere non valen-
tiū ſubſtituere, qui proceſſui viſitan-
do,examinando veluti fideles coope-
rarij interſint,& proceſſum talem iu-
ſte terminandum coadiuuent.Hoc e-
3 nim quōdam factum fuit (vt exem-
pla referam) in Flandria,in cauſa ſeu
proceſſu Ioannis vanden Gracht, con
tra Annam Craye. In hac enim cauſa
procurator generalis adiunxit ſe alte-
rutri partium, & quia in eo Conſilio
ſuſpectos habuerat D. Præſidem, &
plures alios conſiliarios conſilij Flan-
driæ,ideo curauit apud Principem,vt
dicti à dictæ cauſæ cognitione arcerē
tur, & in ipſorum locum ſubſtituerē
tur duo alij conſiliarij, magni conſilij
Mechilinienſis, qui hanc ob cauſam
Gandauum expenſis Principis mitte-
bantur,ſcilicet vt id Conſilium aucti
ùs,numeroſiùs, ac conſilio fortiùs red
4 deret. Ad hunc modum, quando ma-
teriæ ſunt magni ponderis, & concer
nunt totas ditiones,ac regiones, qua-
les ſunt Brabantia,Flandria, Hollan-
dia, Zelandia, & ſimiles: tunc, & in
eo caſu Princeps ex ſua authoritate
quoque tale Conſilium augere & for
tificare ſolet, etiāſi nullus cōſiliariorū
5 in cauſa ſuſpectus haberetur. Atque
id exemplo penè recenti commonſtra
ri poteſt: in cauſa ac proceſſu telonei
ſoluendi,aut non ſoluendi, in Iſerken
hoirt,in Zelandia,quod teloneum ad
Principem ſpectabat. Et quia huius
telonei cauſa admodum erat ardua,et
maximi momenti, veluti concernens
multas regiones, quarum ſubditi ibi-
dem præternameuigare debebant, ideo

ad hoc conſilium Princeps deſtinabat plures conſiliarios, aſſumptos ex Brabantia, Flandria, Hollandia, & etiam ex Artheſia, atque hoc ſuis ipſius expē

6 ſis. Sic etiam quādo materiæ ſunt graues ac magni ponderis, & inter potentes partes, ita vt conſilium ipſum peteret ſui augmentationem & fortificationem, tunc Princeps conſilium augere & fortificare ſolet, non ſuis, ſed ambarum partium ſumptibus, quæ tunc ad hos ſoluendos ſimul cōtribuere debent. Et ita fuit factū in magno

7 Mechiliniēſi cōſilio, in cauſa D. Comitis à Naſſau, cōtra D. de Bergis. Quin & plura huiuſmodi poſtea exempla ibidem contigerunt in aliis cauſis, liti

8 bus, & proceſsibus. Imò idem contigit, anno Domini 1564. in cauſa tutorum Domini de Cruninghe actorum, per requęſtam ſeu libellum ſupplicem ex vna, & curatoris Domus mortuariæ quōdam Marchionis ciuitatis Verenſis rei ex altera partibus, propter cauſam aditæ hæreditatis, & inſertionis in eam hæreditatem, quæ prætendebatur facta fuiſſe per quondam Dominum de Cruninghe, & ſuam vxorem in d. domum mortuariam D. Marchionis Verenſis. In ea enim cauſa fuerunt per dictos tutores, ſcilicet Marchionem Bergenſem, & Comitem Hornenſem ſuſpectati & reprobati. Præſes Mechilinienſis D. de VVaterdijc, D. de Maſnui, & D. Euerardi, qui ad ordinationem Duciſſæ à Parma Gubernatricis harū regionum, fuerunt vocati ad priuatum cōſilium, & in ipſorum locum ſuffecti, & miſsi fuerunt ad dictum magnum conſilium Mechilinienſe D. Bruxella, D. Indeuelda, & D. Cobelius. Sed ſi contingeret vt Princeps vellet augere

9 & fortificare Conſilium aliquod ad requiſitionem alterius partis, id cum expenſis eiuſdem partis fiet, & caſu quo ſibi, ſuiſque viribus non ſatis fiderent, neque tali cauſę ſe ſufficere putarent. Quod nō temerè addidi. Quia ſi id Conſilium ſeſe ſatis forte & ſufficiens cognoſceret ad proceſſum talem viſitandum, & iudicandum, tunc conſilium illud huiuſmodi augmentationi & fortificationi obedire non tenetur, ſed eos remittere poteſt metu ſubornationis, aut fauoris, quem illi conſiliarij extranei miſsi, aut mittendi, ferre poſsint parti quæ ipſis ſolueret, aut cauſæ ab ipſis reſolutæ, ac deciſæ. Et ita quoque factum nuper fuit in ma

10 gno Mechilinienſi conſilio, in cauſis nationum Italiæ, contra Nationes Caſtellæ & Biſcayæ, vbi ſoli Itali deſiderabant & requirebant conſilium augmentari & fortificari cum ſuis ipſorū tantùm expenſis, quæ quidem petita augmentatio parti ob dictam cauſam recuſata fuerat.

CAPVT CXCVII.

De Viſitando proceſſum.

Summæ.

1 *Proceſſus diligenter examinandus, an* { *in iure* / *an* / *in facto* } *conſiſtat.*

2 *Si proceſſus materia conſiſtat* { *in iure, conſulendi ſunt libri.* / *in facto, conſiderandi ſunt teſtes.* }

3

4 *Quando teſtes ſunt numero, & fide pares, fauendum eſt magis Reo.*

IN capite 194. De Referendariis pau cula de referẽdariorum officiis perſtrinximus, inter quæ, & hoc commu nerabamus, quod ipſorum ſit proceſſum diligenter examinare, &c. Hic aliquanto latiùs aperiendum eſt, quo-
1 modo proceſſus ipſe examinandus fuerit. Pro quo ſciendum eſt, quod examinatoris, ac iudicis ſit vt in proceſſus viſitatione, diligenter conſideret, & obſeruet in quo tota materia pro-
2 ceſſus conſiſtat, an in iure, an in facto. Nam ſi reperiat cauſam in iure conſiſtere, eamque eſſe perdifficilem ad ter minandum, tunc examinator, vel Iudex ex toto proceſſu excerpet, & colliget omnes eas difficultates, & ad libros eas conſultandas referet. Si ve-
3 rò inueniat eam materiã in facto, hoc eſt, in probationibus conſiſtere, & ſi tunc comperiat, quod teſtes ſunt inter ſe contrarij, conabitur, & ſtudebit Iudex eos teſtes, aut ipſorum depoſitiones, concordare, ſi quidem poterit, ſin minus id commodè poterit, ſaltem perueſtigabit omnem viam & modũ quò quàm proximè licebit ad veritatis notitiã perueniat, & ad hoc, quod magis verum, minuſque ſuſpectũ videbitur apprehendet, non tam ad nu merum teſtium, quàm ad probatos teſtes conſiderando, & quibus plus fidei ex ratione, ætate, vel dignitate debeatur. Plus enim fidei attribuitur ſeni quàm inueni, parato quàm non parato, marito quàm vxori, &c. Verùm
4 ſi omnes teſtes eiuſdem ſint qualitatis, eiuſdemque cõditionis & paris fidei, ita, vt neuter altero magis ſuſpectus videretur, eo demum caſu, maior teſtium numerus obſeruandus, & ſequendus eſſet. Aut ſi omnia conſiſterent in pari numero, ita vt per hũc dubium oriretur, cuius cauſa fortius eſſet ſtabilita, tũc reo fauẽdum eſſet, ita vt ob ancipitem apparẽtiam, reus tũc abſoluẽdus ſit. Sũt tamẽ cauſæ in quibus aliquando actori magis ex iure fauetur, nempe ex conſideratione perſonarum, aut qualitatis rerum, veluti in materiis teſtamentorum, donationum, contractuum nuptialium, &c. Verum an id ex bono, & æquo fiat (quum Iuſtitiam conueniat eſſe cæcam, & nullo modo acceptricem perſonarum) iudicent alij.

CAPVT CXCVIII.

De opinione ſua in examine proceſſus dicenda.

Summæ.

In Conci-

1 *In Conciliis œcumenicis requiritur modeſtia.*
2 *In terminandis proceſsibus requiritur opinantium modeſtia.*
3 *Nemo opinetur niſi interrogatus.*
4 *Poſt proceſſum à referendario redditum, quid Præſidi faciendum.*
5 *Referendarius primò interrogatur, deinde reliqui.*
6 *In cauſis arduis Præſes definitionem ſuſpendit, & ad conſultandum omnes hortatur.*
7 *Opiniones diſcordes à Præſide ſunt concordandæ.*
8 *In cauſis intricatis committuntur aliquando qui partes concordent.*
9 *In Francia minor opinantium numerus ſequitur maiorem.*
10 *Opiniones extra iudicium datæ ſunt nullæ.*

1 IN œcumenicis Conciliis, ſicuti pa-
trũ imprimis requiritur modeſtia,
imò ſicut hęc ipſa ibidem in ſcriptura
rum diſcuſsionib', & ad veritatis no-
titiam perquirendã ſeruanda præcipi
tur, tum partibus tũ ſtatibus præſenti
bus, vel ſaltem ſicuti hoc ab ipſis re-
quiritur, vt ab omni acerbitate, cla-
more, proteruitate, ac linguæ petulan
tia, & pertinacia ſint alieniſsimi, (quia
vbi calor, & pertinacia dominantur,
veritas ipſa periclitatur) deinde vt ad
veritatem ſtatuendam, & ad conſtitu
tiones ſtatuẽdas ſint placidi, modeſti,
& benigni. Alios placidè audiant, co-
gnoſcant, & intelligant, & nõ minus
alieno ſenſui, quã ſuo omnia tribuãt,
omniaq; cũ modeſtia ad veritatis nor
mam exigant, conferant, & definiant.
Ita hæc quoque modeſtia, idemq; fa-
ciendum requiritur in Cõſiliis priua-
tis, particularib. ſecularibus, & in pri-
uatarũ cauſarũ explicatiõibus. Quod
vt fieret tandem firmiùs, & cũ maio-
2 ri authoritate, per inſtructionẽ came-
rę, anno 1426. Dux Philip. ordinauit
& mandauit, vt præſes & cõſiliarij in
examinando proceſſum, imò vt in de
liberando, opinãdo, & in terminãdo
ſint nõ clamoſi, pertinaces, aut proter
ui, ſed modeſti, faciles, benigni, & ſi
clarior veritas ex aliis eluceſcat, ad ce
dendũ propenſi. Sic vt inter argumen
tandũ & diſputandũ ſeſe mutuò intel
gant, & patienter inuicem audiãt, alio
rum dicta nõ interrumpant, nulli ob
ſtrepant, nõ citò iraſcantur. Neq; in-
3 ter opinandũ quiſquam loquatur, ni-
ſi à D. Præſide interrogatus, & ſuam
ſententiã interrogare iuſſus. Atq; in
ea ſententia ſua pronuncianda, dicat
ſuam opinionem, & quod ſentit bre-
uiter, paucis, modeſtè, & cũ decẽti mo
do, & ordine, ne denuo in ſemel dicta
argumenta recidatur, & eadẽ ſæpius
ſępiuſq; repetãtur, quæ ab aliis ꝑtinen
ter, & clarè ſemel reſoluta fuerunt. I-
ſtud enim vt euitetur, & vt omnia cũ
4 cõſilio, & ratione gerantur in magno
Mechiliniẽſi cõſilio vſitatũ eſt, quod
poſtquã totus proceſſus à referẽdario
viſus, & diligenter examinatus fuerit,
& inuentariũ vtriuſq; partis ab ipſo
verificatũ fuerit, quod præſes paucis
proceſſum vniuerſum reſumat, rele-
gat, difficultates eius omnes colligat,
eas meditetur, eaſq; elucidet, & clario
res reſtituat. His autẽ factis Præſes o-
mnium primò à referendario ſenten-
5 tiã ipſius, & opinionem requirit. Et ſi
materia ſit leuis momenti, Iudex, aut
Præſes, procedit vlterius, interrogatq;
reliquos conſiliarios, & concludit ſe-
cundũ maiorem numerum opinan-
6 tium. Si verò materia ſit difficilis, ac
magni momenti, eo caſu, non interro
gat vlte-

gat vlterius, ſed cauſam & proceſſum ad vnũ, aut alterũ diẽ, aut ad triduum ſuſpendit, mandans reliquis conſiliariis, vt ſuper animaduerſis difficultatibus maturè deliberent, libroſque de iis difficultatibus diligenter reuoluant, & conſulant. Idem quoq; Præ-
7 ſes effectum curat, quando conſiliarij in diuerſas opiniones ſcinduntur. Effluxo itaque vno, aut altero die, imò vel triduo, quando Præſes ipſe putabit conſiliarios domi rem omnem diligenter diſcuſsiſſe, & Doctorum libros accuratè conſuluiſſe, tunc iterũ eandem materiam in medium producit, ac oẽs difficultates ac ardua quæq; de quibus prius conuenire non poterant, denuo reſumit ac proponit, & omnibus modis ac mediis opiniones illas diſsidentes concordare laborat. Et ſi comperiat eos in priori ſua opinione tenaciter perſiſtere, eo caſu tandem ad definiendum, & iudicandum ſe accommodat, votaque & ſententias opinantium colligit, & iuxta
8 maiorem numerum opinantium concludit, ac definit. Verùm ſi materia tã ſit intricata, perplexa, & in facto tam obſcura, vt non facile poſsit ab iis cõſiliariis reſolui, & explicari, tunc eo caſu Curia deputat, & delegat, & ordinat aliquot commiſſarios, qui partes (quantùm in ſe erit) amicè concordent, priuſquam definitiua pronuncietur. Si verò eas omnino concordare non poſsint, mandatur iiſdem commiſſariis, vt ex officio ſuper difficultatibus & arduis ſeſe latius informent, & doctos quoſque conſulant. Hac informatione viſa & inſpecta. Præſes omnia ordinat (vt decet) & in nullo
9 cauſam præcipitat. In Francia autẽ in diſſentionibus opinionum conſtitutum eſt, quando in deliberando contingit opiniones eſſe diſcordes, quod tunc numerus minor debeat ſequi numerum maiorem, ac ſaniorem, &
10 certioribus cauſis dicta ſua probantẽ, & ſtabilientem. Opiniones verò datæ ſeparatim, foris, & extra conſilij cõgregationem, & non auditis aliorum conſiliariorum opinionibus, in ſupremò Mechilinienſi conſilio reputantur & habẽtur pro nullis, ob id quod ſi opinans reliquos alios opinantes, et eorum rationes audiuiſſet, is tunc fortaſsis aliter ſenſiſſet & opinat' fuiſſet.

CAPVT CXCIX.

De Partibus amicè concordandis.

Summæ.

1 *In dubiis bonum eſt per iudicem concordare partes.*
2 *In Parlamento Mechilinienſi partes in dubiis concordantur per commiſſarios.*
3 *In cauſis claris non ſunt partes inducendæ ad concordiam.*
4 *Optandum vt in principio proceſſuum partes concilientur.*
5 *Iuramentum ſuperſtitioſum non ligat, ſed violandum eſt.*

1 Dixi proximè præcedenti capite, quod Præſidis, ac Iudicis officiũ ſit, vt aliquando partes amicè concor-
2 det, maximè quando reperit materiã obſuram & dubiam. In ſupremò autem Mechilinienſi conſilio, frequenter vtun-

ter vtuntur, vt partes mittant ad com
miſſarios, vt illas audiant, cauſas ipſa-
rum coram diſcutiant, & diſputent,
& eas ſi quo modo poterunt amicè cõ
cordent. Et ſi eas nullo modo concor
dare poterunt, ſaltem vtrique partiũ
ſeorſum, & ſecretè omnes difficulta-
tes cauſarum prudenter aperient, vt
inter ſpem, & metum fluctuãtes, per-
ſuaſionibus citiùs ad cõcordiam con-
ducantur, Sin pertinaciter ſanis cõſi-
liis acquieſcere nolint, rerum euentũ,
& ſententiam futuram expectent. At
que hoc pij ac Chriſtiani iudicis offi-
cium, quiuis Iudex exequi, & perage-
re poteſt, ne dicam debet, in quocun-
que ſtatu res etiam & cauſæ conſiſtẽt,
ſi materia difficultatis plurimum con
tineat, & iudicij ſententia pronunciã-
da anceps videatur. Quod addo, quia
3 ſi proceſſus in iure cõcluſus, viſitatus,
& diligenter examinatus eſſet, atque
ex eo examine Iudex certò cognoſce
ret, vtrius partis cauſa eſſet potior, et
iuſtior, eo caſu nõ debet partes ad cõ-
cordiam inducere & pertrahere, id e-
nim ſi faceret, alterutri parti magis fa-
uere videretur, quod ab animo iudi-
cis procul abeſſe conuenit, ſed eo caſu
debet ius dicere, & iuſtitiam æquiori
parti adiudicare, citra omnem fauorẽ,
& de concordantia apud neutrã par-
tem ſemel hiſcere. Sed hoc omnibus
4 iudicibus ex Chriſtiana charitate ve-
lim eſſe familiare, vt quoties coram ip
ſis vllus proceſſus intentatur, partes
per ſe, aut per alios concordatos curẽt
ſi poſſint, priuſquam ad odioſas, ac
voraciſſimas lites deſcẽdant. Id enim
facientes non tantum pij iudicis, ſed
etiam veri, ac ſynceri Chriſtiani homi
nis officium referunt, apoſtolicam do
ctrinam ſequuntur, & ad Chriſtiani
ſeruatoris noſtri, ac pacifici exemplũ
ſe componunt, & id imitatione expri-
mere curant. Atque iſthæc iudicis cu-
ra ad concordandas partes, quàm ſit
5 in iure quoque (nedùm Chriſto) gra
ta, vel ex hoc apparet, quod ſi altera
partiũ iuraſſet ſe nunquã cum ſua par-
te aduerſa tranſacturum, illud iuramẽ
tum iurantem non obligaret, neque
apud Deum, neque in foro fori: ſicut
non obligabat Herodis iuramẽtũ ſup-
ſtitioſum, nã præſtiterat illud cũ virtu
te reſcidiſſe, quã cũ impietate cõpleſſe

CAPVT CC.

De Tranſactionibus, & Concordantiis.

Summæ.

1 *Tranſactio quid ſit.*
2 *Tranſactio cum Sententia parem facultatem habet.*
3 *Ad tranſactionem faciendam requiritur* { *vt cauſa ſit dubia.*
4 *vt cauſa ſit in proceſſu, vel erit in proceſſu.*
5 *vt partes ex eo aliquid commodi cõſequãtur.*
6 *Tranſactio non poteſt reſcindi* { *quia facta eſt ſuper re dubia.*
7 *quia generalem exceptionem parit.*
8 *quia par eſt cum ſententia.*
9 *quia per eam receditur à lite, & cõmodum acquiritur.*

10 *Proceſſus quantum incommodorum cumulum pariant.*
11 *Tranſactio fraudulenta reſcindi poteſt.*

12 *Poſt ſententiam latam* { *& non appellatam, fera eſt tranſactio.* / *ſed* / *& appellatam, tranſactio fieri poteſt.* }

13 *Tranſactio in beneficialibus locum non habet.*
14 *Amica compoſitio in beneficialibus locum habet.*
15 *Tranſactio ad beneficium pacificè retinendum eſt licita.*
16 *In cauſa matrimonij tranſactio excluditur.*
17 *Tranſactio* { *fieri poteſt de crimine pœnæ corporalis, aut ſanguinis.* / *ſed*
18 *fieri non poteſt de crimine pœnæ non corporalis.* }
19 *Pœnæ non corporales quæ ſint.*
20 *Impunitas criminis non corporalis diuitib. eſſet offendiculo, ſi, & c.*

21 *Trāſactio fieri* { *poteſt de alimentis præteritis,* / *non poteſt de alimentis futuris.* }

22 *De futuris alimentis ex* { *teſtamento relictis actio inſtitui poteſt.* / *contractu, actio inſtitui non poteſt.* }

23 *Tranſactio* { *iura omnia extinguit* / *non poteſt reſcindi neque per* { *reſcriptum Principis.* / *neque* / *nouas literas repertas.* } / *reformari non poteſt* }

QVia antè diximus pium, atq; Chri
ſtianum eſſe, vt per iudicem, aut
per alios litigaturi ad amicā cōcordiā
cōcilientur, & ad debitam tranſactio
nem faciendam amicè perſuadeantur
non inutilè fuerit cognoſcere quid ſit
1 tranſactio, & quando, & in quibus lo
cum habeat. Eſt itaque tranſactio de
re dubia, & de lite incerta, nondumq;
finita, dato aliquo promiſſo, vel reten
to, non gratuita pactio, vt in c. Super
eo, extra de tranſactio. Trāſactiones
autem omnes, quas partes de reb' du-
2 biis, & in litibus ſiue proceſſibus in-
deciſis & pendentibus faciunt, & trā
ſigunt, parem facultatem, & efficatiā
habent ipſis ſententiis, aut cum re iu-
dicata, l. Non minorem in principio.
3 C. de tranſact. Sed hoc notandum eſt
quod ad omnes tranſactiones ex cau
ſa iuris faciendas, tria potiſſimum re-
quirantur, & concurrere debeant. Pri
mū ſcilicet quod cauſa ſit dubia, quia
de rebus & cauſis claris non tranſigi-
tur (vti ſuperiori capite diximus) Se-
cundum. Quod actu aut ſaltem appa
4 renter lis futura videatur. Timor e-
nim litis motæ vel mouendæ (etiam
de facto, & non de iure) ſatis eſt effi-
cax & cauſa ſufficiens, propter quam
poſſit fieri tranſactio valida, l. Cum
te proponas. C. de tranſact. Tertium.
5 Quod per tranſactionem partes ali-
quid commodi ſint accepturæ, tamet
6 ſi vtraque pars aliquid de ſuo iure cō
cederet, l. Tranſactio C. de tranſact.
Quocir-

6 Quocirca in tranſactiõe à neutra par-
tium deceptio vltra dimidiũ iuſti pre
cij allegari poteſt, quia ea facta eſt ſup
re dubia, & lite incerta, vel propter li
tem incertam. Lis enim quãdiu pẽdet
euẽtus reſpectu, incerta eſt & dubia.
Nam ſicuti rerum omnium, ita & li-
tis, & iudiciorũ euẽtus ſemper eſt du-
bius & incertus, l. Quod debetur. ff.
de peculio, quæ l. ſemper ad hoc allega
tur. Et ideo in trãſactionem nõ cadit
reſciſsio propter deceptiõem vltra di-
midiam partem iuſti precij, l. Sub pre
textu ſpecierum. C. de tranſactio. Se-
7 cundò quia generalis tranſactio parit
generalem exceptionem, quæque tũc
ſub actione propoſita ſimul includi
poterat, ideo quoq; omnem reſciſsio
nem ceſſare facit, vt eſt expræſſus te-
xtus in l. Luci⁹ Titius. §. Finali. ff. Ad
Trebel. Facta enim reſtitutione hære
ditatis in minima parte, & decepto fi-
deicommiſſario vltra dimidium, dicit
Iuriſconſultus, quod ad reliquũ fidei
commiſſarius tunc agere poſſet, ſi pri-
ùs tranſactũ non fuiſſet. Atque ideo
tranſactio beneficium ceſſare facit, le-
8 gis ſecundæ, C. de reſcind. vẽdit. Ter-
tiò, Quod tranſacta reſcindi non poſ
ſint, ex eo patet, quod tranſactio ęqui
paratur ſententiæ, vt dictũ eſt ſuprà,
& oſtenditur argu. l. Poſt rem. ff. de
trãſact. & l. minorẽ. C. illo titu. Quo-
circa ſicut ſentẽtia, nec reſcindi, nec re-
tractari poteſt, ita nec trãſactio, l. Pri-
9 ma C. de cõdic. indeb. Quartò, Quia
per tranſactionẽ receditur à litè, ideo
propter nullam deceptionem tranſa-
ctio debitè facta & legitimè, reſcindi
poteſt, idque propter litium odioſam
cauſam, vt litibus quoquo modo àli-
quis finis tandẽ detur, l. Fratris, C. de
tranſactio. tenet gloſſa, in c. Cũ cauſa,
extra de empt. & vend. & allegat in
argumentũ optimum text. in c. Con-
ſtitut⁹ extra de religio. domib. ibi. E-
piſcop⁹ remiſit omnia iura ſolũ octo-
denariis pro pẽſione retẽtis, & hoc cõ
firmat optima ratione. Ex hoc enĩ q,
quis à lite recedit, ob id & magnũ cõ-
modũ cõſequi dicitur, & deceptus eſ
ſe non cenſetur. Ideoq; ea litis tranſa
ctio, & à lite receſsio reſcindi non de
bet quia ob eã receſsionẽ à lite, nulla
cenſetur illa deceptio, l. Secũda C. de
tranſactio. & l. In ſumma. ff. de cõdic.
indeb. quæ ad hoc allegatur. Quantũ
10 enim cõmodi ſecũ trahat ab odioſis li
tibus diſceſsio, notũ eſt illis, qui ſeſe
perpetuis litibus perdiderunt, corp⁹,
& loculos exhauſerunt, dulcem vitã
abbreuiarunt, vxorem, & liberos cha
riſsima pignora (quibus ex naturæ in
ſtinctu de commoditate vitæ pro-
ſpicere debuerant) ad extremam rede
gerunt inopiam. His enim præſtitiſ-
ſet principio à lite prorſus abſtine-
re, & aduerſario pertinaci, & diuiti
cauſam relinquere, & cauſam ſuam
Deo iudici committere, quàm longis
proceſsibus ſe, ſuoſq; perdere, ex qui-
bus non raró plures ſumptus emer-
gũt, quã quantũ lucri prima litis cauſa
continebat. Hos enim omnes ſump-
tus (vt taceam interim amicam, & iu-
gem mentis trãquillitatem, quàm ita
à lite recedendo conſequitur,) hac ceſ
ſione lucratur. Quod multi pruden-
ter animaduertentes vulgò dicere cõ-
ſueuerunt. Si quis à me expeteret pal-
lium & tunicam, dimitterem ei pal-
lium, & tenerem tunicã: ſupple, poti⁹
quã cũ illo in iudiciũ litigioſum deſcẽ
derem, & in gallico dicitur. *Il gaigne
aſſez, qui ſe mect hors de proces.* Ita te-
nent Dy. Iacob. de Are. Ray. & Bald.
in d. l. Secunda, C. de reſcind. ven-
11 dit. Dixi paulò ante de transacti-

one debitè, & legitimè facta, quia ſi aliqua tranſactio per dolum & fraudē aut per malam & ſiniſtram inductionē facta eſſet, grauatus poſſet tunc optima cum ratione de ea conqueri, & curare ſe ab ea releuari: aut in integrū
12 reſtitui. Poſt condemnationem verò, ac poſt ſententiam latam, nemo tranſigere poteſt, quia cauſa ſeu lis tunc clara & liquida eſt effecta, & dubium omne ſublatum eſt, quod ſuprà diximus, tranſactionis eſſe ſubſtantiale. Verùm ſi poſtea pars ab ea ſententia condemnatoria appellaſſet, aut ad aliud tribunal euocaſſet, tunc rurſum cauſa in lite, atque adeo in dubio hæreret, ideoque tunc ſtante appellatione, partes inter ſe tranſigere poſſunt. In rebus autem ſacris, ſiue in cauſis ec-
13 cleſiaſticis & litigioſis nullum locum habet tranſactio, neq; ea in beneficialibus vnquam interuenire poteſt, potiſsimum ſi in ſua propria ſignificatione, vocabulum tranſactio accipiatur. Omnis enim beneficialis trāſactio quiddam ſimoniacum ſapit, ob id q; in tranſactionibus ſemper aliquid ex peti, dari, ſeu addi vel retineri vel promitti conſueuit, c. Super eo extra de tranſact. ibi. Quod tranſigi ſuper re religioſa & ſacra & litigioſa non poteſt. Res enim ſacræ vt poſsideantur, aliquo dato vel retento ſeu promiſſo ſpeciem credimus habere ſymoniæ.
14 Verùm ſi partes gratis, & amicè inter litem dirimant, & ſi ſine ſpe, & premio de controuerſiis tranſigant: ſacris
15 canonibus nequaquā cōtrauenire credimus. Dixi in propria ſignificatione qua aliquid non habitum expetitur, aliquid additur, vel promittitur, quia ad hoc diximus tranſactionem nō eſſe licitā. Sed ſi aliqua tranſactio fieret ad aliquid retinendū quod quis bono, iure ac titulo ac poſsidet, tantùm vt lites redimat, eo caſu tranſactio in reb⁹ ſiue in eccleſiaſticis cauſis & litigioſis
16 licitè fieri poteſt, iuxta gloſſam, in verbo. Super re ſacra, in d. c. Super eo. In cauſis autem matrimonialibus non poteſt fieri tranſactio, quia matrimonium eſt vinculum indiſſolubile, & indiuiduū, c. Primò 17. q. 2. & c. Gaudemus, extra de diuort. in verbo, non illam dimittat, & in verbo, cum per ſacramentum baptiſmi non ſoluātur coniugia. Huc quoque facit & illud. Quos deus coniunxit homo non ſeparet, c. De infidelibus, extra de conſang. & affini. tenet Pet. de Ancho. cōſilio ſuo 409. & probatur per textū,
17 in c. Quanto, extra de diuort. In omnibus verò criminib⁹ publicis, ingerētibus pœnam aliquam corporalē ſeu pœnam ſanguinis, in iis licitum eſt omnino tranſigere vel paciſci, cum prętore, l. Tranſigere, C. de trāſact. & eſt ratio, quia licitum eſt vnicuique quo modocunque ſanguinem ſuum redimere, l. Prima, in fi. ff. de bo. eor. qui
18 ante ſenten. mort. ſibi conſciuer. Sed in publicis criminibus non ingerentibus pœnam corporalem, ſiue pœnam ſanguinis, quales ſunt exilium, publi-
19 ca oſtentatio, geſtatio tadę, inceſſus in lineis, nudato capite, prouolutiones ad valuas templi, aut geniculatio coram Conſilio, ac ſimiles pœnæ pœnitentiales, de his inquam non poteſt de iure tranſigi, illicita eſt enim omnis de his tranſactio vel pactio, & ratio ſecundū Cy. Bart. Ang. & comuniter ſecundum Doctores omnes, eſt fauor publicæ vtilitatis, & vindictæ, quia Reipublicæ intereſt, ne crimina maneant impunita, l. Ita vulneratus, ff. Ad l. Aquiliam. & l. Si à reo. §. Finali. ff. de fideiuſſorib.

20 iuſſorib. Si enim de his criminibus poſſet tranſigi, diuitibus via præſtrueretur ad citiùs & impunitiùs peccandum & delinquendum. Nam poſt cõmiſſa nullam pœnam ſe ſubituros cõfiderent, qui pecunia, aut precio per tranſactionem ſcirent ſe aduerſarium facile corrupturos. Quibus ne ea feneſtra aperiretur, iure conſtitutum eſt, vt de dictis criminibus, non tranſigatur, argu. l. Cõuenire. ff. de pact. dotalib. Sed vſus eſt in contrariũ. Sed hic
21 quæri poſſet, An ne in materia alimentorum tranſactio ſuper alimentis fieri poſsit? Ad quod, reſpondendũ eſt hoc ſequenti modo. Super alimentis præteritis liberè tranſigitur, ſuper futuris verò authoritas prætoris ſeu præſidis ad tranſactionem requiritur. Et ratio eſt, quia ex futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis, expreſſa l. De alimentis, C. de tranſact. & ibi Bald. & eius ſequaces, & l. Cũ hi. ff. eod. titu. Gloſſa in verbo. Præſide, in d. l. De alimentis. Moueri po-
22 teſt & alia quæſtio. An ſcilicet pro futuris alimentis agi poſsit? Ad quod dicẽdum eſt, quod ſic, l. Prima §. Primò. ff. de vſur. ſecundum Azo. in l. Prima, C. de fideicommiſ. Et ad finem dictæ gloſſæ ait Accurſius per additiõis modum, d. legem, de alimentis, intelligendam eſſe, de alimentis relictis tantũm in vltima voluntate. Nam de debitis quæ ex contractu conſurgunt, ea lex intelligi non poteſt, quia de his poteſt indiſtinctè tranſigi, iuxta d. l.
23 Cum hi. §. Plane. ff. de tranſact. Effectus porrò omnium tranſactionum hic eſt, quod cum tranſactione ius, quod dubium fuerat, ſic elucidatum eſt, vt omnia precedentia iura, depoſitiones, probationes, & tituli per eam prorſus extincti & annihilati ſint, ſicuti per ſententiam definitiuam perimuntur, adeo vt nihil exactis, nihilque ex oblitis permanere dicatur, quàm vna ſola tranſactio, atque ea tunc talis eſt, vt non ſit reſcindibilis per Principis reſcriptum. Imò quæ ne per prætextũ quidem literarum, aut inſtrumentorũ quę de nouo eſſent reperti vllo modo reformari poſſunt. Nec lis ipſorũ cauſa reſtaurari debet, quia tranſactio ceſſat & exterminat omnia, l. Sub prætextu prima, C. de tranſact. c. Primo, cum gloſſa prima, extra de tranſact. & c. Inter monaſterium, extra de ſenten. & re iudic.

CAPVT CCI.

De Tranſigendi licentia.

Summæ.

1 *Tranſigendi licentia à Principe quando ſit petenda.*
2 *Tranſactionem Princeps permittit citra vllius præiudicium.*
3 *Tranſactio non permittitur in cauſis ex crimine natis.*
4 *Tranſactio non conceditur citra præiudicium mulctæ.*
5 *Tranſacturi debent literas permiſſorias oſtendere Curiæ.*

6 *Tranſactio vetita eſt à Duce Ioanne, in cauſis, quibus fiſcus adiunctus eſt.*
7 *Tranſigendi facultatem Dux Philippus interdixit conſilio Flandriæ.*
8 *Tranſigendi licentiam concedit* { *Princeps.* & *Conſilium Mechli.* }
9 *Tranſigendi facultas non conceditur, niſi conſtet partes eam concedere.*
10 *Tranſigendi licentia non requiritur, quando ad concordandũ cõſtituuntur Commiſſarii.*

QVantũuis piũ, & optandum fue-
rit, vt partes inter ſe amicè de con
trouerſis tranſigant, potius quã vt per
1 petuis litibus ſeſe mutuò diuexent,
hanc tamen amicam trãſactionẽ per
ſe, & quãdo volunt inire nõ poſſunt,
ſed quoties de cauſis obſcuris, & in li
te ſeu proceſſu pendentibus, pars aut
partes tranſigere cupiunt, prius à Prin
cipe tranſigendi licẽtiam, & ipſius ad
hoc literas obtinere debent, (quas vo
cant) permiſſorias (Gallice. *Cogie d'ac-
corder*) potiſsimum ſi cõcordandi cau
ſæ ſint tales, in quibus fiſcus ſe immiſ
cuit, ipſiq́ue ex ea tranſactione partiũ
aliquid detrimenti accideret. Quocir
2 ca ſicut is cũ parte ſimul egit, ita quo-
que cum partibus tranſigere debet, &
partes ſine ipſo minimè. Huiuſmodi
autem tranſigendi literas permiſſorias
Princeps perfacile concedit petenti-
bus, quando cauſa talis eſt, vt Princi-
pem ipſum non concernat vlterius,
quàm de mulcta vel emenda, quæ per
3 iudicem (ad quem) adhuc iudicãda re
ſtat. Si enim cauſa talis eſſet, quæ ꝓce-
deret ex delicto, de ea nõ tã facile trã-
ſigendi licentiam daret, ſed ea ſtabilis,
& intrãſigibilis permaneret, niſi Prin
ceps ſimul delictum remitteret, & cõ
donaret, pro quo tunc ipſius gratia eſ
ſet imploranda. Porrò quando Prin-
4 ceps tranſigendi literas dictas elargi-
tur, non intelligit, quod cum ea gratia
aut cum iis literis remittat mulctas ſi-
ue emendas, quæ per iudicem (à quo)
antea in eadem cauſa adiudicatæ fue-
runt, ſiue tales mulctę profectæ eſſent
ex appellatione, ſiue ex abuſu iuſtitię,
ſiue ex delicto, vel admiſſo crimine,
ſiue ex quacunq; alia cauſa. Princeps
enim vt nulli, ita nec ſibi vſquam præ
iudicare intendit. Quocirca ne quis ꝑ
Principis conſenſum vllum damnum
5 patiatur, conſtitutum eſt, vt omnes cõ
poſitiones aut tranſactiones, quas par
tes inter ſe faciũt, aut facere per dictũ
Principis cõſenſum, & per ipſius tran
ſigendi licentiam conſtituunt, debeãt
eas literas permiſſorias intra ſex heb-
domadas à tempore conceſsionis ex-
hibere in magno conſilio, & eas oſtẽ-
dere procuratori generali, ſi fortè ali-
quid habeat, quod huic promiſsioni
aut partium tranſactioni contradicat,
ne vel ipſe, vel Princeps ex hac cauſa
aliquid dãni, aut præiudicij patiatur.
6 Quocirca per inſtructionem Cameræ
Flandriæ anni M.iiijc. Dux Ioannes
per ædictum interdixit partibus, &
ipſarum procuratoribus, ne vllo mo-
do tranſigere, aut de litis cauſa cõcor-
dare præſumerent, de cauſis in quibus
procurator generalis adiunctus eſt, ni
ſi prius cauſam illam communicaſſent
& exhibuiſſent curiæ, ſub pœna arbi-
traria. Quæ quidem Curia tunc decer
net, an citra vllius præiudicium talem
tranſactionem fieri, an non fieri expe
7 diat. Sic quoque ꝑ dictã inſtructionẽ
anno 1463. Dux Philippus interdixit
Flandriæ conſilio, ne vllam parti licen
tiam con-

tiam concederent ad tráſigendum in
cauſis appellationis, neq; in cauſis, in
quibus vlla mulcta propendeat. Quia
ad ipſos pertinet dare & concedere li
centiá tranſigendi (vt dicit inſtructio)
Quia penes ſeſe, nõ autem penes Cõ-
ſilium, vt eam traſigendi licentiam cõ
cedant, propriè pertinere voluit. Præ-
8 dictam autem tranſigendi licentiam
nullus ex ſua authoritate expedire ac
cõcedere poteſt, quàm ſolus Princeps
in ſuis cõſiliis prouincialibus, aut Prin
cipis nomine, magnum Cõſilium Me
chilinienſe in ſua audientia. Verùm
9 in hoc magno Conſilio nulla concedi
tur tranſigendi licentia, niſi prius aut
certò, aut apparenter cognoſcát, quod
partes tranſigere velint, & quod altera
pars in illam futuram tranſactionem
conſentiat. Quocirca Conſilio prius
exhibetur, & parti libellus ſupplex,
antequam tranſigendi licentia conce-
datur, & hoc propter cauillationes,
quas appellantes frequenter quærũt,
nempe vt ſub prætextu illius conceſ-
ſionis licentiæ, impediant inſtructio-
nes & progreſſum proceſſus, & ſen-
10 tentiam retardent. Quando verò Cu-
ria ipſa ordinat commiſſarios, ad par-
tes concordandas, tunc nõ eſt neceſſe
impetrare vllam tranſigendi aut com
ponendi licentiam. Talis enim cõcor
dantia ſiue tranſactio fit autoritate
Curiæ. Et ideo hoc caſu quoque Cu-
ria annihilat & extinguit appellatio-
nem ſine emenda, ſiue mulcta.

CAPVT CCII.

De Renunciatione litis & inſtantiæ. Aut de recedendo à lite aut ab inſtantia.

Summæ.

1 *Quomodo differant inſtantia, lis, & cauſa.*

2 *Renunciare* { *ab inſtantia, quid ſit.* / *liti, vel proceſſui, quid ſit.* / *cauſæ, quid ſit.* }

3 *Renunciatur inſtantiæ, liti, & cauſæ in cauſis ciuilibus, excepta cauſa appellationis.*

4 *In Francia in appella. non diſceditur à lite ſine conſenſu Regio.*

5 *Licentia recedendi ab appellatione, impetranda eſt tempori.*

6 *In conſilio Mechilinienſi non expediuntur acquieſcentiæ literæ.*

1 NOn eſt quod quiſquã putet idem
eſſe cedere ab inſtãtia, cedere à li-
te, & cedere à cauſa. Sicuti non idem
ſunt in iudiciis inſtantia, lis, & cauſa.
Inſtantia enim eſt omnis actio que p-
agitur vſq; ad litiſcõteſtationẽ. Lis ve
rò propriè ſignificat actionẽ realem,
aut perſonalẽ, quæ incipit à litiſconte
ſtatiõe. Cauſa verò vtrumq; cõplecti
tur, & ſeſe extẽdit ad oẽm actionẽ tã
ante, quã poſt litiſcõteſt. vti notatur
In Autẽt. Qui ſemel. C. quãdo & quo
modo Iudex. Ex his nũc clarũ euadit,
quid ſit renũciare inſtãtię, liti, et cauſę

2 Renunciare enim inſtantiæ eſt propriè renunciare actis, & cœptis omnibus vſque ad litiſconteſtationem. Renunciare, vel cedere liti, eſt renunciare propriè omnibus actionibus à litiſ conteſtatione (quando lis figitur) vſque ad definitiuã. Renunciare cauſæ eſt omnia in cauſa acta, imò & cauſam ipſam, ſiue ipſam petitionẽ aduerſarij conſentire, & admittere. Verùm differentia iſthæc nõ ſemper adeo ſtrictè apud Iuriſperitos obſeruatur, quia ſæpè lis pro inſtantia, & pro cauſa accipitur, & dicta differentia confundi tur, & vnum pro alio non raro accipitur. Quomodo autem ab inſtantia,
3 lite, aut cauſa recedatur, nunc accipe, In ciuilibus itaque cauſis vnicuiq; partium licitum eſt, ab inſtantiã, ſiue à lite, vel proceſſu, ſiue à cauſa recedere, iiſque renunciare ſimpliciter, & ſine licentia Curiæ. Exceptis cauſis in materia appellationis, & in cauſis in quibus procurator generalis pro iuſtitiæ
4 intereſſe ſe adiunxit. In illis enim licẽtia Curiæ omnino requiritur. In Francia autem in materia appellationis debent appellãtes habere literas à Rege, vel à Curia regis (quas acquieſcentias ſiue permiſſorias vocant) nempe, quibus Rex; aut Curia in eam à lite receſſionem, acquieſcat, eamq́; permittat. Sine iis enim neutri partiũ à lite diſcedere licet. Has itaq; literas impetratas tenẽtur Curiæ præſentare, & parti ſignificare infra ſex dies, à data impetrationis, alioqui impetratio nullius va-
5 loris eſſet aut momenti. Tenentur etiam eas literas in tempore impetrare & obtinere, ſcilicet antequã lis aut proceſſus viſus & examinatus fuerit. Si enim proceſſus eſſet viſitatus, aut ſaltem viſitari incœptus, tunc pars ad eas literas obtinendas nullo modo admitteretur, ſed Iudex ad definiendũ in ea appellatione procederet. Ideoq; ordinatum eſt in Cãcellariis Frãciæ, vt nullas huiuſmodi acquieſcentiæ literas expedirent, niſi cũ hac clauſula (ſaluo quod proceſſus non fuerit viſus, conſultus, nec iudicatus.) In ma-
6 gno autem conſilio Mechilinienſi nõ eſt conſuetum, vt huiuſmodi acquieſcentiæ literas vllas expediant.

CAPVT CCIII.

De cadendo in ſubmiſsiones, & arbitria.

Summæ.

1 *Submiſsiones quomodo fieri ſoleant.*

2 *Submiſsiones omnem litem terminant.*

3 *Submiſsio fit aliquando coram* { *arbitrio.* *&* *arbitratore.* }

4 *Differentia* { *Arbiter, procedit iuridicè, vt Iudex.* *Arbitrãtor procedit amicè.* }

Arbiter

- *Arbiter conuenit cum Iudice* — *Vti Index.*
  - 5 *In principio, recipit libellum.*
  - 6 *In medio, recipit teſtes & alias probationes.*
  - *In fine*
    - 7 *Iudicat de toto.*
    - 8 *Iudicat ex ſcripto.*
    - 9 *Non pronunciat ſententiam noſte.*
    - 10 *Eodem die circa acceſſoria iudicat.*
    - 11 *Victum victori damnat in expenſis.*

- 14 *Differunt Arbiter & Iudex* — *Non ſic Iudex.*
  - 12 *In primo, quia arbiter nihil agit contra inuitum.*
  - *In medio*
    - 13 *Quia coram arbitro non contrahitur hæmoditium.*
    - *Quia ex ſententia arbitri non naſcitur actio.*
  - *In fine*
    - 15 *Quia arbiter procedit, & pronunciat die feſto.*
    - 16 *Quia ab arbitro appellari non licet.*
    - 17 *Quia arbiter non habet iuriſdictionem propriam ſicuti recenſet Ang.*

18

19 *Coram arbitratore non proceditur iuridicè.*

20 *Arbitramentum, eſt amica partium conciliatio.*

- 22 *Differunt arbiter & arbitrator, quia*
  - 21 *Arbiter format proceſſum ſuum, vt Iudex.*
  - *Arbiter pronunciat ſententiam.*
  - 23 *Coram arbitratore teſtata, non valet coram arbitro.*

- 24 *Arbiter, & arbitrator conueniunt in hoc, quod*
  - *Ambo procedunt in cauſa diebus feſtis.*
  - 25 *Ab arbitratore iniquo, recurritur ad arbitrum.*

26 *Arbitramentum iniquum corrigitur per bonæ fidei arbitrium.*

- 27 *De arbitro & arbitratore vide*
  - *Angelum.*
  - *Io. Bapt. Peruſium.*
  - *Petrum Iacobi.*
  - *Nicolaum Eucrardi.*
  - *Claudium Cantiunculam.*
  - *Nicolaum Heems.*

Sicuti tranſactiones (vti diximus) litem omnem dirimunt, & terminant, ita quoque & ſubmiſsiones. 1 Fit enim vt ambæ partes ob perſuaſiones aut interlocutiones, aut parentum, aut aliorum amicorum, à futura lite prorſus abſtineant, aut à lite cœpta ſuperſedeant, ſic vt totam cauſam litis incipien-

incipiendæ, vel cœptæ deſerant, eáque
in arbitrium bonorum, & doctorum
virorum conſtituant, & iudicandá, ac
decernendá committant. Quod vt iu
ſtius faciant ambæ ſeſe & cauſam ſuá
deduut, & ſubmittunt in ſententias,
2 & iudicia arbitrorum. Quæ quidem
ſubmiſsiones eius ſunt efficaciæ, vt frã
gant & extinguát oẽs lites futuras, et
incœptas. Imò & iuriſdictiones om-
3 nes. Duobus itaq; modis iſthæc ſub-
miſsio fieri ſolet, ſcilicet, aliquando in
arbitros, et aliquando in arbitratores.
4 Hi ſicut inter ſe multum differunt (vt
ſuprà diximus) ita quoque multum
intereſt, an quis ſe ſubmittat in arbi-
tros, an in arbitratores, quia iſti diuer-
ſimodè in cauſis ſubmiſsis procedunt,
(vti & ſuprà dixim') Arbiter enim ꝓ-
cedit ſecundũ ius, & iuris rigorem, &
æquitaté ſcriptá ſequitur, quia ipſius
arbitria ad ſimilitudinem iudiciorum
ſunt redacta. l. Prima. ff. de recept. arb.
Et ideo corá arbitro proponédæ ſunt
actiones. §. Actionum autem, Inſtitu.
de actionib. Prætereà coram ipſo of-
ferendi ſunt libelli. l. Cum antea. §. Li
cet. circa finem. C. de recept. arbi. Imò
omnia coram ipſo agenda ſunt, ſicut
in ordinariis proceſsibus, in principio
5 in medio, & in fine iudiciorũ. §. Pri-
mò, in principio. Quia ſicut libellus
debet in principio coram iudice offer
ri, Autentica. Offeratur. C. de liti ſcon
teſta. ita etiam offerri debet coram ar-
bitro. l. Generaliter. C. de epiſcop. &
6 cleri. In medio, Quia ſicut Iudex de-
bet probationes recipere, et teſtes exa
minare, ita & arbiter. l. Penultima. C.
7 de recep. arbit. In fine verò quinque
ferè modis. Primò, Quia ſicut Iudex
debet iudicare de toto, ita & arbiter.
l. Qui tamen. ff. de recept. arbit. Se-
8 cundò, ſicut Iudex ſententiam ex ſcri-
pto recitare debet. l. Prima. C. de ſen-
tentiis ex periculo, vel rectiùs (autho
ribus Alciato & Budęo) ex ſcripto re
citandis, &. c. Vltimo. de ſenten. & re
iudica. lib. 6. ita & arbiter. d. l. Prima,
&. c. Cum ab vno de ſenten. & re iu-
9 dic. eodem lib. 6. Tertiò, ſicut Iudex
ſententiam in tenebris aut noctu fer-
re non debet, In Autentico. de iudic.
§. Sedebunt colla. 6. &. c. Conſuluit
extra. de offic. deleg. ita nec arbiter,
cùm hic ratio diuerſitatis adduci nul-
la queat, ſintque arbitria ad omnimo-
dam iudiciorum ſimilitudinem reda-
cta. d. l. Prima. ff. de recept. arbit. & l.
A Titio. ff. de verbo. obligat. Deinde
huc pertinet. l. Paulus. prima. ff. de ſen
10 tent. & re iudica. Quartò, ſicuti ibi-
dem, & iam. d. l. Iudici permittitur
eadem die, qua ſententiam tulit, circa
acceſſoria pronunciare, ſic idem etiam
permittitur arbitro. docet gloſſ. in. l.
Quia arbiter. ff. de recept. arbit. quam
gloſ. dicit Ang. Areti. in. §. omnium
inſtitu. de actionib. eſſe ſingularem.
11 Quintò, ſicuti Iudex victum victori
in expenſas condemnat. l. Eum quem
temerè. ff. de iudi. l. Properandum. §.
Siue autem alterutra. C. eodem. &. c.
Calumniam. extra. de pœnis, ita & ar
biter, vt notat Iaſon. in. d. §. Siue au-
tem alterutra. in. 2. ampliatione, vbi
ad hoc non pauca allegantur vtilia.
Ex his itaque præmiſsis tantum conſi
deratis manifeſtum eſt nullum, aut
admodum exiguum eſſe diſcrimen
inter arbitrum & iudicem, quia in a-
ctionibus prædictis, & procedendi
modo, videntur eſſe pares. Nihilomi
nus tamen quantumuis in dictis in-
ter ſe conueniant, inter ipſos tamen
adhuc reperitur nonnihil differentiæ,
tam in principio quàm in medio, &
12 in fine. Differunt enim in principio,
quia

quia Iudex iudiciũ pronunciat & red
dit in inuitũ, ſicuti per totum iudicij
proceſſum plæraq; aguntur alterutra
parte inuita.l.inter ſtipulantẽ.§.Prio
ff.de verb.oblig.Secus autem fit in cõ
promiſſo vel arbitrio,quia in hoc re-
gulariter nemo cogitur inuitus cõpro
13 mittere.Secundò,Differunt in medio
ſeu in progreſſu,quia corã arbitro non
cõtrahitur Hærmoditium,quia deſeri
videtur iudic.l. 2.C. de recept. arbit.
coram iudice verò contrahitur Hær-
moditium.l.Properandum.§. Sin au
tem reus.C.de iudic. Item,Ex ſenten
14 tia iudicis naſcitur actio.l. Actori.C.
de iureiuran. Non autem naſcitur ex
ſententia arbitri.l.Prima.C. de recep.
15 arbit.Tertiò,in fine differunt. Primò
in hoc quod arbiter poſsit feſto die in
cauſa procedere & ſententiã pronun-
16 ciare. Secundò,ab arbitro non poteſt
appellari, ſiue eius ſententia ſit æqua
ſiue iniqua, etiam ſi enormem conti-
neat iniquitatem,in.l.Diem proferre.
§.[illegible]ri.ff.de recept.arbit. & in.l. So-
cietatem.§.Arbitrorum.ff. pro ſocio,
cum ipſius ſentẽtiæ non iure, ſed me-
tu pœnæ ſtetur:arbiter enim eſt , qui
de partiũ conſenſu eligitur:& in eum
ſub pœnæ ſtipulatione compromitti-
tur.c.A iudicibus.2.q.6. Non enim
ſtatur ſententiæ eius,niſi metu pœnæ,
vel metu pignoris,vel pecuniæ dandę
vel metu ſimilis alterius pœnæ conſti
tutæ,& compromiſſæ.l. Non diſtin-
guemus.§.1.ff.de recept.arbit.&.l.
Prima.C.eodem.&.c. Dilecti. extra.
eodem.Vel niſi metu iuramẽti , quod
poteſt interuenire ſecundũ Canones.
c.2.&.c.Per tuas.ext.eo.& .c. Omne
q; licet.22.q.1. ſecus ſi ſecundum leges
Auten.Decernimus.C.eo. &. §.quia
17 verò, in Autẽt.de iudic.collat.Tertiò
arbiter nõ habet iuriſdictionẽ propriã
neq; delegatam,ſed ſolum à partibus
acceptam.l.Prima.ff.de recept.arbitr.
Reliquas differentias inter arbitrum
& iudicem ordinarium videbis apud
Ang.in.§.Omnium.inſtitu.de actio-
18 nib. vbi.16.differentias,&.8. æquipa-
rationes recenſet. Hactenus de arbi-
tro,& arbitrio. Nunc accipe de arbi-
tratore. Arbitrator enim quia dunta-
xat eſt amicabilis compoſitor, proce-
dit non ſecundum iuris ordinem, ſed
ſecundum ſuam voluntatem,cõſcien-
tiam,& bonam fidem. Quod autem
19 non teneatur ſeruare iudiciariũ ordi-
nem in procedendo, vel ex hoc patet,
quoniam coram arbitratore non eſt
iudicium,vt notat Innoc.in .c. Quin-
tauallis de iureiurand. & Barto. in.d.
§. Arbitrorum. & Bald.in.l. Finali.
C.de contrahen.emp. Itẽ quia coram
ipſo non proceditur ordinariè , ideo
etiã coram ipſo arbitratore nõ propo
nitur actio,vt notat Specu.in titu. de
libel.concept,§.Reſtat videre, & Bar
to.in.l.Societatem.§. Arbitrorum.ff.
pro ſocio. Et quia arbitrator per ami-
20 cam conciliationẽ procedit, ideo arbi
tramentum nihil eſt aliud quã amica
quædã tranſactio,& concordantia,vt
not.gloſ.in Autẽ.vt differen.iud. §.1.
Atq; ex iã monſtratis liquet differẽtia
21 inter arbitrũ, & arbitratorẽ.Primò, q;
arbiter format proceſſũ ſuũ,vt iudex.
Et arbitrator procedit ſine ſolẽnitate
litis ſeu proceſſus.Secũdò,arbiter ſuã
22 tenetur pronũciare ſententiã.Et arbi-
trator nõ,niſi volet,quia arbitramen-
tũ nihil aliud eſt (vt diximꝰ) q̃ tranſa-
ctio,aut amicabilis cõpoſitio, ſeu cõci
liatio.Quocirca talis arbitrator ſi malè
iudicat,id nõ eſt ex ordine,vel cogni-
tiõe iuris,quia mores,& ordinẽ iudi-
ciorum non ſequitur, nec ſeruat ob q;
etiã iudicatũ præſtare nõ debet,aut de
iudi-

iudicato reſpondere, vel (vt practici dicunt) non debet litem facere ſuam: tametſi plus vel minus det alteri, quã forte de iure dare debeat: vt notatur in .l. Sed et ſi in ſeruũ. §. ſi quis iudex
23 ff. de recept. arbit. Tertiò, atteſtationes habitæ coram arbitratore non valebunt coram arbitro, aut coram iudice ordinario: quia nec aliqua lex hoc dicit, nec ratio iuris hoc dictat, vt quæ conciliationis cauſſa, imò quæ coram ipſo amicè & ſine iuramento ſunt depoſita apud ordinarium iudicem, ſuũ vigorem obtineant, ac ſi per adiurationem fuiſſent depoſita. Cõueniunt au-
24 tem in hoc, quod ſicut arbiter poteſt in cauſſa procedere, & ſẽtentiam pronunciare diebus feſtis, ita & arbitrator, licet nonnulli dicant, & credãt cõtrarium: ſed (meo iudicio) malè, quia fraterna cõciliatio, quæ virtus eſt, ſab-
25 batum non violat, ſed ſanctificat. Itẽ à tali arbitramento (ſi iniquum videtur) poteſt appellari vel recurri, nõ ad iudicem ordinarium, ſed ad arbitrum vel ad arbitrium boni viri. l. Vnde & l. Irruere. ff. pro ſocio. & bonus vir dicitur iudex. l. continuus. §. ita cum. ff. de verbo. obliga. Et debet huiuſmodi recurſus fieri ope exceptionis, vel replicationis: vt apparet manifeſtè. l.
26 Vnde ſi nerue. ff. pro ſocio. Vnde dicitur, iniquum arbitramentum corrigitur per bonæ fidei arbitrium, vel iudicium, quod debet ita intelligi (vt dixi) per modum exceptionis, vel replicationis faciẽdæ pro ſocio, in iudicio actionis, vt faciat ibi ad titulum, & vt ad proxima fiat relatio. quia in l. proxima fit mentio de accuſatione, pro ſocio, vt ſi reus credat ſe grauatum ex arbitramento, ſeu dicto arbitratorũ taceat, & quando agetur contra eum poteſt excipiendo conqueri de iniquitate arbitratorũ, & ſic corrigitur prioris
27 arbitramenti iniquitas. De his, ſcilicet arbitro & arbitratore latius meminit Hoſtienſ. in ſumma. de arbitr. §. qualiter ad effectum. & Panor. in c. Quintauallis, de iureiurã. Ang. in §. Primo. inſtitu. de actionib. Et copioſius Ioã. Baptiſta Peruſius in ſuo tractatu, de arbit. & Petrus Iacobi, in ſuo tractatu de arbitris & arbitratoribus. D. Baptiſta à ſancto Blaſio, in ſuo tractatu, de arbitro & arbitratore, centum quæſtiones continente, & D. Claudius Cantiuncula in ſuo lib. Topicorũ, ſub loco à iudice ad arbitrum. & ante eum D. Nicolaus Euerardi à Middelburgio in ſuo Topicorum libro, ſub loco à ſimili. Hanc materiam etiam late, ac feliciter explicauit, anno. D. 1527. vel 1528. (ſi benè memini) cùm Louanij iuri nauarem operã, vir ſingulari doctrina, ac iuriſprudentia præditus. D. Nicolaus Heems à Bruxella, cum titulum de Recept. arbit. C. iuris ſtudioſis mane hora ſeptima quotidie prælegeret.

CAPVT CCIIII.

De Compromiſsis aut Submiſsis.

Summæ.

Compro-

1 *Compromiſſa in* { *Arbitros requirunt* { *Tempus terminandi.* *&,* *Pœnam inobedientiæ.*

2 *Compromiſſa in* { *Arbitratores non requirunt* { *Tempus terminandi.* *&,* *Pœnam inobedientiæ.*

3 *Iura eccleſiaſtica in cõpromiſſis ſtipulãtur aliquãdo* { *Pœnam.* / *Iuramentum, loco pœnæ.*

4 *Compromiſſio in* { *Arbitros ſcripto notatur, & autenticatur.*
5 *Arbitratores non recipitur ſcripto.*
6 *Arbitros in mag. Conſil. excipitur à Notario.*

7 *Subarbitri non ſunt aſſumendi, niſi id in ſubmiſſione fuiſſet conceſſum.*
8 *Vnus & idem induere poteſt perſonam arbitratoris, & arbitri.*

1 IN compromiſſis & ſubmiſſis, quæ
fiunt in arbitros, neceſſariò duo re-
quiruntur, tempus & pœna. Tempus
intra quod arbitri proceſſum forma-
re, inſtruere, & iudicare debent. Pœna
verò ea eſt, quæ ab arbitro conſtitui-
tur compromittentibus, aut ſubmit-
tentibus, & in quam partes ſe ſubmit
tunt, & in quam ſe condemnari com-
promittunt, ſi ſententiam arbitrariam
2 poſteà ſeruare nollent. Sed in com-
promiſſis, quæ fiunt in arbitratores,
nec dies, nec pœna requiruntur, quia
arbitratores procedunt non iuris aut
proceſſus ordine, ſed ſecundum pro-
prium arbitrium & volũtatem, quo-
circa ipſorum arbitramenta reduci &
corrigi poſſunt, per arbitrum aut per
ordinarium, ſi pars per eã arbitramen-
ta ſe nimium læſum, ac grauatum con
queratur, vti diximus capite præcedẽ-
3 ti numero. 26. Iura eccleſiaſtica ſiue ca
nonica ligant compromittẽtes in ma
nu arbitri aliquando pœna, ſcilicet ar-
bitraria, vt ſuprà, aliquando iuramen-
tum loco pœnæ præſtandum ſtipulan
tur, quod iuramentum fieri ſolet, aut
tactis ſacroſanctis Euangeliis, aut cru-
ce, aut erectis digitis, & conceptis ver
bis. Sed iura ciuilia nullum iuramen-
tum in compromiſſionib' recipiunt,
nec ſtatuunt, ſed pœnam ſtatuunt.
4 Compromiſſum autem aut ſubmiſ-
ſum in arbitros, debet ſcribi, ac tũ
ſcriptum illud debet autenticari, per
aliquem Iudicem, Notarium, Tabel-
lionem, Graphiarium, aut per aliã ſi-
milem perſonam publicã, idq; præſen
tibus teſtibus, quia arbiter ſecundum
hoc fundamentum ad conſcriptam il
lam, & acceptam authoritatem debet
inſtituere, ac producere ſuum proceſ-
ſum, ac eam conſcriptam facultatem
5 nullo modo excedere. Sed iſtud non
requiritur, quando aliquis ſe ſubmit-
tit in arbitratores, tunc enim non eſt
neceſſe ſcripturam aliquam ad ſuam
arbitratoris facultatem pro proceſſus
ordine ſtabiliendam conficere, quia ar
6 bitrator (vt ſæpe dictum eſt) nullum
proceſſus ordinẽ ſequitur. Cõſiliarij
magni conſilij Mechilinienſis nullas
partium ſubmiſſiones per ſe accipiũt,
ſed partes remittunt ad Notarios, aut
ad

ad alios, vt corã ipſis huiuſmodi ſubmiſsiones, ſiue compromiſſa prius autenticè peragantur. Deinde ſi arbitriũ tale aſſumpſerunt, illam notatam compromiſsionem à Notario accipiũt, & poſteà in cauſa ſecundum iuris ordinem procedunt. Sed hic notandũ eſt, quod aliquando conſtituantur arbitrorum vicarij, qui cum arbitro ſimul negotium peragãt, aut in abſentia, vel ob impotentiam arbitri, cauſam veri
7 arbitri loco, ſoli diſcutiant. Hi vocantur ſubarbitri. Verùm nec hi locũ, nec authoritatem habere poſſunt, niſi in ipſa ſubmiſsione in arbitros ſimul accepti fuiſſent, aut niſi tũc prælocutum fuiſſet, & conceſſum arbitrum poſſe ſecum aſſumere aliquẽ ſubarbitrum quem vellet, aut tunc expreſſè denominatum. Niſi enim hoc prius fuiſſet cõceſſum, cum ſubarbitro in negotio procedere non poſſet, quia ſic nõ procederet ſecundum ſubmiſsionis formam, ſed ſecundum ſuum nutum, q̃ fieri non poteſt. Secundò quoq; notandum eſt, quod vnus atque idẽ poteſt ſimul eſſe & arbiter & arbitrator tametſi in iis procedendi ratio ſit diuerſa. Vterque enim aſſumitur ad citiorem iuſtitiæ terminum, & ad fœliciùs inexhauſtos ſumptus vitandos, et poſtremò ad maiorẽ amicitię conciliationẽ, et odii futuri deteſtationem. Quocirca communiter fit, vt partes ſeſe ſubmittant in vtrumque, hoc eſt, vt in cauſis cõtrouerſis vnus, & idem
8 induat vtramque perſonam, ſcilicet, & arbitri, & arbitratoris: ſic, vt ſi partes conſilijs, rationibus, & amicis pacificationibus concordari poterint, id primò ſcilicet curet. Sin id non valebit, arbitrum agat, & rem omnem iuris ordine peragat. Atque hoc geminum officium arbitratoris & arbitri in vno mihi videtur admodum laudabile amplectendum.

CAPVT CCV.

Qui Arbitri eſſe non poſſunt.

Summæ.

Arbiter eſſe non poteſt

1 *Surdus, mutus, cæcus, ſeruus, pupillus &c.*
2 *Excommunicatus, ſed bene arbitrator.*
3 *Mulier, niſi iuriſdictione, aut dignitate ad hoc valeat.*
4 *Attamen mulier, poteſt eſſe arbitratrix.*
5 *Totus magiſtratuum cœtus.*
6 *Qui viginti annis minor eſt.*
7 *Liber, ſi cauſam aſſumpſit ſeruitutis tempore.*
8 *Abbas, Prior, Præpoſitus, niſi haberent iudicia.*
9 *Epiſcopus poteſt eſſe arbiter.*
10 *Monachus ſine conſenſu ſui ſuperioris.*
11 *Monachus debet vacare precibus, & Pſalmis.*
12 *Monachus epiſcopus poteſt eſſe arbiter.*
13 *Laicus, in cauſis ſpiritualibus.*
14 *Attamen laicus & clericus ſimul cũ conſenſu ſuperoris arbi- (trantur*
15 *Laicus, in merè ſpiritualibus, nec principaliter, nec incidenter.*

Dixi-

DIxim' quid ſit ſe ſubmittere in arbitros,& in arbitratores,reſtat videre,an liceat in quoſuis arbitros ſubmittere,vel an quiuis poſsint eſſe arbitri.
1 Pro hoc ſciendũ eſt q, multi ſint in quos cõpromittere nõ liceat, non enĩ cõpromittere licet in mutos, ſurdos, cæcos,furioſos vel demẽtes,in ſeruos, pupillos ſine tutore,& in plures alios ſimiles.l.Diẽ pferre.§.Corã.et.l. Sed etſi in ſeruũ.ff.de recep.arbit.& argu. l.Primæ.ff.de recep.arbi. & notã.in.l.
2 Cæcus. ff.de iudic.Deinde nõ licet cõpromittere in excõmunicatos,vtpote qui de iure nõ poſſunt eſſe arbitri. Secus tamẽ ſit ex cõſuetudine, vt notat. l.Illa verba,& ibi Bart.ff.de verbo.& re.ſignifi.vbi Bart.dicit q, textus videtur dicere,Quod excõmunicatus poſſit eſſe arbitrator,q, capax ſit iuris ciuilis,& à iure ciuili nullo modo excluſus,nẽpe qui quoſuis contractus inire & facere poſsit,teſt.eod.Bart.in.l.Cũ pater.§.hæreditatẽ.1.ff.de lega.2.&in l.Ex facto .§. Si quis rogatus .ff. Ad Trebel.l.Pedi'.ff.de recep.arb.et.l.Si qui. C.de epiſ.audi.& ibi Cy.& Mãſuerius in ſua iudiciorũ praxi. titu. de arb.in fi.Sed gloſ.tamẽ in verbo Igno minioſus.in.d.l.Pedius, hanc quærit quæſtionem.An excõmunicatus poſſit eſſe arbiter? & reſpõdetur ibidem negatiuè,quod nõ, idq; propter legẽ Chriſti, qua dicitur. Si eccleſiã nõ audierit,ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.Matt.18.cap.Ideoq; nec partes cũ ipſo quicquã cõmunicare poſſunt, qui ext.communica.eiectus eſt, vt in Autent.de priui.dot.hæret. mulierib. non præſtan.in fi.Inter hæreticos poteſt.vt.l. Quoniam.C.de hæreti.Item quod excõmunicatus nõ poſsit eſſe arbiter,not. c. Ad probandũ.ext.de ſententẽt.& re iudic.& argu.d.l.Pedius. ad hunc modũ. Nullus ſeruus poteſt eſſe arbiter,et excõmunicat' eſt ſeruus(ſcilicet diaboli)ergo &c.Minor aũt,ſcilicet,q, excõmunicatus(loquor de legitimè,& debitè excõmunicato) ſit ſeruus diaboli,probatur per illud. Extra eccleſiã nõ eſt ſalus, & qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati,& per cõſequens diaboli,q peccati pater eſt. Idẽ quoq; proba.in eod.titu.c. Nouæ, & ſeruus eſt peccati.vt.l.fin.C.de ſentẽ.paſ. Attamen teſt.Barto.& Bald.poterit eſſe arbitrator,licet nõ arbiter, iuxta loca ſuprà allegãta,quib' adde Panor.in.c. Quintauallis.ex.de iureiur.Vide Spe.
3 Sic quoque nec mulieres ſemiberbes poſsũt eſſe arbitræ aut cõpromiſsũ aut ſubmiſsionẽ ad ſe recipere.l.fi. & ibi Bald.& Sali.C.de recep.arb.&.c. Dilecti.ex.eod.de arbi.Niſi mulieres illę tales eſſent,q̃ alioqui iuriſdictionẽ aliquã de iure cõmuni,vel ex cõſuetudine haberẽt,aut certè tales,quib' ipſarũ præeminẽtia ad hoc authoritatẽ præſtaret.Nã tunc etiã ſuper reb' tẽporalibus eccleſię,poteſt in eas valide cõpromitti.d.c.dilecti.Attamẽ oẽs honeſtę mulieres ſeu matronæ poſſunt eſſe arbitratrices,id eſt,amicabiles cõpoſitrices,ad amicabiliter cõponendũ et concordandũ partes, quæ in ipſis tanquã in arbitratrices cõpromiſerũt ex bono
4 & æquo,ſed nõ ex iure. Vide Spe.Atque id exẽplis multis cõprobatur,quibus Principes mulieres nõ rarò cõtrouerſias regũ,amicis cõciliationibus,ac tranſactionibus compoſuerũt. Sicuti Margareta Duciſſa Sabaudiæ, & D. Ludouica Duciſſa Dagolemma, Mater Regis Franciæ Franciſci primi,conciliarunt animos Imperatoris Caroli V. et Franciſci Regis Frãciæ Cameraci anno. 1529. q cõplexus eſt hoc dicto. Ecce veterata pax Cameraci reuiuiſcit,

in qua

in qua quidem pace per ipſas etiam
reſortum ad Parlamentum Pariſienſe
cum noua cõfirmatione prorſus ſub-
latum, & extinctum fuit, iuxta nouiſ
ſimum contractum intra Carolũ Im-
peratorem quintum, & Regem Fran-
ciſcum primum, initum Madriliæ in
Hiſpaniis, quæ olim Mãtua, poſteà ve
rò Viſeria vocabatur. Itẽ, In Collegiũ
5 Magiſtratus compromitti non poteſt
potiſsimum de cauſa ſeu lite coram
ipſis pendente. Nemo enim in eadem
cauſa & arbiter & iudex eſſe poteſt,
iuxta vulgatam. l. Sed & ſi in ſeruum.
§. Si quis iudex ſit. ff. de recept. arbit.
concordat textus. in. c. Infames. 3. q.
7. Quocirca totum collegium, quod
iudicis partes obtinet, non poteſt eſſe
arbiter. Verum ſinguli ex eo collegio
aſſumpti, in cauſa illa arbitri eſſe poſ-
ſunt. Et quãquam hic dixerim, quod
totum collegium magiſtratus nõ poſ
ſit eſſe arbiter, aut in ſe arbitrium re-
cipere, idem tamen totum collegium
poteſt eſſe arbitratorium, aut arbitra-
6 menta in ſe recipere. Minor item vi-
ginti annis non poteſt eſſe arbiter. l.
Cum lege. ff. de recept. arbit. & c. Vi-
geſimum. ext. de offic. & poteſta. iu-
dic. delega. Neque valeret ſubmiſsio,
ſi quis ſe ſubmitteret in aliquem qui
eſſet nouemdecim annorum, & is vir
tute illius ſubmiſsionis vellet agere ar
bitrum, vbi exceſsiſſet annum vigeſi-
mum, & tanto tempore cauſam arbi-
trij extendiſſet, quia iuris eſt regula.
Quicquid in initio vitioſum eſt, &
de iure non tenet, id ex protractu tem
poris conualeſcere nõ poteſt. l. Quod
in initio. & . l. Quæ ab initio. ff. de re-
gul. iur. & in regula ſiue. c. Non firma
tur, eodem titulo. de regul. iur. lib. 6.
Quæ regula ſic habet. Non firmatur
tractu temporis, quod de iure ab ini-
tio non ſubſiſtit. Sed hoc limitãdum
eſt, niſi illud cum partium conſenſu
ſic fiat, vt notat. l. Sed & ſi in ſeruum,
in principio. ff. de recept. arbit. Sed de
his vide Philippum Decium & Dy-
num ſuper iiſdem titulis & regulis
7 præallegatis. Sic nec liber poteſt eſſe
arbiter in cauſa quam aſſumpſit ſerui
tutis tempore, iuxta. l. Pedius. ff. de re
cept. arbit. vbi dicitur. Quod ſeruus
& liber ſimul prohibentur eſſe arbi-
tri. Quin etſi quiſquam ſeruus tam eſ
ſet temerarius, vt in ſeruitutis tempo
re in ſe arbitrium reciperet, & in cau-
ſa procederet vſque ad definitiuã ex-
cluſiuè, & interim fieret liber, & eo li
bertatis tempore ſententiam de pro-
ductis pronunciaret, non valeret ſen-
tentia, quia vitioſum eſt ædificium,
quod vitioſo fundamento innititur.
Valeret tamen id pronunciatũ, ſi par-
tes ambæ in eam ſententiam pronun-
ciandam conſenſiſſent. d. l. Pedius, At
tamen ſerui poſſunt eſſe arbitratores,
8 vt ibidem. Item. Abbates, Priores, Præ
poſiti, Regulares, &c. non poſſunt eſ-
ſe arbitri, præſertim in rebus ſeu cau-
ſis ſæcularibus & prophanis, quia hi
ſecundum particularẽ profeſsionem,
vt mundo mortui haberi volunt, &
vt à mundanis rebus abdicarentur, no
uam quaſi profeſsionem auſpicantur.
De quibus Paulus dicit. 2. ad Tim. 2.
Nemo militans Deo implicat ſe nego,
tiis ſæcularibꝰ, vt ei placeat, cui ſe pro-
bauit. Sed hæc dixi ex iure profeſsio-
nis tantùm, & non ex iure aut cõſue-
tudine, aut iuriſdictione aliunde acce
pta. Nam ſi Abbates, Epiſcopi, &c. ha
berẽt poteſtatem, aut iuriſdictionem,
qua poſsint iudicare, ſiue ſentẽtias fer
re, ſeu pronunciare de cauſis ſæculari-
bus, eamque accepiſſent, aut per priui
legium, aut conſuetudinem, ſubmiſ-
ſio in

ſio in ipſos facta, haberet locum, & de
cauſis ſæcularibus arbitri tunc eſſe po
9 terunt. Epiſcopi tamẽ poſſunt eſſe ar-
bitri, quia poſſunt & habent iuriſdi-
10 ctionẽ. Ad dictorum imitationẽ Mo
nachi quoq; poſſunt arbitrari, potiſſi
mum in cauſis vtilibus, & ad ſuũ mo-
naſterium conducẽtibus, attamẽ hoc
ſolum ex mandato ipſorum Abbatis
aut ſuperioris, ſine cuius conſenſu nul
lus monachus poteſt eſſe arbiter. Imò
ne arbitrator quidem eſſe poterit, ſine
conſenſu ſui ſuperioris, quia monachꝰ
(vti dixi) profitetur ſe quaſi mundo
mortuũ, & tanquã ſeruum, quantum
ad actus ciuiles. l. Si qui ex conſenſu.
C. de epiſco. audiend. & ibi Cy. &. l.
Deo nobis. C. de epiſco. & cleri. &. l.
11 Quod attinet. ff. de regu. iur. Ideoque
non debet vacare rebus ſæcularibus,
ſed precibus, & Pſalmis continenter
incumbere. l. Decernimus. C. de epiſ.
audien, ad quæ exercitia ſpiritualia ſe
profeſſione peculiariter conſecrauit.
12 l. Vltima. C. de recep. arbit. Verum ſi
contingat monachũ poſteà fieri epiſ-
copum, tunc quidem poterit eſſe arbi
ter in cauſis ſæcularibus, nõ tanquam
monachus, ſed vt epiſcopus, aut ratio
ne dignitatis, ac præeminentiæ, aut ra-
tione iuriſdictionis ſæcularis ſiquam
habeat, iuxta. d. l. Si qui ex conſenſu.
Si enim opus iudex eſt, & à. l. vt iu-
dex eligitur, multò magis arbiter eſſe
poterit. l. Quidam. ff. de re iud. de hoc
vide D. Cynum. in. d. l. Si qui ex con-
ſenſu, nume. 4. 5. C. de epiſco. audien.
13 Sic contra, ſicut eccleſiaſticus non po-
teſt eſſe arbiter aut arbitrator in rebus
aut cauſis ſpiritualibꝰ. Omnino enim
indignum, & inconueniens eſt ſi lai-
cus de ſpiritualibus arbitretur. c. Con
tingit. extr. de arbit. Imò ne vlla qui-
dem negotia ſpiritualia (de meris ſpi-
ritualibus loquor) tractare debent aut
iudicare laici. c. Decernimus. extra. de
iudic. ſed ea per Epiſcoporum, Abba-
tum, & aliorum Prælatorum iudicia
diſponi debent. Sed hæc intelligenda
ſunt, niſi tales laici haberent ſpiritua-
lem perſonam ſibi adiunctã, eo enim
tunc caſu in ſpiritualibus arbitrari
poſſunt. Alij ſic diſtinguunt. De re-
bus merè ciuilibus, quibus nullum
ſpirituale eſt annexum poteſt com-
promitti in laicum. argumento. d. c.
Contingit. Quia enim in. d. c. dunta-
xat prohibitionem faciat de ſpiritua-
libus, de temporalibus arbitria fieri
poſſe videntur, iuxta argumentum
commune, quia quod de vno prohi-
betur, de altero conceditur. c. Qualis
25. diſtinc. Quocirca ſi quis in laicum
cõpromitteret, atq; hic laicus ſic quic
quam arbitrariè pronunciaret, de re-
bus ſpiritualibus, non teneret illud ar
bitriũ, neq; pronunciatũ, vt. d. c. Con-
14 tingit. Sed ſi cõpromittatur in clericũ
& laicum ſimul, idq; cum authoritate
ſuperioris, videtur q̃ valeat cõpromiſ
ſio. Primò, q̃ nõ compromittat in ſim
pliciter laicum, quia etiam clericꝰ eſt.
Secundò, quod eam compromiſſio-
nẽ non per ſe, id eſt per propriam au-
thoritatem (qua nõ potuit) ſed per au-
thoritatem ſui ſuperioris fecerit, cum
qua vt clericus arbitrari poteſt, vti an-
te diximus, & ſicut patet per. c. per
tuas. ext. de arbit. Et ſecundum hanc
ſuperioris permiſſionem, magis dig-
num trahit ad ſe minus dignum, vt
vel ſic res valeat potius quàm pereat.
c. Quod in dubiis. ext. de conſe. eccle.
vel altar. &. c. Abbate. extr. de verbo.
ſignificat. Sed compromittere de ſpi-
ritualibus in eum qui tantùm eſt lai-
cus, ne per conſenſum epiſcopi qui-
dem poteſt, ſed ad hoc requiritur au-

thoritas Papæ. §. Verùm. 32. diſtinct. c. Mennam. 2. q. 5. &c. c. Nos ſi eadem cauſa. q. 7. Ex quibus omnibus cõclu
15 ditur, quod laicus de rebus ſpiritualibus nullo modo iudicare poteſt, nec principaliter, nec incidenter, ſecũdum Baldum in. l. Non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de recep. arbit. ſed quod cauſæ omnes ſpirituales ſolũmodo committendæ ſint perſonis ſpiritualibus, argumento. c. Cum te conſulente, & c. ſuper quæſtionum. verſicu. Quod ſi in fine. ext. de offic. & poteſtat. iudic. delega. Nemo item poteſt eſſe arbiter in cauſa propria, nec in toto, neque in parte. l. Si de re ſua. ff. de recept. arbit. Sed vnuſquiſque bene poteſt eſſe arbitrator in re ſua, ſiue in cauſa propria, aut in cauſa propriæ offenſionis, l. In re mãdata. C. mãdati, ſaluo quod iuſtè arbitretur. Alias ſuum dictũ aut ſua ſententia arbitratoria reduceretur ad arbitrium boni viri.

CAPVT CCVI.

Qui Compromittere non poſſunt.

Summæ.

Compromittere non poteſt
1 *Pupillus, Minorennis, Mutus, Surdus, Amens.*
2 *Filius non emancipatus.*
3 *Vxor ſine conſenſu mariti.*
4 *Vaſallus in præiudicium Domini feudalis.*
5 *Sed tamen in præiudicium proprium.*
6 *Qui tranſigere non poteſt.*
7 *Monachus, ſine conſenſu ſui ſuperioris.*
8 *Clericus contra præiudicium ſuæ Eccleſiæ.*
9 *Excommunicatus.*
10 *Procurator ad lites in cauſa aſſumpta,*
11 *Inuitus.*

SIcut non licet in quoſuis compromittere, ita non quiuis compromit
1 tere poſſunt. Sunt enim multi qui compromittere, aut ſe ſubmittere nõ poſſunt, quales ſunt pupilli, ſine authoritate ſuorum tutorum, minores ſiue minorennes, furioſi, vel demẽtes, muti, ſurdi, & alij ſimiles, ſine autho-
2 ritate ſuorum curatorũ. l. Diem proferre. §. Coram. ff. de recept. arbitr.
2 Item, filius non emancipatus compromittere non poteſt, ſine authoritate ſui patris. d. l. Diem proferre. §. Co-
3 ram. ff. de recept. arbit. Item, Vxor nõ poteſt compromittere, ſine conſenſu ſui mariti. *Chaſſe.* in conſuetud. Burg. tit. *des droictz, & appart. à gens mariées* §. 1. in verb. *en puiſſance de ſon mari*, fol. C. XXVI. numero. 19. Item, Nec
4 vaſall' compromittere poteſt, de ſuo feudo, in præiudicium ſui domini feudalis. Speculato. in titu. de arbitris. §. Reſtat. verſicul. ſed nunquid vaſallus.
5 Sed id bene poteſt in præiudicium ſui ipſius.

6 ipſius. Quicunq; tranſigere nõ poteſt,
7 is nec compromittere poteſt. Monachus ſeu religioſus nullam adminiſtrationem habens, non poteſt cõpromittere, ſine licentia ſui ſuperioris, argu. c. Cum ad monaſterium. extr de ſtat. monacho. &c. c. Nõ dicatis. 12. q. 1. & c.
8 Placuit. 2. 16. q. 1. Clericus ſecularis nõ poteſt compromittere de illo, quod perpetuum præiudicium ferret ſuæ eccleſiæ. c. Ex multiplici. ext. de deci. ſed ſic bene poteſt de illo quod ſibi propriè competit. c. Super eo. ext. de tranſact. &c. c. Si quando. ext. de offic. dele
9 ga. c. gratia. 1. q. 1. Excõmunicatus, ob periculum illicitę communionis, compromittere non poteſt, nec cũ eo compromitti. c. dilecti. ext. de excep. &c. c. Solet. ext. de ſenten. excommu. lib. 6.
10 Vide latiùs Speculat. Procurator ad lites non poteſt compromittere de cauſa cuius eſt procurator. Sed hoc deberet prius habere mandatum, ſeu procuratorium ſpeciale: c. Per tuas. extra.
11 de arbi. Nemo poteſt cogi ad compromittendum, aut ad ſubmittendum, niſi ipſemet velit. Sic nec aliquis poteſt cogi vt ſubmiſsionem recipiat, niſi velit. Sed poſtquam ſubmiſsio facta eſt, vt decet, arbitri ac partes ſunt cõſtringibiles, vt iuxta eam ſubmiſsionem factam procedant vlterius. l. 3. §. 1. ff. de recept. arbit.

CAPVT CCVII.

De quibus cauſis compromittere non liceat.

Summæ.

1 *Compromittere non licet, de*
- *Criminalibus criminaliter intentatis.*
- *Cauſis matrimonialibus.*
- *Cauſis ſpiritualibus.*
- *Cauſis quæ animæ periculum concernunt.*

De cauſis
- 2 *Criminalibus.*
- *Ciuilibus*
  - 3 *Particularibus compromittere licet.*
  - 4 *Confeſsio criminis corãm arbitro facta non infamat.*
  - 5 *Publicis compromittere non licet, ſine conſenſu.*

ET ſicuti oſtendimus quod non liceat in quaſuis perſonas compromittere, quodque non quibuſuis perſonis cõpromittere ſit permiſſum, ita neq; de quibuſuis cauſis cõpromittere fas eſt. Nonquã enim cõpromitte
1 re licet de cauſis criminalibus criminaliter intentatis. l. Nõ diſtinguem⁹. §. Iulianus. ff. de recep. arbit. Nec de cauſis matrimonialibus. c. Cauſa iuncta gloſſa in verb. matrimoniali. extra. de in integ. reſtitut. &c. c. Finali. extra. de Tranſactionibus. De cauſis ſpiritualibus, ſaltem in laicum non compromittitur. c. Cõtingit, &c. c. per tuas ext. de arbit. in fine, & ibi notatur niſi cum clerico & authoritate Epiſcopi, vel Officialis, vt nota. d. c. Per tuas,

Neque de cauſis quæ animarum pericula vtcunque concernunt, cõpromitti licet, Specu.lib.1.partic.1.§. Reſtat. nu.2.titu.de arbitro & arbitratore. De cauſis quoq; feudalibus, in præiudicium domini feudalis, cõpromittere non licet, ſed bene quo ad ſuũ præiudicium. Specu.lib.1.particu.1.nu.6. §.Reſtat.titulo.de arbitro. et arbitra-
2 tore, & de ſimilibus. Dixi de cauſis criminalibus criminaliter inſtitutis, quia de criminalibus ciuiliter iuſtitutis o-
3 mnino compromittere licet. Sicuti id ipſum licet in omnibus cauſis ciuilibus.l. Quid ergo. §. Ex compromiſ-
4 ſo. ff.de his qui notan.infam. Sed hic quæritur, ſi quis fuiſſet coram arbitro confeſſus ſe commiſiſſe furtum, an ob eam confeſsionem fiat infamis? Reſpondendum eſt, quod non: cùm nec ſententia arbitri infamet. & Bald. dicit gloſſam in verbo. Non facit. in.d. §.Ex compromiſſo, eſſe ſingularem ad hoc. Quod confeſsio facta ab aliquo coram arbitro nõ infamat, etiam in cauſa famoſa. Et reddit cauſã quia confeſsio facta coram eo non infamat: cuius ſententia etiam non infa-
5 mat. Sed hinc excipiendę ſunt omnes actiones, & cauſæ publicæ, & populares, de quibus compromitti non licet. l.Non diſtinguemus. §.Iulianus.ff.de recep.arbit. potiſsimũ ſi hinc aliquod præiudicium accreſcere poſſet Reipu. Vel ſi nihil præiudicij metueretur, deberent ſaltem ad hanc compromiſſionem præſtãdam habere facultatem à Principe, qui communitatis nomine ita compromittere vellent.

CAPVT CCVIII.

De modo procedendi coram Arbitris, & Arbitratoribus.

Summæ.

1 *Arbiter compromiſsionis formam ſcripto excipere debet.*
2 *Arbiter in cauſa compromiſsionis procedit vt iudex.*
3 *Arbitrator in cauſa procedit, non vt iudex, ſed vt mediator, & conciliator.*

1 Sicuti & ſuprà meminimus, Arbiter compromiſsionem cum cauſis controuerſis ſcripto excipit, & id ſcriptum autenticatum, ac ratificatum iri curat, vt ſcilicet iuxta eam cõpromiſſionem in procedendo ſe regat, proceſſum futurum fundet, & ne extra eam ſeſe diffundat. Quia coram arbitris ſolũ procedendum eſt iuxta tenorem ipſius cõpromiſsionis factæ, & ſecundũ ordinẽ, & facultatem quã partes ipſis arbitris ad ſic procedendũ cõceſſerũt, & nõ aliter. Limites enim cõpromiſſionis, ordinis, ac facultatis conceſſæ prorſus excedere nõ poſſunt.l. Nõ diſtinguemus.§.de officio.ff.de recept. arb. Concor.tex.in.c. Peruenit ad nos &.c. Cum dilectus.ext. eodem titulo
2 de arbitris. Arbitri itaque eligũtur ad hoc vt cauſas dubias controuerſas, aut in lite exiſtentes iuridicè cognoſcant, decidant, & definiant. Ad quod præſtandum debet proceſſum ſuũ omnino iuridicè formare & inſtituere, eodemq;

eodemque modo, & ordine, quem iudex exercet in iudiciis ordinariis.l. Prima.ff.de recept.arbit.cum aliis iurib.ſimilib. Verùm arbitratores à partibus eliguntur, & aſſumuntur non vt de cauſis litigioſis iuridicè cognoſcant, ac in iis procedant, ſed duntaxat, vt veluti ſequeſtri ac mediatores inter vtramque partem litem controuerſiæ dirimant, partes concordent, & concilient, & omnia ex bono & æquo terminent, definiant, & iudicent. Ad quod officium præſtandum non eſt opus vt vllum proceſſum formet, vel vt vllum proceſſus formãdi ordinem, ac formam ſeruet.

CAPVT CCIX.

Quomodo differant Arbitri, & Iudices.

Summæ.

Differunt Arbiter & Iudex, quod

1 *Arbiter non decernit defectum aut contumac.*
2 *Arbiter non punit teſtes peierantes.*
3 *Arbiter facultatem ſuam habet limitatam.*
4 *Arbiter non admittit reconuentionem.*
5 *Arbiter non mandat ſententiam ſuam executioni.*
6 *Arbiter non cogit teſtes ad deponendum.*
7 *Arbiter accipit munera ad citiorem expeditionem.*
8 *Arbiter ſententiam pronunciat ſine appellatione.*
9 *Arbitri ſententiam non conſequitur alia actio.*

Conueniunt Iudex & Arbiter, in hoc quod ſicut

10 *Iudex ob munera non iudicat, ita nec arbiter.*
11 *Iudex obſeruare debet iudicij ordinem, ita & arbiter.*

PRæter ſupradictas differentias inter Arbitrum, & Iudicem, quas capite.203. expræſsimus, hic quoque explicandæ veniunt & aliæ differen-
1 tiæ. Primò enim arbiter non poteſt decernere defectũ, aut contumaciam, quod tamen licet, & competit Iudici,
2 l.2.§. Vltimo.ff.de iud. Secundò, arbiter nõ poteſt teſtes corã ſe productos, ac peierantes punire, quod tamẽ licet iudici, quia arbiter nullam habet iuriſdictionem.l.Ait prætor.ff.de re iudi.
3 Tertiò, arbiter non habet plus facultatis in cauſa, quàm à partibus accepit, l.3.ff.de recept.arbit.&.l. Non diſtinguemus.§.de officio.ff.eodem. Iudicis verò poteſtas eſt multò latior & irreſtrictior, vt in.c.P.&.G. ext.de offic.delega.& notatur in.c.final.ext.de
4 reſcrip. Quartò, coram arbitris non habet locum reconuentio, quę tamen ex iure locum ſibi vendicat apud iudicem.c.Cum dilectus .extra. de arbit. &.l.Non diſtinguemus.§.de officio. ext.de recept. arbit. Quintò, Arbitri ſuam ſententiam executioni mandare non poſſunt, ſed id poſſunt iudices l.3.ff. de recept. arbit.& notatur in .l.

A Diuo Pio.in principio.ff. de re iud.
6 & ibi Bart. Sextò, Arbitri non poſ-
ſunt teſtes ad deponendum cogere, q;
poſſunt Iudices.Imò Iudices ipſi, arbi
trorum ſententias executioni man-
dant, quia iudex habet iuriſdictionẽ,
ſed non arbiter,qui habet tantũ notio
7 nem.l. Ait prætor.ff.de re iudic.Septi
mò, Arbitri citra reprehẽſionem poſ-
ſunt à partib⁹ accipere pecuniam, aut
quædam honeſta donaria,vt citius in
negotio procedant, & expeditius ſen
tentiam pronunciẽt,quod iudici nul-
lo modo licet.c.Primò,de ſentent.&
re iudica.lib.&.c. Non licet. 11.q.3.
8 cum aliis ſimilibus iuribus. Octauò,
A ſententia Arbitri appellari non licet
(vti diximus.cap.203.) ſicuti tamen
appellari licet à ſententia Iudicis.l.Pri
9 ma.C.de arbit.Nonò,Ex ſententia ar
bitri nulla vlterior naſcitur actio, nec
exceptio, quales tamen naſcuntur ex
10 ſententia iudicis.Decimò,Sed in hoc
conueniunt,quod ſicut arbiter nõ po
teſt accipere pecuniam, vt hoc nomi-
ne ſentẽtiam pronunciet magis ad fa-
uorem donantis, quàm non donãtis,
ſic nec Iudex.l.Item ſi vnus,et.l.Qua-
lem.&.l.Sed etſi in ſeruum.§.Sũt &
11 alij.ff.de recept.arbit. Vndecimò, In
hoc conueniunt,quod quęcunque or
dinata,ſiue conſtituta ſunt, vt obſer-
uentur in iudiciis, eadem quoq; ob-
ſeruari debeant in arbitriis.

CAPVT CCX.

In quibus Arbiter,& Iudex conueniant.

Summæ.

Arbiter — *vt Iudex.*

1 *Procedit ordinariè, & iuridicè.*
2 *Sententiam pronunciat ex ſcripto.*
3 *Depoſitiones coram ſe ratas habet.*
4 *Condemnat partem in principali,& expenſis.*
5 *Obſcura ſuæ ſententiæ explicat.*
6 *Addit,minuit,corrigit a ſe pronunciata.*

1 ARbiter procedit ordinariè,tribuit
que iudiciis coram ſe productis
omnia ſua membra, non ſecus quàm
iudex ipſe in ſuis iudiciis. Specu. lib.
1.particul.1.§.differt.numer. 12. titul.
de arbitro, & arbitratore. Arbiter
2 ſuam ſententiam ex ſcripto pronun-
ciat, vt iudex.l. Penultima.§.1.C.de
recept. arbitr.l. Prima. C. de ſenten.
ex periculo, (vel vt Alciat, libr. diſ-
punct. primo.cap. 21. placet breuicu
lo) recitandis,&.c.Statutis.2. q. 1. &
ſecundum hoc(teſte Specul.loco ſta-
tim ſupra allegato) videtur quod non
3 poſſit in idiotam compromitti. De-
poſitiones productæ coram arbitro,
eandem vim obtinent, quam obti-
nent productæ coram iudice .c. Præ-
ſentata.ext.de teſtib.l.Finali.C.eodẽ.
4 Arbiter condemnat partem ſuccum-
bentem

bentem in principale, & in expenſas,
& quæ ad principale conſequuntur, &
principali acceſſoriè cohæreſcunt. At-
5 que idem facit Iudex. Arbiter inter-
pretatur, & clarius explicat obſcura
quæque, quæ in ſua ſententia ineſſe
videbantur, quod idem effectum cu-
rat in ſua ſententia iudex. Specul. lib.
1. partic. 1. §. Sequitur. numer. 64. ti-
6 tu. de arbitro & arbitratore. Sed ar-
biter eodem die quo ſententiam pro-
nunciauit, addit, mutat, & corrigit
eandem ſententiā à ſe pronunciatam
per alia verba grammaticalia, ac per a-
liam dictionis phraſim, nō autem per
verba quæ ſententiæ ſubſtantiā mu-
tent, ac corrigant, quod tamen iudici
permittitur.

CAPVT CCXI.

Quando Submiſsio cenſetur extincta.

Summæ.

Submiſsio Aribtri extinguitur,

1 *Quando ſententia arbitri pronunciata eſt.*
2 *Quando tempus ſubmiſsionis finitur.*
3 *Poſt triennium, ſi nullum tempus fuiſſet præſtitutum.*
4 *Quando alterutra partium moritur.*
5 *Quando arbiter vnus moritur.*
6 *Quando arbitro ob incidētia cauſæ vacare non poteſt.*
7 *Quando arbiter ſe ab aſſumpta cauſa excuſari poteſt.*
8 *Quādo partes cōcorditer cauſam cōpromiſſam reuocāt.*
9 *Quādo partes aliū arbitrū aſſumūt, aut inter ſe compo(nunt.*
10 *Acceptilatione, pacto, iudicio, &c.*
11 *Cum tempore, Morte.*

1 SVbmiſsio partium cenſetur termi-
nata, & extincta, quando arbiter
ſuum arbitrium dixit, aut ſententiam
ſuā arbitrariā ſuper omnibꝰ productis
2 protulit. Item, partium ſubmiſsio cen
ſetur extincta, quādo tēpus ad termi-
nandū conſtitutū, expiratum eſt. Arbi
ter enim cogi nō poteſt, vt tēpus ter-
minationi conſtitutū vllo modo pro-
lōget, aut prolōgari permittat, niſi ve-
lit. l. Si cū dies & . l. Arbiter ex cōpro-
3 miſſo. ff. de recep. arbi. Submiſsiones
itē extinguuntur poſt trienniū, quādo
nullū tēpus ad terminandū in ſubmiſ
4 ſiōe expreſſū fuit. Submiſsiones itē ex
tinguūtur, quoties alterutra partiū mo
ritur. Hæredes enī illius mortui nō te
nētur, nec cogi poſſūt vt arramēta aſſu
māt, niſi velint. l. Diē proferre. §. Prio
5 ff. de recep. arb. et. c. fi. ex. de. arb. Sub-
miſsiones quoq; extinguūtur, quādo
arbiter ipſe, vel vnus arbitrorū mori-
tur. l. Nō diſtinguemus. §. Cōpromiſ
ſo ſoluto. ff. de recep. arbi. Reliqui enī
arbitri tunc ſuperuiuentes cogi non
poſſunt, vt in negotio cœpto vlte-
rius procedant citra nouam compro-
miſsionis à partibus formā acceptam,

 quia

quia prior compromiſsio per mor-
tem vnius extinguitur. Sed hoc intel
ligendum eſt, niſi in priori compro-
miſsione diſtinctè expreſſum fuiſſet
eam valituram, etiamſi vnum arbitro
6 rum interim mori contingeret. Sub-
miſsiones prætereà extinguűtur,quã-
do arbitro accidunt quædã, quorum
cauſa arbitrationi vacare non poteſt,
quæque ipſum à non procedẽdo pror
ſus impediűt,qualia ſunt graues mor-
bi,ſeruitia,aut occupationes in nego-
tiis Principum,regionum,rerumpub.
aut ſimiles grauiſsimæ occupationes,
quæ arbitrariis negotiis ac priuatis
præferuntur, & prius curari debent.
7 Submiſsiones quoq; extinguuntur,
quando ipſæ ſunt tales, aut ipſe arbi-
ter in eo rerum ſtatu eſt,vt corã Prin-
cipe,Iudice,aut Prætore ſeſe per ratio-
nabiles cauſas excuſare,& vt ab ea ab-
8 ſoluatur, ſe purgare poterit. Sub-
miſsiones item extinguuntur, quãdo
arbiter ipſe factus eſt infamis,aut ini-
micus alterutrius partium, aut ſi ſub-
iectus ſit ad aliquam dignitatem, vel
9 magiſtratum. Submiſsiones etiam
extinguuntur, quando ambæ partes
concordibus animis arbitrium renun
ciant, & ſubmiſsiones factas reuocãt,
& irritas recedendo comprobant.
10 Submiſsiones prætereà extinguűtur,
quando ambæ partes eum arbitrum
deſerunt, & cauſam litigioſam alteri
arbitro committűt,& cõpromittunt.
Aut quando de ea cauſa litem conte-
ſtantur corã aliquo iudice. Aut quan-
do altera partium cauſam controuer-
ſam cedit alteri,ſub certis conditioni-
bus, & pactis. Aut quando alterutra
partium ex paupertate ceſsionem bo-
11 norum facit. In genere denique om-
nes ſubmiſsiones extinguuntur tem-
pore expirato,morte partis, aut arbi-
tri, acceptilatione, iudicio, pacto de
non petendo, & tranſactione.

CAPVT CCXII.

De Arbitrio pronunciando, Vel,
De Sententia Arbitrij Publicanda.

Summæ.

1 *Duo arbitri in ſententia diſcordes debent aſſumere tertium opinatorem.*
2 *Tres arbitri ſinguli in ſumma diſcordes,ſequi debent ſummam minimam.*
3 *Ex tribus arbitris,duo concordes concludũt.*
4 *Tres arbitri aſſumpti omnes coniunctim concludere debent.*
5 *Tertius arbiter abſens ad duos citari debet per ordinarium.*
6 *Pronunciatio duorum arbitrorum non valet,ſine præſentia tertij.*
7 *Approbatio non habet locum,vbi præſentia perſonæ requiritur.*
8 *Ex tribus arbitris opiniones duorum ratæ habentur.*

9 *Arbitrorum ſententia pronuncianda eſt* { *Loco conſtituto,aut loco compromiſsionis.* *&,*
10 *Tempore quouis,exceptis feſtis.* }

11 *Arbitra-*

11 *Arbitrator ad pronunciandum ſententiam, nullum tempus excipit.*
12 *Conciliatio fraterna nec loco, nec tempore præſcribitur.*
13 *Arbiter condemnat in principali, expenſis, non in intereſſe.*
14 *Arbiter in condemnando non poteſt limitatam excedere ſummam.*

1 SI ſubmiſsiones factæ eſſent coram duobus arbitris, & nõ pluribus, atque hi in negotio terminando diſcordes eſſent, ſic vt alter iudicando partẽ vnam vellet abſoluere, & alter eandẽ condemnare, eo caſu, Iudex ordinariꝰ hos arbitros cogere poteſt, vt ad ſe tertiã perſonã aſſumãt. Quæ quidem perſona aſſumpta in negotio diſcutiendo cum iiſdem arbitris procedet, non vt arbiter (quia ad arbitrium tale priꝰ aſſumptus non fuit) ſed vti conſiliarius, & ad ſuffragium ferendũ in cauſa acceſſor, ad quod ipſius opinio nu-
2 merabitur, & vim obtinebit. Si autẽ aſſumpti fuiſſent tres arbitri, quorum vnus vellet partẽ condemnare quindecim libris, alter in decem libris, & tertius in quinque libris, profectò huius tertij opinio erit rata & amplectẽda, vtpote quæ duas priores in ſe includit, & in quam omnes tres virtualiter ſimul conſentiunt. Et ſententia trium ſimul præfertur ſententiis duorum, ſ. quindecim, & decem, quæ in decem ambæ conueniunt, l. Diem proferre. §. Si plures. ff. de recep. arbit & c. Primò, de arbit. lib. 6. & ibi Pet. de Ancha. Ideo ſi duo tãtùm arbitri, iiq; diſcordes eſſent, ſic, vt vnus vellet partem condemnare decem libris, & alter in ſex, tũc ſententia de ſex libris erit firma, quia ipſa decem in ſe inclu-
3 dit. Verùm ſi horum trium arbitrorũ vnus condemnare vellet partẽ in quinque libris, & reliqui duo in decem libris, eo caſu ſentẽtiæ duorum de decem libris conſiſterent & amplectendæ eſſent, quod in eum numerum ambæ partes, veluti numero maiores, cõſentirent d. l. Diem proferre. §. Si plures, & d. c. primò, & ibi. Petr. de An-
4 charano. In ſubmiſsionibus trium arbitrorum non poſſunt duo arbitri ſoli ſententiam pronunciare ſine tertio, qui ſi iudicare cum aliis recuſaret, citãdus, & ad ſententiam ſuam ferendam compellẽdus eſſet, niſi illud fieri poſſe prius in ſubmiſsione prædictũ fuiſſet, aut niſi in hoc partes cõſentirent. Sed iſthæc euocatio, ac citatio fieri deberet per iudicem ordinarium, & nõ per ipſos arbitros, quia ad hanc citati-
5 onem nullam poteſtatem acceperũt. Neque valida eſſet ſententia ita pronũciata per duos arbitros in abſentia tertij arbitri, etiam ſi poſtea accederet confirmaturus, approbaturus, & dicturus, quod ex bono, & æquo pronunciaſſent. Conſenſus enim, approbatio, & ratificatio locum non habẽt
6 in cauſis, in quibus tum factum tùm factoris præſentia requiritur, certè niſi in prima ſubmiſsione aliter prælocutum fuiſſet. Quandocunque in ſententia pronuncianda tres arbitri inter-
7 ſunt, eaque ſententia ſi decernatur, ac pronuncietur ex concordibus opinionibus duorum, idque tertio arbitro præſente, valida eſt, præualet ſententia duorum, quãtumuis tertij opinio cum duobus non conſentiat. Senten-
8 tia arbitri aut arbitrorum pronunciãda erit in loco, in prima ſubmiſsione expreſſo, ſi quis tũc expreſſus fuerat, Porrò ſi in compromiſsis nullus fuiſ-
9 ſet ſententiæ publicandæ conſtitutus certus locus, tunc ea ſententia pronũ

da eſſet in loco cõpromiſsionis factæ,
niſi aliter fuiſſet præſtitutum, ſed hęc
generaliter intelligenda ſunt,ſ.in eadẽ
ciuitate aut pago. Non ſpecialiter,in
eadem domo, aut in eodẽ cœnaculo.
10 Sententia arbitrorum pronunciata tẽ
pore meſsis, aut tempore vacantiarũ,
aut aliis temporibus præpeditis eſt va
lida,& conſtans. Verùm ſententia per
ipſos pronunciata die dominico, aut
diebus feſtis, prorſus eſt inualida, etiã
ſi id poſſe fieri in prima compromiſ-
ſione prælocutum fuiſſet. Sententiæ
verò arbitratorum ſecus habẽt. Hæ e-
11 nim in quouis loco & quouis tempo
12 re ſunt validæ. Et ratio eſt, quod fra-
terna conciliatio nullo loco, nulloque
tempore præſcribitur, ſed vbique lo-
corum, & quouis tempore Deo eſt
13 gratiſsima. Arbitri condemnare poſ-
ſunt in expenſas, veluti ad principale
acceſſorias. Sed in fructibus, damnis,
& intereſſe, quæ per actionem inten-
tantur prorſus nihil pronunciare lice-
bit, niſi id quoque in compromiſsio-
14 ne expræſſum fuiſſet. Arbitri quoque
non poſſunt grauiorem inſtituere, aut
poſtea augere pœnam, quàm in prima
compromiſsione per partium cõſen-
ſum conſtituta fuerat.

CAPVT CCXIII.

De Arbitrio partibus ſeruando.

Summæ.

1 *Arbitria partibus ſunt ſeruanda, aut ſoluenda pœna.*
2 *Per arbitrium læſus appellare non poteſt, niſi, &c.*
3 *Sententia arbitratoris reduci poteſt ad ordinarium.*
4 *Reductio fieri debet intra decem dies.*
5 *Qui reductionem procraſtinat vltra decem dies, ſententiam approbat.*
6 *Reducens conqueri debet de iniquitate, & læſionis enormitate.*
7 *Læſio enormis cenſetur eſſe quæ { eſt ſupra dimidium.*
aut
8 *{ ab ordinaria iudicatur.*
9 *Iuramentum de non reducendo non ligat reducere volentem.*
10 *In Francia appellatur ab arbitrio, & arbitramento.*

1 PArtibus omnino ſeruãda ſunt pro
nunciata arbitria, ſiue æqua ſiue
iniqua ſint, aut pœna in cõpromiſsiõe
cõſtituta ipſi ſubeunda erit. Et ſi quid
incõmodi ex ea ſententia ſe nactos eſ
ſe poſtea cõquerãtur, id ſibiipſis impu
tẽt, qui talem arbitrũ elegerint vt in l.
Qualem & in l. Celſus. §. Idẽ ait & in
l. Diem. §. Stari. ff. de recept. arbit. &
in l. Societatem. §. Arbitrorum. ff. pro
2 Socio. Qui ſe per hãc ſententiam gra-
uatum, atque multum incõmodatum
dolebit, is tamen ab ea appellare non
poterit, per iura allegata, niſi prorſus
ſuſtinere vellet arbitrum directè con-
tra iuſtitiam, & iura, ſententiam talẽ
protuliſſe. Sententia verò arbitrato-
3 ris reduci poteſt (vti & ſuprà dixim
cap.

cap.203.) ad arbitrium boni viri, hoc eſt reformari poteſt per ordinarium, ſi altera partium id requirat, ſeſe grauiter læſum eſſe per arbitramentum doleat, per textum præallegatum in l. Societatem. §. Arbitrorum ſecundò reſſponſo. & ibi per legiſtas. ff. pro ſocio & c. Quintauallis, & ibi canoniſtæ, extra, de iureiurand. & in c. Niſi, extra de præbend. Et eſt ratio diuerſitatis inter arbitrum & arbitratorem quia arbiter non eligitur vt arbitratu ſuo decidat, ſed vt procedat ſecundum ius, l. Idem Pomponius ſcribit. Si de meis. §. Recepiſſe. ff. de recept. arbit. ſecus in arbitratore qui ſuo arbitratu decidit & aſſumitur de iure & de facto, d. l. Societatem. §. Arbitrorum.

4 Atque iſthæc reductio ad ordinariū fieri debet intra decem dies ab arbitramento pronunciato, l. Non diſtinguemus. §. Cum quidam. ff. de recept. arbitr. vbi textus. Quod iſta reductio ad arbitrium boni viri locum habeat, ex eo patet, quod ſit quædam ſpecies et ſimilitudo appellatiōis. Et ideo ſicut vera appellatio interponi debet intra decē dies, ita ſimiliter & reductio quæ ſimilitudinē appellatiōis obtinet. Ita tenet Specu. in titu. de arbitro. §. Sequitur. verſic. ſed intra quod tempus, & refert Bart. in d. §. Arbitrorum. Aliter tamen diſtinguit ibi Bart. vt ibi per eum. Sed ad iſtud quæritur. Cui iuri innitatur prædicta reductio ad arbitrium boni viri. Ad quod Panor. & Docto. in d. c. Quintauallis, & in c. Secundò, extra de arbitris, tenēt quod officio iudicis ea reductio innitatur. Idem & tenet Specu. in titu de arbitra. §. Sequitur, verſic. Sed quo iure. Aliter tamē diſtinguit Bartol. in d. §. arbitrorum, & dicit Panor. in d. c. Quintauallis 13. colum. De hac itaq; materia arbitrorū adhuc hodie ſub iudice lis eſt, & per quot ora tranſit, tot ſentētias reportat, vt inquit ille. Quā-

5 do enormiter grauat⁹ reductionē ſuā differt, & procraſtinat vltra decem dies, tūc intelligitur quod arbitramēti ſententiā emologauerit, aut approbauerit. Deinde pars iſthæc quæ de læ-

6 ſiōe cōqueritur, quæq; arbitramentū reductū iri volet, ſuſtinere debebit arbitramentū tale eſſe iniquū, & nullū. Itē, Quod per id nō leniter, ſed grauiter, ac enormiter læſus fuerit. Intelli-

7 gitur autem is enormiter læſus, quādo vltra ſextam partem, vel (vt alij dicūt) quando vltra dimidiū rei litigioſæ læ-

8 ſus cōperitur. Sūt qui velint hāc læſionis enormitatē in ſolo Ordinario debere cōſiſtere, cui huiuſmodi reductio

9 cōmittitur. Si partes nihilominus coram arbitratore iureiurādo obuinxiſſent ſe ſententiam pronunciandā fideliter ſeruaturos, eamq; ad ordinarium nō reducturos, neq; ſuſtenturos eam ſententiā eſſe aut nullā, aut iniquā, profectò tale iuramentum nō aſtringeret quominus reductio licitè fieri poſſet. Tale enim iuramentum eſſet contra bonum & æquum, cōtraq; bonos mores, ideoque nullius momenti, & neutiquam obſeruandū, per text. expræſſum, & ad literam in c. Quintauallis, iuncta ibi gloſſ. in verbo, Iuramentū, & c. Veniens, iuncta ibi gloſſ. in verbo. Præſciuiſſet, extra de iureiuran. ibi expræſſus text. cum ſuis gloſſ. Quod enormis læſionis arbitramentum iuramēto nō firmetur, patet quia iuramētū omne eſt ciuili modo intelligēdū. Et in iuramēto nō veniūt ea de quib⁹ nō fuit pcogitatū, ſed eligētes arbitros nō pcogitarūt, neq; voluerūt ſibi fieri p arbitratorē enormē læſionē, ergo nō obſtāte iuramento, poteſt fieri reductio ad

tio ad arbitrium boni viri, ſine ſcrupulo periurij, vel pœnæ appoſitę. Huc facit, quod iuramentum nō debet eſſe vinculum iniquitatis, c. Quanto. extra de iureiurand. Et debet iuramentum regulari ſecūdum naturam eius cui apponitur, l. Finali. C. de nō nu. pecu. ſed arbitramentum habet hanc in ſe conditionem tacitam, (ſi fuerit æquum) ergo non obſtante pacto, pœna, vel iureiurando, poteſt fieri reductio ad arbitrium boni viri, ſi arbitramentum fuerit iniquum, vel ſi fuerit enormis læſio, vel interceſſerit dolus arbitratoris. Ita tenent communiter canoniſtæ, in d. c. Quintauallis, & Barto. & Docto. in d. §. Arbitrorum. Dixi hactenus de læſione enormi, quia ſi eſſet modica læſio, nō deberet fieri reductio de iure communi, ſi verò eſſet magna, poſſet fieri de iure communi (vt dictum eſt). Sed propter pactum, vel ob iuramentum tunc non fiet reductio, ſi non extendatur ad enormē, vel enormiſſimam læſionem, quia pactum & iuramentum debent aliquid operari, l. Si quando. ff. de lega. 1. c. Si Papa, de priuileg. lib. 6. ſecundum Panor, in d. c. Quintauallis, licet contrà ſentiat Barto. in d. §. Arbitrorū. Quæ autem ſit magna, vel parua lęſiōis quātitas ea nō eſt in iure determinata nedū in hoc caſu. Ea igitur relinquitur arbitrio iudicis, vti & hoc capite ante tetigimus, l. Cōtinuus. §. Cum ita. ff. de verbo. obligat, & l. Quicunque C. de ſeruis fugit. & l. Quod dicimus. ff. de ſolut. In Francia hunc obtinēt per conſtitutionem vſum, vt tam à ſentētia arbitraria, quàm ab arbitramento appellari liceat ad Ordinarium. Et ſi hic ſententiam priorem approbet, & confirmet, tunc pars victa ab ea ſentētia appellare non poterit, niſi prius cōſtitutam in compromiſſis pœnam perſoluerit. Hanc autem vbi perſoluerit appellatio recipitur, ſic vt appellanti eandem pœnam ſimul cum principali denuo repetere liceat. Atque hic Franciæ vſus, ac praxis mihi cum æquitate videtur conformis, & amplectenda, quantumuis iura reclament, vt ſuprà monſtrauimus. Nam ſi à ſententia ordinarij appellare liceat, multo magis à ſententia arbitraria appellari poſſe videtur.

CAPVT CCXIIII.

De pœna luenda.

Summæ.

1 *Pars in arbitrariam ſententiam non conſentiens reus fit conſtitutæ pœnæ.*

2 *Pars in arbitraria ſententia victrix pœnam ſtatutam ſibi arrogat.*

3 *Arbitrariæ ſententiæ pœna ſimul cum principali expoſcitur.*

In pœnam arbitrariam nemo cadit

4 *Poſt decem dies expiratos.* &

5 *quando iurarunt de ratihabitione.* &

6 *quando ipſius facultas eam non permittit.*

Vtracun-

1 VTracunque partium non obedierit, ſed contrauenerit arbitrio arbitri, ea per non obeditionem incidit in pœnam ab arbitro in compromittẽdo conſtitutam, & ab vtraque parte conceſſam & acceptam. In quam quidem pœnam non ipſe arbiter, ſed Iudex ordinarius, idque modo ordinario, partem non obtemperantem
2 condemnare debebit. Quod ſi ab ea pœna altera partium appellare voluerit, tunc altera pars, quæ arbitrium ratum habet, ſibi eandem pœnam arrogat, & aſſerit, idq; cũ tuta cõſcientia, tam ſecundum ius canonicum, quàm ciuile. Ipſa itaque pœna arbitraria, ſi-
3 mul cum executione ſententiæ arbitrariæ ſimul expeti poſſunt, quando ita in compromiſsione conſtitutum fuerat. In duobus tamen caſibus pœ-
4 na arbitraria locum obtinere non poteſt. Primò, quando ea arbitri ſententia per expirationem decem dierum ab altera partium emologatur, & ap-
5 probata habetur. Secundò, quando in compromiſsione vtraque pars liberè ſe iuramento obuinxit, quod arbitrariam ſentẽtiam ratam eſſet habitura,
6 eamque fideliter ſeruatura. In pœnam quoque nõ incidit, neque ab ipſo pœna committi poteſt, qui in compromittendo ſe in eam pœnam non ſubmiſit, quàm ipſius facultates ferre non poſſunt.

CAPVT CCXV.

De Sententiis metropoliticis.

Summæ.

1 *Iudex ſubalternus in arduis ſententiam à ſuo capite expoſcit.*
2 *Iudex ſubalternus pro ſententia capitali impetranda exhibet proceſſum productum.*
3 *Iudex ſubalternus ſententiam expetens iurat proceſſum exhibitum eſſe integrum.*
4 *Pars ſuccumbens à ſententia ſubalterna appellat ad Conſilium prouinciale.*
5 *Conſilium condemnat Iudicem ſubalternum in pœnam ſexaginta librarum, &c.*
6 *Condemnatio iudicis ſubalterni cum ratione pugnat.*
7 *In Conſilio Flandriæ reformationes peraguntur.*

8 *In Curiis { Franconum, Waeſtenſiũ, Caſletenſiũ, S.Pet. Gãd } reformationes peraguntur, non in Conſilio Flandriæ.*

DIximus ſuprà de Magiſtratibus ſubalternis, & ſuperioribus, ſiue metropoliticis, quare nõ abs re hoc loco me facturũ ſpero, (vbi de ſentẽtiis agimus) ſi & hic nonnulla explicem,
1 quæ ſententiã metropoliticam concernere videbuntur, pro qua adipiſcenda ſubalterni magiſtratus ſæpe ſe impendere, ſeſeque implorare coguntur. In Flandria itaque ſubalterni ſententias ſuas capitales expetunt, & impetrant à ſuis Curiis capitalibus bifariam, aliquando

quando mediatè, aliquando vero im-
mediatè, Mediatè id fit, quando to-
2 tum proceſſum coram ipſis productũ
ſecum ad ſuperiorem magiſtratũ con
ferunt, & de eo ſententiam æquam re
quirunt, & expoſcunt, quam poſtea
de eo proceſſu pronũciare poterunt.
Curia igitur ſuperior viſo eo proceſ-
ſu, & accuratè expenſo, ſubalterno
huic Magiſtratui ſententiã de eo pro-
ceſſu ferendam conficit, ipſique in de
bita forma hanc tradit, vt ad ipſam ſe
regulet, hanc ſeruet, hancque in ſuis
conſiſtoriis (vulgò vierſchariis) pro-
nunciet. Commiſſarij qui recordum
3 totumque proceſſum conſultandum
deferunt ad magiſtratum ſuum capita
lem, iuramento aſſerere debent id re-
cordum, ſiue totum eũ proceſſum eſſe
ſyncerũ, & integrum, quodq; ſua Ca-
mera ſeu Collegiũ ad eum proceſſum
terminandum non ſatis ſufficiat, neq;
ſatis ſapiat ad eum iudicandum, aut
ad ſentẽtiam de eo ferendã. Ad quod
rationes quoque & difficultates ipſos
mouentes explicare tenebuntur. Atq;
hanc ſententiã partes ſeruare poterũt
4 ratam, ſi voluerint, Sin minus, ſed ſi al
tera partium huic non aſtipuletur, ne
que recipiat, ea tunc de ea denuo re-
formare aut appellare poterit ad ſu-
perius Conſilum prouinciale, quod
ipſi tunc conceditur, nempe vt ibidẽ
quaſi de nouo inſtituat, & producat
omnia quæ volet, quæque ſuprà dictã
proceſſus recognitionem, ſupraque o-
mnia producta, pertinere putabit. I-
mò vt ibi nouum proceſſum ſuper
reformatione aut appellatiõe in prin
cipali inſtituat, ſic tamen, vt citatum
magiſtratũ (quantũuis ipſius non in-
terſit) extra eum proceſſum nõ exclu-
dat, ſed cõtra ipſum potiſſimum agat.
In hac autem reformatione aut appel

5 latione ſi id Conſilium prouinciale
cõperiat dictã ſententiam ſubalternã
iniuſtè fuiſſe pronunciatam, tunc per
ipſos totus proceſſus cum omnibus
productis, ac recordis colligitur, & re
cognoſcitur, & ſententia capitalis cor
rigitur, & pars citata, ſ. magiſtrat⁹ ſub
alternus propter abuſum iuſtitiæ con
demnatur in ſummam ſexaginta libra
rum Pariſiẽſium, & in duas partes ex-
penſarum. Verùm hæc condemnatio
6 multis viſa eſt æquo rigoroſior, potiſ-
ſimum quod is magiſtratus ſubalter-
nus non fretus ſit in ea ſententia pro-
nuncianda ſuo proprio conſilio, ſed
quod id à ſuo ſuperiori capite ſic pro
nunciandum acceperit, ſic pronuncia
ri iuſſus fuerit, deinde quod prouin-
ciale Conſilium ad tam rigoroſam cõ
demnationem non habeat aliquam le
gem, quæ ipſi in hoc protrocinari poſ
ſet, ſed duntaxat inſolitam ſine ratio-
7 ne conſuetudinem. Immediatè verò
(id eſt ſine medio) omnes reformatio
nes magiſtratuum capitalium trahen
dæ ſunt ad conſilium prouinciale Flã-
8 driæ, ibique peragendæ, & tractandæ,
exceptis duntaxat ſententiis capitali-
bus, quę tradũtur iudicib⁹ ſubalternis
à Curiis Frãconatum, Ditionis VVaæ
ſtenæ, Territorij Caſſetani, Territo-
rij S. Petri Gandenſis. Quiſquis eñ
ſubalternus magiſtratus ab vna iſta-
rum quatuor Camerarum ſuum ca-
pitale iudicium acceperit, idque ita
pronunciaſſet, hic non poterit à parte
appellante ad reformationem pertra-
hi Gandauum ad Conſilium prouin
ciale, ſed eum pertrahere debebit ad
ipſius Magiſtratum, hoc eſt, ad ipſius
Curiam capitalem, à qua is ſententi-
am capitalem accepit. Hæc enim ſola
per reſortum de ea cauſa, quam ap-
pellans reformari cupiet, primam co-
gnitionem,

gnitionem, & examinationem accipiet, & de ea reformatione ſola iudicabit, vtpote quod ad ipſam ſolam ea reformatio reſortiri debeat.

CAPVT CCXVI.

De variis Sententiis.

Summæ.

1 *Sententiarum alia eſt* { *interlocutoria.* *definitiua.* *mandatoria.* *mulctatitia.* }

2 *Sententia interlocutoria præmiſſa eſt cap.*
3 *Sententia definitiua quæ ſit.*
4 *Sententia mandatoria quæ ſit.*
5 *Sententia mulctatitia quæ ſit.*

1 QVatuor ſunt ſentẽtiarum ſpecies, ſ. Sententia interlocutoria, definitiua, & ea quæ fit ex mádato ſuperiori. Item quæ fit per mulctam. Sententia interlocutoria eſt ſentẽtia ſemiplena, quæ profertur inter principium et finem cauſæ, non ſuper principali, ſed emergendis & incidentibus quæſtionibus, puta ſuper libello offerẽdo vel concipiendo, vel danda dilatione aut denegãda, & ſimilibus, principali cauſa durante, vel quando Iudex non reſidens pro tribunali interloquendo inter partes ſine ſolennitate ſcripturę aliquid pronunciat de plano, & ſuper aliquo incidenti vel emergenti, extra primum intentum principale, & hác reuocare poteſt Iudex ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ſiue arbiter, debet tamen cauſę cognitione ferri, & iudice concedente, non procedẽte. §. Spacium 3. q. 3. ſecundum Gof. de hac ſententia interlocutoria abũdẽ latè actũ

3 eſt ſuprà, cap. 144. Sẽtentia definitiua eſt ea, quã iudicialẽ vocamus, ſic dicta quod ꝓceſſum finiat & terminet. Vel ſic poteſt deſcribi, Sẽtentia denfiitiua eſt definitio iudicialis controuerſiæ finem imponẽs, ex pronunciatione iudicis dãnationem, vel abſolutionẽ cõtinens, l. Prima, ff. de re iudica. Hęc in ſe cõtinet condemnationẽ, abſolutionem, confirmationẽ, & informationẽ & poſt hanc pronunciatã in eo proceſſu, ceſſat officiũ iudicis, excepto quod eam ſententiam executioni mandare poterit c. In literis extra de offic. deleg. d. l. Prima, cõcordat text᷒ in. §. Definitiua 2. q. 6. addo gloſſ. videndã, in c. Primo, in principio, ſuper verbo, nõ habẽte, de friuol. appel. in pragma, ſanctio. Sententia mandatoria eſt, quan-

4 do Iudex ob nudam confeſsionem rei factã, citra vllã exceptionẽ, aut contradictoriã, mãdat ipſi reo ſic confitenti, vt iuxta propriã cõfeſsionẽ exoluat petita,

petita, & confeſſa, Nulla enim huiuſmodi condemnatio mandatoria fieri poſſet, ſi qua exceptio aut cōtardictio à reo præmiſſa fuiſſet, ſed ipſa ex ſola confeſsione rei decernitur. Sententia
5 mulctatoria eſt, qua iudex partem ob certum aliquod crimen commiſſum, aut ob delictum, aut ob cōtumaciam vel calumniam perceptam mulctat pœna aliqua arbitraria, nec in iure, nec in cōſuetudine expræſſa, aut recepta.

CAPVT CCXVII.

De differentia inter Mulctam & Pœnam.

Summæ.

Differunt mulcta & pœna.

1 *Mulcta decernitur ex arbitrio iudicis.*
Pœna inducitur ex conſtitutione iuris.

Item,

2 *Mulcta eſt pecuniaria.*
Pœna eſt aliquando { *corporalis.* *capitalis.* *pecuniaria.* }

Item,

3 *Mulcta appellationem ſui admittit.*
Pœna ſui appellationem non admittit.

4 *Pœna infamat. Mulcta verò minimè.*

POſtquam hactenus ſæpe meminerimus de pœnis, ac mulctis, hoc loco ſciendum eſt, quod pœnæ vel mulctæ iuriſdictionum vocari ſolent cōmoda, teſtibus Barto. in l. Finali. ff. ſolu. matri. & Ludo. Roma. in conſil. ſuo 70. incip. Viſis Themate. & quæſtione in 4. colum. in vltimo dubio. Ideoque tales mulctæ etiam in omni iuſtitia ſunt iuſticiabiles, ita vt Dominus ad talem mulctam exigendam, et ad mulctatos coercendos & poteſtatem plenam habeat: Deinde hoc quoque loco nō fruſtrà me facturum confido, ſi harum vocum differentiam hoc loco explicuero. Differunt enim
1 inter ſe mulcta, & pœna in hoc, quod Mulcta conſiſtat in ſolo arbitrio iudicis, ſcilicet vt eam pronunciet tantùm ex cauſis, & occaſionibus ipſum ad ita condemnandum mouentibus. Pœna verò non in prudentia ac arbitrio iudicis conſiſtit, ſed eam in iure, aut in ſtatutis expræſſam eſſe oportet, ſic vt iura talem pœnam conſtituerint, & taxauerint. Item mulcta ſolummodo
2 intelligitur de pœna pecuniaria. Pœna verò ſimpliciter prolata ſeſe extendit & ad pœnam corporalem, & ad pœnam capitalem, & ad pœnam pecuniariam, iuxta varias iurium conſtitutio-
3 nes. Itē à mulctis appellari licet, à pœnis nul-

4 nis nullo modo appellari licet. Poſtremò pœna eius eſt naturæ, vt condemnatum infamet, Mulcta verò nullum infamare poteſt.

CAPVT CCXVIII.

De modo iudicandi.

Summæ.

1 *In ſententiis ſpectanda eſt æquitas.*
2 *Princeps*
& } *iudicant ſecundum conſcientiam.*
3 *Conſilium ſupremum*
4 *Principis in iudicando arbitrium in iure fundari debet.*
5 *Prouinciale conſilium, & Magiſtratus omnis, iudicant ſecundum allegata & probata.*
6 *Iudicem mitiorem, quàm rigoroſiorem eſſe conuenit.*
Index {
7 *ſupremus iudicat ſecundum ſtylum ſuæ Curiæ.*
8 *omnis iudicat ſecundum conſuetudinem loci contractus.*
9 *in reformatione iudicat ſecundum ſtylum loci vnde ducta eſt euocatio.*
10 *non iudicat ad exemplum alterius ſententiæ.*
11 *omnis iudicat iuxta opinionem communium Doctorum.*
12 *iudicat ſecundum æquitatem cauſæ, & iuxta varias circunſtantias.*
13 *iudicat ſecundum conſenſum partium.*
14 *Index omiſſa iuris, non facti, ſupplere poteſt.*
15 *Interpretatio iuris* {
ſumitur ex conſuetudine loci.
ſumitur ex ſignificatione verborum iuris.
inclinanda eſt in partem mitiorem.
petitur à conformibus iuribus.
petitur ab interpretante iudice.

1 QVamquam in pronũciatione ſententiarum ab omnibus, & vbiq; locorũ ſpectanda ſit vna æquitas, ac rectè adminiſtrãda iuſtitia, citra vlli⁹ pſonæ exceptionẽ, ſed ad ſolam cauſæ cõſyderationẽ: Nõ tamẽ omnib⁹, nec in omnibus locis idẽ ſeruatur ſententiæ pronunciandæ modus. Principes
2 enim (vt qui nullis ſuperioribus magiſtratibus ſubſunt, nulliſq; parent) ſuas ſententias pronũciant, nõ ſecundũ allegata & probata, ſed ſecundũ propriũ arbitriũ & cõſcientiã. Idẽ quoq; effi-
3 ciũt Cõſiliarij Parlamẽti Mechlinienſis, qui veluti ſupremi nomophilaces, ac iudices, Imò veluti in hoc proximi Principis vicarij, ac præfecti prætorij, nõ debet ſe in iudicãdo accõmodare ad cõcluſiones partiũ, ſed tantũ conſyderare ad cauſæ veritatẽ, atq; ita iudicare ex bono & æquo, vbicunq; id res poſtulare videbitur, & nullo modo accuratè attendere ad id, quod iurium ſubtilitates cõmonſtrant, & ſtatuũt, aut quod cauſarum ſtatus, vel productio expoſtulat. Quod autem hic dixi
4 tum Principẽ, tũ ipſius magnũ, aut priuatũ cõſiliũ iudicare ſecundũ propriũ arbitrium, & cõſcientiã, hoc nõ ſic exiſtimãdum eſt, quod abſolutè ſecundũ propriã voluntatẽ iudicet, ſed tamen quod iudicet ſecundũ propriũ ar-

bitratum,ac mẽtis illud iudiciũ,quod
in iure ac æquitate fundatum eſt,non
quod vnicuiq; ex quacunque mentis
5 leuitate incidere poteſt. Conſilia verò
prouincialia, & quiuis Magiſtratus tã
ſuperiores quàm inferiores,omnes iu
dicare debent ſolùmodo ſecundum
allegata & probata, & nullo modo
excedere extra cõcluſiones partium,
l. Illicitas.§. veritas, quæ ſemper, ad
hoc allegatur.ff.de offic.præſid.& ibi
6 Bartol. In omnibus autẽ ſententiis fe
rendis ſemper præ oculis habenda eſt
cauſæ æquitas, ſic vt ad eã Iudex quã
ad rigorem ſemper ſit propenſior. Ve
rùm huic iudici diligẽter eſt cauendũ,
ne ſub æquitatis,aut clementiæ titulo
pnitioſius erret,cũ indigna alteri⁹ par
tis iniuria. Rurſum ab omni rigore ſe
ita reducat, ne dum extremũ ius libra
re voluerit, in ipſum competat illud
Comici. Summũ ius,ſumma iniuria.
In iudiciis quoq; ferẽdis iudex prima
7 rius(vulgò Souuerainicus)aut Supre
mus,ſequi debet ſtylũ ſuæ Curię poſt
quã cauſæ corã ipſo cœptæ & intenta
8 tæ fuerint. Vel certè debet iudicare,
ſententiamq́ue pronunciare ſecun
dum conſuetudinẽ loci, in quo con
tractus fuit initus, niſi partes fue
9 rint ex diuerſis iuriſdictionibus. Ve
rum ſi cauſa coram ipſo intentata fuiſ
ſet per reformationem, aut appel
lationem, eo caſu in iudicando ſe
qui deberet ſtylũ Curiæ, ex qua pro
10 ceſſus euocatus fuerat. Hoc quoq; ob
ſeruandũ eſt iudici ne ſententiam ſuã
pronunciet ad exemplũ alterius ſentẽ
tiæ ſic promulgatæ,ſed ad ipſam iuris
normã. Sed hoc fallit in cauſis feudali
bus,in quibus ad alienũ,& præhabitũ
exẽplum iudicare poterit, excepto q̃
principũ exempla in hoc ſibi non pro
ponat,qui iudicãdo legẽ conſtituunt.

11 Iudex in decidendis cauſis quæ in opi
nionibus iuris conſiſtunt, ſequi debet
non vnius, aut alterius doctoris opi
nionẽ, ſed opiniones multorũ docto
rum,& cõmuniter ita ſentientium. Iu
12 dex in iudicando aliquando ſequitur
rigorem iuris, aliquando ęquitatis mi
titatẽ, aliquando verò æquitatem cũ
rigore miſcet, & confundit. Aliquan
do iudicat per prouiſionẽ, aliquando
autem definitiuè, atq; hæc omnia ex
certis cauſis ab ipſo conſpectis, ſecun
dum rerum naturam, & perſonarum
conditionem, qualitatem rerum, diſ
poſitionem temporũ, & ſecundũ pro
13 ceſſus productionem. Iudicis præte
rea eſt ſequi, & pronunciare iuxta id,
14 in quo partes conſentiunt. Iudex itẽ
ſupplere poterit ea quæ partes per ali
quam occaſionem in ſcriptis non re
degerunt, ſed ea quæ iuris ſunt, non
quæ facti. Certè niſi id factum ipſi tã
15 quam iudici cognitũ eſſet. Si autem
cauſa talis fuerit, quæ iuris interpre
tationem exigat, tunc Iudex eam iuris
interpretationẽ accipere debet ex ip
ſius conſuetudine loci, ſi qua fuerit.
Sin nulla ibi conſuetudo exiſtat, di
ctam interpretationem accipiet ex ſi
gnificatione verborum iuris. Quod ſi
ne ex hac quidem verborum ſignifi
catione vllam interpretationem elice
re poterit, iudicium ſuum tunc accõ
modare debebit & inclinare ad par
tem mitiorem. Si vero nulla pars ex
iſtat mitior amplectenda, tunc iuua
bit ſe cum ſimilibus, ac conformibus
iuribus, quæ ad hoc inuenire poterit.
Sin minus, recurſum ſuũ habebit ad
Principem, qui eam interpretatio
nem ipſi ſuppeditabit. Quandoqui
dem ſolius Principis eſt in cauſis du
biis, legum, iuriumq́ue interpreta
tiones ſibi aſſcribere, & reſeruare.



CAPVT CCXIX.

De Sententiis pronunciandis.

Summæ.

1 *Sententia definitiua pronũcianda eſt*
- *Per iudicem ſedentem*
  - *in iudicio.*
  - *pro tribunali.*
  - *in loco conſueto.*
- *clara luce.*
- *loco aperto.*
- *parte citata.*

2 *Sententia pronuncianda ab vno omnium nomine.*

In Conſilio
- 3 *Pariſienſi ſententia pronunciatur ex ore Præſidentis.*
- 4 *Flandriæ ſententia ex ſcripto pronunciatur per Graphiarium.*

5 *Ex iure omnes ſententiæ ex ſcripto pronunciandæ erunt, niſi, &c.*
6 *Sententia interlocutoria ex ore, aut ex actis pronunciatur.*
7 *Proceſſus imperiales in Flandria pronunciantur in loco Imperiali.*
8 *Sententia in Flandria pronuncianda eſt in lingua productionis.*
9 *In Conſilio Flandriæ ſententia ſemper pronunciatur Gallicè.*
10 *Sententia Gallica in Conſilio Flandriæ cur vſurpata.*
11 *In omnibus Conſiliis ſupremis, ſententia euulgatur in lingua Principis.*

1 SEntentia quæuis definitiua pronũ
ciari debet ex ore iudicis, ſedentis
in iudicio, pro tribunali, in loco iudi-
candi conſueto, clara luce, loco aper-
to, parte præſente, aut ſaltem vocata,
& cõtumace declarata. Porrò vbi mul
2 ti ſunt coniudices (quod in plæriſque
magiſtratibus contingit) ibi non eſt
neceſſe, quod omnes eandem ſic ſen-
tentiam pronũcient, ſed ſufficit quod
vnus omnium nomine, qui ad hoc
præmonitus erit (qui plærumque eſt
ipſe Conſul) talem ſententiam pronũ
ciet, & reliqui omnes eandem conſen
tiẽdo approbẽt. Hinc fit quod in Par
3 lamento Pariſienſi, atq; in reliquis ſu-
perioribus Conſiliis ſententia defini-
tiua pronuncietur ex ore Præſidentis,
quod multis tamẽ ad pompoſam o-
ſtentationem, potius quàm ad neceſ-
4 ſitatem pertinere videtur. In prouin-
ciali Conſilio Flandriæ vſus habet, vt
Graphiarius ex mãdato Conſilij ſen
tentiam ex ſcripta ſchedula legat, &
pronunciet, ad abacum cõſuetum, in
præſentia conſiliariorum, ſedentium
in conſiſtorio, & modo, & tempore,
vt antè. Et pòſt ita ex ſchedula pro-
nunciatam ſententiam Præſidens o-
mnium nomine proloquitur, his
5 conceptis verbis. Sic iudicat Curia,
idque pro iure. Ex iure autem o-
mnes ſententiæ pronunciari debent
ex ſcripto, vt id ſcilicet certiùs,

& ex-

& expeditius fiat, Exceptis cauſis in quibus proceditur ſummariè. Aut in
6 quibus libellus nō eſt neceſſarius. Ad pronunciationem verò ſententiæ interlocutoriæ, ſufficit ſi ſolo ore pronũcietur, aut per acta largiatur. In Flan-
7 dria proceſſus omnes, qui naſcuntur ex antiquo imperio, aut ex cauſis imperialibus, non pronunciãtur in locis conſuetudinariis, ſed in iuriſdictione S. Bauonis, aut ſanctæ Claræ extra Gãdauum, aut in aliis locis imperialibus, idque ex certa conſtitutione facta anno milleſimo, quadringenteſimo, ſex
8 ageſimo tertio. De idiomate autem pronunciandæ ſententiæ ſciendum eſt, quod ſententia ſemper in Flandria pronuncietur in ea lingua, in qua proceſſus product⁹ fuit, hoc eſt, in lingua vel Gallica, vel Flãdrica. Verũ hoc nō
9 obſeruatur in ipſo Cõſilio Flandriæ: In hoc enim omnes ſententiæ pronũciantur gallicè, quantumuis tamẽ proceſſus ipſe productus fuerat Flandricè, qui mox ex prima ſui inſtitutione Inſulis natũs (vbi etiamnũ lingua Gal
10 lica durat) deriuatus creditur. Deinde quod lingua Gallica perpetuo creditur fuiſſe lingua communis, familiaris, & domeſtica Comitis Flandriæ, quaq; Comes ipſe in ſuis familiis, veluti tunc coronæ Franciæ, ac Galliæ ſubiectus Vaſallus, vt conſueuit. Atq;
11 ex hac Comitis Curia dictum Conſilium traxit originem. Quin, & vſus quoque & ſtylus in omnibus Prætoriis ſuperioribus eſt, vt in ipſis cõſiſtoriis iudicialibus (qualia ſunt Lutetiæ, & alibi) vtantur lingua in aula Principis recepta.

CAPVT CCXX.

De Sententia lata corrigenda.

Summæ.

1 *Definitiuæ ſubſtantialia corrigi non poſſunt.*
2 *Ad ſententiam latam adiungi poſſunt ſententiam comitantia.*
3 *Iudex obſcura ſuæ ſententiæ interpretari poteſt.*
4 *Iudex ſententias omnes corrigere poteſt, præter definitiuam.*

1 DIxim⁹ iudicis officium in proceſſu eſſe extinctum ſimulatque definitiua per ipſum prolata fuerit, adeo vt poſt eius prolationem nihil (de executione non loquor) ipſi faciendum reſtet, vt quicquam ex ea aut mutet, aut addat, aut minuat, aut corrigat, q̃ ipſius ſubſtantiam concernat, ſed tantum quod ad artificium grammaticũ, aut ad politiorem dictionis vſum ſpectare creditur, in locum ſcilicet vocabuli barbari, ſuſtinẽdo vocabulum aliquod terſius, ac latinius, vti & ſuprà monſtrauimus, cap. 210. l. Iudex. ff. de re iudica. c. In literis & c. Venerabili, extra de offic. & poteſta. iudic. dele. & c. Si compromiſſarius. §. Si verò, de elect. lib. 6.
2 Poterit tamen Iudex eodem pronunciatę ſentẽtiæ die, & priuſquam ſententiæ latæ copiam tradiderit, ſupplere, atque adiungere quæ ad ſententiæ ſubſtantiam accidẽ-

talia, congrua, & acceſſoria eſſe putabit, qualia ſunt de fructibus leuandis aut leuatis poſt litiſconteſtationẽ, de expenſis proceſſuum, & de ſimilibus.

3 Poterit quoque Iudex ſententiã ſuã, ſi quid dubij vel obſcuri contineat, elucidare, clariorem reddere, ipſamq; apertius interpraetari, ſed hoc cum cognitione cauſarum, & parte ad hoc vocata, vti decebit.

4 Dixi iudicem definitiuæ tantum ſententiæ ſubſtantiam corrigere non poſſe, quia in omnibus ſententiis (excepta ſola definitiua) iudex ordinarius dictum ſuum atque ſeipſum mutare, vel corrigere poterit, l. Quod iuſsit. ff. de re iudic, & c. Cum ceſſante, extra de appellat, ſicuti, & ſuprà diximus.

CAPVT CCXXI.

De cauſa ſententiæ inſerenda.

Summæ.

1 *In ciuilibus non debet neceſſariò ſententia eſſe cauſata.*

2 *In ciuilibus cauſam ſententiæ inſerere non eſt prudentiæ.*

3 *In ciuilibus* { *Sententia interlocutoria. Licentia Curiæ. Expenſarum petitiones;* } *requirunt ſententiam eſſe cauſatam.*

4 *In criminalibus cauſa delicti Sententiæ neceſſariò inſeritur.*

1 ÆQuum videtur vt ſententiis inſerantur cauſæ, ob quas Iudex ita pronunciet, verum iſtud in criminalibus dũtaxat locum habeat oportet. In ciuilibus enim non eſt neceſſe vt Iudex ſententiam pronunciãdo, ſimul pronunciet & cauſam, cum ita iudicet, quanquam tamen id fieri poſsit ex conſideratiõe perſonarum, & qualitatum cauſæ, ſed ſufficit quod Iudex ſolum damnet, abſoluat, cõfirmet, aut infirmet.

2 Neque etiam vtile videtur, aut eſſe prudẽtis iudicis, cauſas in ſententiis exprimere, ſed potius ſtolidi, aut temerarij iudicis eſſe in iure cauſam in ſententiis explicare, q, hoc plus incommodare quam commodare poterit.

3 Et quamquam dixerim in ciuilibus non eſſe neceſſe, vt cauſæ explicẽtur, ſunt tamen nihilominus cauſæ ciuiles, in quibus cauſarum expræſsio in ſententiis omnino requiritur, quales ſunt ſententiæ interlocutoriæ per modum appellationis, licentia Curię, & expenſarum petitiones, & complures ſimiles.

4 In criminalibus autem cauſis (vti iam diximus) ſemper requiritur, vt cauſæ in definitiuis ſententiis exprimantur.

CAPVT CCXXII.

De condemnatione in expenſas.

Summæ.

1 *In expenſis condemnatur aliquando* { *victus, ſæpiſſimè.* / *victor, rarò.* / *vterque, ſæpè.* }

2 *Expenſæ compenſantur in proceſſib.* { *Patris contra filium, fratris contra fratrem, aut ſororem, &c.*

3 *In quib. victi cauſa, nō apparet multo inferior cauſa victoris.* { *quādo cauſæ vtrimq; dubij ſunt iuris.* / *quando victus, cauſam ſuam diligenter conſultauit.* / *quādo pars parti iuramentū obtulit.* / *quando expenſæ à parte petitæ non iudicantur.* } }

4 *Semiprobatio ab expenſis non liberat.*

5 *In ſententia interlocutoria expenſæ aut* { *adiudicantur.* / *aut,* / *omnes vſque ad definitiuam reſeruantur* }

6 *Vbi expenſæ non iudicantur, ibi victus eas ferre intelligitur.*

7 *Procurator generalis non condemnatur in expenſas.*

1 POſt definitiuam ſemper cōcomita
ri ſolet cōdemnatio in expenſas, q̄
variæ fieri ſolet. Aliquādo enim ſolus
victus, aliquando ſolus victor, aliquā
dō vtraq; pars coniunctim in expen-
ſas damnatur. Sed hæc omnia ſcilicet
cōdemnatio, cōpenſatio, ac reſeruatio
expenſarū, in prudentia atq; in obſer-
uatione, vel arbitrio iudicis plærumq;
cōſiſtunt. Sæpiſſimè tamen pars victa
ſimul cum principali cōdemnatur in
expenſas. l. Properandū. §. Siue autē
alterutra, C. de iudic. & l. Cū quem te
mere. ff. eod. titu. & c. Calumniam. ex
tra de pœnis, & c. Finem litibus, extra
de dol. & cōtumac. expenſæ autē cō-
2 penſantur (id eſt vtriq; partium adiu-
dicātur) quādo proceſſus peraguntur
inter patrem & filium, inter duos fra
tres, inter fratrem & ſororem, aut in-
ter ſimiles cognatiōe, vel affinitate cō
3 iunctos. Aut quādo pars ſuccūbens vi
detur habuiſſe ſatis dignā, aut iuſtā ſu
ſtinendæ litis cauſam, quod multis ex
cauſis, vel occaſiōib' accidere poterit.
Primò, quando materia in apice iuris,
aut in ſtylo cōſuetudinario tam eſt ar
dua, & difficilis, vt Doctores iuris, &
Practici in ea multipliciter ſe luctētur,
& diſsideāt. Item, quando cauſa ante
4 inſtitutionē litis accuratè cū practicis
& variis doctis cōſultata fuit, & de iis
cōſultationibus vtrimq; factis iudici
certò cōſiſtat. Tertiò, quādo in proba
tionis ſupplemētum altera partiū alte
ri iuramentū obtulit. Quartò, quādo
expenſę à parte expetūtur & Iudex ſu
per iis nullum ius dicit, tacitè intelli-
gitur (ſecundū multorū opinionē)
expenſas cōpenſandas fore. Sūt tamē

alij qui autument, quoties Iudex ſuper expetitis expenſis non iudicat, q, tunc ipſe Iudex ſeſe perſoluendarum expenſarum periculo exponat. In his enim, & in multis aliis caſibus expenſæ iuxta prudentiam iudicis erunt cō
4 penſandæ. Semiprobatio verò ab expenſis non excuſat, quominus in eas
5 is ſemiprobans condemnari poſsit. In ſententia interlocutoria expenſæ aliquando alteri partium adiudicantur, aliquando verò omnes expenſæ vſq;
6 ad definitiuam reſeruantur. In multis prætoriis nonquam condemnatur in expenſas, ſed ibi intelligitur eum ſemper expēſas perdere, qui perdit & principale. Procurator autem generalis in
7 Flandria, (Hoc eſt qui fiſci nomine agit) parti nec dat, nec ab ea expenſas accipit, ideoq; nec vnquā in expenſas condemnatur, niſi euidenter appareret ipſum ex dolo malo, & ex calumnia egiſſe, quo caſu etiam in expenſas condemnandus eſſet.

CAPVT XXIII.

De adiudicādis, vel abiudicādis fructibus.

Summæ.

1 *Fructus qui ceciderunt aut* { *ante proceſſum* / *ante litiſconteſta.* } *non iudicantur.*

2 *Fructus percepti aut qui percipi potuerūt poſt litiſconteſt. à iudice iudicari poſſunt.*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei ad perceptorum fructuum reſtitutionem damnari non poteſt.*

4 *Poſſeſſor bonæ fidei, in materia vendicationis, non reſtituit fructus ante litiſconteſtanem perceptos.*

5 *Fructus non reſtituuntur, qui fuerunt ante interdictionem, vel complentam.*

6 *Poſſeſſor violentus damnatur ad reſtitutionem omnium fructuum.*

QVæ ad variam fructuum cōſiderationē pertinent, ea abundè ſuprà expræſsimus cap. 104. Hic paucula ac
1 cipe quæ ad eorundē adiudicationē, vel abiudicationē cōcernunt. De nullis igitur fructib⁹, qui ante proceſſum intentatum, aut ante litiſconteſtationem ceciderunt Iudex quicquam iudicare poterit, niſi per apertam commonſtrationem, ac petitionem iidem peterētur. Verùm de fructibus qui ce
2 ciderunt, aut percepti fuerūt, aut percipi potuerunt poſt litiſconteſtationem, & durāte toto proceſſu, Iudex optime ex ſuo officio iudicare & ſup
3 plere poterit. Poſſeſſor bonę fidei omnes fructus ſuos facit. Vulgari ac notabili. §. Si quis à non Domino, inſtitu. de rer. diuiſi. dummodo eos in domū aut horreū cōuexerit, aureo, & quotidiano. §. Is verò, inſtitu. eod. titu. de rerum diuiſ. Ideoque illi ipſi adiudicādi erunt, vti ſuprà, cap. 104. latiſsime
4 patuit. Poſſeſſor item bonæ fidei in materia rei vendicationis non debet condemnari ad reſtitutionem fructuum, qui fuerunt ante litiſconteſtationem. Verùm condemnandus eſt ad reſtitutionem omnium fructuum, qui poſt litiſcōteſtationem euenerūt.

Literas

Litem enim conteſtando fit poſſeſſor
5 malæ fidei. In materia interdictionis,
aut complentæ omnes percepti fructꝰ
reſtitui debent,tantùm à die interdi-
ctionis aut complentæ executæ, niſi
palàm conſtiterit metum aut vim ali-
quam fuiſſe prius fructuum cauſa il-
latam.Hoc enim caſu omnes fructus
per poſſeſſorem reſtituendi forent ab
6 illatæ violentiæ tempore. Poſſeſſor
violentus condemnari debet ad reſti-
tutionem omnium fructuum tam re
ceptorum,quàm extátium, & eorum
quos percipere potuiſſet.

CAPVT CCXXIIII.

De Condemnando in damnum, ac intereſſe.

Summæ.

1 *Intereſſe,vel ex* { *Lucro conſueto perdito.* } *Adiudicatur parti.*
2 *Damno paſſo*
3 *Non facto,quod certo tempore fieri debuit,adiudicatur.*

4 *Intereſſe non iudicatur ex non dato,quod certo tempore dari debuit niſi &c.*

5 *Intereſſe quāti plurimi iudicatur,quādo requirebatur traditio in* { *Pondere. Menſura. Numero.*

6 *Intereſſe quanti plurimi quid ſit.*

IVdex condemnat aliquādo partem
ſuccumbentem non tātum in prin-
cipale,aut in expenſas,ſed etiā in dam
1 num,& intereſſe alterius partis , hoc
eſt,vt exoluat omnem lucri iacturam,
quod lucrum altera pars ex conſuetu
dine feciſſet,niſi per talem proceſſum
id ipſi remoratum, ac præpeditū fuiſ-
ſet,quodque lucrum conficere cōſue-
2 uit, & cuius iactura dicitur intereſſe
vel damnum ex lucro ceſſante. Iudex
quoque adiudicat intereſſe illi,qui ta-
le damnum , ac intereſſe per impedi-
mentum,aut per negligentiam & per
longam productionem partis paſſus
fuit,aut quod pars parti per calumnio
ſam talem productionem, aut per in-
iectum obſtaculum intulit. Id inter-
eſſe dico oriri ex damno emergēte,&
illato.Intereſſe verò quod præceſsit,di
3 xi eſſe ex lucro ceſſante. Item intereſ-
ſe plærunque iudicatur contra eum,
qui ad quicquam præſtandum obliga
tus fuerat, & id debito tempore non
4 effecit.Verùm non iudicatur intereſ-
ſe contra eum,qui ad aliquid dandum
obligatus fuiſſet, idque ſuo tempore
non dediſſet, niſi fortaſsis in contra-
ctibus negotiationum , in quibus ne-
5 ceſſaria eſt traditio.In rebꝰ autem, aut
cauſis,in quibus requiritur traditio in
pondere,numero , & menſura, in ijs
iudex ex officio condemnat pro in-
tereſſe,quanti plurimi,ex eo tempore
quo in defectu nō traditionis eſſe cœ
6 pit. Quanti plurimi eſt illud præcium

ſummum, quo à traditionis defectu diuendita fuerunt frumenta, vel diuendi potuiſſent in cariſsimo tempore. De damno autem & intereſſe latiùs dictum eſt ſuprà cap. 105.

CAPVT CCXXV.

In quam pœnam condemnentur malàm ſuſtinentes cauſam.

Summæ.

1 *Malitia quorundam ad proceſſus anhelantium taxatur.*
2 *Pertinacia quorundam ad iuſtitiæ obedientiam.*
3 *Qui ſciens malam cauſam ſuſtinet, infamia pub. notandus eſt.*
4 *Filius patrem in iudicium pertrahens damnatur* { *50. aureis. aut, Acribus virgis.* }
5 *Malam cauſam ſuſtinens aliquando punitur duplo.*
6 *Apud bona alterius negantem perquirere eadem licet.*
7 *Sententia per ſe nulla à iudice appellationis confirmari nequit.*
8 *Sententia ſuper ſententiam eſt nulla.*

1 Tanta eſt aliquando hominũ malitia, vt in quiete viuere nequeât, ſed tum ſibi, tum aliis negotium faceſſere captent, & contra bonum & æquum ſubinde proximo calumniari gaudeant, mouentes ipſi indignas lites, quas cum æquitate tamen firmare non poſſunt, quib⁹ ſat eſt, quod qualemcunque infeſtâdi alios materiam, ac inanem conquerendi de aliis titulum ſe nactos eſſe putent, quo ſpecie quadam apparente proceſſum indignum inſtituant, & quâtumuis malam
2 cauſam ſuſtineant. Sunt alij nihilò meliores, ſed ingenio pertinaciſsimo præditi, qui quum ex æquitate cauſæ in iudicium vocantur, & ad dignam reſtitutionem faciendam conqueruntur, tamen neſcio quas tricas, ac diverticula captant, quibus iuſtitiæ fucum obtrudant, & proximo calumniam ſtruant, & à iuſtitiæ æquitate longius, diutiuſque verum poſſeſſorem protrahant. Huiuſmodi malitioſi homines profectò digni ſunt, in quos iuris rigor animaduertat, & ſeuerius ob calumniandi pruriginem peſsimam, ipſos puniat. Quocirca iura digniſsimè 3
ſanciunt, vt hi qui volentes, ac ſciẽtes malam cauſam in iudicio ſuſtinẽt, per ſententiam declarentur infames, non ſecus quàm qui in cauſis furti, falſitatis, aut iniuriarum conuincuntur. Fi- 4
lius autem qui ſine permiſsione iudicis patrem in iudicium pertrahit, & ad litem forenſem euocat, ſecundum iura condemnâdus quinquaginta aureis, & ſi is tantam ſummam ſoluendo non fuerit, virgis acriter cedendus venit, iuxta illud vulgare. Qui non habet

habet in ære, luat in corpore.l. Prima
§. Generaliter .ff. de pœnis. & .l. Fina
li.ff. de in ius vocan. & .l. Quicunque
5 §. Quod ſi. C. de ſer. fugiti. Sunt mul
tæ cauſæ in quibus actor, ſiue conque
ſtor iniquus, temerarius, & futilis ac
malam cauſam ſuſtinens, puniẽdus ſit
pœna dupli, quas hic breuitatis cauſa
6 omittimus. Quando aliquis inficia-
tur ſe quicquam habere apud ſe, aut
ſuæ fidei commiſſum eſſe, aliuſque eſ-
ſet qui id non credens perquiſitione
iuridica experiri vellet, hic ad eã per-
quiſitionem faciendã permittẽdus eſ
7 ſet. Sententia quę ex ſe eſt nulla, ea per
iudicem appellationis cõfirmari non
poteſt. Quod enim aut nullum aut ni
hil eſt, id nec confirmandum, nec in-
firmandum venit.l. Nam & ſi ſub cõ-
ditione, in princip. ff. de iniuſto. rup.
8 teſta. cum vulgarib. Sententia enim
ſuper ſententiam, in re eadem, & ob
cauſam eandem, eſt nulla.

CAPVT CCXXVI.

De Sententiis annullandis, aut retractandis.

Summæ.

1 *Sententiæ iuſtæ, ſeruandæ, & non retractandæ.*

2 *Sententiæ retractandæ cauſa.*

3 *Sententia retractatur aut per* { *Reformationem. Appellationem. Reſtitutionem. Supplicationem. Propoſitionem ſimplicem. Reuiſionem errorum. Reuiſionem.* }

1 SEntentiæ veræ, iuſtæ, & dignæ ſuũ
vigorem, & effectum ſortiantur
oportet, neque temerè ſunt infringen
dæ, aut aliqua ratione retractandæ,
ſed in ſua dignitate mordicus aſſeren
dæ, adeò vt ciuiliter plectendus ve-
niat, quiſquis aut ob malitioſam per-
tinaciam, aut ob inconſultam temeri-
tatem quicquam cauillationis, aut re-
formationis contra æquam ſentẽtiam
2 tentare præſumpſerit. Verũ quia non
rarò vſuuenit, vt partiũ cauſæ verſen-
tur ſic in iure dubio, vt vnius cauſa nõ
ſit alterius cauſa multo ſuperior, & vt
tunc iudex ex proprio motu, atq; ar-
bitrio multa egiſſe ab altera parte pu-
tetur, hæc pars quæ ſuccumbit, cau-
ſæ ſuę integritati fidens, & iudici non
ſatis confidens, ab eodem iudice ad
alium iudicẽ appellare ſatagit, quem
prudentiorem confidit, quemque ſuę
cauſæ fauorabiliorem & æquiorem
fore ſperabit, quæ appellatio iuridica
eſt licita, tum vt pars appellans de iure
ſuo fiat ſecurior, & iudex interim e-
tiam excitetur ad diligentius de cau-
ſa cognoſcendũ, & ad æquius iudican
dũ, vel admoneatur, vel reſtringatur.

Quo-

Quocirca ſi cōtingeret iudicem in iudicando errare, ita vt ipſius ſententia fuerit aut iniqua, aut malitioſa, aut cōtra bonum & æquum male pronunciata, & erronice (vt ita dicam) abuſa, tunc eadē ſententia erronea retractari poterit ſeptem modis, ſcilicet per re-
3 formationem, per appellationem, per reſtitutionem, per ſupplicationē, per ſimplicem petitionem, per propoſitionem commiſſorum errorum, & per reuiſionem, vel recognitionem, de quibus ſpeciatim in præcedentibus capitib⁹ pro qualitate materiæ diximus, & in ſubiectis quoque capitulatim dicturi ſumus.

CAPVT CCXXVII.

De modo retractandi Sententiam.

Summæ.

1. *Differentia inter appellationem, & reformationem.*
2. *Reformationis vſus peculiaris fuit Flandriæ.*
3. *Reformatio inſtitui debet intra annum, & diem.*
4. *Reformatio a quatuor membris Flandriæ non ſuſpendit ſententiam latam.*
5. *Reformatio in Flandria ſe extendit ad* { *Sententias latas. Recuſationem iuris. Arreſtationes. Captiuationes. &c.* }
6. *Reformantur in Parlamento Mechilinienſi ſolum ſententiæ.*
7. *Male appellans. 60. libris par. plectitur.*
8. *Male reformans quando nulla mulcta plectendus.*
9. *Philippi Ducis Burg. edictis tam reformans, quam appellans mulctabatur.*
10. *Reformationis pœna conceſſa* { *Gandenſibus.*
11. *Brugenſibus.*
12. *Aliis ciuitatib.* }

1 NOtanda eſt hic primo differentia inter reformationem, & appellationem, quæ iſthæc eſſe ſolet, quod in reformationibus ſententiarum nulla luebatur mulcta, pro mala reformatione intentata. In appellationibus verò pars victa ſimul cum principali amiſſo & expenſis, dānabatur in mulctam pecuniariam. 60. librarū, de qua mox
2 infra, & in capite. 228. Reformatio itaque ſtylus eſt iuſtitiæ, quo præcipuè vtimur in noſtra Flandria, et vix alibi, adeò vt ſi vſpiam locorum alibi ea recepta, ac vſitata comperiatur, ea ex praxi Flandrica profluxiſſe credenda ſit. Eſt autem reformatio actus iudicialis quo pars à ſuperiori iudice ſentētiam contra ſe latam reformari cupit, & re-
3 tractari. De ſententia itaqua in Magiſtratibus, aut in Curijs feudalibus lata pars ſuccumbens, & grauatam ſe credens, ad reformationē prouocare poterit,

terit,idque ad Conſilium prouinciale
intra annum, & diem, conſtituendo
cautionem trecētarum librarum pari.
iuxta vſitatum ſtylum Flandriæ, qui
quidem reformationis ſtylus inſtitu-
tus fuit Inſulis in Curia conſiliaria à
Philippo Audace anno.1385. idque in
maiorem fauorem iuſtitiæ, iuriū, con
ſuetudinum,& priuilegiorū,quæ ob-
ſeruare ſolebāt in omnibus Magiſtra-
tibus, Prætoriis, ac Curiis feudalibus
4 Flandriæ. Reformatio aūt nō ſuſpen-
dit executionem ſentētiæ latę in qua-
tuor membris Flandriæ, quia illa ha-
bent paratam executionem, adeò vt
qui ab illis appellare aut reformare vo
let,is ſtatim non obſtante appellatio-
ne,vel reformatione,conſignare tene-
bitur. Quod non ſeruatur in ſentētiis
ſubalternorum magiſtratuum, ab his
enim appellans aut reformans, non te
netur conſignare, ſed duntaxat cau-
tionem conſtituere, quatenus ex ſen-
tentiæ ſint reparabiles in ſuis definiti-
5 uis. Iſtius reformationis in Flandria
vſus latiſsimè ſeſe diffundit, adeò vt
non ſolum extendatur ad pronuncia
tas ſentētias,ſed etiam ad quamuis iu.
ris dicendi recuſationem, ad arreſta-
tiones,ad captiuationes, & ad omnes
cauſas, in quibus Officiarij ac Iuſticia
rij aliquid damni,grauaminis,aut præ
6 iudicij partibus inferre videntur. Ve-
rùm iſthæc generalitas in magno con
ſilio Mechilinienſi ad vnam cauſam
tantum reſtringitur, vtpote in quo re
formatio tantum recipitur de ſenten
7 tiis latis,& non de rebus aliis. Quan-
do pars appellat à ſententia lata per a-
liquem magiſtratum, atq; eam appel-
lationem in Camera releuat & figit,is
tunc ſe conſtituit in periculo luendæ
mulctæ.60. librarum par. ſi eam ap-
pellationem ipſum perdere contin-
8 geret. Verùm ſi hanc appellationem
per Principem,aut Principis magnum
Conſilium permiſſam cognoſcere cu
ret ſub titulo reformationis,(quod ſe
cundum ſtylum ſcriptum ipſi licitum
eſt) tunc tutus eſt,& liber à iam dictæ
luendæ pœnæ periculo. Hoc enim ca-
ſu non appellans,ſed reformans cenſe
bitur,de qua differentia iam ante di-
9 ximus. Dux Burgundiæ Philippus .f.
Ioannnis anno.1426.per nouam con-
ſtitutionem ſanxit, vt non minus re-
formantes, quàm appellantes dictam
pœnam.60.libr.par. luerent, quoties
malè reformationem inſtituiſſent.
Verū hæc conſtitutio non fuit ſic ob-
10 ſeruata. Veruntamen in pace Caſan-
dica, & in iucundo introitu Philippi
Regis Hiſpaniæ: Gandenſes impetra-
runt ab hoc Principe, vt quicunque à
ſuis ſententiis reformationem malè
tentarent,pœna plecterētur.60.lib.Pa
riſ. non ſecus quàm malè appellantes.
11 Quin & idem imitati ſunt Brugen-
ſes,qui mox ab eodē Principe, etiam
hoc priuilegium impetrarunt, quod
ipſorum ſententiæ ad reformationem
prouocari non poſſent, niſi ſub peri-
culo perdendarum .60. librarum Pa-
riſi. ſi malè reformationem inſtituiſ-
12 ſent. Atque hoc luendæ pœnæ priui-
legium poſteà plures ciuitates Flan-
driæ conſecutæ ſunt, adeò vt nunc
paſsim indiſcriminatim in hanc pœ-
nam incidant,tam reformantes quàm
appellantes, ſcilicet, vt magiſtratibus
debitus conſtaret honos, & pertina-
cibus temeraria coërceretur, vel eri-
peretur reformationis tentandæ li-
centia.

CAPVT

CAPVT CCXXVIIII.

De Iudicando ſub periculo Emendæ.

Summæ.

1 *Magiſtratus inferior, & Curia feudalis malè iudicans luit pœnam.60.librarum.*
2 *Vſus pœnæ ob malè iudicata proceſsit ex Francia.*
3 *Magiſtratus ſub corona Franciæ male iudicantes nullam pœnam luunt.*
4 *Curiæ ſpirituales, & quæ ſubſunt imperio, nullas pœnas luunt.*
5 *Parlamentum Pariſi. mulctauit olim Conſilium Flandriæ .60. libr.*

6 *Pœnam non luunt malè iudicantes* { *Brabanti. Hollandi. Zelandi. Hannonij.* } *Qui ſunt ſub Imperio.*

7 *Pœnam luunt malè iudicantes* { *Aloſtenſes. Teneremondani. Quatuor Ambacti.* } *Qui fuerunt ſub Francia.*

1 OMnes Magiſtratus in Flādria inferiores, aut ſubalterni. Item & viri feudales iudicant ſub periculo luē dæ ab ipſis pœnæ.60.lib.Pari.ſi quando malè iudicant,ſic vt ipſorum pronunciatæ ſententiæ, à Conſilio Flandriæ reuiſæ,corrigantur, & reformentur. Verùm ſi pertinacia partē denuò à Gandenſi Conſilio protrudat ad reformationem impetrandam à Parlamēto Mechilinienſi, ibiq; rurſum ſuccumbat,vel ſuccūbat pars altera, tunc in eo Parlamento ibi victus, & ſuccūbens punitur duplo, ſcilicet mulcta 120.lib.Par. Atq; hic vſus pœnæ luen-
2 dæ ſiue Emendæ ex Francia proceſsit, quod ex eo patet,quod omnes Magiſtratus regionum,& quorumcunque locorum,quæ aliquando fuerunt ſub corona Franciæ, quales ſunt Flandria, Arteſia, imo oēs iuriſdictiones, quæ hodie regales eſſe deſierunt, etiānum iudicant ſub hac pœna.60. lib. Pariſi. quoties ipſorum ſententiæ per appellationem, aut reformatione corriguntur.
3 Nam in locis quæ iure ſcripto ſub corona adminiſtrantur,veluti in Burgundia, & in aliis locis compluribus, huiuſmodi emēda.60.lib. locum non habet,quando in eis Magiſtratuū ſententiæ malè latæ reformantur, et pro-
4 pter errorem corriguntur. Pœnā quoque dictam non luunt Curiæ ſpirituales,neque ea loca quæ iure ſcripto reguntur,aut quæ imperio ſubeſſe con-
5 ſueuerūt, vt mox infrà patebit. Quin & Franci ob hanc cauſam autumant ipſam quoq; Cameram Flandriæ obnoxiam eſſe debere ad iudicandū ſub dictæ emēdæ periculo,poſtquam deſierunt eſſe iudices regales,adeò vt hāc ob cauſam Parlamentū Pariſienſe nō

raro

raro dictæ Cameræ conſiliarios in pœnam.60.lib.Par.mulctauerit,quando ſcilicet ipſorum ſententia,per dictum Parlamentum reformata fuit. Verùm quamuis hæc pœna ab ipſis ſic iudicata fuerat,non fuit tamen vnquã execu ta,niſi intra pauculos annos præteritos,quibus reſortum ad Parlamẽtum adhuc durauit.Neque etiam huic ſententiæ à Flandris obeditum fuit, ſed ipſi multis annis reclamatum,& reluctatum,ob id quod nec in eadem Camera rationaria,nec alibi compertum fuerat,eam pœnę executionem in vſu fuiſſe,aut vnquam ſolutam fuiſſe ante tempora Regis Ludouici duodecimi,qui talem pœnam, & pœnæ execu
6 tionem inſtituit,& confirmauit. In Brabantia,Hollandia,Zelandia,Hannonia , & in aliis locis imperialibus extra Flandriam,Magiſtratus nõ ſunt
7 ſubiecti huiuſmodi pœnis. Dico extra Flandriam, quia in Comitatu Aloſtenſi, in ditionibus Teneremondæ, & quatuor Ambactorum, & in aliis locis imperialibus in Flandria, introductum eſt,vt Magiſtratus horum locorum , in dicta pœna cõformes fiant Magiſtratibus reliquarum ciuitatum Flandriæ,quæ ſub corona Franciæ eſſe ſolebant,nempe in hoc,vt & hi dictæ pœnæ luendæ ſubſint, ſi quando perperàm iudicent, & ipſorum ſententiæ per Conſilium Flandriæ reformentur,vt reliqui.

CAPVT CCXXIX.

Retractatio Sententiarum per Appellationem,& Prouocationem.

Summæ.

1 *Appellare licet cuiuis grauato, in cauſa propria vel aſſumpta.*
2 *Appellatio & Prouocatio quomodo differant.*
3 *Appellatio in iure conceſſa* { *Ad coercendam imperitiam iudicis inferioris.* / *Ad patrocinandum ſimplicibus,& innoxiis.* }
4 *Quibus appellare plærumq; contingat.*
5 *Incarceratus quotidie appellare poteſt.*
6 *Appellare licet etiam diebus feſtis.*
7 *Appellant* { *Fideiuſſor.* / *&,* / *Venditor, à garandiam damnatus.* }
8 *Procurator non appellans poſt litiſconteſtationem tenetur ad intereſſe.*
9 *Procurator non appellans quando excuſatur ab intereſſe.*
10 *Appellatio cedens vni bene,bene cedit & conſortibus.*
11 *Tertius læſus ob ſententiam aliorum appellare poterit.*

Diffe-

DIfferentiam reformationis, & ap-
pellationis ante præmiſim᾽, ſic ta-
men vt inter ſe multum conueniant,
& altera pro altera nunc ſępe vſurpe-
tur. Vnde quæ de reformatione præ-
cedēti capite diximus, notionem ma-
gnam præbent ad appellationis intel-
1 ligentiam . Quicunque igitur ſe op-
preſſum, ſeu iniuſtè grauatum, læſum,
aut ſibì incommodatum eſſe per ſen-
tentiam alicuius iudicis, aut commiſ-
ſarij, aut executoris putabit, is ab ea-
dem ſentētia appellare poterit, dum-
modo ea res ipſum concernat, aut id
in mandatis habeat, aut ſi eius ſenten
tiæ cauſa damnum, aut intereſſe conſe
quatur, vel ipſe, vel ſuus cliētulus, aut
ſi appellatio ipſi non ſit inhibita .c.
Omnis oppreſſus &.c. Ideo. 2. q. 6. &
c. Vt debitus. ext. de appellat. &.c. Nō
ſolent. 2. q. 6. & .c. Cum inter. extra.
de elect. &.c. Cum ſuper. ext. de ſen-
ten. & re iudic. & .l. à ſententia. ff. de
appella. quam legem Scribentes repu
tant ſingularem potiſsimum ad hoc:
Quod quilibet poteſt appellare à ſen-
tentia, etiam ſi non ſit lata contra ſe,
2 dummodo eius interſit. Eſt nihilomi
nus & hæc differenria inter appella-
tionem, & prouocationem, quod il-
la fiat in iudicio, iſthæc verò ext. iudi-
cium. Verùm praxis hanc differētiam
confundit, ſic vt hodie indifferenter
vel in iudicio, vel ext. iudicium pro ar
3 bitratu vſurpentur. Appellatio itaque
eſt modus defenſionis in iure natura-
li fundatus, & conſtitutus. Eſt enim
appellatio à iure ciuili introducta, &
duas ob cauſas vſurpata, vt ſcilicet per
eam ſubalternorum magiſtratuū in-
ſcitia, imperitia, aut malitia corriga-
tur, (tametſi aliquando contingat, vt
non ſtatim melius iudicet, qui poſte-
rius iudicat) deinde ad opem & ſub-
ſidium præſtandum inſontibus, et in-
4 noxiis. Omnes appellare poſſunt, qui
ob ſententiam latam aliquod dánum
vel intereſſe in propria cauſa conſe-
quuntur, vel qui cauſas alienas curan-
5 das aſſumpſerunt. Hinc fit quod in-
carcerato quotidie appellare liceat, q,
ipſius damnum & intereſſe quotidie
6 continuetur. Hoc quoque de appella
tione notandum eſt, quod ipſam non
impediat dies feſtus, ſed ea fieri po-
teſt quibuſcunq; diebus feſtis, Hoſt.
But. & Imol. in. c. Prætereà. extra. de
dilat. &. l. 1. & ibi Bald. & Doct. C. de
7 fer. Fideiuſſor appellare poteſt pro eo
pro quo interuenit, hoc eſt, pro quo
fideiubendo ſeſe deuinxit, nam ea res
ipſius propriè refert. Sic & venditor
& venditoris fideiuſſor appellare po
terit de damno ſuo mercatori illato,
quando garandiſare, vel aſſecurare te-
8 netur. Procurator qui in cauſa aſſum
pta litem conteſtatus eſt, audiēs quic
quam iudicari cum damno, aut peri-
culo ſui clientis, tenetur ab eo iudicio
appellare, verum ob id non tenetur
eandem appellationem proſequi.
9 Quod ſi negligenter ab eo iudicio ap-
pellare diſtulerit, reus fit exoluēdi in-
tereſſe, quod ob non appellationem
emerſerit, quia poſt litiſconteſtationē
factus eſt domin᾽, & magiſter cauſæ.
Niſi fortaſsis ob certas, & euidentes
cauſas ſic appellare noluerit, quas pri᾽
10 ſuo cliento ſignificare deberet. Quan
do ex multis conſortibus vnus dun-
taxat appellat, tacentibus, ac diſsimu-
lantibus reliquis, tunc ſi is vnus appel
lans litem vicerit, ea victoria quoque
profuerit reliquis non appellantibus,
dummodo ipſorum quoque cauſæ, et
iura ſunt ſimilia, ſic vt ex eadem quo-
11 que victoria dependeant. Tertius
quiſpiam, qui per ſententiam, aut per

.pro-

prouiſionem cōceſſam aliis partibus ſe grauatum eſſe conqueritur, is pro ſuo intereſſe appellare poterit, etiam ſi dicta prouiſio in ſe contineret hāc clauſulam (non obſtante vlla appellatione.)

CAPVT CCXXX.

Quibus appellare non licet.

Summæ.

Appellare illi nō licet:

1 *Qui ob propriam confeſsionem damnatus fuit.*
2 *Qui cum plena contumacia damnatus fuit.*
3 *Qui ob officij abuſum damnatus fuit.*
4 *Qui ſententiam emologauit.*
5 *Qui petiit ſententiæ implendæ terminum.*

Appellare illi non licet:

6 *Qui vltra decem dies appellationem diſtulit.*
7 *Qui ſe non appellaturū deuinxit, vel appellationi ceſſit.*
8 *Qui ternis definitiuis damnatus fuit.*
9 *Qui iudicatam exhibitionem non impleuit.*
10 *Qui cauſam conſcientiæ iudicis commendauit.*

1 QVi ob propriam confeſsionē dānatus fuit, is appellare non poteſt, niſi facto probare vellet ſe eam confeſsionē per errorem & ignoranter feciſſe. l. Obſeruare, & ibi Bald. & eius ſequaces, C. Quorū appella. non
2 recipiuntur. Appellare quoque non licet illi, qui cum plena contumacia conuictus & damnatus fuit, l. Ex conſenſu. §. Eum qui. ff. de appellat. cui concordat textus in l. Et poſt edictū.
3 §. Sciendum eſt. ff. de iudiciis & ibi Bartol. Neque appellare licet officiario, de correctionis pœna ſibi propter exceſſum vel abuſum ſui officij irrogata, Niſi ea correctio æquum modū excederet, l. Ab executore, C. Quorū appella. nō recipiunt. & c. Nouit. ex-
4 tra, de Appellat. Qui ſui cōdemnationem emologando approbauit, & obſequendo eam impleuit, vel ſaltem adimplere cœpit, is ab eadem ſententiā appellare non poteſt, niſi ſe de ea emologatiōe per Principē releuaſſet.
5 Neq; item appellare poteſt, qui poſt cōdemnationem, vel ordinationem, à iudice petiit tempus procedēdi, ſententiam complendi, ſoluendi, aut ſimilia peragendi, c. gratū, extra de offic. deleg. & l. Ad ſolutionem, C. de re iudica. Appellare quoque non licet
6 illi, qui vltra decem dies de condemnatione, ſiue de ſententia lata appellare diſtulit, c. Anteriorum 2. q. 6. & c. Quod ad conſultationem, extra de re iudica. Sic nec appellare poteſt, qui
7 ſeſe de non appellando deuinxit, aut
8 omni appellationi renunciauit. Qui ternis definitiuis condemnatus fuit, idque in diuerſis prætoriis, is à tertia definitiua appellare non poterit, c. Directè, extra de appel. l. Vnica. C. ne li-

9 ceat in vna eadẽq́; tertiò prouo. Quiſ
quis condemnatus fuit ad rem aliquã
exhibendam, is ab ea ſententia appel
lare non poterit, dummodo eius rei
exhibitio in ipſius facultate ſita fue-
10 rit. Sic nec appellare poteſt is qui cau
ſæ deciſionem conſtituit in conſcien
tia, & arbitrio iudicis, potiſsimum ſi
is iuret ſe ſecundum dictamen pro-
priæ conſcientiæ eam protuliſſe ſen-
tentiam.

CAPVT CCXXXI.

A quibus appellari liceat,

Summæ.

1 *In Flandria appellatur à* { *Magiſtratibus.* / *Officiariis.* / *Curiis feudalibus.* }

2 *In Conſilio Flandriæ* { *appellabatur olim ad Parlamentum Pariſienſe.* / *appellatur nunc ad Parlamentum Mechilinienſe.* }

3 *Appellatur ab officiario, vel* { *quando officiarius ipſe eſt ſuſpectus.* / *quando officiarius commiſsionem excedit.* / *quando officiarius nimis iniurioſe procedit..* / *quando officiarius debitas exceptiones non admittit.* }

4 *Iudex appellationem renuens plectendus fuit 30. lib. auri.*

1 IN Flandria(vti & alias diximus)ap
pellatur à Prætoribus,à Satellitum,
atque ab omnium officiariorum exe
cutionibus,aut explotis, & à ſenten-
tiis peculiarium Magiſtratuum, &
2 poſtremò à Curiis feudalibus. Ap-
pellabatur item olim à Conſilio Flan
driæ ad Parlamentum Pariſienſe, ad
quod tunc illud reſortum multis an-
nis ſpectauerat. Verùm illud reſortũ
per Carolum Burgundionum ducem
anno 1473. ſublatum, & Mechiliniam
tranſlatum fuit, vti ſuprà, cap. 5. mon
ſtrauimus. Ideoque nunc à d. Conſi-
lio Flandrię appellatur Mechiliniam.
Ab executore autem appellatur va-
3 riè, aut quando ipſomet ſuſpectus ha
betur, aut quando male procedit, aut
cõmiſsionem ſuam excedit, aut quan
do æquò iniurioſius ꝓcedit, aut quã-
do non admittit pertinentes excepti-
ones, quas executus ipſi executori ad
eam executionem remorandam, aut
impediendam exhibet, & proponit,
l. Ab executione, C. Quor. appel. non
recipi. & l. Executorẽ, C. de except.
rei iudica. & c. Nouit. extra de appel.
Veluti ſi oſtendat ipſi mutuas tranſa-
ctiones inter partes factas poſt ſentẽ
tiam latam, aut ſimiles dignas excep-
tiones, eaſque executor acceptare nol
let, tunc executus à tali proteruo ex-
ecutore, aut ab eius executione appel
lare poterit. Dixi non temerè, quòd
ab executore male ꝓcedente, &c. ap-
pellari liceat. Quia regulariter, & ex
iure

Iure à bono alicuius ſententiæ executore, & bene ſuo officio fungente omnino appellare non licet, iuxta expreſſum textum in l. Ab executore in principio. ff. de appellat. & l. Quoniam iudices, C. eodem titu. de appellat. & d. l. Ab executiõe, C. Quor. appel. non recipi. & d. c. Nouit. extra
4 de appella. Omnes iudices (vt ita dicam) appellabiles, aut ad quos pars ? appellare cupit, eam ad ſeſe delatam appellationem reuerenter aſſumere debent, & acceptare, alioqui corrigendi, & mulctandi forent pœna iuxta iura ciuilia 30. libris auri, l. Quoniam iudices, C. de appellat. Sed de hac mulcta non ſæpe vſurpatum fuit.

CAPVT CCXXXII.

De Reſorto conſuetudinario.

Summæ.

1 *Reſortum aliud eſt* { *naturale, quod cum tali ſeruitute datum eſt.* / *Conſuetudinarium, quod tantum ex conſuetudine ortum eſt.* }

2 *Reſortum Flandriæ ad Parlamentum Pariſienſe tantum fuit conſuetudinarium.*
3 *Natura feudi ſeruitutis expreßionem requirit.*
4 *Reſorti Flandrenſis origo quæ, & vnde profecta.*
5 *Quæ cauſæ ad ſuperioritatem Comitis Flandriæ ſpectent.*
6 *Reſortum Pariſienſe tranſlatum Mechliniam.*

1 IN reſorto bina eſt conſideratio. Aliud enim reſortum naturale quod ex natura feudi, ac ditionis, ad aliquam ſuperiorem Curiam reſpectum habet, & ad eam pertinere conuincitur, huiuſmodi reſorta ſunt illarum regionum, quæ legitimè conquiſitæ ſunt, & ſuam ſuperioritatem ex natura vel inſtitutionis vel conquiſitionis ibi cognoſcunt & amplectuntur. Aliud eſt reſortum conſuetudinarium, quod nõ ex ipſi feudi natura, ſed tantum ex cõſuetu-
2 dine originẽ ſuã traxiſſe traditur. Huiuſmodi reſortum olim noſtra Flandria habere ſolebat, quo ad Pariſienſe Parlamentum ſpectabat, & appellare cõſueuerat. Hæc enim perpetua fuit controuerſia, qua Comes Flandriæ firmiter aſſeuerabat Francorum regem non plus habere reſorti in ſua Flandria, quam quantum ex conſuetudine obtinere potuit. Ideoque id reſortum ſemper cõſuetudinarium appellatum fuit. Quamuis enim Comitatus Flandriæ Regi Francorum feudalis, & ad fidem vel veritatis fidelitatem ipſi præſtandam ſubiectus fuerat, ea tamen ſubiectio feudalis non extendebatur ad naturale reſortum, & quaſi id reſortum ſecum ea feudalitas neceſſariò contraheret, quum id in conſuetudine potius,
3 quam in natura feudi conſiſtere diceret. Natura enim feudi hoc requirit, vt Vaſallo ſub hoc ſeruitutis titulo

traderetur, quod in Flandriæ traditione Comes factum non fuiſſe aſſerebat. Si enim cum ea ſeruitute Comiti expreſſe fuiſſet tradita, nunquam fuiſſet de hoc reſorto controuerſia. Sed Comes Flandriæ autumauit id reſortum quod Rex Franciæ multis annis à Flandris vſurpauit, non ex natura feudali, ſed tantum ex conſuetudine obtinuit, quæ quidem conſuetudine non niſi ex appellationibus defi-
4 nitiuarum, aut interlocutoriarũ (quæ definitiuã ſapiũt) ex ſuis propriis Curiis profectarum (quæ Coronæ ſubſunt) proceſſit. Et hæc cõſuetudo naturam feudo non tribuit, nec Comitis Maieſtatem, aut ſubſtantialem ſu-
5 perioritatem aut frangit, aut tollit. Ideoque aſſerit ſuam ſupremã vel ſouuerainicam dominationem in Flandria huic reſorto ad Francicum Parlamentum non debere eſſe ſubiectum, ſed ab eo prorſus eſſe exemptũ, ac liberum, præcipue in cauſis ſubiectis, ſcilicet in materiis criminalibus criminaliter inſtitutis, Cauſis ſui dominatus, vel dominij, Cauſis petitionũ, ac ſubuentionum, Conſtitutionibus monetariis, Decretis ac ſtatutis politicis, qualia ſunt de dykagiis (hoc eſt) de littorum aggerationibus ac refectionibus. Item de fluminibus, aut de aquęductibus, de variis textrinis, aut textoriis, & de ſimilibus opificũ, aut mercatorum priuilegiis. Item, in priuilegiis à ſuis maioribus conceſsis eccleſiis, ciuitatibus, iuriſdictionib⁹, exteris mercatorib⁹, & ſimilibus. Itẽ, in ſuorum priuilegiorum, ac mandatorum interpretationibus. Præterea in mulctationibus, ac correctionibus ſuorum domeſticorum ac principũ & ſubditorum rebellium, in remiſſionibus, abolitionibus, exiliorum reuocationibus, indulgentiis, ac gratiis quas largitur quibus, & quando voluerit. Item in interinementis, ſaluagardiis, legitimationibus, libertatib⁹, nobilitationibus, officiorum largitionibus, beneficiorum collationibus, amortiſationibus, dilationibus, releuamentis. Poſtremò in quibuſuis aliis gratiarum literis, quas in ſua Cancellaria expediri curauit, & cõſueuit. Et in genere Comes Flandriæ intelligit, ac tenet ad ſuam maieſtatẽ & ſupremam ſuperioritatem vel ſouuerainitatem ſine reſorto in Flandria ſpectare omnes cauſas, quarum ſui maiores Comites Flandriæ à ſeptingentis annis notitiam habere conſueuerunt in ſuis Cameris legalibus, rationariis, aut priuatis, ſeſeque concomitantibus, de quibus in capite huius libri, cap. 5. & 6. Et quamuis ex conſue-
6 tudine multæ prædictarum cauſarũ & ferè reliquæ omnes olim ad Parlamentum Pariſienſe reformandæ ferebantur, id tamen non tam ex natura (vt diximus) quam ex conſuetudine inualuit. Atque adeo à multis huic conſuetudini reclamatũ fuit, adeo vt per Carolũ Burgundionẽ ea reformationis, ac reſortitiõis cõſuetudo prorſus abrogaretur, & ius illud appellandi ad Parlamentum Mechilinienſe transferretur, vti ſuprà oſtendimus, capite 5.

CAPVT CCXXXIII.

A quibus appellari non liceat.

Summæ.

Supre-

1 *Supremo iudice,ſ. Imper. Rege. Principe.*
2 *Parlamento Pariſienſi.*
3 *Parlamento Mechilinienſi.*
4 *Non appellatur à* *Camera legali, ac rationaria.*
5 *Executore,bene exequente.*
6 *Arbitro.*
7 *Arbitratore,ſed inde recurritur.*

SIcuti ſunt perſonæ à quibus appellare,&cauſæ,ob quas appellare nō liceat, veluti patuit ante cap. 230. & infra cap. 234. ita quoque ſunt iudices à quibus appellari non licet. Pri-
1 mò enim appellare non licet à ſupremo Principe, qui in ſua ditione nullum ſuperiorē agnoſcit, quales ſunt Papa,Imperator. Item ſinguli Reges, & Principes ſupremi in ſuis, ſed hi ex vſu potius,quam ex debito, quod omnes regēs Chriſtianos vni Imperatori Chriſtiano ſecundum rationem ſubeſſe conueniat, quantumuis hoc
2 pauci agnoſcant,l.Prima.ff. quib.appella.non licet.Non appellatur etiam à Parlamento Pariſienſi, huius enim Conſiliarij officium præfecti prætorij exercent, quodque Rex Franciæ in ſuo regno nullum agnoſcat ſuperiorē.Verùm hoc quoque nō ex natura,ſed ex vſu & ex vi obtenta id retinet, ſicut reliqui reges, qui ex natura regnorum vni Imperatori meritò parere deberent, vti iam diximus. Verùm huius diſputationis largam materiam vide apud Ioannem Igneum in ſuo tractatu, An Rex Franciæ in temporalibus recognóſcat, aut Pontificem,aut Imperatorem. Appellari
3 item non licet à magno Conſilio Mechilinienſi, quia in his tribus iudicatur per arreſtum. Item appellare nō
4 licet à Curia,ſiue à Prætorio legali, neque etiam à Camera rationaria, de quibus cap.5.& 6. Neque item appel
5 latur ab executore,ſuam commiſsionem non excedente, nec iniurioſe, aut æquò rigoroſius procedente,vide cap.231. Ab arbitro quoque ſecundū
6 iura appellari nō licet, vti patuit, cap. 203.l.prima C.de arbit.& c.à Iudicibus 2.q.6. Item nec appellari licet ab arbitratore. Verùm ſi per huius arbi-
7 tramentum pars ſuccumbens enormem læſionem conſecuta fuiſſet, vſq; ad ſextam partem,tunc illud arbitramentum reduci poſſet ad arbitrium boni viri, & ita corrigi, vti antè quoque diximus,cap.203.

CAPVT CCXXXIIII.

A quibus cauſis appellare non liceat.

Summæ.

1 *Sententiis interlocutoriis.*
2 *Sententia, vel executione numorum Principis.*
3 *Cauſis quæ præſentem executionem requirunt.*
4 *Cauſis quas quis ipſe efficiendas curauit.*
5 *Cauſis vniuerſalibus.*
6 *Cauſis in quibus de non appellando pactum eſt.*
7 *Prouiſionibus cum clauſula (non obſtante vlla appellatione.*
8 *Non appellatur à* *Sententia arbitratoris.*
9 *Sententia quæ tranſiit in rem iudicatam.*
10 *Sententia per ſe nulla.*
11 *Præiudicio aliquo iudiciali futuro.*
12 *Sed de præiudicio extraiudiciali futuro appellari licet.*
13 *Interlocutoriis definitiuam non ſapientibus.*
14 *Interlocutoriis reuocatis, & correctis.*
15 *Interlocutoriis nullis, ex placito Ducis Philippi.*
16 *Interlocutoriis quæ per definitiuam reſtitui nequeunt.*
17 *Cauſis criminalibus.*
18 *Gratiis Principum negatis.*
19 *Pacificis contractibus Comitis*

1 SEcūdum iura ciuilia appellare nō licet à ſententiis interlocutoriis, l. Secunda, C. de epiſcop. audien. & in l. Ante. C. quor. appel. non recip. Verùm id licet ſecundū iura canonica, quæ ob quodcunq; damnum, præiudicium, aut incommodum, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium illatū, nulli non appellationem permittunt, vt in c. Super eo, extra de appellat. Imo etiam prædicta regula de iure ciuili aliquādo fallit: quia interdum poteſt appellari ab interlocutoria, ſcilicet quotieſcunque per obtentum in ſententia definitiua non reparatur grauamen illatum per ſententiam interlocutoriā, In tali enim interlocutoria ſemper poteſt appellari, vt in l. Secun-
2 da. ff. de appel. recip. vel non. Neque etiam appellatur à ſententia, vel executione numorū Principis, niſi prius eoſdē numos partes conſignauerint,
3 huiuſmodi enim numi priuilegiati cēſentur. Non appellatur quoq; de cauſis quæ paratum ac præſentem executionem neceſſariò requirunt, quæque nullam moram ſuſtinent, quales ſunt ſepelire cadauer mortuū, commeatum inferre caſtris aut exercitui, bona corruptibilia ex pluuia ſub tectū reportare, atque huiuſmodi alia plura. Ne-
4 que itē appellatur à cauſis quas quis ipſe effecit, aut faciendas procurauit, l. Generaliter. §. primo, verſic. Quis enim, C. de reb. cred. & iureiurand.
5 Appellatio generalis non eſt admittēda, hoc eſt, nulli appellare licet de omnibus cauſis in genere, quæ contra aliquem moueri poſſent, ſed requiritur expreſſa ſpecificatio rerum, dictorū, aut factorum, c. Inter cætera, & c. Cōſuluit. 2. extra de appellat. Non appel-
6 latur quoq; à cauſis, in quibus de non appellando præſtitutū, & pactū fuit vt in l. Finali. §. finali C. de tēp. appel. & ſicuti ſuprà meminimus. Non ap-
7 pellatur à prouiſionibus, aut mandatis Principum, quibus inſerta eſt hæc clauſula

clauſula(non obſtante vlla appellatione)ſed hæc clauſula ſane eſt intelligẽda, ſcilicet, de partibus tantum in ea prouiſione expreſsis, non autem de aliquo tertiò, qui ob ſuum præiudicium atque intereſſe ex ea ſententia, prouiſione,aut mãdato conſecutũ,de eo mandato, &c. appellare poterit.
8 Non appellatur etiam à ſententia arbitratoris,quæ eſt reducibilis tantum ad arbitrium boni viri, ita tenet Barto.& eſt communis opinio, in l. Societaté, in.§. Arbitrorũ.ff. pro ſocio.
9 Non appellatur etiam à ſententiis illis,quæ in rem iudicatam tranſierunt, vltra annũ & diem.
10 Neq; à ſententiis in ſe nullis. Quid enim neceſſum eſt appellare,aut reformationẽ quærere de re per ſe nihili, vt in l. Si cõſtat, & l.Si expreſſum. ff. de appella. & in l. Secunda,C.Quãdo prouoc.nõ eſt neceſſe,quia appellatio habet extinguere pronũciatum, vt in l.Prima in fine ff.ad Tertul.ſed id quod nullũ eſt nõ poteſt extingui vt in d.l. Prima in fi.
11 Neq; appellatur de incommodo, aut præiudicio aliquo iudiciali futuro,niſi præceſsiſſent certæ aliquot minę de dãno inferendo,aut iã nonnihil dãnorũ inferri cœpiſſet, ob quæ de ampliori dãno inferendo nõ præter rationẽ quis metuere,ſuſpicari, & de eo non
12 immerito appellare poſſet. Verùm de incõmodo aut grauamine extraiudiciali futuro, omnino appellare licet, c.Bonæ memoriæ, extra de appellat.
13 Neque etiam appellatur ab interlocutoriis, quæ merã definitiuam non ſapiunt. Nam has Iudex reuocare, corrigere, & retractare poteſt, l. Quod iuſsit.ff.de re iudica.c. Cum ceſſante, extra de appellat.
14 Sic quoque non appellatur à ſententia iudicis, poſtquã is Iudex incommodum ſeu grauamẽ, per ſuam interlocutoriã illatũ reuocauit,d.c.Cum ceſſante,extra de appellat.
15 Imò per cõſtitutionẽ Ducis Philippi anno 1455. in magno Cõſilio ordinatũ,& ſancitũ fuit, ne amplius ab vllis interlocutoriis appellaretur, ſed tantũ à ſententiis definitiuis.
16 Sic quoque in Flãdria non appellatur à ſententiis, quæ in definitiua reparari, ac in integrũ,prioremq; ſtatum reſtitui poſſunt.
17 In Flãdria etiã nõ appellatur à cauſis criminalib' criminaliter inſtitutis. Et ratio eſt, quòd nullus ibidẽ poteſt puniri criminaliter,niſi qui ꝓprio ore crimen cõfeſſus fuerit.
18 In Flãdria etiã nõ appellatur à Principũ reiectis aut nõ cõceſsis interinementis, gratiis, remiſsionibus,exiliorũ reuocatiõibus, aut à ſimilibus negatis gratiis.
19 Neq; item appellatur à pacificis contractibus, quibus Comes cum ſuis rebellibus ſubditis tranſigit, neque de correctiõibus,aut pœnis quas ipſis irrogat.

CAPVT CCXXXV.

Ad quos appellandum ſit,

Summæ.

1 *Appellatur gradatim ab inferioribus,ad ſuperiores.*

2 *Appellatur ab* { *Explotis oſtiariorum.* / *Recuſationib.officiariorum.* / *Erroneis ſententiis iudicum.* / *Curiis feudalibus.* }

3 *Appellatur à Conſilio Flandriæ*
4 *Appellatur à cauſis Imperij* } *ad Parlamentum Mechilinienſe.*
5 *Appellatio à Commiſsione Conſilij Flandriæ eſt nulla.*
6 *Appellatur ab executione commiſsionis.*
7 *Appellatur à Commiſsione exploti, ſi clauſulam præiudicialem contineat.*

POſtquàm paulò ante monſtraui-
mus à quibus perſonis, iudicibus
& cauſis appellari liceat, ſupereſt vt
paucis oſtendamus ad quos iudices
pro varietate cauſarum appellare con
ueniat, ne appellatio ſit aut irregula-
1 ris aut illicita. Appellatio itaque om-
nis debet eſſe gradaria, ſic vt ab infe-
riori iudice ſemper gradatim appelle
tur ad iudicem ſuperiorem. Sed hoc
fallit de iure canonico, per quod à
quouis iudice immediatè, vel ad Pon
tificem Romanum appellari licet, vel
ad metropolitanum, pro arbitrio ap-
pellantis, c. Si quis veſtrum, 2. q. 6. Ap
2 pellationes enim ab executionibus,
ſiue explotis Oſtiariorum. Item ab
aliorum officiariorum Flandriæ recu
ſationibus, aut reiectionibus. Item ab
abuſibus vel erroribus adminiſtratæ
iuſtitiæ in particularibus Magiſtrati-
bus, aut in Curiis feudalibus, hæ (in-
quam) omnes appellationes imme-
diatè producendæ ſunt & prouocan
dæ ad prouinciale Conſilium Flan-
driæ. Appellationes verò ex hoc Cō-
3 ſilio protractæ, per reſortum profe-
rendæ ſunt, ad Parlamentum Mechi-
linienſe, vti antè ſæpe dictum eſt, ca.
4 5. 6. 232. &c. Appellationes vero in
Flādria, quæ ex cauſis veteris Imperij
releuātur, atq; reſortiūtur in d. Parla-
mento Mechilinienſi, aut in priuato
conſilio Principis, aut vbi Principi
placebit eam cauſam recognoſcendā
5 conſtituere. Si quando appellatur in
Flandria à Commiſsionibus in Con
ſilio Flandriæ expeditis, illis appel-
latio eſt friuola. Notum eſt enim om
nibus quod Conſilium Flādriæ quaſ
6 uis commiſsiones expedire poterit.
Sed quando appellatur ab executio-
ne per idem Conſilium commiſſa,
tunc ea appellatio recipitur, & coram
eodem conſilio aſſumitur, quod hoc
7 explotum expediri curauit. Item ap-
pellatio contra Commiſsionem ex-
ploti (ſecundum voluntatem Comi-
tis) recipitur, quando in ea commiſ-
ſione inſeritur aliqua præiudicialis
clauſula, veluti de conſignando, aut
de relaxatione, de arreſtatione perſo-
narū, aut rerum, aut de ſimilibus, vt
de ea preiudiciali clauſula per appel-
lationem ius dicatur, parte (vt decet)
ad hoc vocata, ipſaque ſic aut confir-
metur, aut retractetur, vel reforme-
tur.

CAPVT CCXXXVI.

De modo appellandi.

Summæ.

Appellatur,

1 *Appellatur, vel verbo, vel ſcripto.*
2 *Appellatur verbaliter, quando pars grauata ſententiæ pronunciatæ præſens intereſt.*
3 *Appellatur per ſcriptum, quando ſententia lata fuit abſente grauato.*
4 *Appellans ab interlocutoria cauſam grauaminis explicet oportet.*
5 *Appellans ab interlocutoria in Francia quoque grauamina exprimere debet.*
6 *Appellans à definitiua cauſam grauaminis exprimere non debet.*

1 POſtquàm de appellationum per-
ſonis, & cauſis paucula expreſsi-
mus, competenti ordine ſubiicitur ip
ſe appellandi modus, qui eſt bifarius.
Appellatur enim aliàs verbaliter, aliàs
2 per ſcripturas. Verbaliter appellatur,
quando pars grauata ſtatim & è veſti
gio pronunciatæ ſententiæ præſens
appellat, in p̄ſentia Iudicis. Officiarij,
cōmiſſarij aut Executoris, l. litigato-
ribus, C. de appel. & c. Et qui. §. litiga
3 torib⁹ in fine 2.4.6. Appellatur verò
p̄ ſcripturā, quādo ſentētia grauami-
nis fertur in abſentia partis grauatæ.
Nam tunc per ſuam abſentiam verba
liter appellare non poteſt, ſed ſuam
appellationem ſcripto excipit, & po-
nit per notarium, ac teſtes, l. litigatori
bus, C. de appel. & l. Prima. §. dies. ff.
4 quando appel. ſit. Sic quoque quan-
do pars grauata appellare contendit
ab interlocutoria, tunc appellans per
ſcripta explicare tenetur ſui grauami
nis paſsi, vel patiendi cauſas, & nume
ros, ad hunc finem, vt per hoc ſcriptū
vel iudex, vel executor cognoſcat
quid ſibi faciendum ſuperſit. Sic Can
cellario quoque Franciæ prohibitum
5 eſt, ne vlla releuamenta appellationis
ab interlocutoria, aut de grauamine
illato extra iudicium, niſi appellans
particulatim & expreſſe declaret ip-
ſum grauamen de quo conqueritur,
Nam poſt huius grauaminis expreſ-
ſionem non licebit ipſi appellanti po
ſtea plura, aut alia grauamina produ-
cere, quam quę prius in ſuo releuamē
to, aut in inſtrumento appellatorio
particulatim expreſsit. In appellatio-
6 nibus verò definitiuarum non eſt ne-
ceſſe grauaminis cauſas ſcripto exci-
pere, aut in inſtrumento appellatio-
nis exprimere.

CAPVT CCXXXVII.

De tempore appellandi, inſinuandi, & releuandi.

Summæ.

Appellatur à ſententia
1 *E veſtigio quando grauatus adeſt.*
2 *Intra decem dies ſi grauatus abſit.*
3 *Appellabatur olim intra biduum, vel triduum.*
4 *Conditionali, ſtatim poſt pronunciationem.*
5 *Verbaliter, ſine alia inſinuatione iudicis vel partis.*
6 *Per ſcriptum cum inſinuatione intra decem dies.*

7 *Adhærentes appellationi, intra decem dies ſe inſinuent.*

8 *Appellatio* { *releuanda eſt intra ſex hebdomadas.* / *exæquenda intra alias ſex hebdomadas.* }

1 QVin & tempus ipſum appellatu-
ris obſeruandum eſt. Si enim (vt
dictũ eſt) pars grauata ſententiæ pro-
nunciatæ interſit, tũc pars illa grauata
& præſens ilico poſt ſententiam pro-
nunciatã appellare debet, dũ iudices
2 adhuc coniũcti fuerint. Sin pars gra-
uata in ipſa ſententia abfuerit, tunc
ipſa per ſcripta appellare debet intra
decẽ dies, quibus de ea ſententia cer-
tior factus eſt. Sic vt primus dies nu-
meretur à die grauaminis vel prola-
tæ ſẽtẽtiæ, aut à die inſinuationis, et
decimus dies, is qui illũ primũ inclu-
3 ſiuè conſequitur. Olim antehac de iu
re ciuili appellare tenebatur intra bi
duũ, aut triduũ. l. Prima. §. Biduum
vel triduum. ff. Quando appellan. ſit,
& intra quæ tempo. & c. Biduũ vel
triduum. 2. q. 6. Verũ id tempus cor-
rectũ eſt, & prorogatũ in decimũ vſ-
que diem, vt in Autentico, De appel-
la. & infrà, quo tempore, appel. debe.
in princip. colu. 4. Qui textus etiam
canonizatus reperitur in c. Anterio-
rum 2. q. 6. A ſententiis autẽ cõditio-
4 naliter latis ſtatim appellandum eſt,
nec expectandus tunc erit dies condi
tionis ſtatutæ, quia quamuis tales cõ-
ditionales ſentẽtiæ nõ ſunt effectua-
liter res iudicata, nec in rem iudicatã
transfierunt priuſquã ea cõditio cõple
ta fuerit, tamẽ ob id quod Iudex pro
nunciat eam grauantem me ſenten-
tiam, ſtatim ab ea ſententia appellare
debeo, à die eiuſdem ſententiæ latæ
d. l. Prima. §. Biduum vel triduum.
ff. Quãdo appellandũ ſit & intra quæ
tẽpora, & d. c. Biduũ vel triduũ. 2. q. 6
5 Appellatio ilico facta in iudicio (quã
verbalem eſſe diximus) non debet in
ſinuari, aut iudici, aut partibus, quia
6 ipſi præſentes fuerũt, vbi tunc appel-
labatur. Verũ ſi appellaretur per ſcri-
ptum, & extra iudicium, tunc ea ap-
pellatio & iudici, & parti inſinuan-
da erit per notarium, & præſentes te-
ſtes, intra decem dies, ab ea appellatio
7 ne facta. Si qui plures coappellare
volẽt, aut appellationi ſe adiũgere, id
ipſi quoque intra decem dies efficere
debebunt, c. Anteriorum 2. q. 6. c.
8 Quod ad conſultationem, extra de re
iudicata. Omnes prætereà appellatio
nes releuari debent intra ſex hebdo-
madas, & exequendæ intra ſex alias
hebdomadas, numerando à die ſen-
tentiæ latæ, alioqui ea appellatio cen-
ſeretur nulla, & deſerta.

CAPVT CCXXXVIII.

De appellatiõis anticipatiõe, & deſertione.

Summæ.

1 *Releuationis tempus per literas anticipationis abbreuiatur.*
2 *Literæ {anticipatoriæ / deſertoriæ} impetrantur {intra / poſt} tempus releuationis.*
3 *Iudex appellationi deferens, ſi eam deſertam intelligat, ad executionem procedit.*
4 *Iudex deſertionem non pronunciat, ſi de appellatione ſibi conſtet.*
5 *Iudex appellationem non oſtenſam declarat nullam, & anticipatum punit.*
6 *Releuans appellationem non oſtenſam puniendus eſt.*
7 *In Parlamento Mechilinienſi non citò appellatio declaratur deſerta.*
8 *Iudex in appellatione deſerta ſine deſertionis pronūciatione procedēs, fruſtrà procedit.*

QVanquam antè dixerim partem
1 grauatam debere appellationem
ſuam releuare intra ſex hebdomadas.
Id tamen tempus ſi parti aduerſæ nimis
diutinum videretur, poterit id
releuationis tempus (ſi velit) anticipare,
& partem ad citiùs releuandum
compellere, idque per literas anticipatorias,
aut compulſorias, quas ad hoc
à Principe impetrare debebit. Anticipatoriæ
enim literæ à Principe impe-
2 trari debent intra releuationis tempus.
Sicut literæ deſertoriæ impetrantur
poſt releuatiōis tēpus expiratum
Quamuis Iudex à quo ſe appellatio-
3 ni detuliſſet, aut in appellationem
conſenſiſſet, ſi tamen eam poſtea intelligeret
eſſe deſertam, tunc vlteriùs
(non obſtante ſuo permiſſu) ad executionem
ſuæ ſententiæ procederet.
Attamen Iudex à quo non pronunciat
appellationem eſſe deſertam, niſi
4 impetrans in materia deſertionis clarè
de appellatione facta per inſtrumentum,
aut per acta pronunciatoria
relationem, aut per alios ſimiles
modos debitos & legitimos oſtē-
5 deret. Et ſi anticipatus ſeſe iactaret
de appellatione facta, eam tamen appellationem
intra decem dies factam
per publicum inſtrumentum non oſtenderet,
Iudex ad quem eam appellationem
iudicaret eſſe deſertam, &
ſeram, & eum anticipatum præterea
condemnaret in pœnam, aut mulctā
pecuniariam, & in expenſas, non obſtante
quòd adhuc eſſet in legitimo
6 releuandæ appellationis tēpore. Sic
quoque puniretur is anticipatus, etiamſi
intra releuandi tempus, appellationē
non oſtenſam releuaſſet, quia
quod non eſt, id nec releuari poteſt.
Fruſtranea enim & nihili habenda
eſt appellationis releuatio, quando ipſa
appellatio per nō exhibitionē, aut
per non legitimam oſtenſionē priùs
fuerat nulla. Sed hæc ex rigore. Quo
7 circa in magno Conſilio (vbi æquitatis
potior habetur & vſus, & ratio)
ſæpe numero cum appellante diſſimulatur,
eiuſque appellationem non
tam citò deſertam pronunciant, licet
appellationis inſtrumentum nō oſtē
derit, dummodo tamen ſuam appellationem
intra ſex hebdomadas releuauit,
& intra alias ſex hebdomadas
exequitur, potiſſimum quando conſtat,
quod tum grauamen, tum appellatio
aliquo modo in æquitate fundata
eſſe videatur. Si tamē Iudex ap-
8 pellatiōis legitimè inueniret appellationē
verè eſſe deſertā, & interim nilomin'
vlterius ꝓcederet in principali
ſiue bene, ſiue malè, nō dicendo ius
ſuper ea deſertiōe, ipſius ꝓceſſus, productio,
et ſentētia, ob defectū ſcilicet
iuriſdi-

iuriſdictionis,eſſent nulla, etiamſi tá appellans, quam intimatus ambo in hoc conſentirent, & ius ſibi in principali fieri peterent.

CAPVT CCXXXIX.

Quis Sententiam ſuſtinere debeat, an Iudex,an Pars,

Summæ.

Ad apppellationem
- 1 *In Flãdria*
  - *Iudices citantur,& ſuas ſententias ſuſtinent.*
  - *Pars victrix tantùm intimatur, ſed ſententiam non ſuſtinet.*
- 2 *Extra Flandriam*
  - *Iudices citantur, ſed ſententias nõ ſuſtinẽt.*
  - *Pars intimatur, & ſententiam ſuſtinet.*
- 3 *In Parl.Par.*
  - *Iudices citantur,ſed ſententias ſuas nõ ſuſtinẽt.*
  - *Pars intimatur, & ſententiam ſuſtinet.*

1 IN Flandria dum appellatio releuatur,citatur ipſe Officiarius, Iudex, aut, Commiſſarius,qui grauamen intulit,& pars in cuius fauorem ea ſententia pronunciata fuit, non citatur, ſed ipſi ſolummodo ea appellationis releuatio intimatur. Ipſe vero officiarius, Iudex,aut Commiſſarius ſuam ſententiam aut explotum ſuſtinere debet. Sed hęc de ciuitatibus Flãdrię. Nam in Parlamento Mechilinienſi
2 iudices aliarum regionum ad appellationis quidem releuationem citãtur, & pars intimatur, verùm ſententias ſuas ſuſtinere non debent, ſed ipſe intimatus victor eam ſententiam ſolus aut ſuſtineat aut appellatiõis cauſam deferat oportet. Quod itẽ in Frácia, &
3 in regionib', quę iure ſcripto regũtur obſeruatur. Sic quoque Conſiliarij Cõſilij Flandriæ olim in Parlamento Pariſienſi non ſuſtinebant ſuas ſentẽtias,ſed eas tuendas,ac ſuſtinendas relinquebant parti intimatæ.

CAPVT CCXL.

De appellatione renuncianda.

Summæ.

1 *Appellationi renunciatur intra decem dies cum pœna* { *trium librarum. & expenſarum.* }

In Par-

2 *In Parlamento Mechilinienſi releuatur ſine vlla mulcta.*
3 *Appellationis renunciatio ſemel facta, reſumi non poteſt.*

1 OMnes appellātes poſt intimationem factam ab eadem appellatione reſilire poſſunt, ipſiſque appellationi renunciare intra decem dies, à die appellationis captæ, ſoluēdo mulctam trium lib. ad commodum Principis, & ſoluendo expenſas. In mag-
2 no autem Conſilio Mechilinienſi abſolute intra decem dies appellationi renunciare vnicuique appellanti licet, ſine vlla mulcta, niſi tam diu eam renunciationem differrent, vt ad ipſam licenter tunc conſequendam indigerent gratia Curiæ, tunc enim ſimiliter pro ea mora, & gratiæ impetratione mulctarentur tribus libris.
3 Porrò ſi appellans intra decem dies, appellationi renunciaſſet, ipſumque poſtea eiuſdem renunciationis ſuæ factæ pœnituerit, huic non licebit tūc ſuam pœnitentiam corrigere, & priorem appellationem renunciatam denuo intra decem dies reſumere, iuxta id. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, c. Quod ſemel, de regul. iur. lib. 6.

CAPVT CCXLI.

De appellationum mulctis.

Summæ.

1 *Appellatio partim bona, partim mala, nullam mulctam luit.*
2 *In Parlamento Pariſienſi* } *punitur vel* { *duplo.*
3 *In Parlamento Mechilinienſi* } { *ſimplo.*
4 *In Francia à locis iure ſcripto rectis non luit pœnam.*
5 *In Parlamento Mechilinienſi nullam mulctam luit.*
6 *Malè appellans* { *In Francia mulctam debet, & expenſas ſoluere.*
7 *Secundum ius ciuile mulctatur 50. lib. argenti, & infamia.*
8 *Secundum ius Canonicum non mulctatur, ſed remittitur, & expenſas ſoluit.*
9 *A camera Flandriæ, ad Parl. Par. mulctabatur bifariam.*
10 *Appellans à ſententia nulla, nullam quoque pœnam luit.*
11 *Appellans de nullitate ſententiæ, quæ recipitur temeraria, mulctam luit.*
12 *Cauſa cur mulctæ conſtituantur male appellantibus.*

QVanquam paulo ſuperius de appellationum mulctis obiter meminerimus, ſpecialiter tamen in hoc
1 capite de iis explicare placuit. De hoc primò notandum eſt, quod quando appellationis iudex dicit, Sententiā appellationis partim bene, partim male pronunciatam. Vel ſic. Pro vna parte bene iudicatum, pro altera parte male iudicatum, tunc appellans nullam mulctam nullaſque expenſas per
2 ſoluit. In Parlamento Pariſienſi condemna-

demnatur male appellans aliquando
mulcta dupla, aliquando vero decla-
rant appellantem ſolummodo puniẽ-
dum pœna ſimplici, ſine vlla amplio-
ri mulcta, idq; ſecundũ cauſas, & cir-
cumſtãtias rerũ iudicẽ ad ita iudican-
3 dum vrgẽtes. Idẽ quoq; imitãtur Cõ-
ſiliarij Parlamẽti Belgici Mechiliniæ,
vt in his mulctis cõſtituendis omnes
rerum circunſtãtias ſpectẽt. In Frãcia
4 ex appellatiõibus, quæ profectę ſunt
ex locis quæ iure ſcripto reguntur, ap
pellãs nullas luit emẽdas. In Parlamẽ-
5 to Mechilinienſi ſimiliter appellatio
extinguitur ſine vlla mulcta, potiſsi-
mum quãdo inuenitur appellatio ali
quo modo in æquitate conſiſtere, aut
quando per nouã recognitionẽ ſentẽ-
6 tia cõfirmatur. In Frãcia verò prohibi
tum eſt appellationẽ vllo modo citra
mulctã et expẽſarum ſolutionẽ extin
guere, & præterea iniunctum omni-
bus magiſtratibus, vt de eo proceſſu
ius dicãt, an bene, an male appellatũ
ſit, niſi per nouã productionem prior
ſententia cõfirmaretur. Secundum iu
7 ra ciuilia male appellãtis mulcta eſt,
quod vt in 50. libras argenti cõdem-
netur & deinde infamia publica no-
tetur, ſed hæc iura nõ fuerunt obſer-
8 uata. Secundum vero iura canonica
male appellãs nulla punitur mulcta,
ſed ad priorem iudicem, vnde appel-
latio proceſsit remittitur, & exoluit
expẽſas, vt per Panor. Philippum Pe-
ruſinum, Car. Alex. And. & Feli. in c.
9 2. de appellat. Quando appellans à ca-
mera Flãdriæ cõdemnabatur in Parla
mento Pariſienſi in aliquã mulctã ad
cõmodum Regis, tunc Comes Flan-
driæ ſimiliter ab eodẽ appellante con
demnato accepit pro ſua mulcta 60.
10 libras Pariſienſes. Sed quando Iudex
comperit ſententiã appellationis eſſe
nullam, appellans nullam mulctam
luit. Cauſa enim cur male appellans
in mulctam incidat in iure fundata
eſt, nempe quod æquum iudicem ap
pellando iniquitatis inſimulauerit, ip
ſumq; parũ ęquè iudicaſſe ſuſtinuerit
&c. non autem ob id quod ſententiã
11 dixerit eſſe nullam. Porrò ſi appella-
tio formata ſuper nullitate, poſtea re
perta eſſet temeraria, appellans ob id
à mulcta, non eſſet excuſabilis. Quod
12 autem in malis appellationibus intro
ductæ, atque conſtitutæ ſunt mul-
ctæ, cauſa eſt, vt tum leuitas, tum te-
meritas, tum malitia appellaturienti-
um compeſceretur, qui cum ſuis ap-
pellationibus non rarò parti aduerſæ
plurimum incommodi inferunt &
non minus negotij faceſſunt.

CAPVT CCXLII.

De appellationum effectibus.

Summæ.

1 *Appellatio* { *ſententiam latam ſuſpendit.* *&,* *facultatem iudicis ab executione prohibet.* }

2 *Appellans ab vno articulo, tanquam ab omnibus appellare cenſebitur.*

Appellatio

3 *Appellatio à { ſententia Flandriæ Flamingantis. & Curiis feudalibus. } non ſuſpendit ſententiam.*
4 *Appellatio à ſententia maiorum Magiſtratuum ſuſpendit ſententiam.*
5 *Appellans in Fland. Flamingante mulctam luit.*
6 *Appellans in Francia à definitiua eximitur à iure iudicis à quo in omnibus cauſis.*
7 *Appellans in Flandria liber eſt à iudice in cauſa appellationis tantum.*
8 *In Francia obtinens à defectu iuris perpetuò ab eo iudice eximitur.*

1 APpellatio binos habet effectus.
Primo enim ſententiã latã ab ex-
ecutione ſiſtit,& ſuſpẽdit. Deinde iu
dicis facultatem cohibet, ne vlterius
ad executionẽ procedat, per appella-
tionẽ enim ipſius manus clauditur,et
facultas vlterior cõſtringitur,c. Bonæ
extra de appella. l. Vnica.ff.nihil no-
ua.appel.interpo.& l.3.C. de appel-
lat. Appellatio enim hanc efficaciam
2 obtinet,vt etiam per vnius articuli ap
pellationẽ tota iuriſdictio iudicis (à
quo) ſuſpendatur, nõ ſecus quã ſi ab
omnibus articulis appellaſſet, etiam-
ſi is articulus de quo appellatur nihil
commune haberet cum reliquis de
3 quibus non appellatur. In Flãdria Fla
mingante omnes appellationes pro-
fectæ à magiſtratibus ſubalternis,aut
ex Curiis feudalibus parum obtinẽt
efficaciæ,Non enim ſuſpendunt ſen-
tentiam latã, neq; iudicis facultatem
reſtringunt, ſed ea appellatione non
obſtante ſemper procedunt vlterius.
4 Sed appellationes profectæ ac inter-
iectæ à ſententiis, prouiſionibus, &
iudiciis maiorũ magiſtratuũ, eorun-
dem magiſtratuũ facultatem prorſus
ſuſpendunt. Quod idem quoque effi
ciunt omnes appellationes profectæ
ex magiſtratibus Flandriæ Gallicãtis.
5 Quamuis autem in Flãdra Flamingã
te appellatio facultatẽ iudicis nõ ſuſ-
pendat,ibi tamen malè appellãs mul-
6 cta conſtituta dãnatur. In Francia au
tumant, quod is qui appellauit ab ali
qua ſentẽtia definitiua Cameræ, pror-
ſus exẽptus ſit ab omni iuriſdictione
eiuſdẽ cameræ, & in omnibus cauſis,
tam agendo,quã defendendo,& con
trà, quandiu is appellationis proceſ-
ſus durauerit. Niſi certè is appellans
in eadem camera nouam aliquam li-
tem intentaret,ob quã tunc priori ex
emptioni ſuæ renunciare omnino de
7 bet. Comes verò Flandriæ ſuſtinet
contrariũ,& vult appellantem ſolum
modo ab ea camera debere eſſe exem
ptum in cauſis de quibus appellauit,
aut quæ eundem appellationis pro-
ceſſum cõcernunt, de nullis autem a-
liis, aut intentatis, aut intentãdis. In
8 Francia item aliã praxim habent, ſci-
licet vt is qui appellat à defectu aut
recuſatione iuris dicendi,& in ea ap-
pellatione obtineat, vt perpetuo ab
eo iudice à quo appellauit,exemptus
ſit, & liber.

CAPVT CCXLIII.

De Attentatis.

Summæ.

Attentare

1 *Attentare quid ſit.*

Attentata
2 *poſt appellationem à definitiua, ilico ſunt reparanda.*
3 *poſt appellationem ab interlocutoria non vrgent maturationem.*
4 *ante inhibitionem, reparantur tantum per definitiuam.*
5 *poſt defenſionem non tam citò reparari debent.*
6 *in præiudicium litiſpend. aut ſententiæ, ilico ſunt reparanda.*

7 *In materia poſſeſſionis attentatio locum non habet.*

1 ATtentare eſt quippiam à parte
in præiudicium appellationis a-
gere. Hanc autem attentationem Iu-
dex ad quem primò omnium repara
re atque in priorem ſtatum omnia
reſtituere tenetur. Quando enim ap-
2 pellatum eſt à definitiua, Iudex ad
quem ilico curare debet, vt attentata
reparentur, modò ipſi de appellatio-
ne facta conſtet. Sed quando appella
3 tur ab interlocutoria, tunc iudici non
eſt tam citò de reparatione mutan-
dum: niſi ipſi conſtet de his tribus pũ
ctis, ſcilicet quòd appellans appella-
uerit intra decem dies, quòd certam
appellandi cauſam habuerit, & quòd
ea cauſa vera fuerit. Attentationes fa-
4 ctæ ante inhibitionẽ, aut defenſionẽ
nõ ſunt reuocãdæ, niſi per ſententiã.
definitiuã. Verùm attẽtata poſt defen
5 ſionem ilico reparari debent. Atten-
6 tata quoque quæ fiunt in præiudiciũ
litiſpendentiæ, vel ſententiæ iudicis,
etiam ante omnia reparanda erunt.
In materia poſſeſſoria, in qua vtraque
7 pars poſſeſſionem prætendit, non eſt
attentatum cenſendum, quod vnuſ-
quiſque de ſua poſſeſſione prẹter om
nem attentationem vſurpare poteſt.

CAPVT CCXLIIII.

De Sentẽtia retractãda per ſupplicationẽ.

Summæ.

1 *Supplicatur pro retractatione* *Ad iudicem qui partem grauat ante definitiuam.*
&,
2 *ad* *Pontificem* / *Imperatorem* / *Præfectum prætorij* *à quibus appellare non licet.*

3 *Supplicatio pro retractatione exhibenda eſt intra decem dies.*

1 SEntentia retractatur aliquãdo nõ iure, neque ſtylo, ſed per ſupplicationem; & ad hoc gratiæ imploratio nem. Ea autem ſupplicatio fit bifariàm. Primò quando Iudex partem per interlocutoriam grauat ante definitiuam,

nitiuam, ſic vt ab ea ipſi grauato appellare non liceat per ſtylum, ſtatuta, aut per aliquos modos alios, tamen quia per talem ſententiam (à qua appellare non licet) ſe grauatum ſentit, eandem ſentētiam retractare ſatagit, & ipſi debita ſupplicatione opus eſt, vt talem retractationis authoritatem
2 impetret. Porrò contingit vt aliquando ſententiæ Pontificum, Imperatorum, & Principum retractentur, ſed ad hunc retractationis effectum conſequendum primò ſupplicare debēs, vt à ſententiis Pontificis, aut Imperatoris, aut præfecti prætorij (à quibus appellare non licet) retractationis licentiam obtineant, l. Vnica, C. de ſenten. præfect. præto. & l. A proconſulibus, C. de appel. Atque iſthæc ſupplicatio exhiberi debet principi intra 3
decem dies, à tempore grauaminis facti, alioqui ea ſupplicatio non admitteretur, neque eſſet valida.

CAPVT CCXLV.

De Sententia retractanda per Reſtitutionē.

Summæ.

1 *Reſtituere in iure quid ſit.*
2 *Pupilli abſentes contra ſententiam grauantem reſtituuntur.*
3 *Minorennes contra ſententiam grauantem reſtituuntur.*
4 *Minor ob confeßionem aut conceßionem ſe grauantem reſtituitur.*
5 *Exteri abſentes contra ſententiam reſtituuntur.*
6 *Eccleſia contra grauantem ſententiam reſtituitur.*
7 *Grauatus per falſos teſtes, vel inſtrumenta, excipit & reſtituitur.*
8 *Iudex de ſua ſententia reſtituit.*
9 *Princeps de omni ſententia reſtituit.*

1 Retractatur quoque ſententia aliquando per reſtitutionem. Eſt autem reſtituere ipſam cauſam in ſuum priſtinum ſtatum per Principē aut iudicem reſtituere: vel reſtituere eſt reducere in eum ſtatum in quo erat ante læſionem, gloſ. in verbo. Contra reliquam in c. Auditis, extra de in integ. reſtitu. & c. Primo ſuprà eodem titu. & l. Quod ſi minor. §. Reſtitu-
2 tio. ff. de minorib. Pupilli, qui nō fuerunt præſentes apud ſuos tutores, hi reſtituuntur contra ſententiam in ipſorum præiudicium latā, l. Prima, C. de ſentent. paſſis, & d. l. Quod ſi mi-
3 nor. §. Reſtitutio. Minorennes quoque infrà vigeſimum quintū annum reſtituuntur, quando ſententia cōtra ipſos iniquè aut enormiter lata fuit, l. Cum & minores, & l. ſequenti. C. Si aduerſ. rem iudica, & l. Acta. §. Fi-
4 nali. ff. de re iudic. Item, minor qui in præſentia ſui curatoris, quicquam in proprium præiudicium cōfeſſus fuit ex qua ſententia profluxit, is de ea cōfeßione aut conceßione facta reſtituitur,

tuitur, ſic vt confeſſa denuò tanquam minorennis neget, & contra ſuã partem in iudicio compareat. Verũ quando eam confeſsionem alicui aperuit in abſentia ſui curatoris, tunc ipſo iure in integrum, & in ſua reſtituitur.
5 Similiter abſentes quiuis contra ſententiam in ipſorum abſentia latam in integrum reſtituuntur, c. Cum Bertoldus, extra de ſenten. & re iudi. & ibi D. Abb. in 10. colum. in verb. Oppo. contra tex. Videre Barto. in l. Fina
6 li. ff. de in integ. reſtituti. Item eccleſiæ cauſa reſtituitur ſemper contra ſententiam per quam grauatur, & læditur, ſicuti de minori dictum eſt. Nam eodem priuilegio & iure quoque vtitur tota eccleſia, vel reſpublica, quo vtitur minorennis.
7 Is contra quem ſententia lata eſt per falſos teſtes, aut per falſa aut ſuppoſititia inſtrumẽta, is in quam contra ea excipere, & vt in integrum reſtituatur expetere poterit, etiáſi decẽ dies effluxiſſent. Et ſi quippiam ſuper eo exoluerit, hoc ipſum
8 optimo iure repoſcere poterit. Reſtitutionẽ hanc omnis Iudex præſtare poterit de ſua ſententia, nempe quã ipſe, aut ipſius prædeceſſores in officio exiſtentes protulerunt.
9 Princeps verò ex ꝓpria facultate de omniũ magiſtratuũ iudicatis reſtituere poteſt.

CAPVT CCXLVI.

De ſentẽtiæ Retractatione per ſimplicem petitionem.

Summæ.

1 *Sententia defectuum per ſimplicem petitionem retractatur.*
2 *Sententia in eum qui non eſt ſoluendo, per ſimplicem petitionem retractatur.*

1 Retractatur aliquãdo ſentẽtia per ſimplicem petitionẽ, ſcilicet quando Iudex ipſe huiuſmodi ſententias ex ſuo officio reuocare poteſt, ſicuti cõtingit in defectibus, aut in ſententiis per contumaciam, aut abſentiam partis prolatis, in quibus exoniatio, aut defectus cauſa & neceſsitas commonſtratur.
2 Mulctæ item ad quas ſoluendas condemnatus tam pauper eſt, vt ipſis pro facultate perſoluere nequeat, eæ per ſimplicem petitionem à iudice remitti aut moderari poſſunt, & cæt.

CAPVT CCXLVII.

De Retractatione ſententiarum per propoſitionem errorum.

Summæ.

In Parla-

1 *In Parlamento Mechilinienſi errores factorum proponere licet.*
2 *Literæ ad proponendos proceſſuum errores exhibendæ ſunt intra duos annos.*
3 *Propoſitiones errorum non ſuſpendunt ſententiam.*
4 *Ad errores examinandos adiungit Princeps plures conſiliarios.*
5 *Errores proponens, & conuictus, damnatur duplo, & expenſis.*

1 IN magno conſilio Mechilinienſi, et in aliis Curiis vbi iudicatur per arreſtum licebit grauato proponere errores factorum, ſi ad hoc ſolummodo Principis gratiarum literas oſtēderit.
2 Verùm iſtas literas & errorum facta exhibere debebit olim intra decem annos iuxta ſtylum & ordinationes eiuſdem magni Conſilij, nunc verò per nouam conſtitutionem factā anno 1559. intra duos annos conſignādo duplicem mulctam apud graphiarium, ſcilicet ſummam centum & viginti librarum, valoris quadraginta groſſorum monetæ Flandriæ, quas luere debebit, ſi à propoſitis ceciderit.
3 Attamen hoc notandum eſt, quod erratorum propoſitiones non ſuſpendant ſententiam, hoc eſt, non obſtant quominus eadem ſententia executioni mandetur. Ad viſitandum autem
4 eum erroneum proceſſum Princeps quinque aut ſex conſiliarios, aut plures, aut pauciores conſtituit, & committit, qui ſententiæ non interfuerūt ipſoſque adiungit iis qui talem ſententiam protulerunt, vt hi coniunctim cum aliis diiudicent an in eo proceſſu aliquis factorum error commiſſus ap-
5 pareat. Quod ſi non præter hoc quod ſententiam priorē cōfirmant, etiā eum qui errores prætexuit, & propoſuit in mulctam duplam, & in omnes expenſas condemnant.

CAPUT CCXLVIII.

De retractando Proceſſu per Reuiſionem.

Summæ.

1 *In Cancellaria Brabantiæ proceſſuum Reuiſio permittitur.*
2 *Differentia inter Reuiſionem, & errorum propoſitionem.*
3 *Bina conuenientia inter reuiſionem, & errorum propoſitionem.*

1 IN Cancellaria Brabantiæ, in qua etiam iudicatur per arreſtum, praxis habet, vt poſt ſententiam latam proceſſus reuiſentur, ac recognoſcantur.
2 Neque eſt vlla alia differentia inter reuiſionem, & propoſitionem errorum, quam quod partes proceſſuum reuiſionis quoſuis conſiliarios, & quaſuis alias probationes aſſumere poſsint, quod tamen in propoſitionibus errorum licitè efficere non licet. In hoc enim ambo
3 conueniunt, quod ſicut errorum propoſitiones, ſententias latas

non ſuſpendunt, ita nec reuiſiones. Secundò, ſicut erroneam ſententiam proponens, & non probãs, ſed à propoſitione ſua cadens, damnatur pœna dupla, ſcilicet centum viginti libris, quadraginta groſſorum, monetæ Flandriæ, ita vt is qui reuiſionem proferens, à ſua reuiſionis cauſa cadit.

CAPVT CCXLIX.

De taxandis ſumptibus, & expenſis.

Summæ.

1 *Ad taxationem expenſarum vocandæ ſunt partes.*
2 *Non taxantur expenſæ* { *niſi de condemnatione earum conſtet.*
3 *niſi quæ ſunt iudiciales.*
4 *iuxta exhibitas quietantias, &c.*
5 *mandatorum, aut actuum, &c.* }
6 *Expenſarum taxatio poſt appellationem ſeruatur vſque ad deciſionem.*
7 *Curia Flandriæ taxat expenſas ſui iudicij, & prioris.*
8 *Parlamentum Mechili. taxat omnium iudiciorum expenſas.*
9 *In Parlam. Mechili. relator cum graph. expenſas taxat.*
10 *Species* { *Mechliniæ moderantur per Conſilium.*
11 *Pariſiis taxantur pro magnitudine laboris.*
12 *In conſilio Fland. olim taxabantur à Conſilio.*
13 *In conſilio Fland. nunc mutatæ ſunt in vigeſimum denarium.* }
14 *Expenſæ ante litiſconteſtationem factæ, à iudice non condemnantur.*
15 *Contumax in expenſas ante litiſconteſtationem damnari poteſt.*
16 *Expenſæ poſt litiſconteſtationem, ad iudicis officium pertinent.*
17 *Index petitam expenſarum condemnationem negligens, de damno tenetur.*
18 *Expenſæ poſt definitiuam condemnari nequeunt.*
19 *Expenſæ quomodo probentur, & taxentur.*

QVia hactenus multis in locis expenſarum meminimus, ſupereſt vt paucula dicamus, quomodo eæ 1 expenſæ taxandæ veniãt. Ad taxationẽ igitur expenſarũ, & ad diminutionem cõtra eas faciendã, neceſſum eſt vt pars ad hæc videnda citetur, ac vocetur, vt ſi quid habeat quod cõtradi- 2 cat, id curet ſcilicet. Nunquã expenſæ taxantur niſi prius de earundẽ expenſarũ cõdemnatione clarè cõſtet, & niſi pars citata contra eas diminutionẽ exhibuerit, aut certè de ea exhibitione nõ facta ob cõtumaciã reiecta fue- 3 rit. Neq; etiã putandũ eſt, quod omnes ſumptus, aut expenſæ quæuis pro ceſsibus impenſæ taxari debeat. Nullæ enim aliæ expenſæ taxantur, quàm quæ ſunt iuridicæ, veluti, quę aduocatis, procuratoribus, teſtibus, nunciis, executoribus, aut ſimilibus datę ſunt, quęque ex iure legitimo

pro

4 pro mercede, & non quæ ex liberali
tate donantur. Neque etiam taxan-
tur expenſæ iuxta apochas exhibitas,
aut iuxta relationem vel affirmatio-
nem executoris, aut iuxta narratio-
nes commiſſariorum, aduocatorum,
procuratorum, aut ſimilium, ſed tan-
tùm taxantur ſecundum relationes
proceſſuum, verbales requæſtas, ſcri-
pturas, aut ſecũdum ſimilia proceſſuũ
fragmenta, ex quibus clarum euadit,
quid factum, quidue in eo proceſſu
procuratum fuit. Neque item taxan-
5 tur expenſæ ſententiarum, mandato-
rum, aut actuum, aut expenſæ ſimiliũ
quæ in graphiaria connotata ſunt, ni
ſi ea ſint talia, quæ in iudicio ad verifi
cationem declarationis expenſarum
fuiſſent exhibita, etiamſi certo conſta
ret, quod illa omnia in proceſſu fuiſ-
ſent exhibita. In Flandria expenſæ ea
6 rum ſententiarum, quæ per appella-
tionem vel reformationem prouocã
tur, diſsimulantur, ſiſtuntur, & non
taxantur, donec appellationis, vel re-
formationis cauſa ibidem deciſa fue-
7 rit. Quod ſi per curiam dicatur (bene
iudicatum, & male appellatum) & ſi
cũ hoc appellãs, aut reformans ſimul
condemnetur in expenſas, tunc Cu-
ria non minus taxat expenſas prioris
ſententiæ, quam quæ coram ipſis fa-
8 ctæ ſunt. Idem quoque fit in Parlamẽ
to Mechilinienſi, de expenſis proceſ-
ſuum, qui eo ex prouinciali cõſilio Flã
driæ per appellationem prouocãtur,
ſic vt Parlamentum dictum, ſimul o-
mnium priorum iudiciorum expen-
ſas taxet, nempe quæ factæ ſunt in
primo iudicio, & quæ in conſilio Flã
9 driæ, & ſimul quę Mechiliniæ. In eo
dem magno Conſilio Mechilinien-
ſi taxandi authoritas pœnes ipſum
ſtat relatorem, vt expenſas taxet ſi-
mul cum vno graphiario aſſumpto,
qui pro ſua mercede accipere ſolebãt
certas aliquot aromatum ſpecies pro
ſuo arbitrio, & ſecundũ propriam ip
ſorum æſtimationem. Verùm ſi ipſe
10 relator, & graphiarius in hac æſtima
tione ſpecierum æquitatem exceſsiſ-
ſent, ita vt hoc nomine partes per ap-
pellationem conquererentur, tunc ea
ipſorum æſtimatio per Curiam mo-
derabatur. Vnicuique enim de ea ſpe
cierum enormi taxatione appellare
tunc licuit, ſiquidem partes per eam
taxationẽ ſe de certo grauamine gra-
11 uatas conquerebantur. In Parlamen-
to autem hoc Mechilinienſi, iam nõ
amplius ſpecies ipſæ, ſed ſummá ali-
qua pecuniaria ipſarum loco datur,
quæ etiam ſumma nõ taxatur ampli-
us per relatorem, & graphiarium, ſed
per Conſilium, à quo etiam non taxa
tur pro ſpecieb⁹ certa aliqua ſumma,
ſed ea committitur arbitrio Cõſilij,
quod eas ſpecies taxat pro expenſa-
rum magnitudine, aut diminutione,
& iuxta conſiderationem temporis,
nempe vt videant quanto tempore
(ſcilicet longo, an breui) in eo proceſ
ſu, cum omnibus dependentiis impli
cati fuerũt, & occupati, & ab ea taxa
tione appellare nõ licet. Sic vt à præ-
dicta appellandi perplexitate partes
12 liberarẽtur, & auaritiæ tolleretur ſuſ
picio, in conſilio quoque Flandrenſi
ordinatum fuit, vt ipſa Curia proceſ-
ſuum expenſas taxaret, vnà cum ipſis
ſpeciebus certis, quæ quidem ſpecies
inter ipſos ordinarios conſiliarios po
ſtea diſtribuebantur. Poſtea verò per
13 inſtructionem, ſiue conſtitutionem
Cameræ Flandriæ anno 1 4 6 3. ordi-
natum fuit, ne ex Cameræ amplius li
ceret vllas taxare aut accipere ſpecies,
niſi expenſæ excederent centum li-

bras Pariſienſes. Tunc enim ipſis honeſta ſpecierum donaria permittebãt iuxta qualitatem perſonarum, & cauſarum. Verùm vt certum aliquid hic haberetur, pro ea ſpecierum taxatione nunc accipiunt vigeſimum denarium prædictarum expenſarum ſcilicet centum librarum Pariſienſium. Sed hic ſub finẽ capitis occurrebat, quod primo loco ſcriptum, & obſeruatum oportuit. Nempe quod expenſę factę
14 ante litiſconteſtationem, actionis iure ab actore peti non poſſint, quum eæ ad iudicis officium non pertineant, l. Ædiles. §. Item ſciendum. ff. de ędilit. edict. Poteſt tamen Iudex ex officio
15 & ſine petitione partis partem contumacem, & ante litiſconteſtationem non comparentem in expenſas condemnare, teſte Panor. in c. Cum dile-
16 cti, in fine, de dol. & contu. Verùm expenſæ omnes poſt litiſconteſtationẽ factæ officio iudicis decernuntur, ita vt à iudice, parte etiam non petente, earum cõdemnatio fieri poſſit, l. Terminato, C. de fructib. & liti. expenſ. Huic facit, c. Cum appellationibus, de appel. lib. 6. Et Barto. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Mul-
17 to igitur magis in expenſas condemnare poterit, quum pars expenſarum condemnationem expoſtierit, adeo vt ſi Iudex poſt petitionem partis expenſarum condemnationem negligeret, de damno ſarciendo teneretur, vt habet gloſ. in l. Fi. C. de fruct. & liti. expenſ. Et gloſ. vltima, in verſic. Dummodo petitum fuerit ab eis, in c. Vltimo de reſcript. Quare conſultum eſt vt per partem huiuſmodi expẽſæ ſemper petantur. Hoc quoque notandum
18 eſt. Quod ſi Iudex in ſua definitiua partem in expenſas nõ condemnaſſet non poterit is poſtea expenſarum cõdemnationem facere, nec pars quoq; expenſarum petitionem tunc à iudice exigere poterit, d. l. Terminato, C. de de fruct. & litiſ. expenſ. Iudex enim poſt definitionem nullam expenſarũ condemnationem ſibi reſeruare potuit, ſed duntaxat earundem taxationem. Ideoque dicere ſolet, Condemnamus in expenſas, taxatione nobis reſeruata. Huiuſmodi autem expenſarum taxatio, ac comprobatio fieri ſolet hoc modo, litis victor omnia à ſe expenſa per ſchędulam iudici exhibet, ad eam exhibitionem reus victus citatur, vt proferat (ſicut diximus) ſi quid habeat, quod ipſis contradicere velit. Si citatus aut nõ compareat, aut comparendo nihil digni reſpondeat, aut diminutionem poſcat. Iudex eaſdem exhibitas expẽſas recipit & pro ſuo arbitrio taxat. Deinde citat victorem, ipſum iuramento adigit, vt iuret ſi eaſdem expenſas in lite fecerit, id ſi iuramento affirmet, Iudex eam expenſarum taxationem ratam eſſe iubet. Autentica. Poſt iuſiurandum, C. de iudic. & 3. q. 3. §. Quod fieri non debet. Et in Autentico. de iudici. §. oportet, colla. 6. & c. Olim. & ibi gloſ. Super verbo. Taxatione, de iniur. & damn. dat.

CAPVT

CAPVT CCL.

De remunerationibus iudicum.

Summæ.

1 *Iudex non debet corrumpi muneribus.*
2 *Iudex nulla munera à partibus accipere debet.*
3 *Iudex ordinario ſtipendio contentus eſſe debet.*
4 *Conſiliarij Flandriæ ſolis Principis ſtipendiis contenti ſunt.*
5 *Qui à parte penſionem accipit, officio mouendus eſt.*
6 *Magiſtratus maiores a partibus munera accipere non poſſunt.*
7 *Magiſtratus pagani, loco intereſſe munera accipiunt.*
8 *Prætores, & pares curiæ a partibus munera accipiunt.*
9 *Commiſſarij, & delegati taxata ſtipendia recipiunt.*
10 *Arbitri pro mercede taxata ſtipendia recipiunt.*
11 *Iudex leuiuſcula donaria accipere poteſt.*
12 *In gratuitis donariis ſpectanda eſt qualitas offerentis.*
13 *In Francia nulli iudicum licet donaria accipere.*

1 ACturus hic de remuneratione iu-
dicũ, nolo quẽpiam eſſe tam ini-
qui iudicij, vt putet, Magiſtratum in
iure dicendo munera potius quam iu
ris æquitatem ſpectare debere, ſic vt
eorum cauſa in hanc potius, quàm in
alteram partem rectitudinem iuris in
clinare poſſit. Sed in iuſtitiæ admini-
ſtratione ipſum cæcum quodammo-
do ad partes eſſe conuenit, ſic vt nec
partium fauore, nec munerum corru-
ptelis inficiatur, nec à rectitudinis via
deuiare ſe permittat, vtpote honeſta,
2 ac tantùm cõſtituta & ordinaria mer
cede contentus. Ordinarij enim iudi-
ces nulla munera, nec vlla munerum
promiſſa accipere poſſunt, quæ aliquo
modo ad ius dicendum, vel ad iuſtitię
adminiſtrationem in pręiudicium, vel
grauamen alterutrius partium ſpecta
re viderentur. Imo quod magis eſt Iu
3 dices ordinarij ſecundum iura nõ poſ
ſunt accipere, neq; repoſcere eos ſum
ptus, quos ad maleficiorũ capturã im-
pendunt, aut equorum ſumptus quos
ad aliquò proficiſcendum in ſuis iuriſ-
dictionibus inſumunt, ſed ordinariis
ſtipẽdiis ipſos cõtentos eſſe cõuenit.
4 Conſiliarij itaque magni Conſilij, &
Conſilij Flandriæ nulla promiſſa, nul
la munera, nullaq; cõſtituta ſtipendia
à partibus pro iuſtitiæ adminiſtratio-
ne accipiũt, ſed ſolis Principis ſtipẽdiis
cõtenti gnauiter æquam omnibus iu-
ſtitiã adminiſtrant. Adeò vt ſi cõper-
5 tò conſtaret aliquem ipſorum ita pen
dere à pollicitis, vt penſionem aliquã
ab vllo alio, quam à ſuo Principe acci-
peret, ille ſtatim priuandus foret ſuo
officio. Sic etiam nulli magiſtratus,
6 aut iudices ciuitatum Flandriæ, aut
aliquorum territoriorum, vel caſtel-
laniorum, quales ſunt Gandenſium,
Brugenſium, Hyprenſium, Franconũ,

Aloſtenſium, Curtracenſium, Aldenardenſium, &c. nullas promiſsiones aut munera accipere poſſunt, in grauamen partium, ſed ſuis ordinariis & annuis donis contentos eſſe oportet.
7 Verùm pagani magiſtratus, in quibus ferè ruſtici, aut mœchanici ſunt iudices, non præter rationem in iure dicẽdo plerunque, & ex conſuetudine, à partibus remunerationem aliquam accipiunt, verùm eam non tam pro ipſa adminiſtratione iuſtitiæ, quàm pro damno, & intereſſe lucri ceſſantis acceptant, quod ob illius iuſtitiæ accommodationem patiuntur, dum ipſis ſuis operibus vacare non licet.
8 Prætores quoque, item pares curiæ feudalis certa, ac conſtituta premia à partibus per totam Flandriam accipiunt. Quod idem quoque permittitur omnibus prætoribus, conſiliariis, & officiariis cameræ legalis. Cõmiſſarij & omnes delegati iudices ſtipen-
9 dia, ac ſalaria accipiunt, qualia ipſis ab ordinario cõſtituuntur, & taxantur.
10 Idem quoque vſuuenit arbitris & arbitratoribus, quibus etiam pro mercede conſtituuntur certa ſalaria, pro
11 qualitate rerum, & perſonarum. Poſſunt nihilominus ordinarij iudices à partibus accipere quædam honeſta, ac gratuita donaria, veluti lepores, cuniculos, perdices, phaſianos, pauones capones, & ſimilia leuiuſcula, quæ ſunt menſalia, eſui, potuique accõmoda, ſic vt ea non ſint talia quæ marſupiis ſeruiant, aut auaritiæ, vel corruptelæ ſuſpitionem præbeant. Ideoque
12 in his donariis, ac honeſtis præſentationibus accipiendis ſpectandæ ſunt perſonæ, quæ ea munera offerunt, ſic vt à tenuioribus tenuia quoque munuſcula pari animi gratitudine accipiant, qua aliquantò præſtantiora à lo
13 cupletioribus accipiunt. In Frãcia verò ædicto regio cautum eſt, & vetitũ, ne quis iudicum, aut ex Parlamento, aut ex vllo alio magiſtratu per ſe, aut per alios, aut directè, aut indirectè vlla munera promiſſa, aut premia à partibus accipiat, quæ vllã corruptionis ſpeciem præſeferrent, quibúſue iudicum animi à rectitudinis ſtabilitate deiicerentur, aut à ſynceritate iudicij faciliùs corrumperentur, ſic vt munerum cauſa tantò aut citius, aut tardiùs iudicarent, aut nequiùs ſententiam peruerterent, ſub pœna perdendi officij, & deinde correctionis arbitrariæ, iuxta qualitates rerum & perſonarum, vt reliquis ita metum ſimilis auſi incutiant, & vt omnibus ita correcti exemplo fiant.

CAPVT CCLI.

De Taxatióne expenſarum iudicialium in Flandria.

Summæ.

1 *Stipendia iudicialia mutanda ſunt pro tempore.*

Stipendia
2 *Conſiliorum, præſidentium, adiunctorum, quæ fuerunt olim.*
3 *Conſiliariorum, &c. quæ nunc ſint.*
4 *Clericorum, vel notariorum quæ ſint.*
5 *Graphiariorum.*
6 *Aduocatorum.*
7 *Procuratorum.*
8 *Teſtium citatorum.*
9 *Oſtiariorum.*
10 *Nunciorum.*
(5–10) *quæ ſint.*

1 PRęmia commiſſariis, & adiunctis ad informationes faciendas decreta ſæpenumero in Flandria variarũt, & per conſtitutionem Cameræ mutata ſunt, idque non temere. Nam vt tempora, & temporum annonæ variantur, ita quoque ſalariorum mutationes fieri æquum eſt, non minus quam reliqua omnia, Sic etiam non minus eccleſiaſtica quam foreſia, pro temporum qualitate mutanda veniunt.
2 Penultima autem premiorũ mutatio in camera Flandriæ facta fuit anno 1463. qua dictis commiſſariis cõſtituta ſunt pro ſuis informationibus audiendis hæc premia, ſcilicet: Præſidenti tres franci. Conſiliariis ſingulis duo franci, ſi foris agendæ fuerant informationes (quorum Francorum nomina nobis in vſu fuerunt quo tempore reſortum noſtrum adhuc in Fráciam ſpectauit) Porrò ſi in ciuitate ſua inquiſitio facienda fuiſſet. Præſidenti deſignabantur duo franci, & cõſiliariis 28. groſſi quotidie. Adiunctis verò foris quotidie decernebãtur 32. groſſi. In ciuitate verò tantum 12. 14. aut 16. groſſi. Quæ quidem premiorum conſtitutiones ab eo tempore vſque ad pauculos ab hinc annos obſeruatæ fuerunt.
3 Verùm (vt dixi) per temporum enormes mutationes etiá & optimo iure hę conſtitutiones nũc mutatę ſunt, ita vt hoc anno 1566. omnia ad ſequentem hunc modum ſtipendia ſingulis conſtituta noſcantur. Præſidens eiuſdem conſilij Flandriæ à Comite (qui nunc eſt Rex Hiſpan. Philippus) pro ſuo ordinario tractamento, aut ſtipendio annuo quotannis recipit tam abſens quam præſens octingẽtos Florenos. Et præterea annuam penſionem quadringentorum florenorum. Et quoties aliquò extra ciuitatem cõmiſſionem aſſumit, ſiue in negotiis Principis, ſiue in negotiis priuatarum perſonarum, tũc pro ſuo diurno ſalario, abſque deciſione ſuperioris ſtipendij, quotidie recipit tres florenos. Si in iiſdem negotiis vacauerit in ciuitate, tunc pro diurno ſtipendio quotidie recipit quadraginta ſtuferos. In reliquis Curiæ emolumentis Præſidens vbique gaudet duplo. Octo conſiliarij ordinarij ſinguli pro ſuo tractamento ordinario à Comite quotidie recipiunt florenum vnum, quod intelligendum eſt ſi eo die præſentes reſideant, aut ſi in negotiis Cõſilij tribus horis ante meridiem, & duabus horis poſt meridiem vacent. Nam ſi extra ciuitatem hi aliquò ad inquiſitiones ſeu informationes emittantur, aut etiam in ciuitate tam in negotiis Principis, quam in priuatarum perſonarum cauſis vacauerint,

tum quidem pro ſuis laboribus foris recipiunt quotidie quadraginta ſtuferos. Et in ciuitate viginti ſtuferos. Verùm tunc lucrum diurnum Principis perdunt, niſi in iis cauſis ſic vacent, vt eo die quoque in ipſum Conſilium ſimul conueniant, quo caſu vtroque lucro ob diligentiam gaudere poterunt, dum vtrique officio ſimul ſatisfaciunt. Sunt præter hos alij Conſiliarij, Commiſſarij, ſic dicti, quod vix aliis rebus Conſilij quam Commiſsionibus, informationibus, & inquiſitionibus vacent. Hi nulla annua ſtipendia certa habent, ſed tãtum eos prouentus qui ex ſuis commiſsionibus, informationibus, & inquiſitionibus conſurgunt. In quibus cum Conſiliariis ordinariis omnino pares ſunt. Sed hoc loco inſuper notandum eſt, quod nullus Conſiliariorum poteſt vno die aſſumere binas commiſsiones ſub pœna reſtitutionis, & arbitraria. Item quod nullus ſe à conſilio, aut ob cauſas priuatas, aut publicas ſe abſentare poteſt ſine conſenſu Præſidis, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, ad arbitrium totius Conſilij. Super prædicta autem emolumenta Præſidens, Conſiliarij, tum ordinarij, tum commiſſarii, Procurator generalis & aduocatus fiſcalis etiam aliam leuiuſculam eamque annuam quandam gratuitatem, ac mercedulam viginti quatuor florenorum recipiunt, quæ ipſis ab explotorum receptore quotannis dependitur. Ad hæc habent præterea omnes prouentus, & commoda, quæ ex proceſſuum viſitationibus, & relationibus proueniunt. In quibus relator ipſe pro ſuo peculiari labore medietatem iuris relatorij recipit. Altera medietas æqualiter cedit reliquis qui proceſſui terminando continuò interfuere præſentes. Et præter hæc etiam ſinguli ſuas habent ſpecies aromaticas, aut harum loco pecuniam, quæ duo emolumenta ſimul ad tria florenorum millia quotannis conſcendunt. Ex quibus ſinguli ſua commoda excipiunt, alij ampliora, alij pauciora, certè quiſque pro ſua parciùs, aut largiùs nauata diligentia. Qui quidem relationum prouentus, & ſpecierum commoda, prædictis Præſidenti, Conſiliariis, Commiſſariis, & cæt. ab ipſo Graphiario, aut ab eius commiſſario ſatisfieri conſueuit. Præſidens quoque, Conſiliarij omnes, Procurator generalis, & aduocatus fiſcalis, imò omnes quotquot ad cor-
4 pus Conſilij pertinent, in ciuitate Gandenſi, gaudent immunitate vectigalium vinorum & cereuiſiarum. Adiunctus autem tum Præſidentis, tum Conſiliarij (qui vbique locorum aſſumendus eſt cum conſenſu Curiæ, non ſuſpectus) in ciuitate Gandenſi habebit viginti groſſos. Adiunctus autem quem conſiliarius aut Præſidens ſecum ex Gandauo aut ex alio loco quam informationis aſſumet, ſecumque ad locum informationis ſeu inquiſitionis conducet, is quotidie pro ſuo diurno ſtipendio recipiet. 40. groſſos. Si autem adiunctum ex ipſo informationis habendæ loco aſſumpſerit is pro ſuo labore quo-
5 tidie recipiet 32. groſſos. Graphiarius etiam ſua conſtituta habet ſalaria, ad hunc modum. Nam

pro

pro ſingulis apoſtillis recipit 2. groſſos. In omnibus commiſsionibus, quæ in Conſilium adferuntur, aut per Conſilium peraguntur recipit 8. groſſos. Pro procuratorij conſtitutione, aut ſubſtitutione 4. groſſos. In cauſis Ciuitatis, Capituli, Conuentus pro procuratorio recipit 8. groſſos In præſentationibus nouarum cauſarum, pro ſingulis perſonis duos groſſos. Pro Ciuitatibus, Collegiis, Conuentibus, Communitatibus, &c. quatuor groſſos. Pro procuratione cum duplici cauda 12. groſſos. Pro ſingulis actis, & reſponſis 8. groſſos. Pro ſingulis actis replicarum, duplicarum, triplicarum, quadruplicarum, &c. quatuor groſſos. Pro actis petitionum, cum remiſsione cauſæ ad aliquos magiſtratus 8. groſſos. Pro actis petitionum, reſponſionum, replicarum, duplicarum, cum ſententia interlocutoria vel definitiua recipit ſalarium ad ordinationem Conſilij. Pro acta interinimenti ad requeſtam ciuilem, cui non fuit oppoſitum ac contradictum 12. groſſos, & quando fuit contradictum recipit ſalarium ad taxationem Conſilij. Pro acta interinimenti abſolutionis, reuocationis exilij 24. groſſos. Pro acta petitionis, aut reſponſionis, quo iudicum ſubalternorum ſententiæ mittuntur executioni 8. groſſos. Pro acta notati defectus ſeu non comparitionis 8. groſſos. Pro acta continente ſtatum contradictionis, & querelationis partis, ad taxam Curiæ. Pro ſententia in materia manutenentiæ aut complentæ abſente parte ad taxationem Curiæ. Pro ſententia data in materia manutenentiæ, aut complentæ parte audiente ad taxationem Curiæ. Pro ſententia pronunciata per conſenſum partis, & continente condemnationem, aut compenſationem ſumptuum, in materia centum coronatorum ſemel, vel infra vel ſuprà indifferenter ad taxam Curiæ. Pro omnibus ſententiis interlocutoriis per acta, & quando lis eſt de quinquaginta coronatis vel ſupra ad taxam Curiæ. Pro omnibus ſententiis cauſarum centum librarum groſſorum ſemel & infra, quinquaginta groſſos. Pro ſententiis litium, quæ ſunt de cauſa vltra centum libras groſſorum, ſexaginta ſtuferos. Pro literis decretorum ſexdecim groſſos. Pro literis condemnationum in gratiam partium, in quacunque materia eę fuerint, ſiue in tractatu maritali, ſiue obligatorio, ſiue compoſitionis, ſiue aliis ſimilibus, ad taxam Curiæ. Pro literis quas Curia ſcribit ad magiſtratus, aut Officiarios ad requiſitionem partis 8. groſſos. Pro literis clauſis quæ continent ſententias ſeu opiniones ad Principem aut ad ſuum priuatum Conſilium, aut ad ſupremum Prætorem Flandriæ, aut ad alios officiarios, ad requiſitionem partium 8. groſſos, vel ad taxam Curiæ. Pro ſingulis libris groſſorum in manu ipſius conſignatis 2. groſſos. Pro omnibus aliis literis clauſis, mittendis extra patriam, ad requiſitionem partis. 12. groſſos. Pro iure ſigilli, proque ipſius emolumento habebit 8. groſ-
6 ſos, & vltra pro iure ſigilli 2. groſſos. Hactenus de Graphiario. Sequuntur Aduocati, quibus ſtipendia iudicialia aſsignantur, iuxta ſuas notulas, dietas, & ſcripturarum paginas.

paginas. Habent itaq; Aduocati pro ſuis notulis, & retentionibus ſingulis 16.groſſos. Pro ſingulis dietis iuridicis 16.groſſos. Pro folio duarum paginarum (quarum vnaquæque continebit 20. lineas, & harum ſingulæ 6. verba) 8. groſſos. Procuratores
7 quoq; pene ſimilia ſalaria recipiũt. Sed quia pluribus actibus vacãt, ideo & plura emolumenta recipiunt. Recipiunt enim primò Procuratores pro ſuis notulis, & retentionibus ſingulis 16.groſſos. Pro ſingulis partium dietis iuridicis 16.groſſos. Pro exemplari copia partis aduerſæ, pro ſingulis eius foliis (vt ſuprà) 4.groſſos. Pro ſingulis confutationibus, ſaluationibus, contradictionibus, & ſolutionibus quas facient 4. groſſos. Item pro requiſitionibus taxæ expenſarum, pro ſingulis foliis, vt ſuprà 4.groſſos. Pro eo quòd ſententiam interlocutoriam in diarium inſerant 6.groſſos. Pro eo quod ſententiam definitiuam inſcribant in ſuum diarium 6.groſſos. Pro ſingulis vicibus quando Iudex, aut Commiſſarius aliquid pronunciat in cauſis ipſorum, aut in cauſis aduerſarij, ad facta contraria 6.groſſos. In ſingulis pronunciationibus expẽſarum 6.groſſos. Pro inuentariis quæ conficient ex ſcripturis per partem aduerſam exhibitis, ad complendum proceſſum, ad taxam Curiæ: quando aliquã informationem peragũt, & producunt extra ciuitatem quotidie re-
8 cipiunt 48.groſſos. In ciuitate verò Conſilij 16.groſſos. Teſtes quoq; qui ad requiſitionem, aut procuratoris generalis, aut partis acciti erunt, aut qui per curiam accerſiti erunt ad examinationem, & ad ſua teſtimonia deponenda & ferenda ſuper ſcripturas, aut facta partium, hi (ſiquidem equites veniant) pro vnoquoque equo quotidie habebunt 20.groſſos. Si pedites ſinguli quotidie 12. groſſos. Si curru vecti 16.groſſos. Verùm & hic
9 opus prudenti conſideratione perſonarum, locorum, temporum, & itinerum. Conſtituta ſunt etiam Oſtiariis ſua debita ſtipendia. Nam pro ſingulis ſuis diurnis vacationibus, quibus ad inſtantiam partis occupati erunt in ſuis commiſsionibus exequendis
10 recipient 24.groſſos. Pro copia autẽ executæ commiſsionis 12. groſſos. Item, curſores, aut nuncij, aut tabellarij pedites qui literas Conſilij ad requiſitionem partis portabunt intra limites Flandriæ recipient pro diurno itinere 14.groſſos. Si extra limites Flandriæ pro diurno ſalario recipiẽt 16. groſſos. In Principis autem, aut Conſilij negotiis (tam intra quàm extra limites Flandriæ) recipient ſingulis diebus 10.groſſos. Sed hæc conciſa videntur, ideoque etiam conſtare videntur in prudenti cõſideratione Iudicis. Qui hæc certiùs cognoſcere volet, is conſulat Edictum Caroli 5. Imperatoris noſtri, æditum Brugis anno 1522. ex quo hanc ſalariorum conſtitutionem excerpſimus. Quæ omnia, ad iura propriè non ſpectant, certius ea aut indagare, aut præſcribere piguit, potiſsimum, quod ea quæ laboris ſunt, aut ſumptuum, non tam in certa taxatione, quàm in prudenti conſideratione Conſiliarij, aut Iudicis conſiſtant, cuius eſt habere reſpectum perſonarum, locorum, temporum, itinerum, viarum, annonæ, commoditatum, aut incommoditatum.

CAPVT

CAPVT CCLII.

De taxandis ſumptibus incarceratorum in Curia Flandriæ.

Summæ.

1 *Captiuis ſuppeditanda ſunt ſola neceſſaria.*
2 *Quantum captiui contra fiſcum olim in carcere numerabant.*
3 *Quantum captiui contra partem pro neceſſariis numerabant.*
4 *Incarceratis olim non licuit vltra octo groſſos conſumere.*

1 NE qua enormitas oriretur in taxā
dis incarceratorum ſumptibus,
prouidè à maioribus noſtris curatum
fuit,vt ipſis incarceratis ſola vitæ ne-
ceſſaria, (& non quæ ad crapulæ, aut
luxuriæ materiam conducerent) ſup-
peditarētur, & ꝑ ea neceſſariorū ſup
peditatione carcerariis conſtituta fue
runt certa, ac quotidiana precia, quæ
illis ſumptibus, ac laboribus pro tem
pore paria, & æqua videbantur. Per
2 prudentiam igitur Philippi Audacis
ducis Burgundiæ anno 1401. & per
confirmationem filij ipſius Ioannis
Burgundionis anno 1407.conſtitutū
fuit,vt omnes incarcerati contra fiſcū
pro quacunque etiam cauſa quotidie
tantùm ſoluerent ſex ſolidos Pariſiē-
ſes monetæ Flandriæ,pro quibus cō-
mētarienſis ipſis quotidie ſuppedita
re debebat panem,cereuiſiam,pulmē
taria,lectum, linteamina, & condig-
3 na ſtragula. Alij autem captiui contra
partes,quotidie ſoluere debebant ſex
groſſos, pro quibus à commentarien
ſibus illis ſuppeditabantur panis,pul
mentaria,cereuiſia,carnes,haleces,lu-
minaria,lectus,linteamina, & ſimilia
4 competentia. Quòd ſi his neceſſariis,
ac honeſtis contenti eſſe noluiſſent,
ſed & vinum optaſſent, & dapes ex-
quiſitiores, tunc commentarienſis ip
ſis ea præſtare debebat,ſed tantum ad
duos ampliores groſſos ſupra prædi-
ctos ſex groſſos, ſic vt quotidie nec
honeſtè, nec delicatè licuerit ipſis pl⁹
conſumere quàm ad ſummū 8. groſ-
ſos, ne carcer caupona veriùs, quàm
cuſtodia cenſeretur. Atque hæc ſump
tuum ratio poſtea ſæpe confirmata,
& obſeruata fuit multis annis, do-
nec temporum ratio aliam mutatio-
nem expoſceret.

CAPVT CCLIII.

De Taxatione in Conſilio Mechilinienſi.

Summæ.

1 *Præſidentis.*
2 *Conſiliariorum.*
3 *Adiunctorum.*
4 *Clericorum ſiue ſæcularioriũ.*
5 *Graphiariorum.*
6 *Oſtiariorum.*
7 *Aduocatorum.*
8 *Procuratorum.*
9 *Teſtium.*
10 *Curſorum peditum.*

Quæ ſint taxata ſtipendia, in Curia Mechilinienſi.

IN Parlamento Mechilinienſi non admodum diſpar eſt conſtituta taxatio, cum taxatione Cõſilij Flãdriæ. Nam & hæc quoque eadem nunc à ſuperiorum annorum taxatione multum diſsidet, vt enim vbique conſueta ſtipendia nõ minus iudicialia, quã reliqua omnia propter annonæ exceſſam caritatem, maximopere mutata ſunt, & aucta, ita & in hoc Conſilio. Anno enim 1559. Rex Hiſpaniarum Philippus, totius Belgiæ paternus hæres, et Dominus noſter clemẽtiſsimus hanc de ſalariis officiariorum huius magni Conſilij conſtitutionem & ordinationem ex cauſa ad hunc modũ
1 ſanxit, & publicauit. Qua voluit, vt Præſidens Conſilij quotannis pro honeſto ſalario diuino quotidie recipe-
2 ret 60. ſtuferos. Et ſinguli conſiliarij quotidie 40. ſtuferos.. Et quando hi Conſiliarij dicti Conſilij foras extra ciuitatem aliquò ad commiſsiones peragendas, aut ad informationes ſeu inquiſitiones faciendas emitterentur in negotiis Principis, ſtatuit vt tunc quotidie pro diurno ſtipendio ſupra ſalarium ordinarium reciperent 40. ſtuferos. Et quoties in iiſdem negotiis vacarent in ciuitate, vt ſupra ordinariũ ſtipendiũ reciperẽt 15. ſtuferos. Porrò ſi iidẽ Cõſiliarij cõmiſsionibus partiũ, aut informationibus partium audiẽdis vacarent in ciuitate Mechilinienſi, tunc à partibus recipient 48. ſtuferos, ſic tamen vt ordinario ſalario 40. ſtuferorum tunc nõ fruentur. Attamen ſi ita diligentes eſſent, vt partium cauſis in ciuitate quotidie duabus, aut tribus horis ſic vacarẽt, vt interim nihilominus Conſiliũ ipſum ſtatuto tempore, nempe tribus horis ante, & duabus horis poſt prandium frequentarent, tunc à partibus vltra ordina-

ordinarium ſtipendium 40. ſtuferorum reciperent, dũtaxat quotidie 20. ſtuferos. Si vero debitè (vt dictũ eſt) frequentarent Conſilium, & interim partium cauſis eodem die in ciuitate vacarent vltra 4. horas, tunc pro ea vacatione à partibus reciperent 40. ſtuferos. Dixi in ciuitate, quia ſi hi Cõſiliarij partium cauſis extra ciuitatem vacarent, tunc, quia Conſilio intereſſe non poſſunt, à partibus quotidie recipient 72. ſtuferos, ſed tunc ordinario ſolario Principis minimè gaudebunt. Verùm hoc loco obiter de conſiliariis notandum eſt, quod ipſis nõ liceat ſeſe à Conſilio ad vacãdum cau-
3 ſis partium, ſubducere ſine Præſidentis impetrato conſenſu. Adiuncti verò Conſiliariorum in negotiis Principis in ciuitate quotidie recipiẽt 16. ſtuferos, foris verò extra ciuitatem 28. ſtuferos. In negotiis autem partium
4 in ciuitate vacantes, habebunt quotidie 20. ſtuferos, & extra ciuitatem 32. ſtuferos. Cæterùm clerici ſiue ſaccularij conſiliariorum nullum habẽt ordinarium ſtipendium diurnum, ſed ſuã mercedem colligunt ex foliis informationis auditæ, non quidem ex foliis primæ minutæ, ſed ex foliis accuratè & debito modo poſtea in libellũ conſcriptis, quæ ſingula 36. lineas, & ſingulæ lineæ quinq; aut plura continere debẽt verba. Atq; hi clerici ab ipſo cõmiſſario adigẽdi ſunt ad iuramẽtũ præſtãdum de nõ reuelãdo ſecreta inquiſitionũ, aut examẽ, aut depoſitiones teſtium, aut quicquam eorũ quæ Curiã Conſilij cõcernere videbũtur. Porrò Conſiliarij referendarij, quorum officium eſt proceſſuũ materiã, ſtatum & productionem ad Cõſilium debitè referre, vt in iis proceſſibus examinandis, cognoſcendis, & referendis, quæ iura & Doctores de ipſis cẽſeant & iudicẽt, aliquanto diligẽtiores exiſterent, hi inquam cõſiliarij pro ſuis relationibus & ſpeciebus habebũt, quod ipſis per Conſilium pro eius laboris cõſideratione taxabitur, & nõ amplius. Quæ quidem taxa fieri ſolet in camera ſtatim poſt relatum proceſſum & concluſum. Dictas autẽ ſpecies graphiarius ab altera partium recipiet, quæ poſt ſententiam pronunciatam eiuſdem formale dictum ſibi tradi expoſcet. Quod quidẽ dictum is graphiarius tradere non tenebitur, prius quàm dictas ſpecies ſolutas receperit. Quin & ſi pars ſentẽtię dictũ expoſcẽs, in relationis, aut reportatus iure ſoluendo æquò negligentior foret, tunc Curia poterit decernere ſuas literas executoriales, quibus dictam partem compellat, vt ius relationis ſiue rapportus debitè perſoluat. Porrò ſi quãdo expenſæ erunt compenſatæ, tunc ea partium, quæ per ſententiam plus cõmodi ac lucri erit acceptura, dictas relatiõis ſpecies exoluet. Quod ſi ambæ partes ęquale, aut ferè æquale commodũ ac lucrũ ex ſententia accepetint, tunc ambæ partes æqualiter eas ſpecies perſoluent, aut certè iuxta ordinationem Curiæ: & ad hãc ſolutionem (ſi opus fuerit) etiam per literas compulſoriales cõpelli poterunt. Sed hic ſciendum eſt, quod quamuis dictas ſpecies Graphiarius ab altera, aut ab vtraque partium receperit, fas ipſi tamen non eſt, vt vni partium, aut vtrique ſic ſoluenti, ipſum relatorem prodat, aut manifeſtet. Graphia-
5 rij accipient pro ſuis ſalariis taxam ſequẽtem, ſcilicet: Pro ſimplici præſentatiõe prima vice per ipſos exhibẽda dũtaxat, vnum ſtuferum, Pro duplici duos ſtuferos. Pro actis cõmunibus

in pro-

in proceſſu exhibitis, quatuor ſtuferos. Pro ſententiis importãtibus prouiſiones aut ordinationes aliquas cũ effectu ſententiæ poſitæ ſuper libellis ſupplicibus per apoſtillam 4. ſtuferos. Pro acta depoſitiua 8. ſtuferos. Pro præſentationibus verò aut expeditionibus ſuper rotula, quarum acta non fuerunt exhibita in proceſſu, ſed tantùm ad expenſas taxandas exſumpta, pro his inquam ſingulis, quatenus in taxationem veniant, recipient duos groſſos. Pro actis prouiſionem aut appoinctamentum importantibus incontinenti (vulgò ſur le chãps) 12. ſtuferos. Pro interlocutoriis redditis ac latis ſuper proceſſu viſo. Pro reiteratis citationibus, commiſsionibus commiſſariorum, executoriis, & pro omnibus aliis prouiſionibus & mandamentis, quæ in graphiaria expediri ſunt conſueta 8. ſtuferos. Et quando iſtæ prouiſiones expediẽtur pro multis, aut pro Ciuitatibus, Collegiis, Cõuentibus, Communitatibus & ſimilibus 12. ſtuferos. Pro ſententiis, quarũ materia excedet quingẽtos florenos, quinque libras. Quarum materia excedet trecẽtos florenos, habebũt quatuor libras. Si infra trecẽtos florenos ſententiæ ſumma permanſerit, recipient tres libras, quam trium librarũ ſummam etiam habebunt pro ſententiis, non cõſiſtentibus in præciſa ſumma, aut æſtimatione pecuniaria. Nihilominus ſi materia fuerit grandis momenti, aut inter Collegia, Communitates, aut magnas partes, tunc ipſi poterint petere vt ſua ſalaria taxentur à Curia, vltra quam taxationem nihil amplius exigere, aut petere poterunt. Dicti autem Graphiarij, Secretarij, & Receptores explotorum tenentur à Conſilij Graphiario leuare omnes ſuas commiſsiones, & mandata, quæ ipſi poſtea ad audientiam Mechiliniẽ ſem poſtquam ſigillata erunt, & tranſmittent, audientiario exoluent, aut ipſius commiſſario ſigillum. Ipſi verò tam prò ſuis vacationibus, quàm pro expeditionibus mandatorum, & prouiſionum quas expediẽt in dicto Cõſilio habebunt tale ſalarium, quale ſequitur, & non amplius, ſcilicet quando foras extra ciuitatem aliquò ad cõmiſsiones peragendas emittuntur in negotiis Principis, tũc quotidie pro diurno ſalario recipient 28. ſtuferos. In negotiis verò partiũ. 36. ſtuferos. Porrò ſi iidem vacarẽt in ciuitate Mechiliniẽſi in negotiis Principis (vt principales commiſſarij) 16. ſtuferos, & in negotiis partis 24. ſtuferos. Pro expeditione requeſtarum ciuilium, literarum clauſarum, & appoinctamentorum ſuper requeſtis importantibus & continentibus prouiſionem vllam ſex ſtuferos. Pro omnibus aliis mandatis & prouiſionibus iuſtitiæ, quæ expedientur in dicto Conſilio 12. ſtuferos. Si plures ſint impetrantes, aut ſi res concernant ciuitates, communitates, eccleſias, aut collegia, habebunt pro prædictis mandatis & prouiſionibus iuſticiæ 18. ſtuferos & pro requeſtis ciuilibus 9. ſtuferos. Sed tunc non obligantur partes ipſorum clericis pro groſſa dictarum prouiſionũ, & mandatorum, exoluere vinum. Imo tale vinũ, aut quippiã vini loco exigere à partibus, nedum quicquam accipere poterunt ſub pœna arbitraria, niſi vnum duplum ſtuferum, etiamſi eſſent plures ciuitates, pagi, eccleſiæ, cõmunitates, collegia, aut plures particulares, in vna ipſa impetratiõe aut prouiſione comprehenſi. Oſtiarij tã ordinarij quàm extraordinarij accipient

pient pro ſuis ſalariis & vacationibus taxam ſequentem, ſcilicet. Quãdo vacabunt in negotiis Principis ad requiſitionem Procuratoris generalis, & extra locum reſidentiæ recipient quotidie 12. ſtuferos. Et quando proficiſcuntur extra locum reſidentiæ ad inſtantiam & requeſtam, & pro negotiis partis aut partium, habebunt 16.ſtuferos. Et ſi vacauerint in locis reſidentiæ pro ſingulis inſinuationibus appoinctamẽtorum ſuper requeſtis, de quibus erunt requiſiti, diſpoſitionem nõ continentibus, recipiẽt duos ſtuferos. Pro iis autem quæ diſpoſitionem & ordinationem abſolutam cõtinebũt, & ſimiliter pro omnibus inſinuationibus ad ſatisfaciendum ſententiis, decem ſtuferos. Pro executionibus mandatorum in ciuitate, tam in Principis quàm in partis cauſis recipient octo ſtuferos. Quæ quidem ſalaria diutna vbi hi oſtiarij receperint, non poterunt ampliora exigere, nec capere pro ſuis principalibus relationibus, quas tenentur facere. Sed pro exemplari copia ſuarum commiſsionum, & relationum, quam parti citatæ aut executæ (ſi expoſcat) tradere tenẽtur, recipient pro vnoque folio, cõtinente 36.lineas, & in ſingulis lineis ſex aut ſeptem verba, vnum ſtuferum & non amplius. Atque hi oſtiarij indiſtinctè tenebuntur diligenter inſeruire tum Principi, tum partibus, pro ſalariis prædictis ſimul atque requiſiti fuerint. Aduocati autem habebunt

7 & capient pro ſuis ſalariis, & vacationibus ordinariam taxam ſequentem & non amplius, ſcilicet in cauſis, quæ aſcendunt ad centum & quinquaginta florenos ſemel, aut ſupra, pro retentione & conſultatione 18.ſtuferos. Item pro cauſa prima vice, dicenda, agenda, & ad facta explotorum producenda aut defendenda ſimiliter 18. ſtuferos. Pro replicando & duplicando, &c. ſingulis vicib⁹ 9.ſtuferos. Sed in cauſis quæ erunt infra centum & quinquaginta florenos, accipient pro retentione, & conſultatione tantùm 12.ſtuferos. Sic & tantundem recipient quando hæc cauſa agenda erit prima vice, & ad factum deducenda atque defendenda, vt ſuprà. Item pro replicatione ac duplicatione, &c. 8. ſtuferos. Habebunt præterea pro quolibet folio ſcripto cõtinente 28.lineas & ſingulis lineis 8.verba, quinque ſtuferos. Quòd ſi res, aut negotium expoſcat maius ſalarium, nempe quòd materia ſit ardua, magni ponderis, & in iure difficilis, poterunt tunc hi aduocati hanc negotiorum magnitudinem, & difficultatem commonſtrare Curiæ, vt ex eorum conſideratione auctiorem taxam ab eadem Curia im petrent. Quando autem mittentur à ſuis Magiſtris coram Commiſſariis, aut aliis Mechilinię, habebunt 8.ſtuferos. Ex omnibus autem contradictionibus, refutationibus, & ſaluationibus ab ipſis, & nõ à procuratore ſub ſignatis, habebunt dicti aduocati pro quolibet folio continente 28. lineas,

8 & octo verba in qualibet linea 4. ſtuferos. Procuratores quoque pro ſuis ſalariis, & vacatiõibus recipiũt taxam ſequentem. In materiis aſcendentibus ad centum & quinquaginta florenos ſemel, & pro prima vice & ſuprà pro retentione & conſultatione 12. ſtuferos, & infra dictam ſummam 9. ſtuferos. Et tenebuntur hi procuratores per apertam expenſarum commõſtrationem oſtendere, an Iudex prædictam ſummam exceſſerit. Id enim ſi factum eſſet, taxarẽtur expenſæ aut ſa

larią per minorem ſummam.Pro ſin-
gulis autem diebus quibus occupati
erunt,& quibus ſeſe inſinuabunt per
actam.4.ſtuferos. Pro continuatio-
nibus autem nullum ſtipendium reci
pient,niſi pro vna : pro reliquis verò
ſequentibus nihil.Pro teſtibus autem
producendis, aut pro aliis exhibendis
documentis, ſiue in Graphiaria, ſiue
coram Cõmiſſario in dicto loco Me-
chilinienſi.4.ſtuferos. Porrò quoties
dicti Aduocati & Procuratores extra
ciuitatem ad requiſitionem ſuorum
clientulorum proficiſcũtur,habebunt
hi ipſi Aduocati ſingulis diebus .40.
ſtuferos, Procuratores vero.32. ſtufe-
ros.Pro quibus ſalariis tenentur Ad-
uocati & Procuratores ſtatim ac re-
quiſiti fuerint,diligẽter inſeruire ſuis
clientulis.Quod ſi Aduocati aut Pro-
curatores hac in re, & pro dicta taxa
ſeſe difficiles præbeant, poterit tunc
pars Curiæ exhibere libellum ſuppli-
cem,vt in ea re prudenter, & vti dece
9 bit prouideat.Teſtes itẽ qui ad requi
ſitionem aut officiũ Procuratoris ge-
neralis, vel ad requiſitionem partis,
vel etiam ipſius Curiæ,ad examen, &
ad ſua teſtimonia deponenda ſuper
ſcripturas,aut facta partium acciti e-
runt, hi (ſiquidem equites veniant)
pro vnoquoque equo quotidie habe
bunt .24. ſtuferos.Si pedites ſinguli
quotidie.12.ſtuferos. Si curru vecti
18.ſtuferos.Verùm & hìc op' eſt pru-
denti conſideratione perſonarum,lo-
corum,temporum,& itinerum.Item
10 Curſores pedites,qui literas Conſilij
ad requiſitionem partis portabũt in-
tra limites territorij Mechilinienſis re-
cipiẽt pro diurno itinere.10.ſtuferos.
Si extra limites dicti territorij, pro
diurno ſalario recipient.12. ſtuferos.
In Principis autem,aut Conſilij nego
tiis(tam intra quàm extra limites ter-
ritorij Mechilinienſis)recipient ſingu
lis diebus.10.ſtuferos. Sed hæc quia
conciſa & tenuia vidẽtur,ideo & ip-
ſa in prudenti conſideratione Iudicis
conſiſtere videntur.

CAPVT CCLIIII.

De ſententiis Executioni mandandis.

Primò.

Quæ ſententiæ ſint Executoriabiles.

Summæ.

1 *Sententiæ quæ Executioni committendæ ſunt.*
2 *Sententiæ per ſupplicationem ſuſpenſæ cum cautione ſunt exequendæ.*
3 *Sententiæ ſubalternorum iudicum cum cautione ſunt exequendæ.*
4 *Sententiæ per Conſilium latæ non exequuntur ſub cautione.*

5 Sen-

5 *Sententiæ annales Executioni mandari non poſſunt.*

6 *Sententia quæ ſemel Executabilis, perpetuo manet Executabilis.*

7 *Sentētiæ Executioni tradūtur*
- *Quando in rem iudicatam tranſierunt.*
- *Quando contractus iuridicè ſunt tranſacti.*
- *Quando debitum eſt priuilegiatum.*
- *Quando mercatum eſt ſine termino, &c.*

SEntentiam Executorialem voca-
mus, quæ executioni ilicò tradi po
1 teſt. Omnes itaque bonæ ac legitimæ
ſententiæ quæ latæ, & in rem iudica-
tam ſua vi & effectu tranſlatæ ſunt,
quæque nec per appellationē, nec per
reformationem, nec per reſtitutionis
aut reuiſionis petitionem ſunt ſuſpen
ſæ: hæ omnes Executioni mandandæ
ſunt. Si verò per dictas actiones iudi
ciales, ſcilicet, per appellationem, re-
formationem, reſtitutionem, aut per
reuiſionem dictæ, aut vllæ aliæ ſenten
tiæ interrumpantur ac ſuſpendantur,
illæ tūc nullo modo Executioni man
2 dari poſſunt. Sententiæ verò quæ per
ſolam ſupplicationem ſuſpenſæ fue-
runt, prorſus ſunt executabiles, ſed
ſub cautione præſtanda. Sed (vt dixi)
ſententiæ quæ ſuſpenduntur per reſti
tutionis petitionem, eæ non ſunt exe
quendæ, donec de ea reſtitutionis pe-
3 titione deciſum fuerit. Sic omnes
ſententiæ ſubalternorum Magiſtra-
tuum, (quos Pedanos vocamus) in
Flandria etiam ſub cautione præſtan-
da ſunt executabiles, dummodo ſint
tales quæ reparari, ac reſtitui poſſint
per definitiuam, non obſtante vlla ap
pellatione, per nouam cōſtitutionem
4 factam anno 1458. Verùm ſententiæ
latæ per Conſilium non ſunt ſub cau
tione, aut aliis modis executabiles, ſi-
quidem ab ipſis appellatum fuerit.
5 Sententiæ quoque vltra annum latæ
executioni mandari non poſſunt, niſi
denuò pronunciata fuiſſet executo-
rialis, aut niſi intra annum eundē cœ-
6 pta fuiſſet exequi. Hoc autem de ſen-
tentiarum executionibus notandum
eſt, quod quæcunque ſententia ſemel
pronūciata fuit executabilis, nūquā
annuo tempore præſcribitur, ſed ſem
per executorialis permanet, niſi is cō-
tra quem pronunciabatur executoria
lis, morte præriperetur. Eo enim caſu
illius defūncti hæredes citarētur cum
intimatione, vt viderent & audirent
eandem ſententiam denuò pronun-
7 ciari executorialem. Præterea notan-
dum eſt, quod quatuor cauſarum mo
dis per executionem procedatur. Pri-
mò ſuper ſententijs latis quæ in rem
iudicatam trāſierunt. Item ſuper con-
tractibus iuridicè tranſactis, ſuper nu
mis Principis. Item, pro priuilegiato
debito, cuiuſmodi ſunt fundales an-
nui reditus, debitum ex cōductione
ædium, & debitum ex pupillorum
bonis. Poſtremò, negotiationes pera-
ctæ in foro, aut in mercatu, ſine vllo
termino, aut conditione, quia quādo
nec conditio, nec ſolutionis terminus
conſtituitur, tunc ea emptio cū præ-
ſenti pecunia facta intelligitur.

CAPVT CCLV.

Cui competat Executio facienda.

Summæ.

1 *Sententiæ executioni traduntur per eundem iudicem.*

2 *Sententiæ paganorũ iudicũ.* { *In realibus mandantur executioni per iudicem.* *&,* *In perſonalib. mandantur executioni per præfectum.*

3

4 *Iudex appellationis, ſententiam confirmatam exequitur, non ſubalternus.*

5 *Parlamentum ſubalterni iudicis ſententiam quomodo exequatur.*

6 *Sententiæ in Conſiliis exequuntur per Oſtiarium.*

7 *Oſtiarij extraordinarij nõ exequũtur* { *in realibus, vltra duas libras groſſorum.* *in perſonalibus vltra 200. lib. Francicas.*

8 *Iudex ſecularis, & eccleſiaſticus ad executionem mutuas operas præſtant.*

9 *Index à iudice ſententiæ executionem excipere poteſt.*

1 OMnes ſententiæ executioni mandantur, per eiuſdẽ ſententiæ iudicẽ ordinarium, ſiue is ipſemet ſententiã pronũciaſſet, ſiue ipſius delegatus, ſiue ipſius ſubiect⁹ arbiter, potiſsimũ ſi ea ſententia per partem emologata, ac approbata fuiſſet, c. Si quis extra de for. cõpet. & l. A Diuo Pio. ff. de re
2 iudica. Sentẽtiæ inferiorũ tribunaliũ in Flãdria, atq; in materia reali, executioni tradũtur, per admonitionẽ, iuſſionẽ, aut per ſententiam eius, qui pri
3 mam ſententiam protulit. In materia verò perſonali, per requiſitionẽ Prætoris, Bailliui, Schulteti, aut alterius
4 officiarij ac præfecti Principũ. Quamuis per iudicẽ appellationis ſententia ſubalterni iudicis ratificetur, & confirmetur, eadem tamen ſententia per eum ſubalternum iudicem non mandatur executioni, ſed per iudicem appellationis, qui eam ſententiã confirmauit. Atq; ita vſurpatũ eſt in Flãdria & etiã in magno Cõſilio Mechiliniẽ
5 ſi. Cõſiliarij Mechiliniẽſis Curiæ, executioni mãdãt ſẽtẽtias ſubalternorũ iudicũ, nõ quidẽ realiter, aut ex proprio officio, ſed ex mãdato, ſub pœna
6 oppoſitionis, aut contradictionis, & cum cognitione cauſæ. Sententiæ autem tam prouincialis Conſilij Flandriæ, quàm Parlamenti Mechilinienſis omnes executioni mandantur per
7 Oſtiarium, & per Oſtiarij ſpecialem commiſsionem. Verùm in dicto magno Conſilio magna eſt differentia inter oſtiarios, ſiue executores. Nam oſtiarij extraordinarij in materia reali exequi nõ poſſunt, quæ duas libras groſſorum annuorum redituũ excreſcit. Nec in materia etiã perſonali, quæ ducentas libras ſemel excedit, libram æſtimando precio 15. groſſorum. Iu-
8 dex ſecularis etiam ſententiam iudicis eccleſiaſtici executiõi ſubinde mãdat, ſed id tãtũ in quibuſdã criminib⁹

Sic

Sic etiam contra, iudex eccleſiaſticus
in quibuſdam cauſis ſententiam iudi
cis prophani, idque per inuocationẽ
brachij ſecularis ad executionẽ cõmit
tit, vt notat Inno. in c. Primo iũcta ibi
dẽ gloſ. in verbo. Publicũ cõuocent au
xiliũ, extra de offic. ordin. Sic etiã vn⁹
9 Iudex ſecularis, alterius iudicis ſecula
ris ſententiã ad executionẽ excipit &
mãdat, idq́; per literas poſtulatrices,
aut requiſitoriales. Nam ſic alter alteri
ad fauorẽ iuſtitię in huiuſmodi execu
tionibus faciẽdis mutuã operã præſta
re poteſt, l. A diuo Pio. ff. Primo. de
re iudicat. c. Poſtulaſti, extra de fo
ro competenti.

CAPVT CCLVI.

Quando Executio eſt peragenda.

Summæ.

1 *non mandatur ante 4. menſem.*
2 *Executio ſententiæ* { *In materia perſonali* { *In conſilio* { *Flandrẽſi* / *Mechilin.* } *fit ſecũdũ qualitatẽ* { *perſonæ* / *loci* / *temporis.*
3 *In materia reali (vbi nõ accedit appellatio) fit poſt 10. diem.*
4 *Executio facta diebus dominicis, & feſtis eſt inualida.*
5 *Proclamationes non ſunt faciendæ diebus dominicis, aut feſtis.*

1 SEcundũ iura in materia perſonali
vetitum eſt ne ſententia executio-
ni cõmittatur ante quartum menſem
expiratũ, quod tempus iuridicè qua-
drimeſtre vocãt, c. Quærenti, extra de
2 offic. delega. Verùm nec in Flandriæ
Cõſilio, nec in magno conſilio Mechi
linienſi, eò aut tam diu executio ſen-
tentiæ differtur, niſi Iudex ſententiæ
executionem tam diu, aut diutius ex
certa, ac rationabili cauſa omnino pro
rogare vellet, quod ipſi prorſus eſt li-
citum. Quadrimeſtre enim illud tem
pus, aut prorogari, aut arctari poteſt
à iudice, iuxta qualitatem, & quanti-
tatem ſententiæ, cauſæ, perſonæ, loci,
ac temporis, vt nõtatur c. Quod ad cõ
ſultationem, extra de ſenten. & re iu
3 dica. In materia verò reali, ſententia,
de qua appellatum non eſt, ſtatim
poſt decimum diem executioni com
mittitur, quia ipſa tunc libera eſt &
rata, & in rem iudicatam trãſiit, ſic vt
tunc actor mittendus veniat in poſ-
ſeſſionem rei petitæ, & ſibi adiudica-
tæ, c. Cum Bertoldus, extra de ſentẽ.
& re iudica. Executiones diebus do-
4 minicis factæ, aut feſtis, ſunt inualidę,
vt multorum fert opinio, niſi in mo-
ra, ac procraſtinatione metueretur pe
riculum, quo caſu omnem diem iuſti
tiæ ſeruire condecet, l. Finali, C. de fe
riis & Panor. in c. Finali, extra de fe-
5 riis. Maximè autem cauendum eſt,
veluti ſecundum iura indignum, ne
vllę proclamationes iudiciales aut vl-
la publica edicta euocẽtur diebus do
minicis, aut feſtis, nec ante, nec poſt di

uinum officium peractum. Verū praxis hanc legem violenter infregit, l. De quibus.ff.de legib.

CAPVT CCLVII.

In quem Executio fertur aut infligitur.

Summæ.

Executio ſententiæ fertur,
1 *in ipſum principalem condemnatum, non in procuratorem, niſi, &c.*
2 *in ipſum principalem condemnatum, non in fideiuſſorē, niſi, &c.*
3 *in maritum, pro omnibus debitis vxoris.*
4 *in curatorem bonorum, quando hæredes bona nō adeūt.*

1 EXecutio ſententiæ ſemper expeditur in ipſum principalem condemnatum, aut in ipſius bona, non autē ſuper ipſius procuratorem, qui eam cauſam produxit, ac defendit. Niſi hic in ea cauſa ſine mandato, ſineque pro curatorio præoccupaſſet, hoc enim caſu ſententiæ executio in talem temerarium procuratorem vibranda veniret, & non in condemnatum, ſicuti notatur in l. Si ſe non obtulit, in principio &. §. primò & ſecun
2 dò.ff.de re iudica. Sententiæ quoque executio fieri debet in ipſum principalem condemnatum, & nō in fideiuſſorem. Autentica. Præſente, C.de fideiuſſorib. Niſi fortaſsis in eo caſu quo ipſe principalis cōdemnatus abeſſet, aut à iudice excuteretur, imò potius negligeretur, quod ingenio, ac moribus tam eſſet aſper, alienus, rixoſus, & litium, cauillationumque tam eſſet differtus, vt nulla cum æqua ratione cum eo quicquā tranſigi, aut tractari poſſet. Hoc enim caſu executor cū decenti prudentia poſſet executionē ſuam in Fideiuſſorem expedire & dirigere, & principalem negligere, ipſumque ſuæ moroſitati relinquere, etiamſi is hic principalis ſuo fideiuſſore eſſet multo potetior &, ditior. Imò ſecundum multos in principalē executio nō eſt neceſſaria, iuxta Bartol. in l. Cū ſatis in 1.colum. C.de agri. & cenſi.lib.11. Per Iaſo.in §. Item ſi quis in fraudē, inſtitu.de actionib. Senten
3 tiæ quoque executio expedienda eſt in maritū, de omnib⁹ debitis, quibus ipſius vxor obnoxia fuit, ante hoc initum coniugium, aut quæ ipſa vxor in coniugio poſtea cōtraxit, quia per cōtractum cōiugium ipſe maritus omnibus vxoris debitis tam præſentibus quam futuris fit obnoxius, & principalis cōſtituitur. Quādo principalis
4 cōdemnatus, & per ſentētiam obligatus omnibus bonis ſuis cedit, aut interim moritur, & ſi tūc hæredes ipſius domum mortuariam, nec ipſius hæreditatem aut bona adeāt, ita vt hoc modo eorūdem bonorū nullus appareat poſſeſſor, tūc ipſe creditor per iudicē ordinarium iiſdē bonis ita vacātibus curatorē cōſtituendū curat, & tunc is creditor contra talem curatorem procedere ſatagit.

CAPVT

CAPVT CCLVIII.

De modo Executionis faciendæ,

Summæ.

1 *Executor ſententiæ* { *realis, petitorem in realem & actualem poßeßionem ponit.*

2 *perſonalis, vendit* { *bona immobilia*, *fundos*, *feuda*, *credita & ſchedulas* } *condemnati.* *Poſtea ipſum condemnatum apprehẽdit.*

3 *In quoſdam inclementes captiuatores fratrum, deteſtatio.*

4 *Condemnatus executori bona tradere poteſt quæ velit.*

5 *In vendendis mobilibus & immobilibus ſeruandus eſt ordo.*

6 *Perſonalis ſententia* { *Diuerſimodè vſurpatur.*

7 *Quomodo Brugis vſurpetur.*

8 *Quomodo alibi vſurpetur.*

9 *In executione ſententiæ* { *realis non eſt opus vlla denunciatione.*

10 *perſonalis opus eſt denunciatione, & octidui expectatione.*

11 *Venditam ſupellectilem condemnatus intra octiduum recuperare poteſt.*

12 *Venditio rerum* { *Non feudalium fit* { *loco conſueto.* &, *per tres hebdomadales denũciationes eccleſiaſ.*

13 *Feudalium fit intra quatuor binas hebdomadas.*

14 *Executor* { *In eccleſiaſticis denunciationibus ſuis ſemper procedit, non obſtãte appellatione.*

15 *Condemnato ſingulas denunciationes indicare debet.*

16 *Non plura quam quæ ſibi ſufficiant diuendere poteſt.*

17 *Plura quam ſufficientia vendens ad rationem tenetur.*

18 *Executor* { *In conſilio Mechlini ſalariũ ſuum implicat cum* { *Alijs expenſis exequendis.*

19 *Principis numus exequendis.*

20 *Decreti exequendo precio.*

21 *In conſilio Flandriæ exequitur ſuum ſalarium cum ipſo principali.*

22 *Executorum ſalaria vocantur ſportulæ.*

23 *Executor* { *primum rei vendendæ precium indicere debet.*

24 *condemnatum appellantem admittit, cum conſignatione.*

25 *non condemnatum appellantem admittit, ſine conſignatione.*

26 *omnem licitatorem admittit, & connotat.*

27 *Feudalis* } *contra venditionẽ* { *feudi* } *appellare* { *hic non debet.*
28 *Fundalis* } *contra venditionẽ* { *fundi* } *appellare* { *hic omnino debet.*
29 *Opponitur contra executoris venditionem vſque ad candelæ extinctionem.*
30 *Executor poſt candelæ extinctionem à progrediendo ceſſat.*

POſtquàm de ipſa ſentẽtiarum exe
cutione, quis eas exequi debeat,
quando executio faciẽda, & in quem
executio facienda, reſtat vt & modũ,
& exequendi formam paucis explice
mus, quæ variè conſideranda venit.
1 Quando enim ſententia aliqua mate-
riæ realis exequenda eſt, tũc oſtiarius,
aut alius quiſpiam executor petitorẽ
in realem, & actualem poſſeſsionem
rei iudicatæ ponit & aſſerit. In actio-
2 nibus etiã perſonalibus executor pro
cedit ad bona cõdemnati, per ſubha-
ſtationem & vẽditionem publicam,
ſed gradatim & hoc modo. Primo e-
nim in ipſa mobilia ac vtenſilia, dein-
de in fundos, poſtea in ipſa feuda, po-
ſtea in condemnati credita, & ſchedu
las obligatorias actiuas, ac tandem in
ipſam perſonam condemnati, l. A di-
uo Pio. §. In vẽditione, & ibi Barto.
& alij Scribẽ. ff. de re iudic. atqui hoc
3 vltimum ita iura ſtatuũt ciuilia. Verũ
Chriſtianæ leges à tali tyrannide pror
ſus abhorreſcunt, & mitiora Chriſtia
niſmũ ꝓfeſsis ſuadẽt. Si enim Chri-
ſtianus ſuis pręcipiat vt proximũ a-
mẽt ſicut ſemetipſos, nonne ſatis, i-
mò plus ſatis durè cũ proximo agũt,
quia omnia ipſius bona tam futura,
quã præſentia inclemẽter vẽdant, e-
tiamſi in ipſum cõdemnatum & fun
ditùs iuxta mũdum perditum, & alio
qui etiã in Chriſto cõfratrem, nõ tam
dirè ſęuiant, vt poſt omnia ipſius diuẽ
dita etiam ipſum miſerũ in carcerem
cõiiciant. Videãt illi quibus ſic æs tri-
plex circa pectus erit, quomodo in
extremo iudicio ſeſe corã iuſtiſsimo
iudice de tanta crudelitate purgabũt,
& quomodo illud euangelicum effu-
gient. Serue nequam, omne debitum
dimiſi tibi, quoniam rogaſti me. Nõ-
ne ergo oportuit & te miſereri con-
ſerui tui, ſicut & ego tui miſert⁹ ſum?
& iratus dominus tradidit eum tor-
4 toribus, &c. Matth. 18. Sed ad inter-
miſſa pergo. Dictus itaque executio-
nis ordo tam eſt firmiter ſeruandus,
vt executori eum nullo modo infrin
gere, aut interuertere liceat, niſi con-
demnatus executori aut tradiderit,
5 aut commonſtrauerit alia bõna, quæ
per ſubhaſtationẽ vendi mallet. Quin
etiam & ſi debitor nõ commõſtraret
quæ prius vendi bona mallet, ipſe ta-
men executor ex ſuò officio talem ſe
gerere debet, vt ſemper prius, quæ de-
bitori minus nocebunt, diuendat tã
in mobilibus, quàm in immobilibus,
ſic vt in mobilibus prius vendat mi-
nutiora, & quæ minus debitori obe-
runt, quàm àd maiora quæ plus obe-
runt accedat. Et ſimiliter in immobili
bus, vt prius leuiuſcula, & min⁹ obſu
tura vendat, quàm ad maiora, & plus
nocitura accedat, vtique vt amor iuſti
tiæ in omnibus ſeruetur, & vt odij
vel malitiæ ſuſpitio vndecunque diſ
pellatur, quæ facile oriretur, ſi execu-
tor pro re modica, aut in mobilibus,
aut in immobilibus rẽ aut fundũ ma
gni precij diuendere pergeret, idque
iniquum (quod ipſi non licet) proca-
citer agere tentaret, vide Barto. in l. A
diuo Pio. §. In venditione, iuncta ibi
gloſ.

gloſ.in verbo. Animalia, aliàs Anima
les. ff. de re iudicat. & l. mouentium
ff. de verbo ſignificat. & l. Quan-
diu, C. de diſtract. pigno. Barto. Ale-
xan. & ſcribēt. in d. l. A diuo Pio. §. In
venditione. Si igitur executor hūc or
dinem & diſtinctionem infregerit,
debitor ab eius executione appellare
poterit, vt qui iudicialis ordinis mo-
dum exceſſerit, vt l. Ab executiōe, C.
quorum appel. non recipiunt. & l. Ex
ecutorē, C. de execu. rei iudica. Quot
modis autem executor in officio ex-
6 cedat, notatur in gloſſa in verbo. Ex-
cedat, in d. l. Ab executione. Sed hîc
notandū eſt, Quod ſentētiæ ciuiles p-
ſonales pro diuerſis locis diuerſimodè
pronunciētur, & exequātur. Brugis e-
7 nim Fāldrię in ciuilib' quiſquis condē
natur perſonaliter, idem quoque cō-
demnatur & realiter, hoc eſt, is ſimul
condemnatur, & in corpore, & in re-
bus: ſic vt talis ſentētia ad vtrumque,
nempe ad comprehendendam debi-
toris perſonam, & ſimul ad debito-
ris bona exequenda, ac ſuo tempore
diuendenda committatur, tam in ſpō
ſionibus, quàm in propriis bonis, a-
deo vt creditori ibidem & debitorē
capere, & debitoris bona poſt captu-
ram iuridicè arreſtare & vendere li-
ceat, donec ſuæ ſummæ cum expenſis
factum fuerit ſatis. Si verò ante hanc
arreſtationem cōtingeret debitorem
in carcere mori, etiam ipſum debitum
mortuum & extinctum cenſeretur,
& tūc ipſius cadauer mortuum locu-
lis reconditur, & pro carcere ad horu
lam vnam aut alteram ſiſtitur, & om-
nibus ſic publicè oſtenditur, quod cū
corpore & vita ſuis creditoribus per
ſoluerit. Atque hoc modo is debitor
mortuus, planè ab eo debito liberatur
& abſoluitur. Verùm ſi ante mortem
ipſius bona ſimul à creditore fuiſſent
arreſtata, tūc is creditor poſt mortem
debitoris, ad ipſius mobilia atque im
mobilia arreſtata (in quæ ipſi ſimul
competebat actio) per decretum di-
8 uendēda pgit. In aliis vero locis mos
& ſententiæ perſonalis natura eſt, vt
creditori actionem tribuat vel in per
ſonam, vel in rem ipſius, ſic vt quan-
do creditor debitorem exequitur, tūc
ab actione bonorum ipſius prorſus
cadit. Si vero bona ipſius per execu-
tionem diuendere pergat, nihil iuris
in perſonam debitoris ipſi remanet.
In vtrumlibet enim per ſententiam
actionis ius obtinuit, ſed in vtrumq;
ſimul executionis faciendæ ius non
habuit, ſed tantùm in alterutrum, ſic
vt tentato altero ſolutionis comparā
dæ remedio perderet ſimul & alterū.
Eſt præterea & hoc loco alia notanda
9 differentia inter executionem ſenten
tiæ realis, & perſonalis, quod ad exe-
cutionem ſententiarum realium non
eſt opus vt executor per vllam denun
ciationem procedat, ſed in iis realiter
10 (hoc eſt ad res ipſas) & per facta ilicò
procedere poterit. In executionibus
verò ſententiarum perſonalium faci-
endis, debet ipſa executio primo om-
nium fieri per denunciationem præ-
uiam, & condemnato permitti debet
tempus deliberādi ad octiduum, aut
amplius, alioqui ſine hac denunciati-
one, ac tēporis ad minus octidui per-
11 miſſione, executio prorſus eſſet inua-
lida, & nulla. Porrò poſt executionē
ac venditionem ſupellectilium, aut
rerum mobilium cōdemnato adhuc
conceduntur octo dies, vt intra eos
eadem ſuppellectilia ſiue mobilia li-
beret, ac redimat. Verū iſtud tempus
conſiſtit in arbitrio iudicis, iuxta qua
litatem perſonarum, rerum, ac cauſa-

12 dum reſtat, & §. Penultimo, titu. de
execut. ſentent. In executionibus au-
tem realibus, domorum, fundorum,
redituũ aut ſimilium, fieri debent in
locis conſuetis & per tres denuncia-
tiones eccleſiaſticas, de octiduo, in o-
13 ctiduum, abſque vlla interrũptione.
Executiones autem reales feudales fie
ri debent intra quatuor binas hebdo-
madas eccleſiaſticas, hoc eſt, per quin
denas, & quindenas, ſine vlla interru
ptione. Et ſi quis contra eum executo
14 rẽ aut appellare, aut ſeſe opponere vel
let, is executor nulla obſtante oppoſi-
tione, aut appellatione ſemper in ec-
cleſiaſticis pronunciationibus conti-
nuandis, & perimplendis perget, &
in negotio peragendo conſtans erit.
15 Et in prædictis ſingulis eccleſiaſticis
denunciationibus, executor ſemper
indicare condemnato debet, quid ege
rit, & quouſque in negotio proceſſe-
rit, & ipſi præterea ſignificare de no-
uo, vt principali & expenſis faciat ſa-
tis, & tunc paratum ſe eſſe à procedẽ-
16 dò ſuperſedere velle. Hoc quoque no
tandum eſt, quod executor non plus
bonorum diuendere, neque amplius
bonorum eccleſiaſticæ denunciationi
tradere poterit, quam quantum ipſi
ad executionem ſuam, hoc eſt, quam
quantum, ad principale, & ad expen-
ſas ſoluendas ipſi ſufficiet. Gloſſa, in
verbo. Excedat, in l. Ab executione,
C. Quorum appella. non recip. Vide
Specula. in §. Sequitur videre, verſic.
2. cum ſequenti, in titu. de execut. ſen
17 tent. Quod ſi executor non habeat ſa
tis mobilium, quin ad fundum aliquẽ
vendendum procedere cogatur, atq;
hic fundus venditus & non diuiſibi-
lis plus precio excreſcat, & plus com-
modi, vel lucri afferat, quam executo-
ri opus fuerat, tũc executor de ea ſun
di venditione, & de eius ſupercreſcen
tia rationem poſſeſſori reddere debe-
18 bit. Iuxta ſtylum autem magni conſi-
lij Mechilinienſis in executionibus ta
xatorum ſumptuum, executor ſimul
19 infert ſuos ſumptus, & ſalarium. Idẽ
quoque ſuum ſalarium in rationem
confert, quando in negotiis atque a-
20 deo in numis Principis vacare com-
mõſtratur. In executionibus verò ſen
tentiarum quæ per decretum ſunt
prolatæ, executor ſuum ſalarium iu-
xta ſuam ipſius relationem taxari iu-
21 bet, & eam taxam per alium oſtiariũ
exequi & recipi curat. In Flandria au
tem executorum ſalaria ſimul incor-
porãtur, & executioni cõmittuntur,
22 cum ipſo principali. Atq; hoc loco no
tandum eſt, quod hi ſumptus ſiue ex
penſæ quæ executoribus dantur, pro-
prie dicantur in iure ſportulæ, C. de
ſportulis per totum titulum, & horũ
quantitas non eſt definitiua, niſi in
duobus caſibus, qui habẽtur, in l. Om
nes qui. §. Executoribus, C. de epiſc.
23 & cleri. Porrò quando executor per
denunciationes eccleſiaſticas procedit
ad venditionem rerum condemnati,
tunc precium rei vendendæ primum
intra tres aut quatuor dictas denun-
ciatiões vna cũ oneribus, ac reditibus
fundi vendendi indicari debebit. Et
ſi intra tantum temporis nullus eiuſ-
dem fundi, aut rei appreciationem ſta
tuerit, tunc ipſe executor eiuſdem rei
precium indicere & conſtituere tene
bitur, iuxta bonam informationem
& notitiam, quam ab aliis de valore
ac precio eiuſdem rei cognouerit, &
ſimul licitatoribus, & plus quam ſtatu
tam ſummam offerentibus certum a-
liquod lucrum, pro ipſorum auctione
tunc conſtituet, & addicet, ad hunc ſe
ſe modum. Ego hunc fundũ, vel hanc
domum

domum æſtimo, & apprecio centum
libris, ſi quis hanc ſummam auxerit
decem libris, is pro ſua auctione habe
bit ſex libras. Si quis auxerit viginti
libris, is pro ſua auctione habebit o-
cto aut decem libras, &c. Nam hæc
ſunt arbitraria, & conſtitui, & augeri
poſſunt ad arbitrium executoris, & li
citatorum, vel offerentiũ. Quòd ſi cõ
demnatus ſeſe cõtra eã executoris ap-
24 preciationem, aut cõtra eius precij vẽ
ditionem ſeſe opponere vellet, execu
tor condemnati oppoſitionem pror-
ſus admittere debebit, dummodo is
condemnatus opponens debitã eius
precij cõſignationem præſtiterit, alias
verò minimè. Quin & alios quoſque
25 à cõdemnato opponẽtes, in ſua oppo
ſitiõe, & nõ cõſignantes admittet, ſed
his diem dicet corã Conſilio, aut alio
iudice, vt ibi cauſam ſuæ oppoſitiõis
apertè declarent. Imò etiam quoſuis
26 recipiet, & interim admittet omnes
qui venditionis licitatum preciũ auge
re volẽt, & eam auctionẽ in ſuis rela-
toriis notis connotabit. Neque hic o-
27 pus eſt, vt Dominus feudalis, aut do-
minus fundalis ſeſe ad eam apprecia-
tionem feudi aut fundi opponat, vt
hoc modo ſuos reditus annuos, aut
nondum ſolutos, aut alia iura, quæ in
idem feudum aut fundum obtinet,
defendat, & tuta conſeruet, quia ea
omnia ipſo iure conſeruantur, & ci-
tra vllam oppoſitionem tuta perma-
nent. Verùm omnes alij qui ſuper e-
28 undem fundum, aut feudũ reditus ha
bent, aut oppignorationem, aut certã
hypothecam, ij omnes cõtra eam ven
ditionem debent ſeſe opponere, ſiqui
29 dẽ ſuũ ius in iis cõſeruare voluerint.
Atque ad huiuſmodi, & quaſuis alias
oppoſitiones faciẽdas, omnes ſunt ad
miſsibiles coram executore, vſque ad
extinctionem ardentis pro more can
delæ, & etiam poſtea coram iudice, vſ
que ad detractionẽ ſigilli cerei, quod
literis decretalibus appenſum fuerat.
Quin & coram iſto executore & ad
hanc candelam ardentem admittendi
ſunt omnes emptores, qui licitatum
30 precium augere volẽt. Et poſt vltimã
proclamationem, ſiue denunciationẽ,
& poſt candelam ardentem extinctã
executor ab actione, & à proceden-
do ceſſat, nec procedit vlterius, quia
eam venditionem nondum ratifica-
re, aut decernere, aut decretare poteſt,
ſed tunc ſuam omnium factitatorum
rationem colligit, & in mundum re-
digit, vt ea omnia iudici decreturo tra
dat. Et ſimul in eam relationem inſe-
rit nomen ipſius ſatellitis officiarij,
quem ad ſuæ commiſsionis exequen
dæ adiunctum aſſumpſit. Nam ipſe
executor ſolus in hac ſuæ commiſsio
nis executione alioqui fidendus non
eſſet.


PRECO.
SVBHASTATOR.
PRECO.

CAPVT CCLIX.

De Decretis peragendis.

Summæ.

1 *Decretare iudicis eſt, poſt ſolennitates omnes peractas.*
2 *Fundus per decretum non addicitur, niſi omnibus oppoſitionibus deciſis.*
3 *Emptor decretalis fundi, expreſſos tantum reditus agnoſcit.*
4 *Emptor decretalis, fundum emptum alteri tradere poteſt.*

DIxi paulò antè, executorem ſuam venditionem decretare nõ poſſe, quia ea decretatio per ipſum iudicem
1 peragi debet, & nõ p executoré. Poſtquam enim iudex executoris relationem accepit, ipſam examinat, & ſtudioſe cognoſcit, ân executor ſuo officio bellè functus fuerit, hoc eſt, an denunciationes tum condemnati, tum eccleſiaſticas ritè inſtituerit, & an cum candelæ ardentis celebratione debita, omnia ſine interruptione vlla peregerit, & continuauerit. Hæc enim omnia vbi debitè ex relatione executoris peracta cognouerit, ilicò petitori commiſsionis peractæ decretum permittit, & adiudicat. Non tamen vllum decretum
2 poſtulatori adiudicatur, priuſquam omnes oppoſitiones (ſi quæ fuerint) deciſæ, & explicatæ fuerint, & priuſquam precium venditionis per vltimum licitatorem in graphiariam collatum fuerit, maturè enim, ac tardè in decretis iudex procedit, ne cui partiũ per accelerationem vlla inferatur iniuria, ſed vt vtrique quantum fieri poteſt ſuum hoc modo ius conſeruetur.
3 Poſt decretationem autem adiudicatam, emptor de ſua emptione certus fact⁹ eſt, adeo vt poſt eam decretationem nulli poſtea vllos reditus, aut vllas hypothecationes, vllâue alia onera ab hoc decreto, fundo, aut domo repoſcere licuerit, quam quę in literis decretalib⁹ ſpeciatim fuerunt expreſ-
4 ſa. Atque decretalis emptor poſt decretationem adiudicatam poterit eũ emptum fundum, aut domum, vel ſibi ſeruare, vel alteri cedere. Vel poterit eundem fundum, ac domum alteri diuendere, ac tradere, cuicunque voluerit, vſque ad inhæredationem, hoc eſt, vſque ad plenarium acceptum dominiũ, quo in realẽ poſſeſsionẽ, aut incorporationẽ cõſtituitur, poſtea enim id ipſi pro eodẽ inhæredationis iure licebit minimè, nã ſi poſt hãc inhæredationẽ ac realẽ poſſeſsionẽ acceptam poſtea eundẽ fundũ vendere vellet, id quidẽ ipſi licebit, ſed cũ noua dominij traditiõe, & cũ nouo iudiciali precio.

CAPVT CCLX.

Quomodo executæ per Decretum diſtribuantur pecuniæ.

Summæ.

Decre-

		1 *Executionũ expenſa,& ſalarium executoris.*
		2 *Reditus,dominia,& iura feudalia.*
	Decretalis pecunia perſoluit	3 *Creditoribus realiſatis quibus fundus affectatus fuit.*
		4 *Creditoribus realiſitis in data prioribus.*
		5 *Creditoribus quibuſlibet.*

POſtquã igitur ad prædictum modum per executorem omnia plene,ac debite peracta fuerint,& decretum emptori adiudicatum fuit, tunc preciũ eiuſdem decretalis vẽditionis, hoc eſt,præſens inde conflata pecunia diſtribuitur iuxta modum,& ordinẽ ſubiectum. Primò enim omnium ab
1 hac præſenti ſumma decidũtur expenſa executionis,& ſimul ſalarium ipſi⁹ executoris,qui ſententiæ commiſsionem executus fuit, atque his primo
2 perſoluitur. Secundò, ex ea pecunia perſoluuntur reditus quiuis tam vitales,quam annui, & etiam dominia,ac iura Principis, vel patroni, vel domini feudalis,à quo ea bona feudalia, veluti beneficiaria aut clientelaria fuere
3 ſeruata. Reliquum verò pecuniæ diſtribuitur partibus opponentibus,atque ad hũc modum & ordinem. Creditores enim redituales qui ſuper eo fundo annuos reditus aſsignatos, atque hypothecatos habent,in ſolutione accipienda præferuntur aliis creditoribus, qui in eum fundum nihil hypothecationis, aut realiſationis ha-
4 buerant. Et ſi plures ſimul in eum fundum, aut domum hypothecatos, ac realizatos reditus haberent, tunc in ſolutione accipiẽda ſemper præfertur is cuius reditus inſtitutionis tempore ſunt vetuſtiores, Excepto ſolo creditore executore,ſi & hic quoque ſuper eo fundo affectatus, ac realiſatus fuerit. Nam hic omnibus in ſolutione accipienda eſt præferendus, etiam ſi ipſius inſtitutio reditualis tempore eſſet nouiſsima, idque propter diligentiam ſuam,quam in ſua executione exercuit. Vigilantibus enim & non dormientibus iura ſubueniũt, l. Pupillus,in fine.ff. Quæ in fraud.credito. Sceuola. Sed vigilaui,meam conditionem meliorẽ feci. Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, ideoque non reuocatur id, quod percepi. Iuxta hoc eſt,ꝗ in Varro.lib.1.de re Ruſtica. Dij
5 (inquit) facientes adiuuant. Creditor autem cuius inſtitutio habetur nouiſſima, ſi de ſolutione ſuperflui ſibi facienda diffidat, poterit eo caſu eandẽ executionem ſibi arripere,ſi modo aliis omnibus creditorib⁹ in data prioribus de ipſorum creditis exoluerit.

CAPVT CCLXI.

De Executione in qua bona non ſufficiũt,

Summæ.

Mobilium,

In insufficientia
- *Mobilium, ſoluitur*
  - *prime executori, plene.*
  - *deinde preuilegiato debito plene.*
  - *tertio creditoribus reliquis, diſtributiue.*
- *Immobilium, ſoluitur*
  - *primo, executori, plene.*
  - *deinde dommo, cũ reditu vnius anni.*
  - *redituariis ſingulis, vnus annus.*
  - *quarto creditorib. aliis partitiue.*

FIt vt condemnati debitoris bona tũ ſumptibus litium, tũ principali petitioni, tum reliquis creditoribus nõ ſufficiant, Hoc autem quoties acci
1 dit hic modus obſeruandus eſt. In executionibus, aut vẽditionibus in quibus inſufficiẽtia comperitur, hoc eſt, in quibus non tantum ſuppellectilis, aut bonorum mobiliũ reperitur, quæ omnibus ſufficiant, quibuſue omnibus ſatisfieri poſſet, in his executor integrum ius ac ſalarium ſuum plenũ accipit. Deinde ex reliquis ſatisfit domorum locatoribus, & reditibus fundalibus, quia hæc debita habentur priuilegiata. Quicquid autem reliquum erit pecuniæ, id reliquis creditoribus numeratur, ſed æqua tantum partitione, ſic vt vnus quiſque iuxta magnitudinem debiti parem, ac ęqualem librę portionem accipiat, ſecundum, æs, &
2 libram, vt dici ſolet. Sic quoque vbi in fundorum venditionibus inſufficientia naſcitur, hic ipſe executor primo omnium ſuum eripit ſalarium ac ſtipendium. Poſtea dominus feudalis (ſi quidem is fundus fęudalis fuerit) ex reliquo accipit ius ſui dominij, & ſimul reditum vnius anni, Deinde reliquis creditoribus, quibus ſuper eodem fundo aſsignati & hypothecati ſunt reditus, ex ordine cum venditionis precio ſoluitur, ſed ſingulis duntaxat annus vnus. Quod ſi tum quippiam amplius ſuperfuerit, id omne reliquis opponentibus, ac creditoribus æqualiter ex libra diſtribuitur, vnicuique iuxta ratam, ac ſummam ſui crediti, ſecundum æs, & libram. Verùm in his omnibus obſeruanda eſt conſuetudo patriæ, & receptus ſtylus Curiæ.

CAPVT CCLXII.

Quæ res Executionẽ impediãt, & quæ nõ.

Summæ.

1 *Executionem impediunt*
- *legitima appellatio.*
- *noua partium tranſactio.*
- *ſententiæ nullitas.*
- *reſtitutionis petitio.*
- *prolapſus temporis, ſ. anni.*
- *interuentus tertij, qui dicit rem eſſe ſuam.*
- *quando debitum eſt obnoxium voluntati credstorum.*
- *literæ ſtatariæ.*

Executio-

2 *Quinquennales, nec ſuſpenſoriæ literæ.*
3 *Literæ ſuſpenſoriæ non ſunt de debito priuilegiato.*
4 *Executionem nō impediunt* — *Debitum priuilegiatum quod ſit.*
5 *Partis inutiles querimoniæ, & cauillationes.*
6 *Pars inſtrumenti falſitatem citans auditur, ſed executio non ſiſtitur.*

1 MVlta ſunt quæ executoris executionem aut commiſſam, aut cōmittendam impediant. Primò, enim executionem ſuſpendit, & impedit legitima appellatio. Deinde nouatio, ſiue noua tranſactio inter partes inita, poſt, & ſuper ſentētia lata. Tertiò, ſententiæ nullitas, de qua pede ſtante, atq; mox à ſentētię prolatione cōſtat. Quartò, petitio qua quis contra ſententiam reſtitui cupit. Quintò, prolapſus temporis, hoc eſt, quoties ſententia plus anno & die prolata fuit, ab annali enim ſententia appellari non licet. vti diximus, cap. 254. Sextò, quando interuenit perſona tertia, quæ dicit, & pede ſtante commonſtrat rem eandem eſſe ſuam, & in eiuſdem rei poſſeſsione actū eſſe & fuiſſe. Septimò, quando debitum tale eſt, vt obnoxiū ſit ad voluntatem & commonitionem creditoris: huiuſmodi enim debitum ad executionem non eſt obnoxium, priuſquam creditor ſuam voluntatem expræſſerit, & debitor idem debitum denuò releuauerit & agnouerit, aut niſi id debitum exoluendum exprimatur certo ac conſtituto tempore, idque tempus nondum expiratum fuerit. Octauò, ſententiæ executionem impediunt literæ ſtatariæ, nēpe, quæ ſententiæ executionem ſiſtāt, ſed hoc impedimentum tantùm durat eo tēpore quod in literis ſtatariis
2 expreſſum conſpicitur. Quinquennales vero literæ, & ſubquinquennales (vulgò *quinquernellen*) ſuſpenſiones, ſententiarum executiones impedire non poſſunt. Literæ autem ſuſpen-
3 ſionum ſunt duplices, ſcilicet generales, nempe quæ ad cauſas ſeruiunt, quaſque iam ſtatarias diximus, & ſpeciales quæ tantùm ad debiti ſolutionem conceduntur. Verùm nō de quouis debito, ſed tantùm de debito ſimplici. Literæ ſuſpenſoriæ in cauſa debiti non compræhendunt, neque intelligendæ ſunt de debito priuilegiato, ideoq; nec impediunt, quominus debita priuilegiata perſoluantur, niſi fortaſsis ea debita in illis ſuſpenſoriis literis ſimul expreſſa fuiſſent. Priuilegiata autē debita intelligēda ſunt, quę
4 debētur Principi, Reipub. pupillis, Eccleſiis, locatoribus domorum, mercaturæ in foro factæ citra ſolutionis faciendę terminum, vti antè dictum eſt capite 254. Executor in executione
5 accepta progredi non ceſſat ob vllas partis aduerſæ querimonias, aut allegationes, quas forſitan contra ſententiam obiiciet, veluti aut iniquam, aut abuſiuam, aut illuſoriam, &c. Non enim eſt executoris quid pars aduerſa dixerit intendere, ſed ſolùm quod in mandatis habet fideliter exequi, & nihil de rerum ſtatu, & qualitate cognoſcere velle, c. Paſtoralis. §. Quia vero verſic. Attendentes, extra de offic. delega. Nihilominus ſi pars aduerſa diceret ſentētiam ſic latam fuiſſe per inſtrumenta falſa, eo caſu executor poſſet eam partem ad auditum ſuum admittere, ipſumque audire, & quid de ea

de ea inſtrumentorum falſitate referret, proprius cognoſcere, vt id in notã redigeret, & ad Curiam fideliter referret, verùm interim ipſius exceptionem non admitteret, neque executionem cœptam, aut incipiendam ob id ſuſpenderet.

CAPVT CCLXIII.

De Progrediendo in Executione, non obſtante Oppoſitione vel Appellatione.

Summæ.

Executor in executione progreditur nõ obſtante appellatione,

1 *quando appellationis cauſa non eſt fundata in iure.*
2 *in materia dotis repetendæ.*
3 *in materia conſtitutionis tutorum, &c.*
4 *in confectione inuentarij.*
5 *in prohibitione adminiſtrationis bonorum.*
6 *in ſolutione mercedis famulorum.*
7 *in cauſis recredentiæ.*
8 *in iudicatis prouiſionibus.*

1 IVdices omnes ordinarij in ſuis executionibus mãdandis vti poſſunt hac clauſula (nulla obſtante oppoſitione, aut appellatione) potiſsimum in cauſis in quibus iura nullam appellationem vel oppoſitionem admit-
2 tunt. Quin & in Francia executori permiſſum eſt eam ſententiã exequi quæ pronunciata eſt, non obſtante vlla oppoſitione, aut appellatiõe, ſed potiſsimùm in caſibus ſubiectis. Primò in materia dotis, & ad repetitionem
3 illius. Secundò, in materia conſtituendorum tutorum, aut curatorum. Itẽ.
4 in confectionibus inuẽtariorum, aut indicis bonorum. Item in prohiben-
5 do pdigis, aut diſsipatoribus, furioſis, aut amẽtibus adminiſtrationem ſuo-
6 rum bonorum. Item, in promiſſa ac conducta mercede famulorum, aut ancillarum ad triennium, & infra. Si enim is dominus ac domina obligati fuiſſent ſuis miniſtris ad ſolutionem mercedis triennalis & infra, neq; iis perſoluerent, ſic vt eius cauſa pro eo debito exequerentur, tunc de ea executione appellare nõ poterunt, ſed ilico, nulla appellatione aut oppoſitione obſtante, debent eandem in manibus vel famuli, vel executoris conſignare, quia id debitum eſt merces laborum, & tunc eam conſignatam pecuniam mox famulus, cũ debita cautione, hoc eſt, quam poterit, præſtita, auferet. Sed hic opus eſt prudenti diſcretione iudicis, vt videat an ne, aut apud herum, an apud famulum malitia vlla, aut falſitas reſideat, & certè fauor ad laboris mercedem debet eſſe
7 propenſior. Item, in omnibus cauſis
8 recredentiæ, vel fiduciariæ poſſeſſionis. Item in omnibus iudicatis prouiſiõibus, quæ 25. libras ſemel ſub debita cautione præſtita, nõ ſuperãt.

Ex horum multis caſibus etiam vſurpantur in magno cōſilio Mechiliniēſi, & etiam in cōſilio Flandriæ, vbi in dictis caſibus, & in pluribus aliis cōmittunt executionē fieri, nulla obſtāte oppoſitione, aut appellatione.

CAPVT CCLXIIII.

De Euictione (vulgò) van Afvvinninghe,

Summæ.

1 *Euictio vbi, & quomodo fiat.*
2 *Euictio quid ſit.*
3 *Euictio conſuetudine eſt duplex* { *Perpetua, vel propria.* & ,
4 *Temporaria, ad fructus tantum.* }
5 *Euincitur feudum* { *Temporariè, ob non ſolutionem, vel præſtationem debiti.* & ,
6 *Perpetuò, ob feloniam contra patronum.* }
7 *Cenſuarius euincit fundum ſuum cenſualem euictione perpetua.*
8 *Redituarius actiuus euincit hypothecam euictione temporaria.*
9 *Redituarius ad fructus iudicatus, fructus ſine ratione reddenda percipit.*
10 *Redituarius alicubi hypothecam euincit perpetuò.*

1 PAtroni clientelares, (quos dominos feudales vocamus) & magiſtratus tā ſubalterni, quam ſuperiores in ſuis Curiis feudalibus, & prætoriis aliū præterea exequēdi modū habēt, quē nō ineptè euictioinē vel poſſeſſoriam, vel cenſuariā vendicationē (vulgò) *Afwinninghe*, appellare poterimus, nempe cum quis ſe in alicuius feudi, ac cenſualis, vel reditualis fundi dominium qualecunq; & poſſeſsionē per magiſtratum vendicat, et
2 aſſertum iri curat. Eſt enim euictio (vulgò *Afwinninghe*) nihil aliud, quā rei emptæ, aut ex alia honeſta cauſā acceptæ, cum decreto iudicis interpoſito, abductio, vel amiſsio, l. Euicta. §. primo, ff. de euict. Hinc euincere eſt rem ſuā vendicare. Celſ. Quod euincitur in bonis nō eſt, ſcilicet prioris poſſeſſoris. Sed quoniā iuridica vendicatio bifaria cernitur, perpetua, & temporaria, ſic quoque euictionem (quatenus variorum locorū cōſuetudines ſunt cōſiderandæ) hic dicim' eſſe duplicem. Eſt enim alia euictio perpetua eaque propria, alia verò temporaria & impropria. Perpetua euictio eſt
3 illa quā ſupra per decretationē iudicis cōtingere monſtrauimus, quæ perpetuū rei dominiū, & poſſeſsionem tribuit, ſic vt ad eandē rem euicto nunquā relinquatur redit', aut retractio. Hac decretali, ac perpetua euictione euincuntur tum feuda, tū agri ac fundi, tum domus, cum plena ac propria decretatione, & euictor fit rerum perpetuus dominus, & euictus dominus eſſe deſinit, iuxta illud Celſi. Quod euincitur in bonis non eſt, ſcilicet

4 licet euicti. Euictio verò tẽporaria,ſi
ue impropria eſt,qua feuda, fundi,ac
ædes, aut reditus euincũtur nõ ad per
petũ dominiũ,ſed tantũ ad tempora-
lem vſum, quem Flandricè vocamus
(*yemant ten blade doen*) hoc eſt,ad fru
ctus tantum percipiendos per iudicẽ
feudũ, aut fundũ tradere, donec eui-
ctori de ſuis reditibus ad plenũ reſo-
lutum fuerit. Poſt hãc enim ſolutio-
nẽ plenariam acceptã,fundus ad pro-
prium dominũ redit, & euictor deſe
ritur. De hac itaq; vtraq; euictiõe hęc
ſpeciatim accipe. Domin⁹ feudalis nũ
5 quã ob nõ ſolutionem, aut ob nõ prę
ſtationem debiti procedit ad dictam
feudi perpetuã euictionẽ vel exhære-
dationẽ,quod ſuo Vaſallo tradidit,ſed
quando officiũ nõ præſtatur, vel quã-
do viris indiget, tunc euictione tem-
poraria vtitur, & id feudũ ſibi ad tem
pus arripit, ſibique poſsidet, ipſiuſq;
fructus omnes ſuos facit, donec vaſal
lus clientelaris viros tradat,relinquẽs
interim hoc feudum pro ſuo Vaſallo,
6 etiam ad ſexaginta annos vacuũ. Sed
quoties Vaſallus feloniã,aut ignomi-
niã, aut perfidiã contra ſuum benefi-
cũ patronũ cõmittit,ſic vt ipſum de-
honeſtet aut noceat,tũc dominus feu
di clientelarẽ illum fundũ nõ per iu-
diciariã decretationẽ, ſed per euictio
nẽ perpetuã à paribus feudalibus cũ
cognitione cauſæ iterum in ſuas ma-
nus adiudicatum iri curat, per quam
adiudicationẽ id feudũ fit ſuum,ſibi-
que propriũ in perpetuũ. Porrò de cẽ
7 ſuali fundo hoc notandũ eſt. Si domi
no, ac poſſeſſori cenſuario nõ quotan
nis de ſuo annuo cenſu,aut de funda-
li reditu, aut de quouis alio nobilita-
tis reditu non ſolueretur, tunc is cen
ſuarius eum fundum ſaiſit, hoc eſt,ip
ſius perpetuũ, ac propriũ dominium
ſibi per ſuam iuſtitiam arrogat, & cũ
perpetua euictione ſibi vendicat,ſibi
que reſtitui ipſum curat in perpetuũ,
& ſic is fundus tunc ob indebitã aut
negatam ſolutionem totus iterum in
ipſius priſtinam poſſeſsionẽ & pro-
prietatem reuoluitur,qui ſub hac cõ-
ditione à cenſuario datus fuerat, ita
vt is fundus ab euicto nunquam ſit
recuperabilis, ſed ab eo plane exhære
detur, & exuatur in perpetuũ. Atque
hæc iuridica euictio, aut vẽdicatio p-
petua in iure etiã fundata eſt,l. Prima
8 & ſecunda, C. de iure emphiteo. &
C. de euictio. Ad hunc quoque mo-
dum quando reditu arius quiſpiam
actiuus,hoc eſt,cui debetur nõ perci-
pit à ſuo redituario paſsiuo annuam
ſuam penſionẽ, aut reditũ, hypotheca
tũ ſuper aliqua domo, fundo, reditu
annuo, aut ſuper aliquo feudo, tunc
in eam reditus ſui hypothecã per eui
ctionem temporariã agit, & contra
eam per denũciationes eccleſiaſticas
& alias iudiciales ſolennitates cõſue-
tas (vt ſupra, capite 258.) ad tẽporariũ
eius dominiũ procedit, vt eadem fun
di hypotheca ipſi adiudicetur, ad co-
9 lendũ, ferendum, & metendum, do-
nec ipſi de retroactis reditibus ſatiſ-
factum fuerit. Et huius fructus om-
nes vſque ad ſolutionem ſine vlla ra-
tione reddenda ſuos efficit. Aliis ta-
men placet (& eſt rationi conformi-
us) quod is alterius agri cultor iudica
tus de fructibus acceptis, & ſumpti-
bus impenſis debitã rationẽ reddere
teneatur, ne alienis bonis diutius quã
10 vſque ad ſui ſolutionem vtatur. Atta
men in quibuſdã locis Flandriæ pra-
xis habet vt redituarius actiuus fun-
dum ipſum, aut veram ipſius proprie
tatem ſibi iuridica & euictione per-
petua, per decretationẽ vendicet pro

retroactis, & non ſolutis reditibus, ſic vt per eam perpetuam euictionem non ſoluens, ſui fundi dominio, ac proprietate perpetuò exuatur, & eui ctor in eam inhæredetur. Sed de hac re inter conſuetudinarios eſt magua contentio, & varietas, potiſsimùm in Flandria.

CAPVT CCLXV.

De Approximatione, vel Retractu.

Summæ.

1 *Retractus quid ſit, & quotuplex.*
2 *Retractus iure diuino permittitur.*
3 *Retractus in iure ciuili eſt odioſus.*
4 *Retractionis vſus in Flandria.*

5 *Retractio fundorum, aut domorum* } *quomodo Brugis fiat.*
6 *Retractio redituum venditorum* } *quomodo Brugis fiat.*

Ad legitimum retractum requiruntur multa.
7 *vt bona ſint feuda, fundi, ac immobilia.*
8 *vt bona ſint patrimonialia.*
9 *vt retractator ſit à familia alienus.*
10 *vt retractator ſit de cognatione venditoris.*
11 *Ad ſucceſsionem inhabilis ad retractũ eſt inhabilis.*
12 *vt retractus fiat debito tempore.*
13 *Tempus retractuum eſt annus, & dies.*
14 *vt retractor rem pro ſeſe retrahat.*
15 *vt retractor præſentẽ pecuniã cũ expẽſis numeret intra 24. horas.*
16 *vt cum ſua propria pecunia contrahat.*
17 *An mutuata pecunia ſit propria.*
18 *vt retractio fiat de tota venditione.*
19 *Venditio vnius partis, ea pars retrahi poteſt.*
20 *vt cũ cõditionib. in vẽditione expreſsis quiuis cõtrahat*

21 *Bona retracta induunt naturam bonorum patrimonialium.*
22 *Bona per teſtamentarios vendita obnoxia ſunt retractui.*
23 *Retrahuntur & patrimoniales reditus.*
24 *Retrahuntur feuda, fundi, agri, domus.*
25 *Retractum emptore denegante, retractus pecunia conſignatur, &c.*
26 *Retractum denegans quomodo puniendus.*
27 *Falſarius retractum recuſans quomodo puniendus.*

ARe-

28 *A Retractatore maiorem ſummam expetens* — *puniendus arbitrariè.* / *vel*

29 *punitur amiſſione* — *pecuniæ datæ.* / *principalis.* / *ſumptib. expenſis.*

30 *De retractibus conſulendus Tiraquellus.*

1 Retractus, (vulgò *Vernaderinghe*) eſt appropinquatio vel approximatio qua res aliqua diuēdita,aut cōtracta,aut decretata per aliquem propinquum,aut affinem emptori eripitur, & ſibi aſſeritur. Vel qua conſanguineus ad ſe, atque ita ad familiam vel cognationem ſuam, à qua res receſſerat, eandem retrahit & reuocat. Atque hæc eſt duplex,ſcilicet municipalis vel appropinquationis, nempe quæ conſanguineis aut affinibus propriè competat, & conuentionalis, quæ etiam ſociis contractuumq́ competit. Bartholomeus Chaſſenęus autē in Commentar. Cōſuetud. duca. Burgund. titu. *des retraicts* folio 325.nu. 2.ponit triplicem retractum, ſcilicet legalem,conſuetudinarium, & conuentionalem. Prior,aut duo priores, nempe approximatio ſiue retractio

2 (vulgò *Vernaderinghe*) tam legalis, quam conſuetudinaria non minus iure diuino, quam humano ad fauorē ac conſeruationem familiarū eſt permiſſa,ſcilicet vt familiæ, vt domus,atque nomina,& tituli familiarum per huiuſmodi bonorum retentionem perdurarent in eſſe, ſine qua ipſa citò collabaſcerent, ac extra omnem memoriam perirent. Vide Biblia,Leuit. 25.& Ruth.4.Hiere.32. Numeri.36. & C. de impo.lucra. deſcript. lib.10. Quanquam ſint qui hæc legalia non

3 obligare contendant. Eſt tamen iſthæc bonorum per approximationē arreptatio in iure ciuili nōnihil odioſa & irrationabilis viſa, ob id quod omnem cōtractum quem partes inter ſe amicè tranſegerunt rumpat, ac interturbet. Vide Tiraquellū in præfat. ſuorum commētariorum de vtroque retractu,& municipali & conuētionali nu.33.& Ang.in l.Dudum,C.

4 de contrahend.empt. Quando in Flādria patrimoniale feudum, aut fundꝰ patrimonialis quiſpiam per venditionem aut alium contractum venit in manus alienas, quæ apertis loculis aliquid pecuniæ,aut aliquod preciū, pecuniæ loco pro ea venditione ac cōtractu tradiderunt, tunc propinqui hanc rem ſcilicet patrimoniale feudū, aut fundum venditum, atque contractū prædictū per approximationem ſibi vendicare,& arreptare poterunt, vt ea bona in familia tuta permaneant, & nō extra familiam alienentur, ſoluendo venditioni, ac contractui facto cum ſumptibus legitimis. Atq; hic modus etiamnū hodie obſerua-

5 tur.In quibuſdam locis,pręcipuè Brugis moris eſt,vt quando aliquis vel trigeſimā partē in aliqua domo, vel fundo habuerit, atque ea domus vel fundus vēditur, quod is qui vel minimā iuris proprietatem habeat, eam domum, aut fundum per retractionem vendicare poterit, ſi nemo ſit qui ex propinquis in hac retractione præferri voluerit. Atque ideo ſi quando aliquis ibi emit aliquam domum aut

fundum, is omnibus comparticipi-
bus indicare ſuæ emptionis precium
tenetur intra biduũ, aut triduum, vt
ſi quis illorũ eam emptionẽ retrahe-
re volet, id effectum curet intra dies
quadraginta, quia poſt illud tẽpus nul
6 li retractionis vſus cõceditur. Idẽ quo
que accidit in emptionibus redituũ
ſuper aliqua domo, aut fundo. Nã ſi-
quis alius ſuper eadẽ domo, aut fun-
do etiã aliũ reditum obtinuiſſet, ſi-
ue is maior, ſiue minor eſſet, is dictũ
reditũ emptũ per ſimilẽ denunciatio
nẽ & tẽporis cõceſsionẽ ſibi per retra
7 ctũ arripere poterit. Sed hoc loco no
tandũ eſt, quod ad huiuſmodi appro
pinquatoriã vẽdicationẽ aſſequẽdam
requiratur quinq;. Primò enim requi
ritur vt ea bona vẽdita ſint, aut feuda,
aut fundi, aut propriũ dominiũ rei im
mobilis, quia de ſupellectile, aut re mo
bili nõ eſt vllus retractui locus. Tira-
quell' tit. *du Retraict linag.* §.1. in ver.
ou aultres choſes, &c. gloſ. 7. nu. 86. Se
8 cundò, vt res vẽdita ſit bonũ patrimo
niale, & nõ cõquiſitũ: de his enim cõ-
quiſitis nõ eſt retractus vllus admittẽ
dus, quod vnicuiq; facili' admittitur
ſuarũ cõquiſitarum rerũ arbitraria diſ
poſitio, quã earũ quæ in ipſum p ſuc-
ceſsionẽ hæreditariã ſunt tranſlatæ, ar
gumẽto, l. lex quæ tutores, C. de ad-
9 miniſtra. tuto. Tertiò, requiritur, vt is
emptor ſit alienus, & nullo cognatio
nis aut affinitatis gradu vẽditori pro
pinqu'. Hæredi enim, aut cognato cõ
tra aliũ hæredẽ aut cognatum nullus
obtingere poteſt retractus, etiã ſi is a-
10 liquo gradu eſſet propinquior. Quar-
tò, vt retractator, atq; propinquarius
vẽdicator ſit de cognatiõe, aut affini-
tate vẽditoris, & nõ de quacunq; co-
gnationis linea, ſed tantũ de ea cogna
tiõis vel affinitatis linea, à qua id feu-
dũ, aut is fundus deriuatus eſt, ſic, vt
ſi ſors accideret, in feudum, aut fun-
dũ aliquãdo hæreditario iure ſuccede
re poſſet, veluti, nothi, ac illegitimi, hi
enim ſicut nec ſuccedere, ita nec retra
11 here poſſunt. Quiſquis enim ad hære
ditariã ſucceſsionẽ nõ eſt aptus, is nec
ad retractũ aptus eſſe poteſt, de quo
vide Franc'. Mingon. in conſuetudi-
nes Andegauenſes articu. 368. num. 1.
12 Quintò, requiritur, vt is retractus
fiat debito, ac conſtituto tempore,
ſcilicet intra eccleſiaſticas denuncia-
tiones, aut intra annum & diem, aut
aliud quoduis tempus, iuxta ſtylum
13 & conſuetudinem loci, ad hoc con-
ſtitutum. Secundum iura tamen ſi-
lentium, atque taciturnitas annalis,
qua quis retractionis ſui ius procra-
ſtinat, & intra eum annum non lo-
quitur, is quoque ab eodem ſuo re-
trahendi iure retruditur, potiſsimum
in feudalibus. Vide Iaſo. in l. Præ-
tor ait §. Vltimò, ad fin. ff. de no. oper.
nunciat. Quod autẽ annale ſilentium
hic vim refutationis obtineat, id ſane
intelligendũ eſt, ſcilicet ſi ſciẽtia inter-
ceſſerit, vt habet text'. §. Porrò. Qua-
liter olim poterat feudũ alienari. Reli
qua late per Barth. Chaſſe. in titu *des
retraicts*, in ſuis Cõmentariis in cõſue
14 tudines Ducatus Burgundiæ. Sextò,
ac vltimo requiritur, vt retractor eũ
fundum, aut feudum venditum pro
ſeipſo, & ad ſuũ propriũ cõmodum
nõ pro alio retrahat, ac vẽdicet, idque
iureiurãdo (modo id vẽditor velit) aſ
firmare tenebitur. Si tamẽ emptor po
ſtea cõperiat cõſanguineum hic frau
de vſum fuiſſe, & nõ ſibi, ſed alteri po
tius, cui cederet, retraxiſſe, hoc caſu
prior emptor ſuã ceſsionẽ reuocare,
15 & reſcindere poterit, per not. in l. Ele
ganter, in princip. ff. de dol. mal. cum
ſimilib.

ſimilib. Debet præterea fieri iſta retractio per ſuam propriam pecuniam. Sed mutuata pecunia etiã hic propria dicitur, ſic vt cum ea præſente pecunia non minus retrahere, quã aliquẽ alium fundum, aut equum, aut domũ emere poſsit, quantumuis eam aliquãdo (ſi mutuator velit) reddere teneatur. Sic etiã qui aut nullã habet pecuniã, aut qui pecuniã habens, eam tamen intra 24. horas cum ſolutiõe expenſarum à retractus denunciatione præſentẽ, ac promptã non exhibet, is quoque à ſui retractus iure reiicitur, per text. in l. Vltima, & ibi Bald. col. 2. verſic. Et nota quod debitor, C. de condi. inſer. & c. Significante, extra de pignor. Quod ſi pecuniam non habeat, aliis rebus cõpenſare poterit, ſcilicet argenteis, catenis, anulis, torquibus, &c. Cõpenſatio enim vim ſolutionis habet, l. Si debitor. ff. Qui potior in pigno. habean. Nec refert, an quis ſoluerit, an cõpenſauerit. Sed hãc cõpenſatione quidã locũ tantùm habere volunt in contractu cõuentionali, qui multò fauorabilior eſt, quã retractus proximitatis, & dicunt cõpenſatione ſolummodo eſſe fictam ſolutionem, & nõ verã, ideoq; nõ eſſe hic admittendam, ſicuti nõ recipitur etiam fideiuſsio, quę quantumuis bona, non eſt tamen ſolutio. Sic nec ſimplex pecuniæ oblatio ad retractũ valet. Aliis tamen cõtrarium videtur, pecuniã ſcilicet mutuatã non eſſe alicui propriã, innixi huic rationi, quod ea ſit alterius, neque alteri debeatur, & quod is ad eiuſdem reſtitutionem teneatur, quod alteri (inquiunt) debemus, id noſtrum eſſe, dicere non poſſumus. Verùm prior opinio mihi videtur veriſimilior, primo enim mea eſt, dum alius repoſcet, deinde nõ eandem in ſpecie reſtituere teneor, tertiò fieri poteſt, vt is mutuator nunquam eam pecuniam à me repoſcat, poſtremo rata eſt omnis emptio, quæ fit cum præſenti pecunia, ſiue ea ex meis ſiue ex alterius loculis deprompta ſit & mutuata. Igitur etiam retractio, ſi cet cum mutuata pecunia, valida eſt cenſenda. Et quam habeo pecuniam eſt mea, dum per iuſtitiam eandem reſoluero. Multi præterea quotidie cũ præſenti pecunia mercantur, qui tamen grauiter in ære ſunt multorum, & nemo creditorum huic dixerit, Tu hunc fundum cum mea compara ſti pecunia. Retractio quoque fieri debet plena, ac integra, ſic vt eam venditionem retractor plenam accipiat & totam, non autem dimidiatam, aut illius, quam velit, ex tota fundi venditione partem, potiſsimum ſi talis ſit vẽditio, quæ in partes diuidi nequeat. Secus vero fieri poterit ſi executor plures domos, aut fundos ſeparatim vendidiſſet, vel vni, vel diuerſis, tunc enim retractor eam venditionis partem quam volet, ſibi vendicatoriè arrogare poterit. Retractor autem in bonorum venditorum retractione non poteſt tutius, aut liberius eadem bona ſibi retrahere, quam fuerunt diuendita, ſed omnia onera & conditiones in venditione expreſſas ſimul cum eo retractu recipere debebit. Bona præterea retracta induunt ac ſortiuntur naturam bonorum patrimonialium, ita vt is qui ea ſibi retraxit iis vtatur, eaque poſsideat non ſecus, quam ipſa hæreditario, adeoque paterno iure conſecutus fuiſſet. Quocirca ſi is retractor eadem bona denuo reuenderet, eadem iterum retractui ſubeſſent, ſic vt per alium propinquum

22 rurſus retrahi poſſent. Et ſicut bona patrimonialia vendita per decretum iudicis retractui ſunt obnoxia, ita & ea bona patrimonialia, quæ à teſtamẽtorum executoribus, ad completionẽ
23 teſtamenti ſunt diuendita. Retractio quoque locum habet ad quoſuis patrimoniales annuos reditus conſtitutos ſuper feudis, fundis, aut ſuper alia quauis proprietate patrimoniali,
24 vel peculio, quod aduẽticium vocát. Sic etiam retractio locum habet ad ipſa feuda, aut fundos, aut domos, q̃ parentes ſuis reliquerunt liberis, ſi hi liberi dicta feuda, fundos, aut domos poſtea vendiderint. Imo etiam feudũ alienari, & retrahi poteſt per proximiores, c. Primò. 4. Sed etiam, & ibi gloſ. in verb. Proximiori, tit. per quos fiat inueſtitura. in vſib. feudo. Tiraquellus, in præfatiõe ſui tractatus, de vtroque retractu, numero 52. Et in
25 caſu quo quis hanc retractionem retractanti negauerit, eo caſu retractor plenam pecuniam cum ſumptibus legitimè conſignat in manu iudicis, & ex eo tempore omnes retracti fundi, &c. fructus, ſuos facit, dũmodo poſtea ipſi ea retractio adiudicetur. Ar-
26 gumento, l. Acceptam, in principio, C. de vſur. Quando emptor ex fraude, aut ex cauillatione retractũ denegat, & tamen poſtea de eo ceciderit, tunc retractor hæreditarius eam retractionem ſibi ſeruat, ſoluendo principale, & nullos ſumptus (vt multis conſuetudinariis placet) Imò ſunt alij qui dicant, quod is falſarius, ac ca-
27 lumniator retractionẽ denegans ſimul, & principale, & ſumpt⁹ perdat, ob calumniam indebitam digno retractori ſtructam, ſic vt is retractor principali potiatur, & ſumptibus, ſic vt pro principali nihil numerare, nec ſumptus vllos pendere debeat. Verũ iſthæc opinio dura videtur, & vix ferenda, facilius enim eſt quippiam opinari, quam quippiam cum debita ra-
28 tione aſſerere. Si emptor poſt retractum fundum iuramento declararet, ſcriberet, aut in contractu inſereret maiorem ſummam quam pro principali, ac ſumptibus expendiſſet, tunc is falſarius arbitrarie pro ea falſitate
29 commiſſa puniendus foret. Imò ſecũdum quoſdam, tunc is falſarius perderet expenſam pecuniam attribuendã fiſco, aut prætori, vel dño temporali. Et præterea ipſe retractor fundum retractatum obtineret gratis, & ſine
30 vllis ſumptibus. Qui abſolutiora de retractib⁹ optabit, is cõſulat D. And. Tiraquellum in ſuo inſigni tractatu de vtroque retractu, tam municipali, quã conuentionali: vbi inueniet, quæ ſuo appetitui faciẽt ſatis, ſcilicet an locum habeat in venditione conditionali, per conſenſum facta, vel ſic, an valeat retractus ſi venditio facta ſit hac lege, ne conſanguineus retrahere poſſit, & an retractus pateat ad feuda, aut ad venditionem decimarum, in venditione fructuum pẽdentium vna cum fundo. An tempus retractus prorogari poſſit cum conſenſu partium, & quid ſi retractor pecuniam obtulerit, & emptor recuſauerit, an locũ habeat in longa locatione, in permutationibus rerum immobilium, & ſimilia. Ego certe hoc capite ſolummodo generalia poſuiſſe contentus fui.

CAPVT

CAPVT CCLXVI.

In quibus Retractus locum non habeat.

Summæ.

Retractus non habet locum
1 *In rebus mobilib. &c. vt in præcedenti cap.*
2 *In ſimplici permutatione.*
3 *In Feudis datis per donationem inter viuos.*
4 *In compenſationib. ſine contractu præcedenti.*
5 *In quibuſdam diuiſionibus.*

DIximus præcedenti capite ſummariè in quibus retractus locum habere debeat, quæque ad legitimum retractum municipalem potiſsimum requirantur, hoc capite accipe quę legitimum, ac conſuetudinarium retractum excludant, & impediant. Et quanquam ea per contrarium ex pręcedenti capite facile eliciantur, nempe quæ cum illis conditionibus expreſſis non conſentiunt, ſed repugnant, nihilominus tamen hoc loco ſciendum
2 eſt, quod nulla abſoluta permutatio, qua vnum pro altero ſimpliciter commutatur, & ſine loculorũ apertione, aut pecuniarum traditione traditur, locum habet in retractibus, quia permutatio non eſt emptio, iuxta Iohannem de Platea, in.l. Finali. in.2. columna. C. de præd. decurio. lib. 10. Sic ne-
3 que locum retractus habet in feudis, fundis, aut aliis proprietatibus, quæ data ſunt per donationem inter viuos purè, ſimpliciter, liberè, & ex ſingulari fauore, ſine vlla compenſatione accepta, aut accipienda, vel expectanda, ſed hæc intelligenda ſunt in donatione inter viuos, vel cauſa mortis, dotis, vel nuptiarum. Vide Bartholo. Chaſſeneum. titu. *des retraictz*. §. 9.
4 numero. 12. folio. 336. Neque item locum habet retractus in compenſationibus, in quibus nullus contractus præceſſit, quia ſic compenſare eſt donare, vt in.l. Iulianus. ff. de condit.
5 & demonſtra. An autem locum habeat in diuiſionibus, in tranſactionibus, in donationibus in ſolutũ. Vide eundem Tiraquellũ, & Chaſſeneum, & Boërium, qui hanc retractus materiam locupletiſsimè pertractarunt.

CAPVT CCLXVII.

De Retentione Feudi, aut Fundi venditi.

Summæ.

1 *Feudum venditum, & à nullo conſanguineo retractum, à domino feudi retineri poteſt.*
2 *Feudum venditum conſanguineo, nullam retentionem admittit.*
3 *Feudum venditum alieno, & à conſanguineo retractum, retentionem domini feudalis excludit.*

4 *Retentio feudi locum non habet* { *In Eccleſiaſticis fundis venditis.*
5 *In permutationibus.*
6 *In donationibus.* }

QVando feudum aliquod, aut fundus, ſiue per decretum, ſiue alio
1 quouis modo venditus eſt alicui alieno, atque tunc nullus conſanguineorum interuenit, qui id feudũ, aut fundum illum, iure retractus ſibi vẽdicat aut arrogat, eo caſu ipſe dominus feudalis, aut cẽſuarius (à quo id feudum, aut is fundus detinetur) id feudũ, aut eum fundum feudalem, ex ſuo dominij iure (quod vocant poteſtatem feudalem) ſibi retinere, ſuiſque propriis applicare poterit, ſoluendo precium principalis venditionis, cum ſumptibus iudicialibus. Verùm hoc ius retẽtionis ſolum ſibi, non aliis participare accedere poteſt, vt vult Guido Pape, q. ſua. 411. Sed eo caſu dominus feudalis perdit honorarios reditus quos ex venditione eius feudi recipere de-
2 buiſſet. Dixi paulò ante de feudo, & fundo vendito alicui alieno, quia ſi hæc vendita eſſent alicui conſanguineo vel affini hæreditario, quique deſcendit ab ea parte, aut ab eo latere vnde is fundus patrimonialis profluxit, eo caſu domino feudali aut cenſuario nullum retentionis ius in eam vendi-
3 tionem competeret. Dixi etiã, quando nullus conſanguineorum interuenit &c. quia ius retentionis locũ non habet, quando interuenit aliquis conſanguineorum, qui vel id feudum, vel eum fundũ per retractũ ſibi arrogat, licet Iaſon et Alberi autumẽt dominũ feudalẽ cuiuis cõſanguineo in iure retentionis eſſe præferendum. Nam ipſorum opinio locum habet tãtum in Emphyteoſi, non in feudo. Et conſuetudinem quam allegant, non cõpro-
4 bant. Neque etiam locum habet ius retentionis in feudis, aut fundis Eccleſiaſticis, hæc enim vt ab Eccleſia venduntur, ſic ad Eccleſiã rurſum re-
5 deunt. Neque etiam locum habent in permutationibus feudorum, aut fundorum, quibus feudum feudo, & fundus fundo cõmutatur idq; ſine frau-
6 de vlla interpoſita. Itẽ non habet locũ in donationibus, iuxta Guido Papę in deciſ. ſua. 47. Reliquos caſus in quibus ius retentionis locum non habeat, vide apud Boërium. lib. de conſuetudinibus retentionis rerum feudalium.

CAPVT CCLXVIII.

De Honorariis Iuribus feudorum aut Dominiorum.

Summæ.

Patrono

Patrono Feudi

1 *Ex venditione feudi decimum denarium ſoluit venditor.*
2 *Ex feudo vendito pro libero precio ius feudale ſoluit emptor.*
3 *In feudum ipſum ius feudale competit.*
4 *In venditione feudi non competit ius niſi poſt inueſtiturã emptoris.*
5 *In venditione feudi neceſſaria, ius feudale ſoluit emptor.*
6 *In venditione feudi voluntaria, per contractum ſoluit venditor.*

7 *In venditione feudi voluntaria venditori patet regreſſio.*

1 IN Flandria domini feudales quan-
do aliquod feudum,aut fundus feu
dalis venditur,prò ſuo nobili, ſeu ho
norario,ac patronali iure,ex more re-
cipiunt decimam partem, hoc eſt de-
cimum denarium venditionis feudi,
à venditore,niſi ſecus cõtractum fuiſ
2 ſet.Et quando venditio facta eſt pro
certo, & expreſſo precio pecuniario
libero, hoc eſt,vt venditor ſummã cõ
tractam liberè ſine deciſione recipiat,
idque feudum immediatè teneatur à
Comite,tum emptor ſupra dictũ de-
cimum denarium adhuc ſoluit deci-
mum denarium eiuſdem dicti deci-
3 mi denarij. At que ad ea feudalia iura
conſequenda, et recipienda dominus
feudi neutram partẽ,hoc eſt,nec em-
ptorem,nec venditorem appellat,ne-
que contra alterutrum agit,ſed in ip-
ſum feudum , ac fundum venditum
procedit, donec ipſi de ſuo iure ſatiſ-
4 factum fuerit. Verùm dicta iura feu-
dalia exigere non poterit, donec ex
hæredatio facta noſcatur, aut priuſ-
quã decretum emptori adiudicatum
fuerit. Quia quã diu venditor in pro-
prietate at vero dominio permanet,
tam diu virum ſeu vaſallum habet cu
ius nomini innititur, & nihil in feu-
do mutatum cenſetur, & per conſe-
quẽs nullum ius feudale Patrono ſeu
5 domino agnatum eſt. Sed in feudo-
rum venditionibus neceſſariis, nẽpe
quæ per executiones, aut per decreta
peraguntur,in his ſemper emptor nẽ
pe vltimus licitator,et auctor omnia
6 iura feudalia ſolus perſoluit. In vendi
tionibus verò feudorum voluntariis,
& per contractum actis, vẽditor ſem
per iura feudalia perſoluit, niſi aliter
aut conditionaliter contractum fuiſ-
ſet,ſcilicet vẽditionem debere eſſe ra
tam cum plena,ac libera pecunia.
Hoc enim caſu non venditor,ſed em-
ptor iura feudalia perſoluere debebit.
7 In feudorum,ac fundorum venditio-
nibus voluntariis,in quibus nullę fa-
ctæ ſunt denunciationes Eccleſiaſti-
cæ,in his venditor(ſi pœniteat)retro-
gradi,atque ab ea venditione reſilire
poterit, & venditioni à ſe factæ ſine
vlla mulcta renunciare poterit,ſoluẽ-
do duntaxat ſumptus, cum intereſſe
& non amplius. Verùm ſi vllæ factæ
fuiſſet denunciationes Eccleſiaſticæ,
tunc adhuc venditioni renunciare po
terit, ſed tunc præter ſoluendos ab ip
ſo ſumptus, & intereſſe adhuc con-
demnabitur in emẽdam trium libra-
rum, iuxta conſuetudinem quarun-
dam curiarum.

CAPVT

CAPVT CCLXIX.

In quibus venditionibus non ſoluantur Iura Feudalia.

Summæ.

Dominus Feudi non recipit ius Feudale,

1 *Quando Feudatarius transfert in hæredem natu max.*
2 *Quando parens feudum dat ſuæ proli minimæ.*
3 *Quando Auus feudum tradit Nepoti in recta linea.*
4 *Quando proles feudum tradit Parenti, Auo, &c.*
5 *Quando feudum fundo, vel contra commutatur.*
6 *Quando in diuiſione bonorum cohæres alteri feudum quod dam adiicit.*
7 *In aſsignatione Duarij.*
8 *In reſeruatione vſusfructus.*
9 *Quando feudum oneratur ſumma pecuniariá ſemel.*

10 *Dominus feudalis in onerando feudo ius feudale recipit.*

1 SEd hic pro ſolutione iurium feu-
dalium notanda eſt diſtinctio, qua
alia feuda vendita,iura feudalia pen-
dant,alia verò minimè. Ex feudis e-
nim q̃ feudatarius donat, & tranſpor
tat ſuo hęredi natu maximo,in eadẽ li
nea, & latere, vnde id feudũ proceſſit,
ſiue in linea recta,ſiue in linea trãſuer
ſali, ex his inquã feudis ſic trãſpoſitis
dominus feudalis nihil iuris feudalis
ob talem tranſlationem dictam reci-
2 pere debet. Sic quoque patronus aut
dominus feudalis nihil iuris tranſpo-
ſitiui recipit à feudis quę vel Pater, vel
Mater transfert, & dat ſuæ proli natu
minimę in formam dotis, aut ad pro-
motionem cõiugij, aut ad aliũ quem-
3 uis effectum ſimilem. Sic etiam nul
lum ius feudale recipit à tranſlatione
eius feudi, quod Auus dat, & tradit
ſuis Nepotibus, aut Neptibus in dire-
cta linea à ſuis filiis, aut filiabus pro-
creatis. Quia huiuſmodi Nepotes, &
Neptes pro ſuis liberis habet, & ip-
4 ſius eſſe cenſentur. Neque etiam ali-
quid iuris feudalis recipit, ob eam feu
di tranſlationem, quod filius, aut filia
tradit Patri ſuo, Matri, Auo, aut Auię,
aut vlli alij in directa linea aſcẽdenti.
5 Neque ſimiliter vllum feudale ius re-
cipit in commutationibus, quib' feu-
dum fundo, vel contra, quibus fun-
dus feudo, ſimpliciter, abſolutè, & ſi-
6 ne fraude commutatur. Nihil quo-
que iuris ipſi competit in hæredita-
riis diuiſionibus, quando ſcilicet com
participũ alter alteri in diuiſione bo-
norum feudum aliquod, aut fundum
feudalem cedit, & ad commodiorem
7 diuiſionem faciendam adijcit. Sic
etiam nihil iuris ipſi competit, in tran
ſlatione feudorum, quando conſuetu
dinarium

8 dinarium aſsignatur duarium. In reſeruatione vſusfructus ad vitam, dominus feudalis nullum ius feudale
9 recipit. Sic etiam nullum ius feudale exigere poteſt, quando aliquis feudum ſuum, aut agrum feudalem onerat aliqua ſumma pecuniaria ſemel ablata. Verùm in hanc onerationē non tenetur conſentire niſi velit. Ideoque ad hanc onerationem faciendam ipſius captanda erit beneuolentia. Sed
10 ſiquis feudum ſuum, aut fundum feudalem onerare vellet aliquo annali, aut vitali reditu, redimibili, aut non redimibili, hoc caſu dominus feudalis iura ſua feudalia recipere poteſt, quæ in tali oneratiōe conſtituta ſunt, ſcilicet, decimum denarium ſummæ reditualis. Verùm ſi idem feudatarius poſtea eiuſdem feudi proprietatem venderet, tunc domino feudali in tali tranſpoſitione deciduntur ea iura, quæ prius in oneratione redituali perceperat.

D. Iodoci Damhouderij Brugenſis Ireconſulti Praxis ciuilis, qua quis veluti Theſæi filo ductus, ex Legum pariter, & Canonum Labyrintho facillimè ſeſe extricauerit, finit fœliciter.

INDEX ATQVE ELENCHVS ALPHABETICVS OMNIVM RERVM

AC MATERIARVM, QVAE IN HAC PRAXI CIuili D. Damhouderij continentur, locupletiſsimus, ſimul & inuentu paratiſsimus, vtpote in quo prior numerus paginam, poſterior cuiusq; capitis ſectionem tibi ſtatim commonſtrabit.

A

Acta arbitrorũ requirunt teſtes 328.11.
Acta iudicialia nullos teſtes requirunt 328.10.
Acta quatuor requiruntur in proceſsibus Conſilij Mechil. 328.9.
Acta quotuplicia ſint 327.2.
Acta in diario ſunt regiſtranda 327.1.
Acta vtriuſq; partium ſunt cõmunia 220.4. & 327.3.
Acta noua nouam oblationem præſupponunt 328.14.
Ad acta, omnia ſunt reſtituenda 327.4.
Actis certius credendũ eſt q̃ iudici 328.12.
Actio erciſcundæ an locum habeat in feudalibus 55.4.
Actio eſt realis, perſonalis, mixta 55.3.4.5.
Actionum ſpecies quot 56.9.
Actio perſonalis quę, & quotuplex 56.2.
Actio perſonalis fit citatione vel executione 58.1.
Actio poſſeſſoria quomõ inſtituatur 60.1.
Actio proceſſuum debet eſſe certa, & conſultari 54.1.
Actio realis quæ, & quotuplex 59.1.
Actio realis quomodo inſtituatur 60.1.
Actio rerum corporaliũ, & incorporalium quomodo inſtituatur 60.3.4.
Actio ſeruatur vel in reum, vel in guarandiſantem 282.9.
Actionem cedere, & tranſportare quomodo differant 87.1.
in Actione perſonali, & reali, qui ſint Iudices 99.2. & 3.
Actor non comparens ab actu detruditur 149.20.
Actor in cauſa concluſurus non comparens à probando reijcitur 149.21.
Actor quomodo cautionẽ cõſtituat 187.1.

A

Actor extraneus quomodo cautionem conſtituat 188.6.
Actor quomodo debeat concludere 194. 1. & 2.
Actor impertinenter concludens quam ſententiam expectet 194.3.
Actor copiam retroactorum oſtendere debet 220.5.
Actor ſi citet & ipſe non compareat quomodo iuxta varias cauſas puniatur 148.1.2.3.&c.
Actor petitionẽ ſuam diu deliberet 221.1.
Actor litem vincens agit in vtramlibet partium 282.14.
Actor prius ponat, iuret, probet, reus poſterius 310.19.
Actor defert iuramentum, & probationem 412.15.
Actor reo ſuſpecto iuramentum non defert 412.12.
Actor reo iuramentum defert ſuper toto libello 412.14.
Actor ſe fundat in iure, aut in factis 217.1.
Actor ſuum titulũ ſtatim exhibeat 220.1.
Actor poſt petitionem non tenetur exhibere acta iudicialia 220.2.
Actore nil, aut non ſemiplenè probante reus abſoluitur 412.17.
Actori ſemiplenè probanti à iudice iuramentum defertur 412.16.
Actoris factum nõ negatum redigitur ad acta illius diei 313.3.
Actorum regiſtra expenſarum taxandarum ſunt regulæ 328.7.
Actorũ loco aliquãdo ſunt ſchedulæ 328.13
Contra actorẽ quõ excipiatur 275.1.2.&c.
Acquieſcentiæ literæ vbi non expediantur 456.6.

Addere,

Addere, mutare, & corrigere quomodo differant 215.3.
Adiuncti iurant ſilentij fidem 353.7.
Adiunctus in Proceſſu eadem admittit, quæ principalis 186.2.
Adiunctus quid, quando, & quomodo agere debeat 186.3. &.4.
Adiungere ſe Proceſſui quis poſsit 186.1.
Adiũgi nemo poteſt poſt ſententiã 187.7.
Adiungit ſe fiſcus in Proceſſum quando vult 187.9.
Aduocatus qualis eſſe debeat, & quamdiu ſtuduiſſe 271.28.
Aduocat9 quomodo examinãdus 271.29.
Aduocati dicuntur poſtulantes 182.1.
Aduocati qui eſſe nõ poſsint 183.6.7.&c.
Aduocatus quas ob cauſas refutetur 268. 1.2.&c. & 269. & 270.
Aduocatis quid prohibitum, quid iniunctum 267.6.
Aduocatis quæ in libello ſint obſeruanda 238.8.
Aduocatis quę vbiq; obſeruanda 183.12. & 184. 13. &c.
Aduocatorum Praxis paratur experientia 182.3.
Aduocatus cum parte paciſcens priuãdus eſt officio 89.12.
Aduocatus ſine gradu, modò practicus, aduocare poteſt 183.5.
in Aduocatos malos inuectiũcula 185.22.
Agitur verbis in iudicio practico 189.2.
Agitur ſcripto in iudicio ordinario 190.3.
Aggrauatio captiui quomodo fiat 133.1.
Alienatio bonorum interdicta quibus, & quibus non 275.6.
Amentes, & prodigi an à iudiciis ſint arcendi 275.5.
Anabaptiſtarũ error de magiſtratibus 23.5
Anticipatorię literæ à Principe ſunt impetrandæ 507.2.
Appellare licet cuiuis grauato 496.1.
Appellare licet incarcerato quotidie 496.5
Appellare poteſt tertius per ſententiam al terius læſus 497.11.
Appellare licet diebus feſtis 496.6.
Appellare cui non liceat 497. & 498. 9.10.
Appellari à quo iudice nõ liceat 501.1.2.&c
Appellari à quibus cauſis non liceat 502. & 503.
Appellatur à quibus, & quomodo 498.1. 2.&c. & 503. 15.
Appellandum ad quos 505.1.2. &c.
Appellatur vel verbo, vel ſcripto, & quando 505.1.2.&c.
Appellatur ab Executione, & à commiſsione 504.6.7.
Appellandum quo tempore 506.1.2.&c.
Appellans à definitiua cauſam explicare non debet 505.6.
Appellans ab interlocutoria cauſam explicare debet 505.4.
Appellans à ſententia nulla, nullam quoque pœnam luit 510.10.
Appellans ab vno articulo, appellat ab omnibus 511.2.
Appellans in cauſa appellationis liber eſt ab illo iudice 511.7.
Appellans in Francia perpetuò liber eſt ab eo iudice 511.6.
Appellans malè mulctatur 60. libris 493. 7.& 509.2. & 510.3.&c.
Appellans malè cur puniatur 510.12.
Appellant fideiuſſor, & venditor, quando 496.7.
Appellanti adhærere cupiens ſe intra 10. dies inſinuet oportet 506.7.
Appellatio Flandrorum ad Parlamẽtum Pariſienſe, quando ſublata 10.12.
Appellatio, & Prouocatio, quomodo differant 496.2.
Appellatio in iure cõceſſa ad quid 496.3.
Appellationis effectus quid ſit 511.1.
Appellatio vbi ſententiã ſuſpẽdat 511.1.4.
Appellatio quando releuanda 506.8.
Appellatio quando deſeratur, & quando non 507.4.7.
Appellatio à commiſsione Conſilij Flandriæ eſt nulla 504.5.
Appellatio nõ oſtẽſa, habetur nulla 507.5.
Appellatio Mechilinię non citò declaratur deſerta 507.7.
Appellatio vni bene cedens, bene cedit omnibus 496.10.
Appellationi quando renuncietur 509.1.
Appellationis renunciatio ſemel facta, reuocari non poteſt 509.3.
Appellationis tempus, quando anticipetur 507.1.2.&c.

Appel-

Appellatione non obſtante Executor quando progreditur 545.1.2.&c.
Appellationem non oſtenſam releuās puniendus eſt 507.6.
Appellationem iudex qui renuit mulctatur 30. libris 499.4.
in Appellatione quis citandus, iudex, an pars? 508.1.2.3.
in Appellatione qui citandi 114.16.17.&c.
in Appellatione iudicata minorum ciuitatum nouam productionem requirunt 314. 13.
in Appellatiōe proceſſus ſcriptus aliquando recipitur, aliquādo non 314.10.& 11.
in Appellatione, ſentētiæ mēbrorum Flandriæ habētur pro proceſſu ſcripto 314.12.
Ab appellatione recedendum eſt tempori 456.5.
in Appellatione in Francia non receditur à lite ſine conſenſu regio 456.4.
Apodyxa quādo plenam probationem faciat 397.20.
Arbiter & arbitrator quomodo differant & in quo conueniant 458.4.& 459.21.22.& 460.23.24.&c.
Arbiter & iudex in quo conueniant, & quomodo differant 458.5.6.&c. & 459.12.13.&c. & 469.1.2.&c. & 470.6.7.&c.
Arbiter, & arbitrator idē eſſe poteſt 462.8.
Arbiter quis eſſe non poſsit 463.1.2.&c. & 464.5.6.&c. & 465.9.10.&c.
Arbiter compromiſsionis formam excipere debet 468.1.
Arbiter in compromiſsis procedit vt iudex 468.2.
Arbiter tertius in iudicando ſi abſit, ad alios duos citari debet 473.5.
Arbiter non condemnat in intereſſe, ſed in principali, & in expenſis 474.13.
Arbiter non condemnat vltra ſummam compromiſſam 474.14.
Arbiter ſubalternus quis ſit, & quid efficiat 462.7.
Arbiter tantum ſtipendium pro mercede recipit 520.10.
Arbitraria pœna cui competat, & cui non 477.1.2.&c.
Arbitri quotuplices 16.2.
Arbitri non ſunt iudices ordinarij 16.1.
Arbitri duo, vel tres, ſi ſint concordes, vel diſcordes, quomodo iudicabunt 473.1.2. &c.
Arbitria partibus ſunt ſeruanda, aut luenda pœna 474.1.
Arbitrium, vel arbitri ſententia quomodo pronuncietur 473.1.2.
Arbitratio abſentis eſt nulla, ſed corā aliis arbitris eſt pronuncianda 373.5.
per Arbitri ſentētiam læſus appellare non poteſt 484.2.
In Arbitrariā ſentētiā nō conſentiēs ſummæ cōpromiſſæ reus efficitur 477.1.
Arbitrator quis ſit 17.6.
Arbitramentum quid ſit 459.20.
Arbitrator, vt amicus conciliator, in cauſa procedit 469.3.
Arbitrator in pronunciatione ſententiæ nullum tempus excipit 474.11.
Arbitratoris ſententia quomodo corrigatur, & reducatur 460.26.& 474.3.
coram Arbitratore non proceditur iuridicè 459.19.
Arma militaria non ſunt efferenda è patria 79.10.
Arramenta quando ſumenda, quando non 435.1.& 436.2.3.
in Arramentis, quādo opus ſit noua procuratione 176.14.
Arreſtare quid ſit, & quando fiat 142.1.2.
Arreſtari qui non poſsint 123.5.6.&c.
Arreſtantur aut perſonæ, aut bona 124.16.
Arreſtantur inſufficientes, & de fuga ſuſpecti 125.17.
Arreſtanti, vel capienti conſtare debent ſex 125.18.19.&c.
Arreſtatus anulū oppignerare poteſt 132.5.
Articuli cū poſitione ſunt exhibēdi 372.4.
Articuli non ſunt exhibendi conditionaliter 372.8.
Articuli formandi ſunt per voces affirmatiuas 372.7.
Articuli contractiui, poſitiones fuſius ſpecificantur 372.5.
Articuli qui ſint vitioſi 432.14.
Articuli, Scripturæ, Intendit, Interrogatorium, Capitula idem ſunt 372.2.
Articulorū copia nō eſt dāda parti 372.6.
Articulorum non exhibitio proceſſum non viciat 372.9.

Aſſeſſo-

Aſſeſſores non ſunt iudices 16.6.
Attentare quid ſit 512.1.
Attentata quæ, & quando reparentur 512.2 3.&c.
Attentatio in materia poſſeſsionis locum non habet 512.7.
Atteſtatio teſtium an parti publicanda 416.1.
Atteſtatio teſtium quando & quę publicanda parti 416.2
Ad atteſtationem faciendam citanda eſt pars 416.3.
Ad atteſtationem pars ſi nihil cõtradicat ea refellitur 416.5.
Atteſtationeș in cauſis realibus alicubi publicantur 417.7.
Atteſtationes vbi hodie parti non publicentur 416.6.
Atteſtationum publicatio conceſſa fuit Brabantis,& Hollandis 419.28. & 420.29.
Atteſtationum publicatio quid efficiat 407.11.12.13.
Atteſtationum literæ quomodo reprobentur 432.14.

B

Bailliuus extra iudicium, ſi velit, permanet 156.41.
Bancarotę nuſquã tuti eſſe debent 126.29.
Belgię ſuprema cõſilia ſunt duo 13.1.2.&c.
Beneficiales literæ inuentarij quid efficiãt 35.4.5.&c.
Beneficialis prouiſio conceſſa Regi Franciæ 72.7.
Beneficium inuentariatus pertinet ad ſolutionem creditorum 37.18.
Bona malefici morte mulctati ſaiſinãtur Iuſtitiario 65.3.
Bona ab executore vendita quando recuperentur 537.11.
Bona vendenda quando non ſufficiunt, quid executori faciendum ſit 543.1.2.
Bona retracta induunt naturam patrimonialem 551.21.
Bona per teſtamentarios retrahi poſſunt 551.22.
Bonis cedere volens quid facere debeat 135.5.6.&7.
Bonorum ceſsio remedium eſt contra carcerem perpetuum 135.2.
Bonorum ceſsio pro ſolutione reputatur 135.3.
Bonorum ceſsio captum liberat è carcere 136.8.
Bonorum ceſsio vbi locum non habeat 136.9.10.&c.
Bonorum ceſsio nulli recuſanda. Et quomodo agatur 136.13.
Bonorum ceſsio cur hodie tam frequens 137.17.
Brabantorum ſtatus qui 417.9.
Brabantorum ſupplicatio pro atteſtationum publicatione 417.10.
Brugenſis ciuitas ſub ſe habet 22. ciuitates 283.17.
Brugis quomõ procedatur de plano 43.4

C

Cambyſis iniqui iudicis horrendum ſupplicium 19.14.
Camera legalis Flandriæ quę, & vbi 10.7.& 11.16.
Camera noua, vel conſiliaria Flandrię, quæ & vbi 10.8.& 11.16.
Camera rationaria, & renengaria Flandriæ 11.16.& 19.
Cameræ renengarię capita quę 11.20. & 12.22.
Cameræ Flandrię Metropoliticę ſunt quatuor 11.17.
Camerę Flandrię ſubalternę quę 11.18.
Cancellatio in literis eſt vitioſa 431.11.
Canones quid ad pręſcriptionem requirant 300.68.
Capere aliquem qui volet, quatuor, aut ſex obſeruet 123.2.& 124.14.&c.
Capere non licet quemuis 123.1.
Capere furem, debitorem fugientem, & pecora in ſua ſegete cuiuis licet 26.14.
Capi quæ mulieres poſsint 124.14.& 15.
Capi, vel arreſtari q nõ poſsint 123.5 6.&c.
Capi nemo poteſt in ædibus, aut in loco ſacro 126.28.
Capitula, ſcripturæ, intendit, articuli, interrogatorium idem ſunt 372.2.
Capta ciuiliter mulier honeſta, ſtatim liberanda eſt 130.3.
Capti ciuiliter, quot modis liberentur 131.1.

in Captiuatores inclemétes inuectiuncula 536.3.
Captiui contra fiſcum, quantum olim in ſingulos dies numerabant 525.2.
Captiui contra partem quãtum olim numerabant 525.3.
Captiuis ſuppeditanda ſunt ſola neceſſaria 525.1.
Captiuis non licuit olim vltra .8. groſſos conſumere 525.4.
Captiuum per extorſionem liberans pro ipſo debito ſtet oportet 125.25.
Captum aggrauantes quomodo ſolutionem accipiant 133.2.
Captus quomodo aggrauari poſsit 133.1.
Captus pro debito incõfeſſo ſub cautione laxatur 130.1.
Captus pro re iudicata non liberatur niſi ſoluat 130.2.
Carcerarius debitorem non cuſtodiens ſtat pro debito 128.3.
Carcerem placidè ſine vi exiens non incidit in culpam 128.2.
Carceris effractor quomodo puniatur 128.1.
Carolus Burgundio Parlamétum Belgicum Mechliniæ inſtituit 10.15.
Cauſa priuilegiata ſequitur Conſiliũ Principis 100.19.
Cauſa, & perſona quomodo vocentur coram iudice 162.1.
Cauſa rei ſemper eſt fauorabilior 381.7.
Cauſa, lis, & inſtantia, quomodo differant 455.1.
Cauſa in ſententia criminali ſemper debet inſeri 486.4.
Cauſæ leues, quæ ſint habendæ 43.2.
non Cauſata obligatio quando ſit inualida 396.13.14.
Cauſam in ſententia ciuili inſerere nõ eſt prudentiæ 486.2.
Cauſatio in ſchedula obligatoria an ſit neceſſaria 396.16.
Cauſatio in quibus ſententiis requiratur 486.1.
à quibus cauſis appellare non liceat pag. 502. & 593.
in Cauſis arduis, & dubiis, concordandæ ſunt partes 448.8.
Cautio eſt triplex, item quintuplex 132.1.2.
Cautio ad quid detur 131.2.
Cautio ab actore, & reo de qua erit conſtituenda 187.1. & 188.2.3.4.
Cautio ab actore extraneo omnino conſtituenda eſt 188.7.
Cautio pręſtanda eſt à reo paupere 188.7.
Cautio iuratoria aliquando ſtat pro fideiuſſoria 188.8.
Cautio non eſt pręſtanda à mercatore de fuga non ſuſpecto 188.9.
Cautio quando non eſt neceſſaria 189.10.
Cautio præſtanda eſt ante litiſconteſtationem 189.11.
Cautio in feudalibus ante omnia pręmittenda eſt 189.12.
Cautionis loco aliquando anulus tradi poteſt 132.5.
Cedere actionem quid ſit 87.1.
Ceditur alicui actio bifariàm 87.2.
Cenſus & reditus quid ſint, & quotuplices 295.28.29.
Cenſuarius euincit fundũ euictione perpetua 547.7.
Ceſsio bonorum liberat è carcere 136.8.
Ceſsio bonorum medetur perpetuo carceri 135.2.
Ceſsio bonorum ſtat pro ſolutione 135.3.
Ceſsio bonorum in quibus locum non habeat 136.9.10. &c.
Ceſsio bonorum nulli recuſanda 136.13.
Ceſsio bonorum, vbi & quomodo facienda 136.14.
Ceſsio bonorum cur tam ſit frequens 137.17.
Ceſsionem bonorum facturus quid facere debeat 135.5.6.7.
Ceſsio à partibus non poteſt fieri aduocatis, aut procuratoribus 89.11.
Ceſsio teſtamentaria, inter viuos in potentiorem inualida 88.4.
Ceſsio vera, eſt ſimulata, patris in filium 88.8.9.
Chriſtianorum dicta pro iuramẽto ſunt habenda 368.1.

Citanda pars ad taxationem expenſarum 108.13.
Citandi per literas commiſsio, quomodo detur 105.2
Citans exonıantis probationem confutare poteſt 145.12.
Citari quomodo debeat capitulum, vel conuentus 115.21.
Citari quomodo debeat ciuitas, vel ſodalitium 115.23.24.
Citari an debeant pupilli,&c. 115.25.
Citatio eſt prima iudicij actio 40.1.
Citatio ab Adæ tempore originem duxit 41.2.
Citatio quid ſit, quotuplex ſit, & in quo fundetur 102.& 103.
Citatio verbalis,literalis,& violēta quomodo fiant 103.6.7.
Citatio generalis aliquando ſtat pro ſpeciali 109.14.
Citatio item quotuplex 107.& 108.
Citatio facienda ad perſonam,vel domū vel officinam 112.1.2.&c.
Citatio non debet fieri in cœmiterio 113.8.
Citatio fit coram teſtibus, & quando 114.13.
Citatio & intimatio, quomodo differant 116.28.
Citatio poſt litiſcōteſtationem fit ad procuratorem 114.11.
Citatio fieri debet ad certum diem 116.1.
Citatio facta die feſto, aut non iuridico, eſt nulla 116.7.8.
Citatio non eſt neceſſaria,ſi pars vltrò cō pareat 118.6.
Citatio ad actum non conformem eſt nulla 120.7.
Citatio realis,vel violenta eſt ipſa captura 122.
Citationis dies, quis competens 116.2.3.&c.
Citationis tempus iudex breuiare poteſt 117.11.
Citandi in appellatione,qui ſint 114.16.& 115.19.20.&c.
Citantur exteri per proclamationem 113.7.
Citator actor non comparens, quomodo iuxta varias cauſas puniatur pag. 148.& 149.
Citatoria dilatio parti permittenda eſt 223.2.
Citatoriæ literę quando expeditę referuntur,leguntur à Graphiario 151.2.
Citator quis,qualis,& in quibus 110.2.3.&c.
Citator non debet intrare domum citandi 113.10.
non Citatur,qui in iudicio pręſens exiſtit 118.6.
non Citatus comparere non debet 118.9.
Citatus quis,quando & quomodo comparere debeat 142.1.
Citatus qui eſt alterius fori,citationi obedire non debet 142.3.
Citatus comparere debet, aut per ſe, aut per procuratorem 143.5.
Citatus non comparens fit contumax 143.7.
Citatus de non comparitione ſe excuſare poteſt 144.1.
Citatus non comparens, quando declaretur contumax 151.1.
Citatus non comparens quomodo puniatur 151.4.&c. & pag.152. & 153.
Citatus non comparens ad chirographum,ad iurandum, in euocationibus,in reformationibus,aut in appellationibus quomodo puniatur 155.34.&c.& 156.37.38.&c.
Citatus nō comparens coram Commiſſario,Curia,aut Parlamento,quid fiat 157.1.2.3.
Citatus Magiſtratus in conſilium Mechliniēſe,ſuā ſententiā nō ſuſtinet 156.40.
Citatus agnoſcens debitum, quādo opus habeat litem conteſtari 307.6.7.
Citatus ita ſe præſentare debet,ſicuti citatus fuit 162.2.
Citatus tertiam citationem expectare poteſt 117.9.
in Citatione colluſoria fictus procedit ad defectum 143.9.
in citatione inualida non eſt opus exoniatione 146.17.

Clauſulę quæ concluſionibus ſint inferédæ 214.1.2.& 215.3.&c.
Clerici non quibuſuis iudiciis ſubſunt 100.15.
Clerici quando aduocare poſsint 183.10.
Clerici non ſunt cogendi ad informationem ſecularem 363.13.
Clerici quando Iudici ſeculari parere debent 114.16.17.&c.
Clerici vniuerſitatum ſuos debitores ad eam vniuerſitatem citant 100.16.
Cloacę productionem per domum ſuam vnicuique prohibere licet 26.15.
Comes Flandrię quomodo proceſſus euocet 451.9 10.
Comes Flandrię ad ſuam ſuperioritatem quę habeat concernentia 500.5.
Complenta, & manutenentia, quomodo differant 73.1.2.&c.
Complenta & Saiſina quomodo differant 66.1.
Complenta litigioſa ſequeſtranda 66.3.
Complenta quid ſit, & quis effectus 66.1.
Complenta quomodo exequenda 68.1.2.&c.
Complenta in quem exequenda 70.5.6.
Complenta in quibus locum non habeat 70.1 2.&c.
Complentator quis puniendus 71.16.
Commiſſarij deciſionum quid agant 350.4.5.6.
Commiſſarij referendarij quid agant 350.2.3.
Commiſſarij deciſionum, & referendarij 350 1.
Conſiliarij Flandri ſolis ſtipendiis Comitis contenti eſſe debent 521.4.
Cómiſſarij in conſilio Mechilinienſi quid agant 351.13.14.&c.
Commiſſarij Mechilinieſes non accipiut adiunctos, ſed &c. 352.2.
Commiſſarij articulos factorum ſimul colligere debent 353 6.
Commiſſarij bini coniunctim informationes audire debent 352.5.
Commiſſarij Flandréſes quos adiunctos accipiant 352.1.
Commiſſarij poteſtas quando prorogari poſsit 351.16.
Commiſſarij, & delegati taxata ſtipendia recipiunt 520.9.
à Commiſſariis referendariis non appellatur 350.7.
Commiſſariorum in Conſilio Flandriæ officium 351.12.
Commiſsio & Requeſta, quomodo differant 106.2.
Commiſsio quádo extinguatur, & quando non 118.1.2.&c.
Commiſsiones quomodo expediantur 351.17.
Comparentes in iudicio ſunt quadruplices 20.3.
non Comparens ab actu, & à probatione reiicitur 149.21.
non Comparentibus partibus iudicium ceſſat 143.8.
à non Comparitione, vel à non exoniatione quid excuſet 144.3.4.&c.
Compenſatio expenſarum quando fiat 487.2.3.
Compoſitio amica in beneficialibus locum habet, non tranſactio 452.13.14.
Compromiſsa quomodo fiant 461.2.1.
Compromiſsionis forma accipienda eſt ab arbitro 468.1.
in Compromiſsis arbiter procedit vt iudex 468.2.
in Compromiſsis coram arbitro, & arbitratore quid fiat, quidq; requiratur 461 4.5.6.
Compromittere quis non poſsit 466.1.2.&c. & 467.
Compromittere in quibus cauſis liceat, & non liceat 467.1.& 468.2.&c.
Conciliatio fraterna nec loco, nec tempore præſcribitur 474.12.
Concilium, vide infrà Conſilium.
Cócludatur in iure quando, quádo non, & quomodo 437.1.2.&c.
Concludatur ſuper principali quando 415.2.
Concludatur quomodo in Conſilio Flandriæ & Mechilinienſi 305 3.4.
Concludere ſuper principalibus factis quid ſit.

Concludere in iure, vel in cauſa quid 437.1.
Cōcludere ad oēs fines quid ſit. 300.5.2.
Concludere in cauſa eſt de ſubſtātia proceſſuum 438.8.
Concluditur in appellatione ad omnes fines 305.5.
Concluſio an præcedere poſsit 195.12.
Concluſio an per gerundium facienda 195.13.
Concluſio præpoſtera an valida 195.11.
Concluſio debet eſſe pertinens ex præmiſsis 194.2.
Concluſio ſi ſit impertinens, ſententia erit impertinens 194.3.
Concluſione quando, & in quibus non eſt opus 194.45.6.7.
Concluſio quomodo formanda 194.8.
Concluſio an mutanda an corrigenda 215.4.& 216.5.
Concluſio mutata, requirit mutatum intendit 215.2.
Concluſio quando mutari, & quando interpretari poſsit 216.6.7.
Concluſio ſcribenda in regiſtro 215.1.
Concluſio vim iudicij continet 195.10.
Concluſioni quæ inferendæ clauſulæ 214.1.2.& 215.4.5.6.
Concluſionis error reſtitui, non mutari poteſt 216.8.
Concluſionis formandæ formale exemplar 194.9.
Concluſiones partium reſtituuntur ad acta 327.5.
In concluſione plura, aut pauciora petens quid 215.4.& 216.5.
Poſt concluſionem in iure quid fieri liceat 437.6.7.
Poſt concluſionem in iure nihil producitur amplius 437.2.
Concordandæ partes quomodo ſint 448.1.
Concordandæ ſunt partes in re dubia, non in re clara 448.1.& 449.3.
Condemnatus executori, quę vult bona vendenda tradit 536.3.
Confeſsio fit trifariam 388.1.
Confeſsio corā arbitris præiudicat 389.7.
Confeſsio corā arbitris fidem facit 389.8.
Confeſsio quę prçiudicet, et quę non 389.9.10.&c & 390.
Confeſsio cum cauſa prçiudicat 389.6.
Confeſsio ſine cauſa quando prçiudicet. & quando non 389 9.10.
Confeſsio extra iudicium (ſi conſtet) aliquid prçiudicat 388.5.
Confeſsio partis omnem probationem excludit 388.4.
Confeſsio propria fortior eſt omni auxilio citato 396.11.
Conſignatio fit quando creditor oblatam ſolutionem recuſat 32.8.
Conſignationem prçcedere debet ſolutionis oblatio 32.9.
Conſignatio non iuris, ſed conſuetudinis eſt 137.2.
Conſignatio quomodo, & cum quibus rebus fiat 13. 7.3.4.
Conſignatio, hoc eſt, Nantizatio, à captura liberat 137.1.
Conſilia totius Belgię ſunt duo 13.1.2.3.&14.4.5.6.
Conſilium totius Flandrię Gandaui conſtituitur 10.10.
Conſilia, ſeu Camerę principales Flandrię quot, & quę 9.1.
Conſilium priuatum Principis 13 1.2.3.
Conſiliarij Inſulenſes, & Gandenſes cur ſeſe mutuò fratres compellitent. 10.11.
Conſiliarij aliquando in Conſilium plures aſſumuntur 444.1.
Conſilia quando pluribus conſiliarijs augentur 444.1. & 445.9.
Conſilij aucti exempla 444.3. & 445.7.8.9.
Conſilium quando ſui augmentationem admittit, & quando recuſat 445.9.
Conſilij augmentationem ſui recuſantis exemplum 445.10.
Conſilia prouincialia iudicant ſecundū allegata & probata 482.5.
Conſilium ſupremum, & Princeps, quomodo iudicent 481.2.3.
In conſilijs quid requiratur in opinando 447.1.2.3.
Conſilia prouincialia nuper Principi atteſtationum, publicationem diſſuaſerant 417.15.16.&c.

Conſilia prouincialia quid regi de publicatione atteſtationum ſuaſerant 418.23.24. &c.
Conſilium quomodo magiſtratus à magiſtratu petat 283.18.
Conſtitutiones humanæ mutandę ſunt pro tempore 319.3.
Conſuetudo, & ſtylus in quo conueniant & in quo differant 329.6.7.
Conſuetudo literis fidem tribuit 393.18.
Conſuetudo quę probatione indigeat 364.6.
Conſuetudinariæ leges vbique variant 219.11.
Conſuetudo patrię, iura infringit 219.13.
Conſultatoria dilatio non conuenit in nouitate &c. 224.8.
Contra curatorē exceptio 276.1.2.3.&c.
Contractus ad actionem realem pertinet 78.1.
Contractus de quibus rebus non fiant 78.4.
Contractus illiciti qui ſint 78.4.
Contractus infringit leges conſuetudinarias, & iura 218.13.
Contractus cū deceptione vltra medium reducitur 83.13.
Contractus qui reſcindātur, & obiectiones 83.15.& 84.16.
Contractus iuratus an reſcindi poſsit 85.25.
Contractus vſurarij, & nō vſurarij exemplum 212.4.
Contractum bona fides firmat, mala irritat 79.12.
Contractum iuratum violans, periurus eſt 86.27.
Contractuum ſubſtantialia quæ ſint 7.82.
Contractuum forma conſtat aut verbis, aut ſcriptis 78.3.
Contrahere quibus non liceat 78.9.
Contrahere quis poſsit, cum quo, de quo & quomodo 81.1.
ad contrahendum qui ſint inhabiles 78.8.
Contumacia eſt triplex 154.25.29.
Contumacia, in quibus, & quando decernenda 146.1.& 159.1.2. &c.
Contumacia quomodo decernatur Mechliniæ 151.3.
Contumacia citati quid operetur 157.1.2.3.& 158.4.&c.
Contumacia contra citatum 155.34.35.36.& 156.37.&c.
Contumacia per procuratorem ſi proueniat quid 161.4.
Contumacia quomodo puniatur 146.2.
Contumacia actoris, vel impetrātis quomodo puniatur 148.12.&c. & 149.11.12.&c.
Contumacia quomodo purgetur, & quando 160.1.
Contumacia poſt litiſconteſtationem reuocatur per reuelamentum 160.3.
Contumacia tollens lucrum cauſę ægrè reuocatur 161.5.
Contumacię commoda quis perdat 158.4.5.&c.
Contumax quis verè, quis fictè, quis preſumptiuè 154.26.27.28.
Contumax non eſt audiendus 154.30.
Contumax quando damnetur in expenſis 518.15.
Conuentionales pœnę quę peti poſsint 212.1.
Conuentionales pœnę quę non ſint vſurarię 212.6.
à Conuentionali pœna vel à pœna iuris quis excuſetur 213.7.
Conuenire, & reconuenire quid ſit 309.1.
Conuentionis & reconuentionis cauſæ eiuſdem iuris ſunt 310.20.
Copia ex originali quomodo paranda 392.8.
Copia autentica fidem habet 392.12.
Copia ex originali quando fidem habeat 392.7.
Copia literarum exhibitarum, aut clauſæ excerptæ copia parti eſt permittenda 401.2.
Copiam parti qui denegat per Compulſoriam ad eam preſtandam cogendus eſt 401.5.
Corrigere, addere, & mutare quomodo differant 215.3.
Creditor captiuum debitorem in carcere ſeruare poteſt 125.24.
Creditor debitorem fugiētem capere poteſt 24.2. & 1.26.27.

Crimen

Crimen iudici notum accuſatiōe leſi non indiget 402.2.
Crimen iudici per aſpectum innoteſcit 402.3.4.
Curator, & Tutor quomodo differant 277.11.12. & 278.13.&c.
Curator prodigi,& vetris quid ſit 278.20.
Contra curatorem exceptio 276.1.2.&c. & 277.5.6. &c.
Curia prouincialis Flandriæ Gandauum tranſlata 10.10.
Curiæ,aut Cameræ principales Flandriæ quot,& quæ 9.1.

D

Damnum & intereſſe quomodo petantur 206.1.
Damnum & intereſſe quomodo adiudicentur 489.1.2.&c.
Debiti cauſa nemo ex ædibus, aut ex loco ſacro extrahendus 126.28.
Debiti ſolutio quomodo fieri debeat 31.5.6.7.
Debiti ſolutio & redituum ſolutio, quomodo differant 32.10.
pro debito inconfeſſo captus ſub cautione laxatur 130.1.
Debitor carcerem effringens, quomodo puniendus 128.1.
Debitorem fugientem creditor capere poteſt 126.27.
Debitores principum nuſquam tuti eſſe debent 126.29.
Debitum eſt triplex 31.4.
Debitum ob quod quis capiatur, aut arreſtetur debet eſſe certum 123.3.
Deceptio nulla excuſationem meretur 83.11.
Deceptio vltra dimidium, quomodo intelligenda 82.8.
Deceptus vltra medium reſcindere, poteſt 82.6.
Decipere non eſt viri boni 83.12.
Decimæ nullo tempore ſunt præſcriptibiles 295.28.
Decimas poſsidere non poteſt laicus 295. 23.24.&c.
Declinādi exceptio nō verbis, ſed re probatur 247.4.
Declinadi à iudice cauſæ quę 255.2. & 256.3.4.&c.
Declinandi quando & quomodo proponantur 255.15.16.17.
Declinandi, vel recuſandi effectus ſunt duo 258.20.
Declinans à iudice quō puniatur 250.7.
Declinatio à Reo fit dupliciter 247.2.
Declinatur à iudice,arbitro, & ab aſſeſſore &c. 257.12.& 258.13.
Declinatur à iudice in Flādria rarò 257.9.
Declinare à iudice quid ſit 247.1.
Declinetur à iudice quomodo 255.1.
Decreta Conſiliorum Mechil. & Flandr. vbi valeant 326.11.
Decreta iudicialia quomodo peragantur 541.1.
Decreta humana mutanda ſunt pro tempore 319.3.
Decreta vel ſunt definitiuè,vel interlocutoriè 325.1.
Decreta prudenter ſunt interponenda 325.2.
Decretalis fundi emptor ſolos reditus expreſſos agnoſcit 541.3.
Decretalis pecunia quomodo ad ſolutionem diſtribuatur 542.1.2.&c.
Decretat iudex,ſed nō niſi poſt omnes ſolennitates peractas 541.1.
Decretorum explicatores qui ſint 326.12.
Decretum iudicis quomodo interponendum 325.2.
Decretum non eſt neceſſarium in venditione rerum citò pereuntium 326.5.
Decretum primum, & ſecundum quod ſit 326.6.7.
Defectus contra citatum 151.3.4.&c.
Defectus citati quid operetur 157.1.2.3. & 158.4.5.&c.
Defectus commoda quis perdat 158.12. & 159 13.14.
Defectus quando decernatur 159.1.2.3. & 160. 4.5.6.
Defectus in quibus, & quomodo puniatur 146.2.
Defectus impetrantis quomodo puniatur 148.1.2.3.&c.
Defectus, & detruſio per acta publicantur 328.8.

Definitiua ad diligentiorem recognitionem aliquando differtur 447.6.
Definitiuè ſubſtancialia non poſſunt corrigi 485.1.
Delegati ordinatis ſtipendijs contenti eſſe debent 520.9.
Deliberatoria dilatio datur reo 223.4.5.6.
Denunciatio ad impediendum quomodo,& quando locum habet 29.6.
Depoſita teſtium ſcribenda ſunt, eaque ſeparatim 379.32.33.
Deſertoriȩ literȩ quando impetrentur 507.2.
Deteſtatio in immites captiuatores 134.1.
Diffamatio eſt duplex,criminalis & ciuilis 33.3.
Diffamantium deteſtatio 33.2.
Diffamatus contra diffamatorem procedere debet 33.5.6.
Differunt mutare, addere, & corrigere 215.3.
Dilatio eſt vel ordinaria,vel extraordinaria 221.4.5.
Dilatio poſt ſententiam eſt arbitraria 228.6.
Dilatio ordinaria eſt triplex 223.1.
Dilatio ordinaria poſt ſententiam quotuplex 228.1.2. &c.
Dilatio extraordinaria eſt duplex 229.1.2.3.
Dilatio extraordinaria quando,& in quibus danda 229.6.7.&c.
Dilatio extraordinaria nõ temere eſt concedenda 221.5.
Dilatio in proceſsibus quàm ſit damnoſa 221.7.
Dilatio citatoria parti permittitur 223.2.
Dilatio deliberatoria datur reo 223.4.5.6.
Dilatio conſultoria non eſt in nouitate, vel ingreſſu curiȩ 224.8.
Dilatio guarandationis cui,et quando permittatur 224.10.
Dilatio impeditoria ad arramenta conceditur 223.7.
Dilatio inſpectoria in quibus dãda 224.11.
Dilatio,prorogatio,conceſsio noua,quomodo differant 226.10.
Dilatio poſt litiſconteſtationem ad quid conducat 225.1.
Dilatio ad iurandum quȩ concedatur 227.15.
Dilatio reſtitutoria datur ſpoliatis, & ad appell. 224.9.
Dilatio reuocatoria ad quid concedatur 223.3
Dilatio vna,nulla,terna,ſena quando detur 225.2.&c.&.226.& 227.
Dilatio vnica quando detur 225.2.3.4.
Dilationis concedendȩ cauſæ quȩ 228.7.
Dilatoria exceptio quȩ, cur, & quando 259.12.&c.261.8.
Dilatoria quȩdam ſtat pro peremptoria 286.9.
Dilatoriam accipiens quid iurare debeat 286.11.
Diues an fideiuſsionem conſtituere debeat 131.5.
Dominus feudalis quando ius feudale recipiat,& quando non 556.1.2.&c. & 557.8.9.10.
Dominium rei aufertur, aut per legem, aut per Principem 302.77.
Dominiorum, & feudorum iura honoraria quæ 555.1.2.&c.
Domum mortuariam adire qui cupit, quid faciet 35.123.
Domum vicini ardentem, quando quis demoliri poteſt 27.20.
Donare quibus non liceat 81.1.
in Donariis gratuitis ſpectanda eſt perſonæ qualitas 520.12.
Duaria Saiſinantur vxoribus 65.6.

E

Emere,& vendere non poteſt,qui alienare non poteſt 81.3.
in Emptione requiruntur quatuor 82.5.
Emptor quando empta reſtituere debeat 204.20.21.&c.
Emptor litem perdens in venditorem agere debet 281.12.
Emptor fundi decretalis ſolos expreſſos redditus perſoluere debet 541.3.
Emptor fundi decretalis eundẽ fundum alteri tradere poteſt 541.4.
Emergentia,vel incidentia quæ dicantur 316.16.17.
Error in concluſione reſtitui,non mutari debet 216.8.

Epiſto-

Epiſtola contra debitorem ſcribentem probationem efficit 398.23.
Error facti ſine damno nulli præiudicat 390.23.
Euictio quid ſit, vbi, & quomodo fiat 546.1.2.
Euictio eſt, aut perpetua, aut temporaria 546.3.& 547.4.
Euincitur feudum temporariè, & perpetuò 547.5 6.
Euocare proceſſum quid ſit 440.1.
Euocandi proceſſum cauſæ quæ ſint 440.2.3.& 441.4.&c.
Euocare proceſſus ſolius eſt Principis 441.11.
Euocet quomodo Princeps noſter ex Cōſilijs 441.9.10.
Euocauit Carolus dux Burgundiæ cauſas ex Parlamento Pariſienſi Mechiliniam 441.8.
de Euocatione Principis noſtri conqueſti ſunt Flandri 441.12.
Exceptio, actionis eſt excluſio 300.69. & 301.73.
Exceptio declinatoria &c. fit ante litiſcontestationem 258.15.
Exceptio dilatoria quæ, quando, cur, & in quibus 259.1.2.&c.
Exceptio dilatoria requirit iuramentum de calumnia 239.15.
Exceptio dilatoria cōtra commiſsionem proponenda in principio 261.8.
Exceptio perēptoria cur vocetur, & quid efficiat 88.1.
Exceptio peremptoria quotuplex 88.2.3.
Exceptio peremptoria ad libellum perimendum fit ante, & poſt litiſconteſtationem 88.5.
Exceptio peremptoria ad inſtantiam perimēdā fit ante litiſconteſtationē 88.4.
Exceptio rei iudicatæ ad quid fiat 289.7.
Exceptio præiudicialis quæ fit, quomodo & in quibus fiat 304.1.2.&c.
in Exceptione non præiudiciali, quomodo procedatur 304.12.
Exceptio contra debitum 259.8.
Exceptio contra explotum 260.1.
Exceptio contra explotum cauſæ 260.1.
Exceptio cōtra inſpectionē loci 286.1.2.&c
Exceptio contra perſonam actoris quomodo fiat 274 1.
Exceptio contra tutorem, & curatorem 276.1.2.&c. & 277.6.7. &c.
Exceptio contra petitionem, vel libellum 273.5.6.
Exceptionis contra libellum, aut poſitiones forma 347.26.
Exceptiones diſsimulandæ, & reſpondendum ad principale 237.6.
Exceptionum ordo ſeruandus eſt 237.4.
Excipere quis non poſsit 237.5.
Excipitur contra aduocatum ob varias cauſas 268.& 269.& 270.& 271.27.
Excipitur contra procuratorē ob multas cauſas 263.& 264.& 265.& 266.& 267.
Excipitur contra explotum in duobus caſibus 260.1.
Excipitur cōtra libellū dupliciter 273.5.6.
Excipitur in atramentis contra citantem ſimpliciter 261.10.
Excommunicatio an proſit ad exceptionem 275.2.3.
Excommunicatus in iudicio repellitur 275.4.
Exceſſus materia non admittit guarandiam 284.22.
Executio fieri non debet ante contradictionem 118.1.
Executio facta die feſto eſt inualida 533.4.
Executio ſententiæ in quem feratur 534.1.2.&c.
Executio ſententiarum quomodo fiat 531.1.2.&c. & 533.9.
Executio ſententiarum cui iudici competat 532.1.2.&c.
Executio ſententiarum in materia reali, & perſonali 533.1.2.3. & 536.1.2.
Executio ſententiæ realis fit ſine denunciatione 537.9.
Executio ſententiæ perſonalis fit cum denunciatione 537.10.
Executionem quæ impediāt, & quæ non 544.1.2.&c.
Executor ſententiæ realis actorem in poſſeſsionem aſſerit 536.1.
Executor ſententię perſonalis bona ciuendit 536.2.
Executor captum effugere ſinens ſtat pro debito 126.26.

Executor ſe informare debet 119.1.
Executor informationem cum executione facta ad Curiam mittit 119.2.
Executor nomina & cognomina connotat 120.6.
Executor ſufficientem fideiuſsionem accipiat 120.5.
Executor quomodo in executiõe,& vẽditiõe ſe gerere debeat 538.14.15.&c. & 539.24.25.26.
Executor in vendendis bonis ſeruare debet ordinem 536.5.
Executor quando non ſat bonorum inuenit,quid faciet 543.1.2.
Executor poſt cãdelæ extinctionem progrediendo ceſſat 539.30.
Executor quando non obſtante appellatione progreditur 545.1.2.&c.
Executor,vide Oſtiari⁹,infrà ſub litera O.
Executori condemnatus quæ vult bona vendenda tradit 536.4.
Executoris ſalarium quomodo paretur 538.19.20.21.
contra Executoris venditionem quãdiu opponi liceat 539.29.
Exoniatio fit cum iuramento,& per literas 145.10.11.
Exoniatio competit parti citatæ 144.2.
Exoniatio in quibus non cõpetat 146.17.
Exonietur à Iudice pars citata quando 245.14.15.16.
Exoniantis probatio, quando confutari poſsit 145.12.
Exequitur ſententiam Iudex appellationis 532.4.
Expenſæ quotuplices ſint 213.1.2.&c.
Expenſæ quomodo,ex qua cauſa, & quæ petantur 214.4.5.&c.
Expenſę cui ſint adiudicandæ 487.1.
Expenſę quando compenſentur 487.2.3.
Expenſæ an in interlocutoria damnentur 487.5.
Expenſæ diurnę carceratis olim attributæ 525.3.4.
Expenſæ poſt definitiuam condemnari nequeunt 518.18.
Expenſæ taxantur ad acta 517.4.5.
Expenſæ quæ,à quo,quando, & quomodo taxentur 516.1.2.&c.& 517.4.5.&c. & 518.14.15.&c.
Expenſæ ante litiſconteſtationem nõ taxantur 517.8.
Expenſæ poſt litiſconteſtationem taxantur 518.16.
Expenſas ſoluit victus, quando in ſententia aliter non exprimitur 485.6.
Expenſas non ſoluit Fiſcus 488.7.
ab Expẽſis nõ liberat ſemiprobatio 488.4.
Extraordinaria dilatio rarò à Iudice concedi debet 221.5.6.
Exteri abſentes citant per proclamationem publicam 113.7.
Exteri quando migrant, quomodo ſe ab infamia oritura pſeruare poſsint 34.9.

F

Facta iurantur coram Cõmiſſarijs 341.1.
Facta quæ probanda,quæ non 355.1.2.&c.
Factum actoris non negatum reducitur ad acta illius diei 313.3.
Falſitas in ſcriptis trifariàm deprehenditur 430.7.& 431.8.&c.
Fauendum eſt magis reo, quàm actori, quãdo teſtes vtrobiq; ſunt pares 446.4.
Ferię vnde dictæ 231.3.
Feriæ Ethnicorum, Chriſtianorum, & quotuplices 232.4.5.&c.
Feriæ repentinæ quę,& à quo mandandę &c. 233.12.13.
Feriæ ruſticę tantùm ſunt vacãtię 234.15.
Feriis quibus renunciare liceat & quibus non 235.18.19.20.
de Feriis ruſticis Iuſtiniani dictum aureum 234.16.
in non Feriantes quorundam parochorum tyrannis 234.17.
Feudale ius eſt indiuiſibile 55.7.
Feudales Domini ſaiſinantur in bonis illegitimorum 65.5.
Feudales omnes ſequuntur Curiam Parium 99.11.
Feudalis Curia ante omnia cautionem poſcit 189.12.
Feudalis Dominus quando ius honorarium non recipit 556.12.&c.
Feudalis Dominus in oneratione feudi ius feudale recipit 557.10.
Feudalis Dominus non compellens prętorem ſuum ad audiendos teſtes, iuriſdictionem

dictionem ſuam perdit 363.12.
Feudaliũ & non Feudaliũ venditio quando,& quomodo fiat 538.12.13.
Feudi natura habet vt cum ſuę ſeruitutis expreſsione detur 499.3.
Feudi retentio in quibus locum non habeat 554.1.2.&c.
Contra feudi,& fundi vēditionem quando appelletur 539.27.28.
in Feudi venditione voluntaria venditori patet regreſsio 555.7.
in Feudis natu maximus homagium facit 55.8.
Feudum euincitur aut perpetuò, aut temporariè 547.5.6.
Feudum venditum,quando à domino retinetur,& quando non 554.1.2 &c.
Feudorum,& dominiorum honoraria iura quę,& quando danda 555 1.2.&c.
Fides bona contractum firmat,mala irritát 99.12.
Fideiubetur de ſoluendo iudicato quando 131.3.4.
de Fideiuſsione & cautione 130.
Fines proceſſuum qui ſint 305.1.
Fiſcus immiſcet ſe proceſſui quando vult 187.9.
Fiſcus actionem inſtituit in citatione colluſoria 143.9.
Fiſcus pro mulcta ciuili captiuat neminem 131.6.
Flandri de euocatiõe Principis noſtri conquęrebantur 244.1.12.
Flandrię Camerę maiores ſunt quatuor, ſubalternę multę 11.17.18.
Flandrię Curię principales quot, & quæ 9.1.6.& 10.7.8.9.& 11.16.17.
Flandrię prouinciale conſilium Gandaui conſtituitur 10.10.
Flandrię Comes quomodo proceſſus euocet 441.9.10.
Fragmenta ſi quędam ex proceſſu periſſent quid faciendum 443.1.
Fructus qui dicantur,quomodo petendi, & reſtituendi 199.1 2.&c.
Fructus ſunt quadruplices 199.2 3.4.5.
Fruct⁹ immaturi cedũt ſucceſſori 205.26.
Fructus omnes reſtitui debent à poſſeſſore violento 489.6.
Fructus non reſtituuntur à poſſeſſore bonę fidei 488.3.
Fructus percepti, et percipiendi qui 200.7.8.
Fructus naturales an ſint poſſeſſoris 200.9.& 201.10.&c.
Fructus quando adiudicentur, vel abiudicentur 488 1 2.
Fructus qui ante litiſcōteſtationem ceciderunt non adiudicantur 488.1.
Fructus ante complentam, vel prohibitionem non reſtituuntur 489.5.
Fructus ante litiſcōteſtationem poſſeſſor bo.fid.quando non reſtituit 488.4.
Fructus quando redituarius percipit ſine ratione reddenda 547.9.
Frumenta non ſunt euehenda ex patria 79.10.
Fundus.30.annos pro feudo poſſeſſus fit feudalis 295.20.
Fundus per decretum non addicitur, niſi poſt oppoſitiones omnes 541.2.
Furem nocturnum an capere, an interficere liceat 26.14.
à Fure ſuum ablatum refurari licet 26.13.

G

Gandaui ſunt duę Curię conſtitutę, Legalis,& conſiliaria 11.16.
Gandaui nulli hęreditatis aditionem recuſare licuit 37.19.
Gerundia an in concluſione ſint ponenda 195.13.
Graphiarius copiam denegans, ad eam prętandam compelli debet 401.5.
Graphiarius ſi ſcripta proceſſuum amitteret,quid agendum 443.2.
Graphiarij prẽſentatio non recipitur, niſi citatio conſtet per acta 327.6.
Grauetur quomodo captiuus 133.1.
Guarandia in quibus fiat 281.3.
ad Guarandiam vocare quid ſit 281.2.
Guarandia petenda ante litiſconteſtationem 282.8.
Guarandia an ex iuſſu Superioris petenda 284.20.
Guarandia non venit in materiam exceſſus 284.22.
Guarandię ratio in ciuilibus cuius eſt permiſſa 284.24.

Guarandiæ promiſsio includit perſonam præceſſoris 284.26.
Guarandiſat nemo niſi volens 284.23.
Guarandiæ modus in emptione 281.4.
Guarandiſare quid ſit 281.1.
Guarādationis dilatio vbi locum habeat 224.10.
Guarandator ſe reo contra actorem adiungit 282.10.
Guarandiam quiſquis aſſumit, is emptorem ex proceſſu delet 282.13.
ad Guarandiam citatur aliquando Magiſtratus 282.15.
ad Guarandiam non citatur Metropoliticus Senatus 283.16.
ad Guarādiam ſummatus reus remiſsionem petet ad iudicem loci 286.4.

H

Hæredes quando citandi ſint ad arramenta 436.2.
Hæredes quando ob debitum defuncti ſint citandi 52.15.
Hæreditatem adire qui metuit, quid faciet? 35.1.2.
Hæreditatem Gandaui, & in Francia omnes adire debent 37.19.20.
Hæredibus conſulēdum vt domum mortuariam ingrediantur cum literis beneficialibus 36.10.
Hollandorum ſtatus quis 417.9.
Hollandorum ſupplicatio pro atteſtationum publicatione 417.10.
Honoraria iura quæ, & quando domino Feudali competūt 555.12.&c.& 557.10.
Hypotheca oneraria præſcriptione 10. annorum liberatur 294.13.
Hypotheca pręſcriptione, non vſucapione tollitur 301.72.

I

Impedimenta executiones faciēdę 544.1.
Impeditoria dilatio in arramentis locum habet 223.7.
Imperiales ſententiæ in Flandria vbi pronuncientur 485.7.
Imperium mœrum, mixtum, & minus, quid ſit 7.8.9.&c.
Incendij autor in primo furore in ignem inijci poteſt 27.21.
Incarceratus quotidie appellare poteſt 496.5.
Incarceratis quid olim quotidie pro victu numerabatur 525.4.
Incidentia quæ ſint 316.17.
Infamiæ nota quomodo purganda 33.4.5.&c. & 34.9.
Informatio executionem præcedere debet 119.1.
Informatio, & executio ſimul ad Curiam remittuntur 119.2.
Informatio per quos audienda 375.4.5.
Informatio quomō faciēda 376.9.10 &c.
Informatio proceſſus ſi periret quid faciendum 443.2.3.&c.
Informatiò requirit conſiderationē Commiſſarij & teſtium 336.7.8.
Informatio teſtium ſimul, ea colluſionis eſt ſuſpecta 375.2.
Ad informationem cōdemnationis pars citanda eſt 119.4.
ad Informationem præparatoriam, & ad teſtium iuramenta pars citari non debet 119.3.
Inſpectio loci vbi, à quo, & quomodo petatur 286.1.2.
Inſpectio loci non cōuenit in materia nouitatis 286.8.
poſt Inſpectionem loci reus petet diē guarandiæ 286.3.
Inſpectoria dilatio quando detur 224.11.
Inſtantia, lis, & cauſa, quomodo differant 455.1.
Inſtantiæ renunciatur in ciuilibus 456.3.
ab Inſtantia non receditur in Francia ſine conſenſu Regio 456.4.
Inſtrumenta ſunt aut publica, aut priuata 391.1.
Inſtrumenta publica quę ſint 391.2.3.&c.
Inſtrumenta publica probationem efficiunt 393.15.
Inſtrumenta vetuſtate corrupta, reſtituenda ſunt 392.10.
Inſtrumenta quomodo reprobentur 430.1.2.&c.
Inſtrumentorum fides quę, et de hac quæſtiones varię 393.22.
Intendit, articuli, interrogatorium, capitula, ſcripturę, idem ſunt 372.2.
Intereſſe quid ſit, & quotuplex 206.1.2.&c.
Intereſſe quot modis contingat 207.8.
Intereſſe iure petitur 207.7.

Intereſſe in quibus cauſis petatur 209. 1.2.&c.
Intereſſe in iudicijs ſpecificari debet 208.10.
Intereſſe acceſſorium non habet opus ſpecificatione 207.9.
Intereſſe ex non obedito mãdato natum ſoluendum 208.11.
Intereſſe,& damnum,cui & quomodo ad iudicentur 489.1.2.&c.
Intereſſe quanti plurimi quid ſit,& quando detur 489.5.6.
Interinimenta, vbi,quando,& quomodo peragantur 97.5.6.7.
Interlocutoria ſentẽtia quæ ſit 315.1.2.&c. & 316.5.6.
Interlocutoria ad quid detur 316.13.14.15.
Interlocutoria quomodo ferenda, quid prẽſtet &c. 316.8.9.10.11.
Interterlocutoria alia ſimplex,alia definitiua 317.1.
Interlocutoria definitiua fit multis modis 317.2.3.&c. & 318.6.7.&c.
Interlocutoria non datur parti ſcripto 318.11.
Interlocutoria à iudice reuocari poteſt 316.7.
Interlocutoria bona reuocari non debet 319.5.
Interlocutoria non definitiua reuocari poteſt 319.1.
Interlocutoria quãdo reuocetur,& quando non 319.7.& 320.8.9.&c.
Interlocutoriam an expẽſarum condemnatio ſequatur 488.5.
ab Interlocutoria quando appelletur 316.12.
ab interlocutoria quomodo appelletur in Conſilio Hollandiæ 320.15.
ab Interlocutoria quali appelletur, & à quali non 320.16.17.
Interpratatio iuris ex quibus ſumenda 482.15.
Interrogatorium quid ſit 373.1.
Interrogatorij copia nõ datur parti 373.2.
Interrogatorium primò exhibetur iudici 373.3.
Interrogatorium quis exhibere debeat 373.1.
Interrogatorium iudex tradit examinandum commiſſario 373.5.
Interrogatorij exhibendi forma 373.4.
Interruptio proceſſuum 434.1.2.&c.
Interruptio naturalis,& ciuilis quib^9 profit 299.64.
Interrumpitur vſucapio oblatione libelli 299.63.
Interrumpitur proceſſus per defectũ, aut per obitum 434.1.
Interruptio non fit Mechiliniæ, niſi poſt annum & diem 434.4.
Interruptio non fit quando proceſſus ſiſtitur 434.5.
Interruptio non fit poſt concluſionem 435.9.
Interruptor quomodo puniatur 434.3.
Intimatio, & citatio quomodo differant 116.28.
Inuentarij beneficiales literæ quid efficiant 35.4.5.6.& 36.7.8.&c.& 37.16.
Ioannes Burgundio Curiã Flandriæ Gandauum tranſtulit 10.10.
Iudex quotuplex,& quotuplex ipſius poteſtas 4.1.2.&c.
Iudex perſonam Dei ſuſtinet 2.1.& 19.11.
Iudex indignus remouendus,& aſſumendus dignus 256.3.
Iudex contra reuocationem procedens quomodo coërceatur 254.42.
Iudex incompetens & ſuſpectus quis 256.4.5.&c.
Iudex ob calumnioſam ſententiam ſemper eſt ſupectus 256.6.
Iudex,vel iudices quando ſunt ſuſpecti, quid faciendum 257.10.11.12.
Iudicis inſigne ornamentum quod 271.32.
Iudicem doctum eſſe conuenit 271.31.
Iudicis ſuſpecti exemplum 257.11.12.
Iudex quomodo remunerandus 519.3.
Iudex muneribus corrumpi non debet 519.1.
Iudex munera à partibus accipere non debet 519.2.
Iudex ordinario ſtipendio contentus eſſe debet 519.3.
Iudex à parte penſionem accipiens mouendus eſt officio 519.5.
Iudex quis munera,quis non munera accipere

cipere poſsit 519.6.& 520.7.8.
Iudex nullus in Fràcia munera accipere poteſt 520.13.
Iudex leuiuſcula munera accipere poteſt 520.11.
Iudex ne corrumpatur optimum conſilium 19.12.
Iudex tum Deum, tum humanã pœnam metuat 19.13.
Iudex extraordinarias dilationes, ne temerè permittat 221.5.
Iudex, & arbiter quomodo conueniãt & differant 458.4.5.&c. & 469.1.2. &c. & 470.6.7.&c.
Iudex ſubalternus reformatus punitur 60.libris 478.5.
Iudex in iudicando quid obſeruare debeat 481.1.2.&c.& 482.5.6.&c.
Iudex omiſſa iuris ſupplere poteſt, nõ autem facti 482.14.
Iudex ſententiam obſcuram ſuam interpraetari poteſt 486.3.
Iudex omnem ſententiam, præter definitiuam corrigere poteſt 486.4.
Iudex de ſua ſententia reſtituere poteſt 514.8.
Iudex ſecularis, & eccleſiaſticus ad executionem mutuas operas cõferunt 532.8
Iudex ſecularis, iudici ſeculari executionẽ confert 533.9.
Iudex appellationẽ renuens plectitur 30. libris auri 499.4.
Iudex appellationis ſententiam ſuam executioni mandat 532.4.
Iudex proceſſum non terminans quomodo puniatur 439.6.8.
Iudex non compellens teſtem inuitũ de damno tenetur 363.11.
Iudicis officium, & ornamentum præcipuum quod 2.3.
Iudicis officiũ aliud eſt nobile, aliud mercenarium 18.1.
Iudicis officium generale 18.3.
Iudicis officiũ in lite conteſtanda, quod 238.9.
Iudicis corrupti, & iniqui horrendũ exemplum in Cambyſe 19.14.
Iudicem quæ excæcare ſoleant 18.4.5.&c.
Iudicem mitiorem, quàm rigoroſiorem eſſe conuenit 482.6.
Iudices qui ſint in actione reali, & qui in perſonali 99.2.3.
Iudices delegati ſunt quadruplices 15. 1.2.3.4.
à quo Iudice appelletur 498.1.2.3.
à quo Iudice appellari non liceat 501. 1.2.&c.
à Iudice quando declinare liceat 52.16.
à Iudice competenti quando declinetur. 99.4.
coram Iudice alieno, quando quis conueniri poſsit 99.4 5.6.
de Iudicandi modo 481.1.2.&c.
Iudicantes malè 60. librarum pœnã luunt 494.5.
Iudicium, & arbitrium quomodo differant 16.4.
in Iudiciis primò à citatione incipitur 40.1.
in Iudiciis ordinariis agitur ſcriptis 190.3.
in Iudiciis practicis agitur verbis 189.2.
Iuramentum eſt quadruplex 331.7.8. & 332.9.10.
Iuramentum de calũnia quod ſit, & quomodo fiat 331.1.
Iuramentum de calumnia pręſtandũ poſt litiſconteſtationem 331.3.
Iuramẽtum de calumnia, & malicia quomodo differant 334.31.
Iuramento de calumnia competunt quæque 331.2.
Iuramenti de calumnia formale exemplum 333.27.
Iuramentum de calumnia ante litiſconteſtationem præſtatur in 3. 4. 11. cauſis 332.11.12.&c.
Iuramentum de calumnia à quibus præſtetur 333.22.23.&c. & vbi non 333. 29.& 334.30.
Iuramentum pręſtare poſſunt procuratores pro ſuis clientibus 342.3.
Iuramẽtum de calũnia pręſtare qui recuſat, quomodo puniatur 333.28.
Iuramentũ pręterea eſt triplex, volũtariũ, neceſſariũ, & iudiciale 410.2.3.4.
Iuramentũ neceſſariũ ad quid fiat 411.6.
Iuramentũ iudiciale recuſari poteſt 410.5
Iuramentum ad probandum magnã efficaciam habet 410.1.

Iuramentum defertur à perſona principali 412.13.
ad Iuramentum deferendum quid iudici ſpectandum 411.8.9.10.& 412.11.
Iuramentum cui deferendum 411.7.8.
Iuramentum defertur reo ſuper toto libello 412.14.
Iuramentum non defertur reo ſuſpecto 412.12.
Iuramentum à iudice defertur, actori ſemiplenè probanti 412.16.
Iuramentum à iudice defertur reo,quando partes ęqualiter probant 412.18.
Iuramentum antequam deferatur quid iudici ſpectandum 412.20.
Iuramentum,& probatio aliquãdo ſimul deferuntur 412.15.
Iuramentum damni defertur actori ſpoliato 412.19.
Iuramentum affirmationis ſimplicis ratum eſt 370.11.
Iuramentum coactum ad carceris reditum non ligat 331.8.
Iuramentum illicitum non eſt ſeruãdum 250.13.
Iuramentum non eſt pręſtandum die feſto 370.12.
Iuramentum ſuperſtitioſum ligat neminem 449.5.
Iuramentum bonæ fidei ſeruandum eſt 86.26.
Iuramenta teſtium ſunt de ſubſtantialibus proceſſuum 370.10.
Iuramenti forma qualis à teſtibus requiritur 369.4.
Iuramenti effectus quis 413.21.
Iurandum eſt teſtibus in præſentia partis aduerſæ 369.6.
Iurandum per verbum credit,vel nõ credit 342.2.
ad Iurandum non comparẽte parte, quid Commiſſario faciendum 369.9.
Iurantur facta coram commiſſariis 342.1.
Iuratus contractus an reſcindi poſsit 86.27.28.
Iuratum contractum violans periurus eſt 86.27.
Iuriſdictio quid,& quotuplex 6.1.2.&c. 7.8.9.&c.
Iuriſdictio quot modis alicui competat 8.12.
Ius quotuplex ſit 22.1.2.&c.& 217.2.
Ius diuinum,naturale, & ciuile, quod ſit 217.3.& 218.4.7.
Ius ciuile quotuplex ſit 218.8.
Ius ſcriptum,& ius non ſcriptum,quod ſit 22.3.4.& 218.9.10.
Ius honorarium,quod domino feudali competat 555.1.2.&c. & 557.10.
Ius feudale quando domino feudali non debeatur 556.1.2.&c.& 557.8.9.
Ius feudale domino feudali in feudi oneratione debetur 557.10.
Ius tertij allegatur in replica, & duplica 311.4.
Ius tertij allegatur per procuratorem. Exemplum 311.5.6.
Iuris plures ſunt appellationes 22.5.
Iuris præſumptio quæ,& in quibus 408. 37.38.&c.
Iuri quibus renunciari liceat 250.14.
In iure,vel in cauſa quomodo concludatur 437.1.2.&c.
Iuſtitia quid ſit,quis effectus, quæ præcepta 21.1.2.&c.
Iuſtitia ceſſante vnicuique iuris executio permittitur 27.18.

L

Laicus corã eccleſiaſtico cõueniri quando debeat 99.5.
Laicus decimas poſsidere non poteſt 295.23.24.&c.
Lapſus temporis quid ſit,quando, & in quibus 91.1 2.&c.
Læſus ſe per talionem vindicare non poteſt 22.1.
Læſus iudicis opem implorare debet 23.4.
Læſus quando ſe de iniuria vindicare poterit 27.18
Leues cauſę quę dicantur 43.2.
Lex ciuica,Lex eſt vniuerſalis 79.11.
Lex ciuilis non aufert dominiũ 302.76.
Lex quid ad præſcriptionem requirat 300.68.
Lex conſuetudinaria vbique variat 219.11.

Li-

Libellus continet factum, obligationem & actionem 274.25.26.&c.
Libellus inſufficiens quis 273.7.8.&c.
Libellus obſcurus, & inſufficiens quis 273.17.18.&c.
Libellus tradendus eſt reo 190.4.
Libelli contentum reo Mechiliniæ exponitur 190.5.
Libelli oblatio vſucapionem interrumpit 299.63.
Libelli petitio ad quid exhibeatur 272.2.3.4.
contra Libellum excipitur dupliciter 272.5.& 273.6.
in Libello quæ obſeruanda 238.8.
Liberanda ex carcere quæ mulier 130.3.
Liberare ſe ab infamia, & futuris proceſſibus 33.5.6.7.
Liberare ſe à reditib⁹ & debitis 31.1.2.&c.
Liberatur ſub cautione captus pro debito inconfeſſo 130.1.
Literæ acquieſcentiæ non expediuntur vbique 456.6.
Literæ ſunt aut publicæ aut priuatę 391.1.
Literæ citatoriæ quomodo expediantur 105.1.2.&c.
Literæ beneficiales inuentarij quid efficiant 35.4.5.6.& 36.7.8.9.
Literæ requiſitoriæ ad quid petãtur 106.1.
Literæ partium non ſunt communicandæ partibus 220.7.
Literæ notariorum,& acta iudicialia ſunt inſtrumenta publica 393.17.
Literæ negotiationum,contractuum, locationũ ſunt inſtrumẽta publica 393.20.
Literæ probationum quomodo exhibendæ 401.1.
Literæ probationum quando conferãtur ad alias literas 398.25.
Literæ priuilegiorum,& copiæ &c. quomodo reprobentur 432.12.
Literæ propriis manibus ſcriptę probationem efficiunt 393.19.
Literæ quęuis quomodo reprobentur 430.3.4.5.6.
Literæ, quando prætenditur falſitas,exhibendæ ſunt 220 8.
Lites aliæ ſunt criminales,aliæ ciuiles 39.1.
Lites ciuiles aliæ ſunt feudales, aliæ non feudales 39.3.4.
Literas falſas,aut viciatas exhibens, quomodo puniatur 402.7.8.
Literas obligatorias exhibitor repoſcere poteſt 402.6.
Lis,inſtãtia, & cauſa quomodo differant 455.1.
à Lite quomodo recedatur 456.3.
Litium amatorum acerba deteſtatio 50.1.
Litium euentus ſemper dubius 51.9.
Litigantium malicia taxatur 420.1.
Litigaturo opus eſt neceſsitas,& prudentia 50.2.
Litigare non licet contra quemuis 52.12.
Litigaturus debet eſſe habilis 51.10.
Litigaturus videat,prius quam actionem intentet 52.17.
Litigaturus primò omnium iuriſperitos conſulat 53.18.20.
Litigaturus videat, an iudex ſit competens 52.16.
Litigaturus cum parte potius amicè tranſigat 51.7.
Litiſconteſtatio, quid ſit, quomodo fiat, & quid efficiat 237.1.2.& 239.17. & 307.1.14.15.& 308.16.17. &c.
Litiſconteſtatio non requiritur in breuibus proceſsibus 239.16.
Litiſcõteſtatio naſcitur ex parte rei 307.3.
Litiſconteſtatio quomodo à reo fiat 307.9.10.&c.
Litiſconteſtatio quomodo facienda ſuper libello actoris,vel rei 310.18.19.
Litiſconteſtatio nõ eſt in vſu in ſupremis Conſiliis 307.4.
Litiſconteſtatio non interrumpit præſcriptionem 299.66.
Litiſconteſtationis effectus qui ſint 239.17.& 308.14.15.& 307.16,17.&c.
Litiſconteſtandæ modus & forma 237.7.& 238.10.
Litiſconteſtatione non eſt opus, quando proceditur ſimpliciter 307.13.
Litiſconteſtatione an opus ſit in agnoſcēte debitum 307.6.7.
in Litiſconteſtatione quę perſonę, quis Iudex 239.12.13.
in Liteconteſtanda officium iudicis quod 238.9.

in Lite conteſtanda requiritur animus, re quiruntur & verba 238.11.
Pro Litiſcōteſtatione in Parlamēto Pariſ. ſunt reſponſa partium 307.8.
poſt Litiſconteſtationem excipitur dilatoriè, declinatoriè, & peremptoriè 237.3.
Lucrum pecuniæ à quibus licitè petatur 209.1.2.&c.

M

Magiſtratus à Deo inſtituti, & ab Apoſtolis probati 23.5.
Magiſtratus nō ex ſe, ſed ex iure pronunciat 23.3.
Magiſtratus citatur ad Guarandiā 282.15.
Magiſtratus qui, munera accipere poſsint 282.15.
Magiſtratum ambire quando bonum ſit 38.
Malefici morte mulctati bona Saiſinātur ab Officiario 65.3.
Mandato non obtemperans, tenetur ad damnum, & reſtitutionem 208.11.
Manutenentia fit in loco cōtētioſo 69.13
Manutenentia quid ſit, in quibus fiat, quid concernat 72.1.2.&c.
Manutenentia, & complenta, quomodo differant 73.1.2.&c.
Martinus Quintus pont. Regi Frācorum prouiſiones beneficiales cōceſsit 72.7.
Mechiliniæ Parlamentum Belgicum inſtituitur 10.15.&14.5.
Medici, & profeſſores nec capi, nec arreſtari poſſunt 123.6.
Membra proceſſuum quot, & quid efficiant 46.1.2.&c.
Mendaciorum cauſæ, incommoda, & pœnæ 385.13.&386.14.15.&c.&387.19.&c.
Mercator quis à cautione præſtanda liber 188.9.
Mercatorum rationariis libris adhibenda fides 395.6.7.
Metropolis non citatur ad Guarandiam 283.16.
Metropoles quomodo ſubalternis ciuitatibus conſulant 284.19.
Metuens poſt remigrationem infamiam debiti, quid facere debeat 34.9.
Minorennis procuratorium datum eſt nullum 176.12.
Mœchus in actu cum vxore repertus occidi permittitur 27.22.
Mœchum cum vxore mea colloquētem capere poſſum 28.23.
Modus iudicandi quis 481.1.2.&c. & 482.5.6.&c.
Moriente parte ante litiſconteſtationem, moritur & proceſſus 436.4.
Mortuariam domum ingredi qui metuit quid facere debeat 35.1.2.
Mulcta, & pœna quomodo differant 480.1.2.&c.
pro Mulcta ciuili fiſcus neminem capere poteſt 131.6.
Mulier quæ capi poſsit, & quæ non 124.10.11.&c.
Mulier quando procuratrix eſſe poſsit 180.7.8.&c.
Multitudo teſtiū quæ, qualis, quando, & quomodo producenda 364.1.2.&c.
Multitudo teſtium coarctanda 365.2.
Mutare, addere, & corrigere, quomodo differant 215.3.

N

Nantizatio, vide in litera C. Conſignatio.
Natura feudi ſiue ſeruitutis expreſsionem requirit 499.3.
Negatiua alia eſt facti, alia iuris, alia qualitatis 381.8.
Negatiua credulitatis, & purgationis ad probandum valent 381.8.
Negatiua laicorum per indirectum probans fortior eſt &c. 380.6.
Negatiua reſtricta aliquando fortior eſt affirmatiua 380.5.
Negatiua reſtricta probat per indirectū 380.4.
Negatiua ſimplex nihil probat 380.3.
Notariorum literæ ſunt inſtrumenta publica 393.17.
Ex Notarij verbis certitudo literarū ſcripturæ cognoſcitur 393.16.
Notoria nullum requirunt iuris ordinem 402.1.
Nouatio quid ſit, & exemplum 288.6.
Nouitas eſt illicita poſſeſsio 61.2.
ſuper Nullitate ſola non eſt procedēdum 320.18.

O

Obligare nemo ſeipſum poteſt 131.9.

Obligatio non caſſata etiam eſt valida 396.14.

Obligatoria ſcripta an diem,& locum requirant 399.26.27.&c.

Obſcura concluſio interpretari poteſt 216.7.

Obſcurus libellus quis 273.7.8.&c.

Officiarius quando ex proceſſu deleatur 284.21.

Opiniones diſcordes à Præſide ſunt concordandæ 448.7.

Opiniones extra iudicium datę ſunt nullæ 448.10.

Opinantium numerus minor includitur in maiori 448.9.

Opinandum in proceſsibus quomodo 447.3.

Opinionem ſuam nemo dicat niſi interrogatus 447.3.

in Opinando à magiſtratibus requiritur modeſtia 447.2.

Opus quomodo quis in ſuo fundo impędire poſsit 29.1.2.

Opus quomodo quis in ſuo fundo extructum reiicere poſsit 29.4.6.

Operis noui prohibitio quotuplex 30.7.

Operis reparatio impediri nō poteſt 30. 8.

Opponens non comparens in iudicatione decreti,quid 156.42.

Ordinarij proceſſus qui ſint 41.1.

Ordinarij proceſſus partes quæ ſint 46. 1.2.3.&c.

Originale inſpiciendum eſt nunquid habeat vicij 392.9.

Originalia quamuis plura, pari tamen fide ſunt prædita 392.11.

Oſtiarius vide Executor.

Oſtiarius nōn eſt iudex,ſed executor 15.5.

Oſtiarius in executione bacillum ſuū habeat 110.9.

Oſtiarius in executione ſcire debet tria 67.4.

Oſtiarius in executione Complentæ ſeruare debet tria 68.1.

Oſtiarius in executione Complentę quid facere debeat 68.2.3.&c. & 69.10.11.&c.

Oſtiarius extraordinarius quas ſentētias non exequatur 532.7.

Oſtiarius ſententias Conſiliorum exequatur 532.6.

P

Parlamentū Belgicum,quādo inſtitutum. Mechliniæ 10 15.& 14 5.

in Parlamento quę tractentur 14.6.

Parentem in ius qui vocat, quomodo puniendus 52.13.

Pars vtra cū cautione iuratoria ſufficiat 183.8.

Pars partem citare non debet 111.11.

Parte confitente, probatione opus nō eſt 348.34.

Parte moriente ante litiſconteſtationem, moritur & proceſſus 436.4.

Partes in iudiciis ſunt actor,& reus 20.1.

Partes in iudiciis comparēt,aut per ſe, aut per alios 20.2.3.

Partes, quando nulla facta proponunt, ſcribunt per memoriam 313.5.

Partes,quæ allegata confundunt, clarius ſcribant oportet 313.6.

Partes quando allegata retulerunt,in iudicium concordandæ ſunt 313.8.

Partes quando in ſententiis diſcordant, quæ pœna ſtatuta 313.9.

Partes reſpondere debent per credit, vel non credit 342.2.

Partes,vel membra proceſſuum ſunt tria 46.1.2.3.

Patrono feudali quæ iura honoraria competant 555 1.2.&c.

Patrono feudali quando iura feudalia nō cōmpetant 556.1.2.&c.

Pecunia ex decretatione cōflata,quomodo creditoribus diſtribuatur 542. 1.2.&c.

Peremptoria quędam dilatio ſtat pro dilatoria 286.5.

Periurio nec lex, nec Princeps patrocinari poteſt 86.27.

Perſonæ in iudiciis neceſſariæ ſunt actor, reus,& iudex 1.1.

Perſonæ,& cauſæ quomodo vocētur coram iudice 162.1.2.

Perſonalis actio quæ, & quotuplex 56.1.2.

Perſonalis actio fit biſariàm 58.1.
Perſonalis citatio, vel executio quomodo fiat 58.2.3.
Perturbatio facti fit quatuor modis 74.1.
Perturbatio eſt reſtabilienda 74.5.
Perturbationem quæ efficiant 74.4.
Petens plura debitò, quomodo puniẽdus 192.4.& 193.5.
Petens plura, aut pauciora, quid? 215.4. & 216.5.
Petitio eſt triplex 93.6.7.8.
Petitio debet eſſe clara, & breuis 192.1.
Petitio clara conſtat rebus quinque 192.2.
Petitio obſcura quæ 192.3.
Petitio libelli exhibetur ob tria 272. 2.3.4.
Petitio in iudiciis fit aut verbis, aut ſcriptis 189.1.
Petitorium inchoans poſſeſſorio renunciare debet 76.3.
Petitorium aliquando cum poſſeſſorio coniungitur 76.2.
Petitorij ſententia, non impedit complentam ad poſſeſſorium 76.1.
Philippus Audax Curiam Flandrenſem Inſulis inſtituit 9.5.
Philippus Burgundio appellationem ad Parlamentum Pariſienſium ſuſpendit 10.12.
Philippus Burgundiæ 4. membra Flandriæ Conſilio Prouinciali ſubegit, 10.13.
Philippus Rex Hiſp. de publicatione teſtium facienda conſultat 417.14.
Philippus Rex Hiſp. de conſultatis deliberat 419.27.
Philippi Regis Hiſp. reſponſio ad ſupplicationes Braban. & Hollandiæ. 419. 28.& 420.29.
Pœna conuentionalis quæ petenda 212.1.
Pœna conuentionalis quæ non vſuraria 212.6.
à Pœna conuentionali quis excuſetur 213.7.
à Pœnis iuris excuſantur pauperes 213.8.
Pœna & Mulcta quomodo differant 480.1.2.&c.
Pœna malam ſuſtinentis cauſam, quæ 490 3.& 491.5.
Pœnæ non reſpondentis, aut malè reſpondentis, quæ 347.29.
Pœnæ non corporales quæ ſint 452.19.
in Pœnalibus quis per iuramentum ſixetur 131.7.
Portator ſchedulę obligatorię, nulla procuratione indiget 185.1.
Portator ſchedularum obligatoriarum à ſolo fiſco accuſari poteſt 185.2.
Portator ſchedulæ obliga. totius cauſæ dominus eſt 185.3.
Portator apud quem ſchedulam ſuã deponere debeat 185.4.
Portatoris ſchedula manet rata, principali mortuo 185.5.
Portatores ſchedularum obligatoriarum ſunt varij 279.1.
contra Portatorem ſchedulæ obligatorię quomodo excipiatur 279. 3.
Ponenti ſufficit dicere, credo interrogatorium meum eſſe verum 340.16.
Poſitio quid ſit 336.2.
Poſitio articulorum imitatur poſitionem factorum 372.3.
Poſitiones fuſius, articuli contractius ſpecificant 372.5.
Poſitiones ſunt de ſubſtantialibus proceſſuum 336.3.
Poſitiones vnde originem traxerint 336.4.
Poſitiones ſequuntur iuramentum de calumnia 336.1.
Poſitiones vocantur articuli, & differunt ab interrogatorio 336.6.7.
Poſitiones à quibus formentur 337.9.10.
Poſitiones ex partium libellis formandæ 339.22.
Poſitiones ad actionis naturam formandæ 339.27.
Poſitiones fiunt & ante, & poſt litiſcont. 336.1.& 337.8.11.12.
Poſitiones exhibentur ſcriptis. 339.23.
Poſitiones ſuper quibus fiant, & nõ fiant 337.12.13.14.17.
Poſitiones non admittuntur in proceſsi-

bus de plano 341.42.
Poſitiones quomodo ſtabilientur iuramento 342.1.2.3.
Poſitiones ad acta ſunt redigendæ 339.24.
Poſitiones ad reum fallacem circũuenien dum, quales 339.21.
Poſitiones ponentem ab onere probationis liberant 336.5.
Poſitiones ſuper exceptione, excõmunica tione, & materia reali 338.18.19.
Poſitionum effectus quis ſit 347.28.
Poſitionum dubia & confeſsiones, vbi, 347.30.& 348.31.
ad Poſitiones formãdas inſtructio 339.20.
ad Poſitiones quomodo iudex interroget 339.25.
ad Poſitiones vbi reſpondendum coram Commiſſario 348.32.
ad Poſitiones reſponſio fit per credit, vel non credit 348.35.
ad Poſitionis reſponſionem citandę ſunt partes 348.33.
in Poſitionibus, tantũ ſcribenda ſunt, quę in proceſſu ſunt narrata 340.28.
Poſſeſsio, & Saiſina quomodo differant 64.1.2.
Poſſeſsio ad recredentiam iuuat 64.5.
Poſſeſsionis titulus mutari non debet 294.19.
Poſſeſſor annalis eſſe debet 63.3.
Poſſeſſor annalis ſemper eſt potior 63.6.
Poſſeſſor non annalis quomodo procedat 63.7.
Poſſeſſor bonæ fidei omnes fructus ſuos facit 201.13.14.& 202.15.
Poſſeſſor malæ fidei quos fructus reſtituat 203.18.
Poſſeſſor malæ fidei rẽ per exceptionem ſibi vendicat 299.67.
Poſſeſſor quis, & quãdo fructus reſtituere debeat 488.3.4.& 389.6.
Poſſeſſor malæ fidei præſcribere non poteſt 294.14.
Poſſeſſor quæ empta reſtituere debeat 204.20.21.&c.
Poſſeſſor quis fructus naturales ſuos non faciat 200.9.& 201.10.11.
Poſſeſſoria actio quomodo inſtituatur 60.2.
Poſſeſſorium cum petitorio non eſt miſcendum 76.3.
Poſſeſſorium quomodo inſtituatur, & defendatur 62.1.& 63.2.3.
Poſſeſſorium vel Saiſina eſt licita 61.1.
Poſſeſſoriũ, & Saiſina requirunt titulum 63.4.
Poſſeſſoriũ aſſeritur à Principe, vel Conſilio 99.12.
à Poſſeſſorio eiectus recurrit ad petitorium 76.1.
Poſsidere, & tenere quomodo differant 64.6.
Poſtulantes in iure ſunt ipſi Aduocati 182.1.
Praxis non ſtudio ſed experientia paratur 182.3.
Prærogatiua beneficiorum in Frãcia conceſſa 77.7.
Præſcriptio eſt varia, & in quibus fiat 293.3.4.5.
Præſcriptio contra quos, & quando non fiat 296.32.&c & 297.37.&c.
Præſcriptio hypothecarum onera non petita decem annis liberat 294.13.
Præſcriptio .30. annorum quid requirat 293.8.
Præſcriptio .40. annorum in quibus fiat, & quid requirat 293.9.
Præſcriptio infinita in quibus fiat, & quid requirat 293.12.
Præſcriptio contra Eccleſiam quid requirat 293.10.11.
Præſcriptio contra Eccleſiam priuilegiatam quando 303.79.
Præſcriptio rei corporalis quid requirat 293.6.7.
Præſcriptio actionem perſonalem tollit 299.65.
Præſcriptio actionem, & vendicationem rei tribuit 299.66.
Præſcriptio dominium rei extinguit 302.78.
Præſcriptio vtile dominium, & rei vendicationem habet 300.70.
Præſcriptio interrumpitur & naturaliter & ciuiliter 297.45.46.47.& 298.48.&c.

Præ-

Præſcriptio non interrumpitur per litiſconteſtationem 299.62.
Præſcriptio non venit à poſſeſſore malę fidei 294.14.
Præſcriptio malæ fidei eſt inualida 294.14.& 301.74.
Præſcriptio feudi quãdo fiat 294.15.16.17.
Pręſcriptio feudalis rei, & oppignoratæ quomodo fiat 294.16.17.18.
Præſcriptio redituum quę,& quãdo 295.28.& 296.30.
Pręſcriptio omnis eſt odioſa 297.44.
Præſcriptio vnde, & ad quid introducta 301.75.
Pręſcriptionis allegatio eſt peremptoria 292.2.
Pręſcriptione acquiruntur immobilia cũ vtili dominio 300.1.
Præſcriptione,non vſucapione, hypotheca tollitur 301.72.
Pręſcriptionũ collector Frãciſ.Balb.292.1.
Præſentat ſe quis pro alio ſine procuratorio 481.1.2.&c.
Pręſentat ſe quis per ſe, aut per procuratorem 163.1.
Præſentat ſe quis per procuratorẽ 163.3.
Præſentare ſe, & mox recedere, eſt non pręſentare 162.6.
Pręſentatio rei connotatur 162.9.
Præſentatio fit ad rotulam 161.1.
Præſentatio cauſæ quando facienda 161.1.2.&c.
Pręſentatio cauſę non neceſſarię reiicitur 162.8.
Pręſidens,& Conſiliarij in Flandria quot commiſsiones habeant 350.10.
Pręſumptio quid ſit,& quotuplex 404.2.3.& 405.5.
Pręſumptionis de bono puero exemplum 405.4.
Pręſumptio temeraria quę ſit.Et Exemplum 405.6.8.
Pręſumptio probabilis quę ſit.Et Exemplum 405.9.& 406.10.
Pręſumptio quando probationem efficiat 404.1.
Pręſumptio probabilis ſemiprobationẽ efficit 406.11.
Præſumptio iuris, vel neceſſaria quæ ſit, & in quibus contingat 408.36.&c. & 409.43.44.
Pręſumptio violenta quæ,& Exemplum 406.12.13.
Pręſumptio violenta vnde colligatur, & in quibus 406.14.15.&c. & 407.23.&c.& 408.33.34.35.
Pręſumptio violenta iudicem plurimum inflectit 408.36.
Pręſumptio item eſt quintuplex,item triplex 409.45.47.
Præſumptionibus non eſt nimium fidendum 409.46.
Princeps & ſupremum Conſilium iudicant ſecundum conſcientiã 481.2.3.
Principis conſcientia ad iudicãdum in iure fundari debet 481.4.
Princeps de quauis ſẽtẽtia reſtituere poteſt 514.9.
Priuata ſcriptura quæ ſit,quid concernat, & quomodo probet 395.1.2.&c.
Priuata ſcriptura eſt apodyxa,rationariũ aut exempla 397.20.
Priuata ſcriptura probationem efficit 397.19.
Priuilegium centenarium in pręſcriptione quomodo reſtringendum 303.8.
Priuilegiorum literę quomodo reprobẽtur 432.12.
Probanda facta quæ ſint, & quæ non 355.1.2.3.& 356.4.5.
Probatio quid ſit,cui competat, quando, & in quibus 353.1.2.3.& 354.1.2.&c. & 355.6.7.8.
Probatio fit regulariter poſt litiſconteſtationem 360.2.
Probatio teſtium fit aliquando ante litiſconteſtationem 360.3.4.& 361.5.6.&c.
Probatio prior incumbit actori 356.1.
Probatio prior aliquando incumbit reo 356.3.
Probatio teſtium omnium eſt validiſsima 360.1.
Probatio factorum, & iuris quomodo fiat 357.1.2.&c.358.9.
Probatio facta coram iudice,aut arbitro, quomodo valeat 358.10.11.
Probatio per ſcripturas publicas quomodo fiat 392.13.& 393.14.15.

Probatio facta per confeſsionem partis 388.4.
Probatio per ſcripturas priuatas 393.19.
Probatio per euidentiam, hoc eſt, per conſpectum facti 402.
Probatio per præſumptionem 403.
Probatio per iuramentum 409.
Probatio ſemiplena quæ ſit, & quomodo fiat 414.1.2.&c.
Probatio ſemiplena ab expenſis non liberat 488.4.
Probationum literæ quomodo exhibendæ ſint 401.1.
Proceſſus, vide literam. I. lis.
Proceſſus ante inchoationem diligenter conſultandus 53.18.
Proceſſus in quo conſiſtat diligenter examinandum 446.1.2 3.
Proceſſus ſunt criminales, ciuiles, feudales, non feudales 39.1.
Proceſſus ſunt ordinarij, ſummarij, de plano, &c. 40.3.
in proceſſu iuris conſule libros 446.2.
in Proceſſu facti conſule teſtes 446.3.
Proceſſus omnis à citatione inchoatur 401.
Proceſſus norma à Deo inchoata 40.2.
Proceſſus ordinarij qui ſint 41.1.
Proceſſuum ſubſtantialia quæ ſint 41.4.
Proceſſuum membra ſunt duplicia 41.2.
Proceſſuum item partes, vel mẽbra ſunt Trina 46.1.2.3.
Proceſſuum Trina membra quid quæque efficiant 46.4.5.6
Proceſſuum quæ membra vſui ſunt in Flandria 41.7.8.
Proceſſuum tempora ferè numerantur decem 47.1 2.&c.
Proceſſuum ordo immutari non debet 47.11.
Proceſſuum protractio quàm ſit damnoſa 221.7.
Proceſſuum incommoda quæ 451.10.
Proceſſuum reuiſio vbi, & quando, 515.1.
Proceſſus ſummarij qui ſint, & quando fiant 42.1 2.&c.
Proceſſus ſummarij omnes moras præcidunt &c. 42.6.
Proceſſus de plano fiunt in cauſis leuibus 43.1.
Proceſſus de plano fiunt ſine litiſconteſtatione 43.3.
Proceſſus de plano quales habeãtur Brugis 43.4.
Proceſſus ſine figura iudicij 44.1.
Proceſſus ſine figura iudicij requirunt quinque 44.9.& 45.10.11.&c.
Proceſſui quis ſe adiungere poſsit 186.1.
Proceſſui adiunctus quid facere debeat 186.2.3.4. &c.
Proceſſui adiungit ſe fiſcus quando vult 187.9.
Proceſſus ſcriptus quando in appellatione recipiatur, & quando non 314.10.11.
Proceſſus quando cenſeatur ſcripto exhibitus 314.14.
Proceſſus reuocãdus ad primum locum 251.23.
Proceſſus quando examinentur 439.2.
Proceſſus quando terminentur 439.3.5.7.
Proceſſus ciuiles intra triennium ſunt terminandi 439.5.
Proceſſum intra triẽnium non terminas quomodo puniatur 439.6.
ad Proceſſum terminandum aſſumuntur aliquando plures examinatores 439.4.
in Proceſſuum amatores acerba deteſtatio 50.1.
Proceſsibus contra Prætorem emergendis quomodo occurratur 33.6.
Procuratio noua in arramẽtis non eſt neceſſaria 176.14.
Procuratio quæ reiicienda 263.1.2.&c.
Procuratio ob quas cauſas reuocetur 177.2.
Procurationis reuocatio ad quem pertinere debeat 177.3.
Procuratio reuocatur ante litiſconteſtationem 176.1.
Procuratores qui dicantur 164.1.
Procurator, & adminiſtrator quomodo differant 164.2.

Pro-

Procurator ad lites, & ad negotia qualis eſſe debeat 164.3.& 165.4.5.6.
Procurator quis eſſe non poſsit 179.1.2. & 180.3 4.&c.
Procuratrix quando mulier eſſe poſsit 180.7.8.&c.
Procurator ad agendum, etiam procurator eſt ad defendendum 165.7.
Procurator in rem ſuam quis ſit 165.1.
Procurator in rem ſuã in quibus locum habeat, & in quibus non, & quid poſſit 166.2.3.&c.
Procurator falſus, & inſufficiens quis 177.1.
Procurator debet cauere de rato 178.6.
Procurator debet inſtrui de cauſis 178.7.
Procurator quas ob cauſas confutetur 263.1.2.&c.
Procurator non tenetur ad Guarandiam 284.25.
Procurator iurare poteſt pro ſuo clientulo 342.3.
Procurator quomodo ad poſitiones reſpondeat 348.36.37.&c.
Procurator falſo negare ſuadens ad reſtitutionem tenetur 348.39.
Procurator generalis, id eſt fiſcus, nullas fert expenſas 483.7.
Procurator non appellans quãdo teneatur ad reſtitutionem 497.8.9.
Procuratoris incuria non raro proceſſus amittitur 50.5.
Procuratoris facta quomodo probentur 178.7.
ſine Procuratore qui ſe præſentare poſſint 131.1.2.&c.
Procuratores bini ſimul agant oportet 170.13.
Procuratorium generale quid contineat 167.1.
Procuratorium generale de quibus, & quouſque 167.2.3.4.
Procuratorium ad lites eſt generale 167.2.
Procuratorij generalis exemplum 168.6.
Procuratorium ſpeciale quid ſit 169.1.
Procuratorium ſpeciale in quibus cauſis detur 169.2.& 170.3.4.&c.
Procuratorium ad negotia eſt ſpeciale 167.5.
Procuratorij ſpecialis, exemplum 170.13.
Procuratorium vbi ſeruit, ibi procurator de rato ſibi cauere poteſt 170.12.
Procuratorium quando ſit exhibendum 178.1.2.& 179.3.4.5.
Procuratorium requiritur dignum, & ſufficiens 175.1.
ſi Procuratorium ſit indignum, & inſufficiens omnis productio erit nulla 175.3.
Procuratorium, ſunt qui dent ſub ſigillo 175.4.5.
Procuratorium etiam datur ſub Notario vel Secretario 175.8.
Procuratorium Senatorium vbique eſt validum 175.6.
Procuratorium ſub ſigillo Abbatis, aut conuentus eſt validum 175.11.
Procuratorium in minorennì datum eſt nullum 176.12.
Procuratorium morientis, cum moriẽte moritur 176.13.
Procuratorium verificatur per teſtes 175.9.
contra Procuratorium ſui quid opponatur 167.6.
in Procuratorio dubio cauendum eſt de rato 175.2.
Prodigi declarati à iudicijs, ſunt repellendi 275.5.
Productiones quæ reprobentur 422.2.
Propria confeſsio fortior eſt auxilio citato 396.11.
Proteſtatio quid ſit, & quotuplex 240. 1.2.&c.
Proteſtatio quæ ſit valida, quæ inualida 244.9.& 245.10.
Proteſtationis illicitum exemplum 241 6.7.
Proteſtatio cui, quando, vbi, & quomodo facienda 241.8.9.&c.

Proteſtatio quid efficiat 242.14.
Proteſtatio non conſeruat ius illicitum 242.15.
Proteſtatio actoris, & rei in quibus fiat 243.2.3.&c.
Proteſtatio in iudicio à quo fiat 243.1.
Proteſtatio pro addendo, minuendo, mutando, eſt inualida 242.16.
Proteſtatio fieri debet ante actum celebratum 244.7.
Proteſtatio ad quoſuis actus eſt reuocanda 244.8.
Prouincialia Conſilia atteſtationum publicationem diſſuadebant 417.15.16.&c. & 418.19.20.&c.
Prouincialia Conſilia quid Regi ſuper ea publicatione ſuaſerant 418 23.24 25.26.
Prouiſio à quo, in quib⁹ cauſis, & ad quid petenda 196.1.2.&c.& 197.4.5.&c.
in Prouiſionibus procedit actor ſummariè 197.13.
Prouocatio, & Appellatio quomodo differant 496.2.
Publicatio atteſtationum quid efficiat 417.11 12.13.
Publica inſtrumenta quæ ſint 391.1.2.&c.

Q

Quando detur vna dilatio 225.5.
Quæſtiones circa fidem inſtrumentorum 393.22.
Qui metuit adire domum mortuariam quid faciet 35.1.2.
Quomodo differant arbiter, arbitrator, & iudex 458.4.& 459.14.
Quomodo differant dilatio, prorogatio, & noua conceſsio 226.10.
Quomodo pronuncianda ſit commiſsionis relatio 119.1.
Quære reliqua ſub ſuis propriis titulis.

R

Raſura bifariã obſeruatur 430.7.& 431.8.
Rationis copia ſtatim eſt exhibẽda 220.6.
Rationarium contra ſe probationem facit 398.22.
Rationarij libri probationẽ efficiũt 395.6.
Realis actio, quæ, & quotuplex 59.1.2.&c.
Realis actio quomodo inſtituatur 60.1.
Realis actio poſſeſſoria quomodo inſtituatur 60.2.
Recedendi ab appellatione licentia impetranda tempori 456.5.
Receſſus ad proceſſum viſitandum quando detur 438.1.2.3.
Reconuenire & reconuentio, quid 309.1.
Reconuentio in quibus locum non habeat 309.7.8.&c.
Reconuentio quando proponenda, coram quo, & in qua cauſa 309.2.3.&c.
Reconuentionis, & conuentionis cauſæ iuris ſunt eiuſdem 310.20.
in Reconuentione procedendi modus, & ordo 310.17.
Recredentia quid ſit, & in quibus detur 321.1.2.&c. & 322.5 6.&c.
Recredentia quãdo nõ detur 322.12.13 &c.
Recredentia mandatur executioni citra appellationem 323.17.
Recredentiam nullus impedire poteſt 323.18.
ante Recredentiam exhibendi ſunt tituli 322.10.
Recuſatur iudex, arbiter, aſſeſſor &c. 257.12.& 258.13.
Recuſationis effectus ſunt duo 258.20.
Recuſationum cauſæ, quando, & quomodo proponantur 258.15.16.17.
Reditus, & cenſus quid ſint, & quotuplices 295.28.29.
Reditus quando præſcribantur 296.30.
Reditus redimuntur cum tota ſumma, & ſupercreſcentia 31.1.
Reditum qui non ſoluit, hypothecã venditioni exponit 212.5.
Redituarius actiuus quomodo hypothecam euincat 547.8.& 10.
Redituarius quando fructus ſine ratione reddenda recipiat 547.9.
Redituum libris in probando fides attribuitur 395.8.
Redituum & debiti ſolutio quomodo differant 32.10.
Redituum redemptio conſignatur integra 31.3.
Reductio arbitramenti quõ fiat 475.4.
Referendarij qui ſint, quomodo deſignentur, quod officium 442.1.2.&c.
Referendarius, vbi innotuit, mutandus eſt 442.6.
Referendarius interrogandus de opinione ſua primus 447.5.

Refor-

Reformatio & appellatio quomodo diſferant 492.1.
Reformatio intra annum debet inſtitui 492.3.
Reformationes fiunt in Conſiliis prouincialib. niſi &c. 478.7.8.
Reformationis vſus in Flandria eſt præcipuus 492.2.
Reformatus iudex ſubalternus damnatur 60. libris 478.5.
Reformatio in Flandria ad quæ ſe extendat 493 5.
Reformatio in 4. membris Flandriæ non ſuſpendit ſententiam 493.4.
Reformantur in Conſilio ſolæ ſententiæ, 493.6.
Reformans, & appellans quãdo mulctentur 493.7.9.
Reformatus quando liber eſt à mulcta 493.8.
Reformationis pœna quibus conceſſa 493.10.11.12.
Relatio commiſsionis quomodo pronunctianda 119.1.
Relationis copia parti permittenda eſt 119.2.
Relationis, & executionis ſpecificationes ſunt notandæ 119.3. & 120.4.
Relaxanda ſtatim mulier honeſta, aut nupta 130.3.
Relaxatur captus pro debito inconfeſſo 130.1.
non Relaxatur captus pro debito iudicato 130.2.
Releuamenta quando petantur, & concedantur 89.1. & 90.2.3. 4.
Releuamentum, & Requeſta quomodo differant 97.1.2.3.4.
Remiſsio cauſæ quid ſit, à quo, & ex qua cauſa petenda 249.1.
Remiſsio cui competat 249.2.3.&c.
Remiſsio vel reuocatio perſonalis, realis, &c. 250.8.9.&c.
Remuneratio iudicis qualis 519.1.2.&c.
Renengaria Camera quæ, & Renengarij qui 11,18.
Renunciatur appellationi quando 509.1.
Renunciare ab inſtantia, liti, & cauſę, quid ſit 456.2.
non Renunciatur liti in Francia ſine conſenſu Regio 456.4.
Renuncietur inſtantiæ quando 456.3.
Replicationis, duplicationis &c. Exemplum 311.2.
Replicandi, duplicandi, &c. terminus petitur 311.3.
Replicatio vſque ad definitiuam opponitur 312.7.
ad Replicationem, duplicationem &c. vide Angelum Aret. 312.8.
Reprobatio quid ſit 421.1.
Reprobantur productiones, teſtes, & ſchedulæ 421.2.
Reprobare productionem quid ſit 422.1.
Reprobentur productiones quæ 422.2.
Reprobentur teſtes qui, quando, & vbi 422.1. & 424. & 425. & 426. & 427.
Reprobantur teſtes per reprobationem facti 424.1.
Reprobantur tituli, ſcripturæ, & inſtrumenta 430.1.
in Reprobatione ſcripturarum quid notandum 430.2.
Reprobentur literæ quæ 430.3.4.5.6.
Reprobentur literæ priuilegiorum quæ, & quando 432.12.
Reprobãtur tranſumpta, vel copię 432.13.
Reprobãtur atteſtationes, & copię 432.14
Reprobatio & Saluatio non ſunt de ſubſtantia proceſſuum 432.3.
Reprobatio & Saluatio non permittitur ante proceſſus inchoationem 433.6.
Reprobatio, & ſaluatio fit ante concluſionem in cauſa 433.7.
Reprobatio eſt odioſa, ſaluatio verò gratioſa 433.4.5.
Requeſta, & Releuamentum quomodo differant 97.1.2.3.4.
Res mobiles, immobiles, corporales, incorporales 59.2.3.&c.
Res ſacræ nec emi, nec vẽdi poſſunt 82.4.
Reſciſsio contractuum quando & in quibus 48.16.17.18.
Reſciſsio in quibus locum non habeat 84.19. & 85.20.&c.
Reſciſsio, & electio ſunt in cõtractu bonę fidei 84.18.
Reſortum quotuplex 499.1.

Reſortum Flandriæ ad Parlamentum Pariſienſe tantùm fuit conſuetudinarium 499.2.
Reſorti Flandrenſis origo vnde? 500.4.
Reſortum Parlamenti tranſlatum Mechliniam 14.4.& 500.6.
Reſpondendum ad quæ ſit 346.23.24.
Reſpondendi negatiuè forma 347.27.
Reſpondere nolens pro confitente habendus 346.25.
Reſpondere ad quos articulos non liceat 349.40.
Reſpondere falsò qui ſuadet, ad reſtitutionem tenetur 348.39.
Reſpondendum ad quæ non ſit 344. & 345.& 346.
Reſponſio coram Commiſſario vbi fieri debeat 348.32.
Reſponſio fit per Credit vel non Credit 348.35.
Reſponſio Regis Hiſp.ad ſupplic. Brabāt. & Holland. 419.28.& 420.29.
ad Reſponſionem poſitionis citanda pars eſt 348.33.
Reſponſiones in ſcripto ſunt exhibendæ 343.2.
Reſpõſurus quid obſeruare debeat 343.1.
Reſtabilimentum quid ſit, & quomodo fiat 75.1.2.4.
Reſtituere in iure quid ſit 513.1.
Reſtituantur ſuo iuri qui 513.2.3.4. et 514.5.6.7.
Reſtituit iudex de ſua ſententia 514.8.
Reſtituit Princeps de quorumuis ſententia 514.9.
Reſtitutoria dilatio datur ſpoliatis &c. 224.9.
Retentio feudi & fundi cui competat 554.1.2.
Retentio feudi in quibus locum non habeat 554.3.4.5.
Retractatio ſententiæ per ſupplicationem 512.1.
Retractatio ſententiæ per reſtitutionem 513.1.
Retractatio ſententiæ per ſimplicem petitionem 514.1.2.
Retractatio ſententiæ per reuiſionem 515.1.
Retractatur per legem definitum cum iuramento 87.32.
Retractatur ſententia per appell. & prouoc. 496.1.
Retractatur ſententia defectuum.Et contra eum,qui non eſt ſoluendo 514.2.
Retractetur ſententia quomodo & apud quem 512.1.& 513.2.
Retracta bona naturam patrimonialium induunt 551.21.
Retractatio fundorũ,domorum, & redituum Brugis 549.5.& 550.6.
Retractus quid ſit,& quotuplex 549.1.
Retractus in iure ciuili cur odioſus 549.3.
Retractus iure diuino permittitur 549.2.
ad Retractum legitimũ requiruntur multa 550.7.8.&c.& 551.16.17.&c.
Retractum denegās quomodo puniatur 552.26.
Retractum quando emptor denegat,pecunia conſignatur 552.25.
Retractus in quibus locum nõn habeat 553.1.2.&c.
Retrahuntur etiam patrimoniales reditus,feuda,fundi,agri,domus 552.24.
à Retractatore qui maiorem ſummam exigit,quomodo puniatur 552.28.29.
de Retractibus qui potiſsimum conſulendi 552.30.
Reuiſio vbi permittatur 515.1.
Reuiſio, & errorũ propoſitio quomodo differant,& conueniant 515.2.3.
Reuõcatio quibus non permittatur, & in quibus cauſis 252.24.&c.
Reuocatio datur reo ad ſecurandum citato 254.39.
Reuocatoria dilatio quando permittatur 223.3.
Reuocetur procuratio quando, quare,apud quem 176.1.& 177.2.
Reuocatur proceſſus ad primum locum 251.23.
contra Reuocationem procedens quomodo coërcendus 254.42.
Reus ante actorem probare non tenetur 356.2.
Reus quādo ante Actorem producere poteſt 356.3.

Reus

Reus ad reſpondendum dilationes petit 221.3.
Reus quando, & in quibus probare teneatur 354.1.2.&c.
Reus extraneus quomodo cautionẽ conſtituet 188.7.
Reus quando coram alieno iudice cõueniri poteſt 99.4.& 100.17.18.
Reus in materia compromiſsi adire debet arbitrum 100.21.
Reus non ſtatim habet quod ad petitionem actoris reſpondeat 221.2.
Reus poſterius, actor prius ponat, iuret, & probet 310.19.
Rei cauſa ſemper eſt fauorabilior 381.7.
Reo citante facta contraria, quid 313.4.
Reo negãte, vel contumace, actor ſua ſcribit per Intendit 313.2.
Rex Philippus de atteſtationum publicatione conſultat, deliberat, & reſpõdet 417.14.& 419.27.28.& 420.29.

S

Sacræ res nec emi, nec vendi poſſunt 82.4.
Saiſina eſt licita. Nouitas eſt illicita 61.1.2.
Saiſinæ vocabulum à quo 61.5.
Saiſina tribus modis tribuitur 61.8.
Saiſina quibus competat 61.9.& 62.10.11.
Saiſinam turbans Nouitatem committit 62.12.
Saiſina & poſſeſsio quomodo differant 64.1.2.
Saiſina debet eſſe annalis, non vi, nõ clam &c. 64.4.
Saiſina ad recredentiam iuuat 64.5.
Saiſina ſimplex quæ ſit 65.1.
Saiſinentur in bonis qui 65.2.3.&c.
Saiſinæ & Complentę differentia 66.1.
Saiſinat mortuus viuum 65.2.
Saluatio quid ſit, & quid ſpectet 432.1.2.
Saluatio & reprobatio non ſunt de ſubſtantia proceſſuum 432.3.
Saluatio gratioſior eſt quàm reprobatio 433.5.
Saluatio & reprobatio non permittuntur ante proceſſus inchoationem 433.6.
Saluatio, & reprobatio fiunt ante concluſionem in iure 433.8.
Satiſdatio, & Cautio quomodo conſtituẽda 187.1.& 188.2.&c.
Schedula memorialis actorum loco traditur 328.13.
Schedularum portatores ſunt varij 279.1.
Schedulæ exemplar 279.2.
contra Schedulæ allatorẽ quomodo excipiatur 279.3.
Scribatur quomodo in Conſilio Mechili. & Fland. 340.30.31.
Scribendum in proceſsibus quid ſit 340.28.
Scripta non allegata à iudice ſunt eliminanda 340.29.
Scribendum per Intendit, variè &c. 313.5.7.
Scripturæ aliæ ſunt publicæ, aliæ priuatæ 391.1.
Scripturæ publicæ quæ ſint 391.2.3.&c.
Scriptura priuata quæ, quid concernat, quid probet 395.1.2.&c.
Scriptura priuata probationem efficit 397.19.
Scriptura vetuſta probationem efficit 392.13.
Scripturam agnoſcẽs damnationi ſit obnoxius 395.9.
Scripturam propriam negans damnatur de calumnia 396.10.
Scriptura priuata eſt triplex 397.20.
Scriptura negata comparationẽ ad aliam facit 398.24.
Scriptura obligatoria quando requirat diem, & locum 399.26.27.&c.
Scriptura ſiquæ ex proceſſu amiſſa fuerit, quid 443.1.2.&c.
per Scripturam ſolam quæ comprobentur 396.12.
Securitatem Curię violans quomodo puniatur 254.40.
Securitatem fruſtrà renuat clericus 254.41.
ad Securitatem citato conceditur remiſſio 254.39.
Semiprobatio ab expenſis non liberat 488.4.
Sentẽtia Metropolitica quomodo tradatur Subalternis 284.19.

Senten.

Sententia eſt quadruplex, ſcilicet interlo. defini.manda.mulct. 479.1.
Sententia interlocutoria, vel diſpoſitiua quæ 312.1.& 315.1.2.&c.
Sententia definitiua per quem,& quomodo pronuncietur 484.1.2.&c.
Sententia omnis ex ſcripto eſt pronūcianda 484.5.
Sententia quomodo pronuncianda 485.8.9.&c.
Sententia interlocutoria pronunciatur ex ore,aut ex actis 485 6.
Sententia Imperialis vbi in Flandria pronuncietur 485.7.
Sententia lata quomodo corrigatur 485.1.2.& 486.3.4.
Sententia obſcura per iudicem interpretari poteſt 486.3.
Sententia ſuper ſententiam eſt nulla 491.8.
Sententia Nulla à iudice confirmari non poteſt 491.7.
poſt Sententiam adiūgi poſſunt,quæ cum ſententia comitantur 485.2.
Sententia iuſta retractari non debet 491.1.
Sententia omnis corrigi poteſt, excepta definitiua 486.4.
Sententia quæ, & quomodo retractetur 492.3.&c.& 496.1.2.&c.
Sententia quomodo retractetur per ſupplicationem 512.1.& 513.2.3.
Sententia quomodo retractetur per reſtitutionem 513.1.2 &c.
Sententia quomodo retractetur per ſimplicem petitionem 514.1.2.&c.
Sententiam vter ſuſtinebit, an iudex, an pars 508.1.2.&c.
contra Sententiam qui reſtituantur 513.2.3.4.& 514.5.6.7.
Sententia defectuum, & contra eum qui non eſt ſoluendo 514.1.2.
Sententia debet per ſententiam declarari deſerta 507.8.
poſt Sententiam deſertam proceditur ad executionem 507.3.
Sententia quæ, & quomodo executioni mandetur 531.1.2.3.
Sententia annalis executioni non eſt mandanda 531.5.
Sententia per ſupplicationē ſuſpenſa, ſub cautione eſt executabilis 531.2.
Sententiæ ſubalternorum iudicū ſub cautione ſunt executabiles 531.3.
Sententiæ per Conſilium latę,ſub cautione non ſunt executabiles 531.3.
Sententiæ ſubalternorum iudicum quomodo à Conſilio executioni manden tur 532.5.
Sententiæ Conſiliorum ad executionem mandantur Oſtiario 532.6.
Sententiæ executio fertur in principalem condemnatum.In Maritum.In Curatorem 534.1.2.&c.
Sententia perſonalis alicubi etiam eſt realis 537.6.7.
Sententiæ realis executio fit ſine denunciatione 537.9.
Sententię perſonalis executio fit cum denunciatione 537.10.
Sententiarum executio cui iudici competat 532.1.2.&c.
Sententię 4.mēbrorum Flandrię in appellatione ſunt pro proceſſu ſcripto 314.12
Sententię humanæ ex cauſa ſunt mutandæ 319.2.
Sententiam reuocare non eſt ignominioſum 319.2.
de Sententiis maiorum ciuitatū 477.1.
à Sententia ſubalterna appellatur ad Cōſilium Prouinciale 478.4.
Sequeſtratio quid ſit, quotuplex, & quomōdo fiat 139.1.2.&c.
Sequeſtratio caſualis in quibus permittatur 139.8.&c. & 140.11.12.&c.
Sequeſtratur pecunia bonorum citò pereuntium 141.19.
Sequeſtratio quomō prępediatur 141.20.
Sequeſtratio neceſſaria fit à iudice 141.21.
Sequeſtratio fit à partibus 141.22.
Sequeſtratio prohibetur,non Cōſcriptio 141.23.
Sine procuratorio qui ſe præſentare poſſint 181.1 2.&c.
Soluere iudicato quō ſit intelligēdū 131.4
Soluere ſibiipſi quis poſsit 25.7.8.9. & 26.10.11.12.
Solutio debiti quō fieri debeat 31.5.6.7.

Solutio redituum,& debiti quomodo differant 32.10.
Species quomodo taxentur 517.10.11.12.13.
Spoliato quãdo ſpoliantem reſpoliare liceat 25.4.5.
Status Brabantiæ, & Hollandiæ qui ſint 417.9.
Stipendia conſiliariorum, aduocatorum, procuratorum &c. in Conciliis Flandriæ, & Mechiliniæ 521.2.3.&c. & 522.3.4.5.& 523.6.& 524.7.8.9.10.
Stylus quid ſit primò, & ſecundò 329.2.4.
Stylus vbique obſeruandus 329.1.
Stylus circa quæ verſetur 329.5.
Stylus eccleſiaſticus non eſt ſeruandus in ſecularibus 329.10.
Styli diuerſitas ambiguitatem parit 329.9.
Stylus & conſuetudo quomodo conueniant & differant 329.6.7.
ad Stylum Curiæ vnde venit, & quò vadit, quę pertineant 329.8.
Subalternus iudex quando, & quomodo ſententiam à ſuo capite poſcat 477.1. & 478.2.3.
Subalternus iudex reformatus, punitur 60. libris 478.5.
Submiſsio quomodo fiat 457.1.
Submiſsio litem terminat 458.2.
Submiſsio fit coram arbitro, & arbitrato re 458.3.
Submiſsio in arbitros quando cenſeatur extincta 471.1.2.&c.& 472.6.7. &c.
Subſtantialia contractuum 78.2.
Subſtantialia definitiuè poſt ſententiam non corriguntur 485.1.
Suſtitutio quando fiat, ad quid fiat, & vbi fiat 174.1.2.&c.
Subſtitutio non fit, niſi in procuratorio exprimatur 174.1.
Subſtitutio quomodo cõſcribatur 174.4.
Subſtitutio reuocari non poteſt 174.5.
Sũmariè quando procedatur, & in quibus cauſis 42.1.2.3.
Summarij proceſſus non recipiunt longas moras 42.6.
Summarij proceſſus ſemiplena probatione contenti ſunt 42.5.
Supellectilem venditam cõdemnatus intra octiduum recuperare poteſt 537.11.
Supplicationes Brabantiæ, & Hollandiæ pro atteſtationum publicatione 417.10
Supplicetur pro retractatione apud quẽ, & quando 512.1.& 513.2.3.
Suſpectus iudex quis 256.6.
Suſpectus quando iudex eſt, quid faciendum 257.10.
Suſpectorum iudicum exemplum 257.11.
Suſpitionis cauſa in iudice eſt exploranda 257.8.
Suſpitionum cauſæ an debeant exprimi 258.18.19.
Suſtinens malam cauſam quomodo puniatur 490.3.& 491.5.

T

Taxatio ſumptuum vel expenſarũ 516.
Taxatio expenſarum quando, per quem, & quomodo fiat 516.2.3.& 517.4.5. &c.
ad Taxationem expenſarum, citanda pars eſt 516.1.
Taxentur aut moderentur ſpecies quomodo 517.10.11.12.13.
Taxatio ſtipendiorum in Conſilio Flandrię 521.& 522.& 523.& 524.
Taxatio ſtipendiorum in Conſilio Mechlinienſi 526.527.528.529.& 530.
Taxatio alimentationis quæ impenditur incarceratis 525.1.2.3.4.
Tempus quoduis ad fraternam conciliationem eſt legitimum 474.12.
Temporibus ſeruiendum eſt in decretis humanis 319.4.
Teſtamenti copia ſtatim eſt exhibenda 220.6.
Teſtes nõ ſunt inſtrumẽta publica 393.21.
Teſtes ad deponendũ ſunt cogendi 363.9.
Teſtes auditi, quãdo iterum ſunt audiendi 361.9.10.
Teſtes quales ſumendi, citandi, & pręſentandi 362.1.
Teſtes ſeipſos pręſentare non poſſunt 362.3.
Teſtes inuiti ſunt compellendi 362.4.
Teſtes producendi ſunt à partibus, nõ à iudice 362.5.
Teſtes producuntur ſumptibus producentis 362.6.
Teſtes debent habere ſecuritatem à iudice 362.7.

Teſtes produci poſſunt per varias ciuitates 363.8.
Teſtes à veritate dicenda ſe excuſare non poſſunt 363.9.
Teſtes ſe per ignorãtiam excuſantes ſunt compellendi 363.10.
Teſtis inuitus ſi à iudice non compellatur iudex de damno tenetur 363.11.
Teſtes audire ſi prætor feudalis non cõpellatur, dominus iuriſdictionem perdit 363.12.
ad Teſtimonium qui non ſint compellendi 363.13.
Teſtiũ iuramenta ſunt ſubſtantialia proceſſuum 370.10.
Teſtiũ multitudo qualis, quando, & quomodo producenda 364.1.2.&c.
Teſtiũ multitudo coarctari debet 365.2.
Teſtium iuramentum quale, & vbi præſtandum 369.4.5.&c.
Teſtium fides eſt inſpicienda 365.3. & 374.6.& 380.1.
Teſtes quot in ſingulis cauſis requirantur 365.1.
Teſtibus non nimium fidendũ eſt 54.23.
Teſtes duo efficaciter probant 365.4.
Teſtes plures efficatius probant 366.5.
Teſtes plures in quibus cauſis requirantur 366.6.7.&c.
Teſtes iurati, & nõ iurati quomodo probent 368.2.& 369.3.
Teſtis vnus, teſtis nullus 367.13.
Teſtis vnus quando probet 367.14.15.&c.
Teſtes producturus citare debet aduerſarium 369.8.
Teſtes producturus ex petitione ſua articulos colliget 372.1.
Teſtes pręmonendi ſunt de periurio non committendo 375.3.
Teſtes non ſunt examinandi diebus feſtis 370.13.
Teſtes iurati tempore commiſsionis, poſt cõmiſsionẽ examinari poſsũt 370.14.
Teſtes examinandi ſunt ſeorſum, & ſingulatim 370.17.& 375 1.
Teſtes examinandi in lingua ipſis notiſsima 378.31.
Teſtes examinare coniunctim eſt ſuſpectum 375.2.
Teſtiũ examinatio per quos fiat 375.4.5.
ad Teſtes examinandos vidẽdum quales teſtes, & qualis Commiſſarius 376.7.8.
ad Teſtes examinãdos quid Cõmiſſario obſeruandũ 376 9.10.&c.& 377.13.&c.
Teſtiũ perſonę, mores, & affectus ſunt obſeruandi 374.6.& 380.1.
Teſtes in criminalibus non ſunt audiẽdi per commiſſarium 375.6.
Teſtis literatus per ſcriptum ſuam atteſtationem deponere poteſt 371.19.
Teſtes quomodo, de quibus, & quãdo deponere debeant 377.18.19.&c. & 378.24.25.26.
Teſtes depoſita corrigere poſſunt quãdo 371 18.& 378 27.
Teſtes vacillantes, & falſa loquentes quomodo cogendi 378.28.29.
Teſtes obſcurè loquentes, obſcuritatẽ explicare debent 378.30.
Teſtium depoſita ſeparatim ſunt ſcribenda 379.33.
Teſtibus nõ omnibus ęqualis fides 380.1.
Teſtes ſi ſint numero, et atteſtatiõe pares fauendum eſt reo 446.4.
Teſtes in dignitate conſtituti, & diuites plus habent fidei 381.9.10.
Teſtibus ægrotis, & coram arbitro auditis, creditur 383.25.26.
Teſtis negatiuus nihil probat 380.2.
Teſtis negãs ſimpliciter nihil probat 380.3
Teſtis negans reſtrictè probat per indirectum 380.4.
Teſtis contraria aſſerens repellitur 382.14.
Teſtis vnus contradicẽs multis, eſt nullus 382.17.
Teſtes idem deponentes ſubornationis ſunt ſuſpecti 382.12.
Teſtes pariter concordantes, aut diſcordantes, quid 382.18.19. &c.
Teſtibus ſibi aduerſantibus non eſt adhibenda fides 382.16.
Teſtis aliud prędicens, aliud deponens impoſtor eſt 385.7.
Teſtis mentitus in vno, mentitus cenſetur in omnibus 382.13
Teſtis ſemel falſus perpetuo falſus 384.1.
Teſtis falſidicus tribus perſonis præiudicat 384.3.

Teſtis

Teſtis falſò deponens quid falſificet 341.10.
Teſtis veritatem celans cum falſidico eſt conferendus 384.4.
Teſtis falſidici,& veritatem celantis punitio 384.5.& 385.6.
Teſtis falſus puniẽdus eſt à iudice coram quo peierauit 385.8.
Teſtis de falſo ſuſpectus à Commiſſario comprahendi poteſt 385.9.
Teſtimonium falſum eſt vel extra, vel in iudicio 385.13.& 386 17.
Teſtimonium falſum à Deo eſt prohibitum 384.2.
Teſtimonium falſum punitur lege diuina & humana 387.20.21.
Teſtimonium falſum in iudicio quot habeat incommoda 186.18.
Teſtimonium à quo tempore ſit metiendum 371.20.
Teſtimonium inſtrumentale minus eſt validum 383.23.
Teſtimonio inſtrumentali creditur in Cõſilio Mechilinienſi 383.24.
non Teſti, ſed Commiſſario creditur in natis controuerſiis 385.11.
Teſtem ſuum productor reprobare non poteſt 385 12.& 428.41.
Teſtes qui, quando, & vbi reprobentur 422.1.& 423.3.
Teſtes item qui reprobentur &c. 424. & 425.& 426.& 427.
Teſtes auditi qui non reprobentur 428.43.
Teſtes plures quàm decem reprobantur 427.40.
Teſtis reprobatus nullius eſt fidei 428.42.
Teſtem criminoſum reprobans de non iniuriando proteſtari debet 427.38.
Teſtium ſcripturæ,articuli, capita, intendit,interrogatorium,idem ſunt 372.2.
Titulus quis habendus potior 322.11.
Titulus vetuſtior ſemper habetur potior 66.4.
Tituli quomodo reprobẽtur 430.1.2.&c.
Tranſactio quid ſit 450.1.
Tranſactio,& ſentẽtia parem facultatem habent 450.2.
ad Trãſactionẽ requirũtur tria 450.3.4.5.
Tranſactio non poteſt reſcindi 451. 6.7.8.9.& 453.23.
Tranſactio fraudulenta eſt nulla,ideoque reſcindenda 451.11.
Tranſactio poſt ſententiam non appellatam eſt ſera 452.12.
Tranſactio in beneficialibus locum non habet,ſed compoſitio 452.13.14.
Tranſactio in beneficialibus quatenus excuſetur 452 15.
Tranſactio in matrimonialibus excluditur 452.16.
Tranſactio fit de alimentis præteritis 453.21.
Tranſactio fieri poteſt de crimine pœnæ corporalis 452.17.
Tranſactio omnia iura extinguit 453.23.
Tranſactio non permittitur citra præiudicium mulctæ 454.4.
Tranſactio non fit in cauſis ex crimine natis 454.3.
Tranſactio non conceditur in cauſis vbi fiſcus interuenit 454.6.
Tranſactio olim adempta Conſilio Flandriæ 454.7.
Tranſactionis facultas quando non concedatur 455.9.
Tranſigendi licentia quando petenda à Principe 454.1.
Tranſigendi licentia quando non requiritur 455.10.
ante Tranſactionem oſtendi debent literæ permiſſoriæ 454.5.
Tranſactionem Princeps permittit citra vllius præiudicium 454.2.
Tranſportare, & actionem cedere quomodo differant 87.1.
Tranſumpta quomodo reprobentur 432.13.
Turbatio in poſſeſſorio quomodo fiat 74.1.2.&c.
Turbatio ante omnia eſt reſtabilienda 74.5.
Turbationem quæ faciant, & quæ non 74.1.
Tutor, & Curator quomodo differant 277.11.12.& 278.13.14.&c.
contra Tutorem quomodo excipiatur 276.1.2.&c. & 277.5.6.&c.

Vacantiæ

V

Vacantiæ forenſes quę,& quãdo 232.8.9.
Vacantiæ quibus perſonis ſeruiant 235.21.
Vacantiæ in Flandria,Mechilinię,& Pariſiis 235.22.23.24.
Vacantiarum tempore quibus ius dicatur 235.25.
Vagis oberrantes ſedibus vbique conueniri poſſunt 100.17.
Vendere non licet, quibus emere non licet 82.3.
in Vendendis bonis Oſtiario ſeruandus eſt ordo 536.5.
Vendita bona recuperantur poſt octiduum 537.11.
Venditio feudalium, & non feudalium quando & quomodo fiat 538.12.13.
contra Vēditionem feudi, vel fundi quomodo appelletur 539.27.28.
contra Venditionem executoris quãdiu opponatur 539.29.
in Venditione feudi voluntaria venditori patet regreſsio 555.7.
Veritas tribus perſonis eſt aperiēda 53.19.
Vidua & hæredes quando ob debitũ defuncti in ius vocentur 52.15.
Viduæ & miſeri ſuos debitores vbique conuenire poſſunt 100.18.
Villicus non debitè ſoluens eiici poteſt 25.9.
Violenta præſumptio quando, & in quibus 406.14.15.&c.& 407.& 408.33.34.35
Vocantur cauſæ & perſonæ coram iudice 162.1.2.
Vſucapio interrumpitur oblatione libelli 299.63.
Vſucapione acquiruntur mobilia cum directo dominio 300.71.
Vſufructuarius moriēs ante tempus, fructus perdit 204.24.
Vſufructuarius fructus ante mortē perceptos,ſuos facit 204.25.
Vſura quotuplex ſit 210.8.9.10.
Vſura pro intereſſe petitur 210.6.7.
de Vſura quæſtiones Baldi 211.11.
Vſura aliquando non cauſa temporis lapſi, ſed bonæ fidei cauſa petitur 211.12.13.
Vſurarij,& non vſurarij contractus exempla 212.2.4.

FINIS INDICIS.


Privilegii sententia:

CAutum eſt priuilegio Regio, ne quiſquam, præter Ioannem Bellerum, Antuerpienſem typographum, proximo decennio vel excudat vel excudi procuret Praxim rerum ciuilium D. Iodoci Dauhouderij Brugenſis Iurecon ſulti: Neque eandem alibi excuſam, importare ac diſtrahere in terris eius ditioni ſubiectis, prædicto decennio audeat. ſub pœna confiſcationis eorundem librorum, & grauis mulctæ pecuniariæ contentæ in eodē priuilegio Bruxellis conceſſo & expreſſo, Anno 1566. die 16. Octobris. Cum ſubſcriptione N. de Zoete.

Aduerte, Lector, quod operarum incuria erratum ſit in tranſpoſitione figuræ, quæ habetur pag. 127. quæ quidem referenda erat ad pag. 130. Errata verò, ſi quæ inter legendum compereris pro ingenij tui dexteritate boni conſulas velim, eò quod leuiuſcula ſint, quæ à quouis in Iuriſprudentia mediocriter verſato facilè reſtitui queant.

QVum Praxis hæc Rerũ Ciuilium Clariſsimi viri Domini Iodoci Damhouderij V. I. Doctoris cõſultiſsimi, nihil habeat, quod aut fidem Catholicam, aut Rempublicam Chriſtianam offendat: & plurimum fructus omnibus Iuris candidatis ſit allatura, poterit non ſolùm ſine offenſione, ſed & magno ſtudioſorum Iuris commodo prælo committi. Actum Bruxellæ hac decima quinta Octobris. Anno Domini 1566.

Ita atteſtor L. Metſius, Sacræ Theologiæ Licentiatus, diuæ Gudulæ Bruxellen. Decanus, Vicarius generalis Reuerendiſs. Archiepiſcopi Cameracenſis.


DAMHOVDERE. SONDER VALLEN.STAET.
1565.